

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

Digitized by Google

BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

E. 342/2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PHIL.

SAINTE BIBLE

II

Digitized by Google

BESANÇON. — IMPRIMERIE D'OUTHENIN CHALANDRE FILS.

Digitized by Google

SAINTE BIBLE

CONTENANT

L'ANCIEN ET LE NOUVEAU TESTAMENT

AVEC

UNE TRADUCTION FRANÇAISE EN FORME DE PARAPHRASE

PAR LE R. P. DE CARRIÈRES

ET LES

COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

DE LA COMPAGNIE DE JÉSUS

NOUVELLE ÉDITION REVUE AVEC SOIN

TOME DEUXIÈME

JOSUÉ. LES JUGES. RUTH. LES ROIS.

Se vend chez les Éditeurs :

A BESANÇON
UTHENIN CHALANDRE FILS
rue des Granges, 23.

A LILLE
J. LEFORT, IMPRIMEUR-LIBRAIRE
rue Esquermoise, 55.

A PARIS

GAUME FRÈRES ET J. DUPREY
rue de l'Abbaye, 3.

A. JOUBY ET ROGER, LIBRAIRES
rue des Grands-Augustins, 7.

MDCCCLXX

Digitized by Google

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

Josué a toujours été regardé comme l'auteur de ce livre. Il était fils de Nun (1), de la tribu d'Ephraïm. Il s'attacha à Moïse après la sortie de l'Egypte; et l'Ecriture lui rend ce témoignage d'avoir excellé entre tous les ministres de ce saint législateur. Aussi Moïse (2) le distingua entre tous les autres. Il le choisit pour combattre contre Amalec, et lui fit entendre le dessein que Dieu avait d'exterminer entièrement cette nation impie. Il le fit monter avec lui sur le mont Sinaï, lorsqu'il y alla recevoir la loi que Dieu voulait donner à son peuple, et lui confia ensuite le soin de garder le tabernacle du Seigneur.

Il le choisit aussi (3) pour aller avec les autres espions reconnaître la terre promise, et il changea le nom d'Osée qu'il portait auparavant, et lui donna celui de Josué, qui signifie sauveur donné de Dieu. Au retour de ce voyage, Josué s'opposa au murmure que ses compagnons avaient excité parmi les enfants d'Israël, et il mérita d'entrer dans la terre qu'il avait visitée, en soutenant avec courage que Dieu la donnerait à son peuple, malgré la force et la puissance de ses ennemis.

Moïse étant près de mourir, et ayant conjuré le Seigneur de choisir lui-même un homme qui pût veiller sur son peuple et marcher devant lui, le Seigneur dit : « Prenez Josué, fils de Nun, cet homme en qui » l'esprit réside, et imposez-lui les mains en le présentant devant le » grand prêtre Eléazar et devant tout le peuple; donnez-lui des pré» ceptes à la vue de tous, et une partie de votre gloire, afin que toute » l'assemblée des enfants d'Israël l'écoute et lui obéisse. »

Ainsi Josué fut établi le conducteur d'Israël à la place de Moïse. Il remplit parfaitement (4) les fonctions de cette charge éminente, et il se conduisit en tout selon l'esprit de sagesse qui était en lui.

Après la mort de Moïse, le Seigneur parla à Josué; il lui ordonna de passer le Jourdain et de faire entrer son peuple dans la terre qu'il voulait lui donner. Josué se prépara à exécuter cet ordre, et Dieu prit plaisir à faire éclater sa puissance en faveur de ce nouveau chef de son peuple, et à montrer qu'il était avec lui comme il avait été avec Moïse.

Il le fit passer au travers du Jourdain avec toute l'armée d'Israël, comme il avait fait passer Moïse au travers de la mer Rouge; et les

(1) Nomb. XIII. 9.— (2) Exod. XVII. 9.— (3) Nomb. XIII. 9.— (4) Deut. XXXIV. 9.

Digitized by Google

eaux de ce fleuve demeurèrent suspendues comme celles de la mer s'étaient séparées.

Les murailles de Jéricho tombèrent au seul bruit des trompettes que les prêtres firent retentir par son ordre, en faisant le tour de cette ville. Celle de Haï fut emportée dès que le crime d'Achan eut été expié.

Cinq rois ligués ensemble pour exterminer les Gabaonites qui avaient fait alliance avec Josué furent taillés en pièces par ses troupes; et Dieu combattant pour son peuple fit tomber une grêle de pierres sur ses ennemis. Alors Josué, plein de foi et de confiance en la puissance et en la bonté du Seigneur, commanda au soleil et à la lune de s'arrêter; et Dieu, obéissant à la voix d'un homme, rendit ce jour le plus long des jours, et donna le temps à son peuple de vaincre entièrement ses ennemis.

En très-peu d'années Josué s'assujettit jusqu'à trente et un rois par la force de ses armes; aucun ne s'étant rendu sans combat. Ayant ainsi conquis le pays que Dieu avait promis à son peuple, il s'appliqua à le lui partager, selon l'ordre qu'il en reçut du Seigneur; et après avoir gouverné ce peuple durant dix-sept ans, après avoir assuré la paix de la part de ses voisins, et l'avoir conservé dans la fidélité qu'il devait à Dieu, il s'endormit avec ses pères, et fut enseveli sur la montagne d'Ephraïm. Le Saint-Esprit (1) a fait son éloge après sa mort par la bouche de l'Ecclésiastique. Il renferme en peu de mots ce qu'il y a de grand et d'éclatant dans la vie de ce chef du peuple du Seigneur.

(1) Eccli. XLVI. 1.

Digitized by Google

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

ET DES NOTES.

JOSUÉ [1].

CHAPITRE PREMIER

§ I. *Dieu promet à Josué d'être avec lui comme il a été avec Moïse. Il l'exhorte à être ferme et courageux dans l'observation de sa loi.*

L'AN DU MONDE 2553. — AVANT J.-C. 1451

1. Et factum est post mortem Moysi servi Domini, ut loqueretur Dominus ad Josue filium Nun, ministrum Moysi, et diceret ei :

2. Moyses servus meus mortuus est : surge, et transi Jordanem istum tu, et omnis populus tecum, in terram, quam ego dabo filiis Israel.

3. Omnem locum, quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi.

1. Après *les trente jours du deuil de* la mort de Moïse, serviteur du Seigneur, le Seigneur parla à Josué, fils de Nun, ministre de Moïse, et il lui dit :

2. Moïse mon serviteur est mort : allez, et passez ce *fleuve du* Jourdain, vous et tout le peuple qui est avec vous, pour entrer dans la terre que je donnerai aux enfants d'Israël.

3. *En quelque lieu de cette terre que vous alliez*, partout où vous aurez mis le pied, je vous livrerai ce lieu-là, selon que je l'ai dit à Moïse.

(1) Bible vengée, Josué, note I.

CAP. I. 1. *Et factum est post mortem Moysi.* Post funebrem scilicet ejus luctum, qui totos triginta dies tenuit. Deut. cap. 34, n. 8. Salianus tamen id contigisse putat, dum adhuc justa persolverentur Mosi, quia ex textu videretur celeritas indicari, cui obstat triginta dierum mora. — *Servi Domini.* Fuit Moses Dei servus, quia tota vita sua Deo servivit, omnesque suas actiones, studia et cogitationes ad illius cultum et voluntatem contulit. — *Ministrum Moysi.* Qui familiæ Mosis præpositus fuerat, qui in sacris precibus illi aderat, qui nunquam ab illius latere discedebat, omnes ejus observans nutus, ut quæ juberet effecta daret.

3. *Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam.* Vide dicta Deut. 11. 24.

Digitized by Google

4. Vos limites seront depuis le désert *de Sin au midi*, et le Liban *au septentrion*, jusqu'au grand fleuve d'Euphrate, *à l'orient : vous posséderez* tout le pays des Héthéens, *et des autres peuples de Chanaan, depuis la partie orientale* jusqu'à *la mer Méditerranée, appelée* la Grande mer, qui regarde le soleil couchant.

4. A deserto et Libano usque ad fluvium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum usque ad mare Magnum contra solis occasum erit terminus vester.

5. Nul *de ces peuples* ne pourra vous résister, ni à mon peuple, tant que vous vivrez, *et que vous observerez ma loi.* Je serai avec vous, *pour vous secourir,* comme j'ai été avec Moïse; je ne vous laisserai point, je ne vous abandonnerai point.

5. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ : sicut fui cum Moyse, ita ero tecum : non dimittam, nec derelinquam te.

6. Soyez ferme et courageux ; car vous partagerez à tout ce peuple, au sort, la terre que j'ai promis avec serment à leurs pères de leur donner.

6. Confortare, et esto robustus : tu enim sorte divides populo huic terram, pro qua juravi patribus suis, ut traderem eam illis.

7. Prenez donc courage, et armez-vous d'une grande fermeté, pour observer et accomplir toute la loi que mon serviteur Moïse vous a prescrite. Ne vous en détournez ni à droite ni à gauche, afin que vous fassiez avec intelligence *et avec succès* tout ce que vous avez à faire.

7. Confortare igitur, et esto robustus valde : ut custodias, et facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus : ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta quæ agis.

8. Que le livre de cette loi soit continuellement en votre bouche, et ayez soin de le méditer jour et nuit, afin que vous ob-

8. Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut cus-

---

4. *A deserto et Libano.* Describit fines terræ promissæ, de quibus vide dicta Deut. 1. 7. — * *Omnis terra Hethæorum.* Vel per Hethæos omnes septem Chananæorum nationes intelligit, ut vult Abulensis, vel, ut placet Masio, peculiaris Hethæorum mentio fit, quod illos, utpote cæteris bellicosiores, magis Hebræi formidarent. Incolebant enim Hethæi Hebron et vicina loca in quibus Enacim gigantum posteritas et reliquiæ versabantur, ut patet Num. 13. 23. Itaque animandus fuit dux et populus, ut etiam fortissimos Hethæos se superare posse confiderent.

5. *Nullus poterit vobis resistere.* Ita resistere ut victoriam ferat. — *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum.* Quoad gratiam et auxilium; quoad familiaritatem vero, inferiore quodam modo. Nam, Deut. 34. 10, dicitur : *Non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, etc.*

7. *Ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram.* Phrasis in Scripturis frequens, qua quicumque deflexus significatur a lege divina. — *Ut intelligas cuncta quæ agis.* Chald. et rabbini vertunt, *ut prospere agas in cunctis quæ agis.* Sed hebræum verbum etiam valet prudentem esse, beneque rem intelligere. Sane plurimum luminis a sacris Litteris et divina lege prudentia mutuatur.

8. *Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo.* Os et faciem significare potest, et eam partem quæ est loquendi instrumentum. Volumen ergo legis

Digitized by Google

todias et facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, et intelliges eam.

9. Ecce præcipio tibi, confortare, et esto robustus. Noli metuere, et noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris.

serviez et que vous fassiez tout ce qui y est écrit. Ce sera alors que vous rendrez votre voie droite *et heureuse*, et que vous vous y conduirez avec intelligence *et avec succès*.

9. *Quand je vous dis de passer le Jourdain, et de faire entrer ce peuple dans la terre que je vous ai promise, souvenez-vous que* c'est moi qui vous l'ordonne, *moi à qui rien ne résiste.* Ne craignez *donc* point et ne vous épouvantez point; car quelque part que vous alliez, le Seigneur votre Dieu sera avec vous.

§ II. *Josué ordonne au peuple d'Israël de se préparer à passer le Jourdain dans trois jours pour aller prendre possession de la terre que le Seigneur leur avait promise. Il exhorte les tribus de Ruben, de Gad et la demi-tribu de Manassé à marcher à la tête de leurs frères comme ils l'avaient promis à Moïse.*

10. Præcepitque Josue principibus populi, dicens: Transite per medium castrorum, et imperate populo, ac dicite:

11. Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Jordanem, et intrabitis ad possidendam terram, quam Do-

10. Josué fit donc ce commandement aux princes du peuple, et leur dit: Passez par le milieu du camp, et donnez cet ordre au peuple, et dites-leur:

11. *Vous êtes maintenant dans l'abondance par la conquête que vous venez de faire du pays des Amorrhéens:* faites *donc* provision de vivres, car dans *peu*

---

frequentissime præ oculis habere jubetur Josue, et quæ in illo continentur corde meditari et ore loqui. — *Sed meditaberis in eo diebus ac noctibus.* Sanctorum virorum jugis exercitatio hæc est, de quibus David, Psal. 1. 2: *In lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* — *Ut custodias et facias omnia quæ scripta sunt in eo.* Hic enim finis est meditationis. *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Ad Rom. c. 2. n. 13. — *Tunc diriges viam tuam.* Feliciter et prospere tibi fluent omnia. Sic meditanti in lege divina eadem promittitur prosperitas: *et erit tanquam lignum, etc.: et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.* Ps. 1. 3. — *Et intelliges eam.* Vide dicta n. 7.

9. *Ecce præcipio tibi.* Verti potest, *numquid non præcipio tibi?* Quæ interrogatio magnam vim habet, quasi dicat: Aspice quisnam sit qui bono et alacri animo te esse jubet. * Etiam de fortitudine leges præcipere docet Aristoteles lib. 5. Moral. cap. 3, v, g. de non deserendis ordinibus, de armis non abjiciendis, etc. — *Noli metuere, et noli timere.* Hoc illud est quod apud Isaiam legimus, cap. 41. 10: *Ne timeas, quia ego tecum sum; ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei.*

* 10. *Principibus populi.* Summis singulorum tribuum magistratibus.

11. *Præparate vobis cibaria.* Manna adhuc depluebat singulis diebus: jubentur ergo copiosius illud colligere, usitataque tunsione et coctione præparare. * Vel certe præter manna, quod tantæ multitudini alendæ adhuc necessarium erat, permittit Josue ut alios cibos quærant et parent, quos scilicet nancisci potuerint. — * *Post diem tertium transibitis.* At aliquanto post transierunt, cum cap. sequenti missi sint exploratores, iique per triduum

Digitized by Google

vous décamperez d'ici; et trois jours *après que vous aurez décampé* vous passerez le Jourdain, et vous irez prendre possession de la terre que le Seigneur votre Dieu vous doit donner. *Alors la manne cessera de tomber, et vous aurez besoin des vivres que vous pouvez maintenant emporter.*

12. Il dit aussi à ceux de la tribu de Ruben, à ceux de la tribu de Gad, et à la demi-tribu de Manassé :

13. Souvenez-vous de ce que vous a ordonné Moïse, serviteur du Seigneur, lorsqu'*après vous avoir donné les terres que vous possédez,* il vous a dit : Le Seigneur votre Dieu vous a mis en repos, et vous a donné tout ce pays-ci.

14. Vos femmes, vos enfants et vos bestiaux demeureront dans la terre que Moïse vous a donnée au deçà du Jourdain, *et la plus grande partie de ceux d'entre vous qui sont en état de porter les armes demeurera avec eux pour les garder.* Mais pour vous, tous tant que vous êtes de vaillants hommes, passez à la tête de vos frères les armes à la main, et combattez pour eux.

15. Jusqu'à ce que le Seigneur donne le repos à vos frères, comme il vous l'a donné, et qu'ils possèdent aussi eux-mêmes la terre que le Seigneur votre Dieu leur doit donner. Et après cela vous reviendrez dans le pays que vous possédez, pour y habiter comme dans le lieu que Moïse, serviteur du Seigneur, vous a donné au deçà du Jourdain, vers le soleil levant.

minus **Deus vester daturus est** vobis.

12. **Rubenitis quoque et Gaditis, et dimidiæ tribui Manasse ait :**

13. **Mementote sermonis, quem** præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens : Dominus Deus vester **dedit vobis requiem, et omnem terram.**

14. **Uxores vestræ, et filii, ac** jumenta **manebunt in terra,** quam tradidit vobis Moyses trans Jordanem : vos autem transite armati ante **fratres vestros, omnes fortes manu, et pugnate pro eis.**

15. **Donec det Dominus requiem fratribus vestris sicut et vobis dedit, et possideant ipsi quoque terram,** quam Dominus Deus vester daturus est eis : et sic revertemini in terram possessionis vestræ, et habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyses famulus Domini trans Jordanem contra solis ortum.

---

latuerint in montibus, et post reditum illorum adhuc per triduum transitus dilatus sit cap. 3. 1. Resp. τὸ *transibitis* significare : ex hoc loco recedetis ut transeatis. Vel hæc dicuntur per hysteron-proteron : nam missio exploratorum, et totum cap. secundum præponi debet huic Josue præcepto per castra divulgato, ita ut tres dies, quorum hic fit mentio, sint iidem cum illis tribus diebus qui habentur cap. 3. 1. Ita Abulens. et alii.

13. *Mementote sermonis.* Revocat Josue in memoriam Rubenitis et Gaditis, et dimidiæ tribui Manasse, quibus conditionibus terram trans Jordanem possederint, non quod eorum voluntati diffideret, sed quia etiam sponte currentes incitare consultum est; nam licet *fremens (equus) sorbeat terram,* tamen, *ubi audierit buccinam, dicit : Vah!* Job. 39. 24, 25.

14. *Ante fratres vestros.* In prima acie, primoque loco in viis ac prœliis. — *Omnes fortes manu.* Relictis tamen domi iis qui ad civitatum regionisque custodiam necessarii erant.

15. *Contra solis ortum.* Orientem versus.

Digitized by Google

16. Responderuntque ad Josue, atque dixerunt : Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus : et quocumquè miseris, ibimus (1).

16. Ils répondirent à Josué, et lui dirent : Nous ferons tout ce que vous nous avez ordonné, et nous irons partout où vous nous enverrez.

17. Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus et tibi : tantùm sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse (2).

17. Comme nous avons obéi à Moïse en toutes choses, nous vous obéirons aussi. *Nous demandons* seulement que le Seigneur votre Dieu soit avec vous, comme il a été avec Moïse, *et qu'il vous accorde comme à lui sa puissante protection.*

18. Qui contradixerit ori tuo, et non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur : tantùm confortare, et viriliter age.

18. Que celui qui contredira aux *paroles qui sortiront de* votre bouche, et qui n'obéira pas à tout ce que vous ordonnerez, soit puni de mort. Soyez ferme seulement, et agissez avec un grand courage. *Nous vous obéirons et nous vous suivrons partout.*

CHAPITRE II.

§ I. *Josué envoie deux espions reconnaître la ville de Jéricho. Le roi du pays les veut faire arrêter. Rahab, chez qui ils étaient entrés, les cache et les fait sauver.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Misit igitur Josue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito : et dixit eis : Ite,

1. Josué, fils de Nun, *crut qu'avant de passer le Jourdain, et d'entrer dans le pays ennemi, il était de la prudence*

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 3. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome, III, page 9.

---

17. *Tantum sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse.* Duplex esse potest sententia, prima exceptiva; in omnibus obedimus, modo tu Deo consentanea et legi præcipias; secunda verior, optativa seu votiva; utinam tibi Dominus adsit, ut adfuit Mosi.

18. *Qui contradixerit... moriatur.* Deus in rebelles solebat animadvertere : adhuc tamen sibi hanc legem dicunt, ut qui obedire detrectaverint morte plectantur.

CAP. II. 1. *Duos viros exploratores.* Probabile est missos fuisse, durante adhuc luctu. Vide dicta c. 1, n. 1. Olim Moses, Num. 13, miserat duodecim; sed tunc omnia pacata erant, ac proinde minor suspicionibus locus; nec cautius agendum fuit. Duo missi, ut se consilio et mutua ope juvarent. — *In abscondito.* Ipsis etiam Israelitis ignorantibus, clam populo. — *Considerate terram.* Non Chananæam totam, sed proxima loca in quæ populus ingressurus erat, ac nominatim Jericho. * Ut cognoscatis quæ sunt hostium consilia, et qui ad resistendum animi. — *Qui pergentes ingressi sunt.* Jordanem exploratores vel natatu transierunt, vel vadatione; nam Jordanis vada legimus Jud. 3. 28, et c. 12, n. 5; et ita fieri potuisse indicatur hoc cap. n. 7, cum dicitur : *Per viam, quæ ducit ad vadum Jordanis.* * Deo

Digitized by Google

de le faire reconnaître. Il envoya donc secrètement de Sétim, *où tout Israël était campé,* deux espions ; et il leur dit : Allez, et reconnaissez bien le pays et la ville de Jéricho. Ils partirent *du camp; et étant arrivés à Jéricho, ils* entrèrent dans la maison d'une femme débauchée, nommée Rahab, et se reposèrent chez elle.

2. Le roi de Jéricho en fut averti, et on lui dit : Des hommes d'entre les enfants d'Israël sont entrés ici, *un peu avant* la nuit, pour reconnaître le pays.

3. Le roi de Jéricho envoya chez Rahab, et lui fit dire : Faites sortir les hommes qui vous sont venus trouver, et qui sont entrés dans votre maison, car ce sont des espions qui sont venus reconnaître le pays.

4. Cette femme prenant ces hommes les cacha ; et *croyant devoir mentir pour leur sauver la vie, elle* répondit : Il est vrai qu'ils sont venus chez moi, mais je ne savais pas d'où ils étaient.

5. Et lorsqu'on fermait la porte *de la ville* pendant la nuit, ils sont sortis en même temps *de chez moi,* et je ne sais où ils sont allés. Poursuivez-les vite, et vous les atteindrez ; *ils ne peuvent être loin.*

(1) Bible vengée, note II.

et considerate terram, urbemque Jericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, et quieverunt apud eam (1).

2. Nuntiatumque est regi Jericho, et dictum : Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, ut explorarent terram.

3. Misitque rex Jericho ad Rahab, dicens : Educ viros, qui venerunt ad te, et ingressi sunt domum tuam : exploratores quippe sunt, et omnem terram considerare venerunt.

4. Tollensque mulier viros, abscondit, et ait : Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam unde essent.

5. Cùmque porta clauderetur in tenebris, et illi pariter exierunt, nescio quò abierunt : persequimini citò, et comprehendetis eos.

---

etiam facile fuit de lintre aliquo incolarum custodia destituto providere. Excubias Chananæorum non admodum intentas facile fefellerunt; nam Jerichuntini in tanta hostium propinquitate metu soluti agebant, vel potius desides, stulteque securi. — *Mulieris meretricis, nomine Rahab.* Negant aliqui fuisse meretricem, voluntque vocabulum hebraicum significare *cauponariam, hospitalariam;* vel, ut loquitur D. August. lib. 10. Civit., cap. 18, *stabulariam.* Verius est fuisse meretricem, quod patebit aliis locis Scripturæ, in quibus eadem vox occurrit, consideranti. Hebraica vox est זוֹנָה *zonah.* * Hæc est Rahab cujus mentio in genealogia Christi, Matth. 1, 5. — *Quieverunt apud eam.* Manserunt, LXX κατέλυσαν vertunt, quod apud aliquem divertere et morari significat. Verti etiam potest, *dormierunt.*

2. *Nuntiatumque est regi.* Eadem die qua appulerant exploratores, ut vult Serarius, vel sequenti, ita ut noctem unam in domo Rahab dormierint, die sequenti urbem lustrarint, vespere vero delati sint, ut vult Cajetanus.

4. *Abscondit.* In solario scilicet inter lini stipulas, ut dicitur n. 6. Solarium est suprema domus pars, soli exposita. Ea in Palæstina modice declivis erat, ac fere plana, ut ibi ambulare liceret, et spatiari, et etiam vestes ad solem expandere, etc. Lini stipulæ sunt linum nondum stupariis malleis subactum, et ab aceribus purgatum. Hebræus habet, *lignum lini,* LXX λινοκαλάμην dixerunt, *lini calamos.* — *Nesciebam unde essent.* Non una in re mentita est Rahab, sed mendacium officiosum fuit, et culpa levis. * Fortasse etiam putavit mendacium officiosum culpa vacare.

Digitized by Google

6. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domûs suæ, operuitque eos stipulâ lini, quæ ibi erat.

6. Or elle fit monter ces hommes sur la terrasse de sa maison, et les caeha sous des bottes de lin qui y étaient.

7. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Jordanis : illisque egressis statim porta clausa est.

7. Ceux donc qui avaient été envoyés *de la part du roi* les poursuivirent par le chemin qui mène au gué du Jourdain ; et aussitôt qu'ils furent sortis, les portes *de la ville* furent fermées, *afin que ces espions ne pussent se sauver s'ils y étaient restés.*

8. Necdum obdormierant qui latebant, et ecce mulier ascendit ad eos, et ait :

8. Ces hommes qu'elle avait cachés n'étaient pas encore endormis lorsqu'elle monta où ils étaient ; et, *pleine de foi en la puissance du Dieu d'Israël, elle* leur dit :

9. Novi quòd Dominus tradiderit vobis terram : etenim irruit in nos terror vester, et elanguerunt omnes habitatores terræ (1).

9. Je sais que le Seigneur *votre Dieu* vous a livré tout le pays : car la terreur de votre nom nous a tous saisis : et tous les habitants de ce pays sont tombés dans le découragement.

10. Audivimus quòd siccaverit Dominus aquas maris Rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Ægypto : et quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus, qui erant trans Jordanem, Sehon et Og, quos interfecistis.

10. Nous avons appris qu'à votre sortie d'Egypte le Seigneur sécha les eaux de la mer Rouge, aussitôt que vous y fûtes entrés, et de quelle sorte vous avez traité les deux rois des Amorrhéens qui étaient au delà du Jourdain, Séhon et Og, que vous avez fait mourir.

11. Et hæc audientes pertimuimus, et elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum : Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in cœlo

11. Ces nouvelles nous ont épouvantés, la frayeur nous a saisis jusqu'au fond de l'âme, et il ne nous est demeuré aucune force à votre arrivée ; car celui qui est le Seigneur votre Dieu est aussi lui-même le

(1) Bible vengée, note II.

---

6. *In solarium.* De hoc dictum numero præcedenti.

7. *Ad vadum Jordanis.* Quia sicubi transituri erant Jordanem, illic putabantur vado transituri. — *Porta clausa est.* Urbis scilicet, ne exploratores fugerent, si forte alicubi laterent; vel quia nox appetebat.

8. *Necdum obdormierant.* Fortasse timore discusso, alioque satellitibus digressis, sese ad quietem composuerant exploratores.

9. *Novi quod Dominus.* Noverat ex admirabilibus rebus quæ de Israelitis passim spargebantur, et illustratione divina; ejus enim fides commendatur a D. Paulo ad Hebr. c. 11, n. 31. — *Irruit in nos terror vester.* Non naturalis tantum, sed a Deo etiam immissus, quod promissum fuerat Levit. 26, 39 : *Dabo pavorem in cordibus eorum... terrebit eos sonitus folii volantis, etc.* — *Elanguerunt.* Hebr. *liquefacti sunt*, in modum scilicet nivis tabescentis, aut ceræ quam solvit ignis. LXX habent versic. 11, *mente emoti sumus*, ἐξέστημεν.

11. *In cœlo sursum, et in terra deorsum.* Immensus est, omnia pervadit

Digitized by Google

Dieu qui règne en haut dans le ciel, et ici-bas sur la terre, *et qui y dispose toutes choses comme il lui plaît.*

12. Jurez-moi donc maintenant par le Seigneur que vous userez envers la maison de mon père de la même miséricorde dont j'ai usé envers vous, et que vous me donnerez un signal assuré,

13. Pour sauver mon père et ma mère, mes frères et mes sœurs, et tout ce qui est à eux, et pour nous délivrer de la mort.

sursum; et in terra deorsum.

12. Nunc ergo jurate mihi per Dominum, ut quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita et vos faciatis cum domo patris mei, detisque mihi verum signum,

13. Ut salvetis patrem meum et matrem, fratres ac sorores meas, et omnia quæ illorum sunt, et eruatis animas nostras a morte.

§ II. *Les espions promettent à Rahab qu'elle ne sera point enveloppée dans la ruine de sa ville, mais qu'on lui conservera la vie à elle et à tous ceux qui seront dans sa maison.*

14. Ils lui répondirent: Notre vie répondra de la vôtre; pourvu néanmoins que vous ne nous trahissiez point: et lorsque le Seigneur nous aura livré ce pays, nous userons envers vous de miséricorde, *comme vous en aurez usé envers nous*, et nous exécuterons avec fidélité nos promesses.

15. Elle les fit donc descendre par une corde qu'elle attacha à sa fenêtre: car sa maison tenait aux murs de la ville.

(1) Bible vengée, note II.

14. Qui responderunt ei: Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos, cùmque tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam et veritatem.

15. Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim ejus hærebat muro (1).

---

loca, et tam quæ sursum sunt in cœlo, quam quæ deorsum in terris, pro arbitratus suo moderatur.

12. *Ego misericordiam feci vobiscum.* Vox hebraica חסד *chesed*, in Scripturis latissime patet, ut beneficentiam complectatur, quæ in alios confertur, sive meriti sint, sive immeriti, sive miseri, sive non miseri. — *Detisque mihi verum signum.* Quod ubi vobis vestrisque monstravero, vere ac certo tuta sim, ego meique omnes.

13. *Salvetis.* LXX, ζωγρήσατε, vivos capite, vivos servate. — *Et eruatis animas nostras a morte.* Communi urbis excidio et civium cæde eripiatis.

14. *Anima nostra sit pro vobis in mortem.* Jurandi formula, quasi dicat: Devovemus vobis animam nostram ad mortem. Male nos perdat Deus, si fidem fefellerimus, quam vobis damus. * Non dubitant exploratores pro Josue polliceri quod æquitas postulabat, ut scilicet bene meriti beneficium reponeretur. Servata est hæc fides infra cap. 6. 25. Similem historiam vide Judic. 1. 25. — *Si tamen non prodideris nos.* Sed salvos dimiseris, et nemini indicaveris non hic latere, aut salvos fore, qui in domum tuam se receperint, ne forte nimis multi confluant, et vita indigni. — *Misericordiam et veritatem.* Sincere agendo, et optima fide, et, quæ promisimus, ad unguem effecta dando.

15. *Demisit ergo eos per funem de fenestra.* Vox hebraica חבל *chebel*, significat funem non quemcumque, sed fortem, qui ex pluribus compositus est. Fuit vero ex serico aut lino coccinei coloris; nam ille idem funis quo de fenestra dimissi sunt exploratores, idem in signum relictus, ut domui illi parceretur.

Digitized by Google

16. Dixitque ad eos : Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis revertentes : ibique latitate tribus diebus, donec redeant, et sic ibitis per viam vestram.

16. Et *avant de les faire descendre,* elle leur dit : Allez du côté des montagnes, *en vous détournant du chemin qu'ont pris ceux qui vous cherchent,* de peur qu'ils vous en rencontrent quand ils reviendront ; et demeurez là cachés pendant trois jours, jusqu'à ce qu'ils soient de retour ; et après cela vous reprendrez votre chemin.

17. Qui dixerunt ad eam : Innoxii erimus a juramento hoc, quo adjurasti nos,

17. Ils lui répondirent : Nous nous acquitterons du serment que vous venez d'exiger de nous,

18. Si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, et ligaveris eum in fenestra, per quam demisisti nos : patrem tuum ac matrem, fratresque et omnem cognationem tuam, congregaveris in domum tuam.

18. Si, lorsque nous entrerons dans ce pays, vous mettez pour signal ce cordon d'écarlate, si vous l'attachez à la fenêtre par laquelle vous nous avez fait descendre, et que vous ayez soin en même temps d'assembler dans votre maison votre père et votre mère, vos frères et tous vos parents.

19. Qui ostium domûs tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput ejus, et nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis, qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit.

19. *Après cela* si quelqu'un est trouvé hors de la porte de votre maison, son sang retombera sur sa tête, et nous n'en serons pas responsables ; mais si l'on touche à quelqu'un de ceux qui seront avec vous dans votre maison, leur sang retombera sur notre tête.

20. Quòd si nos prodere volueris, et sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc juramento, quo adjurasti nos.

20. Que si vous voulez nous trahir, et publier ce que nous vous disons, nous serons quittes de ce serment que vous avez exigé de nous.

21. Et illa respondit : Sicut locuti estis, ita fiat ; dimittensque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.

21. Et elle leur répondit : Qu'il me soit fait comme vous le dites. Et les laissant partir, elle pendit *dans la suite* un cordon d'écarlate à sa fenêtre.

22. Illi verò ambulantes pervenerunt ad montana, et manserunt ibi tres dies, donec reverterentur qui fuerant persecuti : quærentes

22. Eux, s'étant mis en chemin, marchèrent jusqu'aux montagnes, et y demeurèrent trois jours, jusqu'à ce que ceux qui les poursuivaient fussent retour-

---

17. *Innoxii erimus.* Carebimus culpa, et pœnam non merebimur.

18. *Funiculus iste.* Funis tenuis ex multis filis tenuibus complicatus, quamvis exilis sit, ponderi tamen corporis humani sustinendo par esse potest, ut experientia docet.

19. *Sanguis ipsius erit in caput ejus.* Suo vitio peribit. * Jure belli cadunt qui in urbe capta resistentibus sese adjungunt. — *Redundabit.* Quasi dicant : Nos rei erimus homicidii. Chald. *culpa necis ejus in caput nostrum.*

20. *Erimus mundi.* Immunes, non tenebimur juramento.

21. *Appendit funiculum coccineum in fenestra.* Statim appendit, fortasse ut videre possent exploratores modum quo, dum expugnanda urbs esset, pensurus esset, signumque illud apprime nossent ; nec ullus errori locus in re tanti momenti relinqueretur.

Digitized by Google

nés, car les ayant cherchés dans tout leur chemin, ils ne les trouvèrent point.

23. Et après qu'ils furent rentrés dans la ville, les espions étant descendus de la montagne s'en retournèrent; et ayant repassé le Jourdain, ils vinrent trouver Josué, fils de Nun, et lui racontèrent tout ce qui leur était arrivé.

24. Ils lui dirent : Le Seigneur a livré tout ce pays-là entre nos mains, et tous ses habitants sont consternés par la frayeur qui les a saisis *à l'approche de l'armée du Dieu d'Israël.*

enim per omnem viam, non repererunt eos.

23. Quibus urbem ingressis, reversi sunt, et descenderunt exploratores de monte : et, transmisso Jordane, venerunt ad Josue filium Nun, narraveruntque ei omnia quæ acciderant sibi,

24. Atque dixerunt : Tradidit : Dominus omnem terram hanc in manus nostras, et timore prostrati sunt cuncti habitatores ejus.

CHAPITRE III.

§ I. *Josué décampe avec tous les Israélites, et dispose toutes choses pour le passage du Jourdain* (1).

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Josué s'étant donc levé avant le jour, décampa *avec toute l'armée;* et étant sortis de Sétim, lui et tous les enfants d'Israël, ils vinrent jusqu'au Jourdain, où ils demeurèrent trois jours.

2. Après ce temps expiré, les hérauts passèrent par le milieu du camp,

3. Et crièrent : Quand vous verrez *marcher* l'arche de l'alliance du Seigneur votre Dieu, et les prêtres de la race de

1. Iigitur Josue de nocte consurgens movit castra: egredientesque de Setim, venerunt ad Jordanem ipse et omnes filii Israel, et morati sunt ibi tres dies.

2. Quibus evolutis, transierunt præcones per castrorum medium,

3. Et clamare cœperunt : Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, et sacerdotes

(1) Bible vengée, note III. — Livres saints vengés, tome II, page 1.

---

24. *Tradidit Dominus.* Quod jam futurum erat quasi factum narrant, ob spem certissimam.

CAP. III. 1. *De nocte consurgens.* Nox hic est antelucanum tempus quod noctis quidem extremum est, sed tenebricosum adhuc, et admodum matutinum; hoc enim est quod LXX vertere solent ὀρθρίζειν, et Lucæ 21. 38, dicitur manicare. — *De Setim.* Aberat Jordanis 60 stadiis a Setim; octo stadia unum milliare italicum conficiunt. — *Morati sunt ibi tres dies Ibi,* id est in Setim, et Jordanis ripa; nam ad Jordanem una tantum nocte mansisse, ea scilicet quæ consecuta est diem qua eo appulerant, patet ex textu hebræo, in quo sic habemus : *Venerunt ad Jordanem ipsi, et omnes filii Israel, et pernoctarunt ibi, antequam trajicerent, et factum est a fine trium dierum, et transierunt præcones, etc.* Ita Serarius, Masius, Cajetanus et alii.

2. *Quibus evolutis.* In utroque scilicet loco, et post eorum dierum promulgationem c. 1. 11, factam. — *Præcones.* Eadem vox quæ c. 1, n. 10, redditur, *principes populi,* hic vertitur, *præcones.* LXX habent, γραμματεῖς, *scribæ.*

3. *Sacerdotes... portantes eam.* Ordinarie arcam ferebant Levitæ, ex lege Levitici, Num, 4. 15; poterant tamen, si vellent, ferre sacerdotes. Id quater

Digitized by Google

stirpis leviticæ portantes eam, vos quoque consurgite, et sequimini præcedentes;

4. Sitque inter vos et arcam spatium cubitorum duum millium: ut procul videre possitis, et nosse per quam viam ingrediamini: quia priùs non ambulastis per eam: et cavete ne appropinquetis ad arcam.

5. Dixitque Josue ad populum: Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.

6. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, et præcedite populum. Qui jussa complentes, tulerunt, et ambulaverunt ante eos.

7. Dixitque Dominus ad Josue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, ut sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita et tecum sim.

8. Tu autem præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, et dic eis: Cùm ingressi fueritis

Lévi qui la porteront, levez-vous aussi *vous autres*, et marchez après eux, *mais de loin, par le respect que vous devez avoir pour le Seigneur.*

4. Et *ainsi* qu'il y ait entre vous et l'arche un espace de deux mille coudées, *et non davantage*, afin que vous la puissiez voir de loin, et connaître le chemin par où vous irez, parce que vous n'y avez jamais passé; et prenez garde de ne vous point approcher de l'arche, *de peur que vous ne mouriez.*

5. Josué dit aussi au peuple: Sanctifiez-vous, *et préparez-vous à recevoir de nouvelles faveurs du Seigneur*; car le Seigneur fera demain des choses merveilleuses parmi vous.

6. Et il dit aux prêtres: Prenez l'arche de l'alliance, et marchez devant le peuple. Ils firent ce qu'il leur avait commandé; et ayant pris l'arche, ils marchèrent devant eux.

7. Alors le Seigneur dit à Josué: Je commencerai aujourd'hui à vous relever devant tout Israël, *par de nouveaux prodiges*, afin qu'ils sachent que je suis avec vous, comme j'ai été avec Moïse.

8. Donnez donc cet ordre aux prêtres qui portent l'arche de l'alliance, et leur dites: Lorsque vous serez au milieu de

---

factum reperitur in Scriptura: hoc cap. 3, n. 6; infra, cap. 6; I. Paral. 15. 15, et II. Reg. 15. 29. — *Sequimini præcedentes.* Eos qui arcam præferebant. * Mortuo Mose columna nubis dux viæ evanuerat.

4. *Spatium cubitorum duum millium.* Servando quidem diligenter quantum potuit, distantiam, morali tamen modo; alioqui nimium fuissent anxii in ea metienda, et in hebræo est, ut etiam in chaldæo, *circiter duo millia cubitorum.* * Id factum reverentiæ causa. Cum e castris ad arcam sabbatis maxime iri deberet, hinc sumpserunt argumentum sapientes definiendi iter sabbati in ipsa lege non definitum: vide Act. 1. 12.

5. *Sanctificamini.* Parate vos per sanctitatem, seu sancte: fortasse etiam significatur ut purificent se, vestes lavent, ab uxoribus abstineant; hunc enim sanctificationis modum præscriptum videmus, cum in monte Sina lex promulgata est, Exod. 19, n. 10 et 15. — *Cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia.* Sistendo lapsum fluminis, etc.

6. *Tollite arcam.* Josue sacerdotibus imperat, quia spiritu prophetiæ agebatur, et quia a Deo expresse ut ita faceret jubebatur; legimus enim n. 8: *Tu autem præcipe sacerdotibus, etc.*

7. *Hodie incipiam exaltare te.* Nihil enim adhuc, quod supra naturæ ordinem admodum videretur, per ipsum fecerat Dominus, facturus deinceps.

8. *Cum ingressi fueritis partem aquæ Jordanis, state in ea.* Partem Jor-

Digitized by Google

l'eau du Jourdain, *qui s'ouvrira dès que vous y aurez mis le pied,* arrêtez-vous là.

9. Alors Josué dit aux enfants d'Israël : Approchez-vous, et écoutez la parole du Seigneur votre Dieu.

10. Puis il ajouta : Vous reconnaîtrez à ceci que le Seigneur le Dieu vivant est au milieu de vous, et qu'il exterminera à vos yeux les Chananéens, les Héthéens, les Hévéens, les Phérézéens, les Gergéséens, les Jébuséens et les Amorrhéens.

11. *C'est que* l'arche de l'alliance du Seigneur de toute la terre marchera devant vous au travers du Jourdain, *et vous le passerez à pied sec.*

12. *Or pour conserver la mémoire de ce miracle que Dieu fera en votre faveur,* tenez prêts douze hommes des douze tribus d'Israël, un de chaque tribu, *qui feront ce que je vous marquerai dans la suite.*

13. Et lorsque les prêtres qui portent l'arche du Seigneur, le Dieu de toute la terre, auront mis le pied dans les eaux du Jourdain, les eaux d'en bas s'écouleront et laisseront le fleuve à sec : mais celles qui viennent d'en haut s'arrêteront et demeureront toutes suspendues.

partem aquæ Jordanis, state in ea.

9. Dixitque Josue ad filios Israel : Accedite huc, et audite verbum Domini Dei vestri.

10. Et rursum : In hoc, inquit, scietis quòd Dominus Deus vivens in medio vestri est, et disperdet in conspectu vestro Chananæum et Hethæum, Hevæum et Pherezæum, Gergesæum quoque et Jebusæum, et Amorrhæum.

11. Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Jordanem.

12. Parate duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus.

13. Et cùm posuerint vestigia pedum suorum, sacerdotes qui portant arcam Domini Dei universæ terræ, in aquis Jordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient : quæ autem desuper veniunt, in una mole consistent.

---

danis intelligit mediam, vel ipsum fluvii alveum. Vide cap. 4, n. 10.

9. *Accedite huc.* Videtur tunc Josue in medio castrorum fuisse, ibique populi concionem convocasse.

10. *Dominus Deus vivens.* Vita ex actione ac motu potissimum agnoscitur, dicitur ergo Deus vivens, quia sua efficientia omnia moderatur et gubernat, et potissimum quia cultorum suorum necessitatibus adest, illisque opem fert. — *In medio vestri est.* Vobis adest ut auxiliator. — * *Chananæum.* Hæ sunt septem gentes a Chanaan filio Cham oriundæ, quæ totam illam terram a Jordane usque ad mare Mediterraneum occupabant.

12. *Parate duodecim viros.* Hi duodecim iidem sunt cum iis de quibus initio sequentis capitis, ad hoc delecti, ut lapides ex Jordanis alveo tollant. Alii probabiliter putant delectos esse ut sacerdotes portantes arcam comitarentur. Ita Cajet. et Magalianus.

13. *Sacerdotes...* Sacerdotes, quia ex alia stirpe quam Aaronica esse non poterant, tunc ad summum fuisse circiter viginti quatuor putat Serarius hic. Duo satis erant ad ferendam arcam : et probabile in hoc transitu Jordanis Eleazarum fuisse et Ithamar, Aaronis filios, vel Eleazarum et Phinees ejus filium. Aliqui tamen putant quatuor arcæ gestandæ necessarios fuisse.

Digitized by Google

§ II. *Les prêtres qui portaient l'arche n'ont pas plus tôt mis le pied dans le Jourdain, que les eaux de ce fleuve se séparent, et laissent un passage libre aux Israélites.*

14. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Jordanem : et sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum.

15. Ingressisque eis Jordanem, et pedibus eorum in parte aquæ tinctis (Jordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat) (1),

16. Steterunt aquæ descendentes in loco uno, uno, et ad instar montis intumescentes apparebant procul, ab urbe quæ vocatur Adom usque ad locum Sarthan : quæ autem inferiores erant, in mare Solitudinis (quod nunc vocatur Mortuum) descenderunt, usquequo omnino deficerent (2).

17. Populus autem incedebat contra Jericho : et sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini,

14. Le peuple sortit donc de ses tentes pour passer le Jourdain, et les prêtres qui portaient l'arche d'alliance marchaient devant lui.

15. Et aussitôt que ces prêtres furent entrés dans le Jourdain, et que l'eau commença à mouiller leurs pieds (c'était au temps de la moisson *des orges*, auquel le Jourdain regorge par-dessus ses bords),

16. Les eaux qui venaient d'en haut s'arrêtèrent en un même lieu, et s'élevant comme une montagne, elles paraissaient de loin, depuis la ville qui s'appelle Adom jusqu'au lieu appelé Sarthan : mais les eaux d'en bas s'écoulèrent dans la mer du Désert, qui est appelée maintenant *la mer* Morte, jusqu'à ce qu'il n'en restât point du tout.

17. Cependant le peuple marchait vis-à-vis de Jéricho, et les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur se

(1) Bible vengée, note III. — Rép. crit., tome I, page 182 *et suiv.* — (2) Bible vengée, note III.

---

15. *Tempore messis.* Triticeæ, * vel hordeaceæ, quæ non, ut apud nos, mense junio fit in Palæstina, sed aprili exeunte, aut maio ineunte. Vide Plin. lib. 18, cap. 18, hoc de Ægypto affirmantem. — *Jordanis autem ripas alvei... impleverat.* Causa fluminis incrementi est quod vere solvantur nives Libani, ex quo fluit Jordanis.

16. *Apparebant procul.* Aquæ se porrigebant a trajectionis loco usque Adom, et tumor ille montis instar se habebat, ac proinde a longe aspiciebatur. Vel sensus est : aquæ ita intumuerunt ut ex urbe Adom et Sarthan cumuli illi videri possent. — *Ab urbe quæ vocatur Adom.* Hanc urbem collocat Adrichomius in tribu Ruben, non procul ab orientali Jordanis ripa, paululum ultra torrentis Carith australiorem in Jordanem influxum. Masius Tiberiadis stagno vicinam esse ait. — *Sarthan.* Adrichomius inter urbem jam dictam, et inter Bethabaram ponit; Masius longe superius aquilonem versus. — *In mare solitudinis.* Hebr. *mare Salis;* dicitur etiam mare Mortuum, quod aqua in eo sit crassa et iners, * quodque nullos alat pisces aut cochleas, ac ne vermes quidem, aut serpentes, ut tradit D. Hieronymus in cap. 47 Ezechielis. Num. 34. 3, apellatur *mare Salsissimum.* A nostro interprete hic bene dicitur *mare Solitudinis*, quia circumjacens terra sterilis, graveolens et virosa est, ideoque deserta et solitaria.

17. *Super siccam humum.* Vel enim Jordanis alveus arenosus et glarea plenus erat, ideoque statim post aquarum defluxum aridus; vel divina virtute factum est ut plane siccaretur, et facilis transitus absque pedum inquinatione

Digitized by Google

tenaient *toujours* au même état de la terre sèche, au milieu du Jourdain : et tout le peuple passait au travers du canal qui était à sec.

stabant super siccam humum in medito Jordanis accincti, omnisque populus per arentem alveum transibat (1).

CHAPITRE IV.

§ I. *Josué fait prendre douze pierres du milieu du Jourdain, dont il dresse un monument éternel du passage miraculeux de ce fleuve.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Après qu'ils furent passés, *on exécuta ce que* le Seigneur *avait* dit à Josué *en ces termes :*

2. Choisissez douze hommes, un de chaque tribu ;

3. Et commandez-leur d'emporter du milieu du lit du Jourdain, où les pieds des prêtres se sont arrêtés, douze pierres très-dures que vous mettrez dans le camp, au lieu où vous aurez dressé vos tentes cette nuit (2).

4. Josué appela donc douze hommes qu'il avait choisis d'entre les enfants d'Israël, un de chaque tribu,

5. Et il leur dit : *J'ai défendu au peuple d'approcher de l'arche ; pour vous néanmoins*, allez devant l'arche du Seigneur votre Dieu au milieu du Jourdain, et que chacun de vous emporte de là une pierre sur ses épaules, selon le nombre des enfants d'Israël,

6. Afin qu'elles servent de signe et de

1. Quibus transgressis, dixit Dominus ad Josue :

2. Elige duodecim viros singulos per singulas tribus :

3. Et præcipe eis, ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hâc nocte tentoria.

4. Vocavitque Josue duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus,

5. Et ait ad eos : Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Jordanis medium, et portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, juxta numerum filiorum Israel,

6. Ut sit signum inter vos : et

(1) Rép. crit., tome I, page 184 *et suiv.*— (2) Livres saints vengés, tome II, page 8.

Israelitis pateret. — *Accincti.* Parati, expediti.—*Omnisque populus per arentem alveum transibat.* Magna diei pars transeundo absumpta est præsertim cum maxima fuerit multitudo Israelitarum et proselytorum, et lapides bis duodeni, alii excipiendi, alii statuendi in fluminis alveo fuerint. Serarius putat una aut altera post meridiem hora transitum absolutum fuisse.

Cap. IV. 2. *Singulos per singulas tribus.* Etiam unus ex tribu Levi electus, et pariter unus ex tribu Joseph, quæ bipartita in tribus duas Manasse et Ephraim, atque ita duodecimum numerum non excesserunt.

3. *Durissimos lapides.* Rabbini etiam maximos fuisse fabulantur. Certum est non majores fuisse quam quos viri singuli asportare inde usque ad Galgala possent. Durissimi eliguntur lapides, quia constituendi in signum æternum posteris erant, atque ideo ejus generis quærendi, qui non facile vetustate solverentur.

6. *Signum.* Rei hoc loco gestæ. — *Cras.* Futuro tempore.

Digitized by Google

quando interrogaverint vos filii vestri cras, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides?

7. Respondebitis eis: Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini, cùm transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel usque in æternum.

8. Fecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus ei imperarat, juxta numerum filiorum Israel, usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos.

9. Alios quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis; et sunt ibi usque in præsentem diem.

10. Sacerdotes autem, qui portabant arcam, stabant in Jordanis medio, donec omnia complerentur, quæ Josue, ut loqueretur ad populum, præceperat Dominus, et dixerat ei Moyses. Festinavitque populus, et transiit.

11. Cùmque transissent omnes, transivit et arca Domini, sacerdotes ante populum.

monument parmi vous; et à l'avenir quand vos enfants vous demanderont: Que veulent dire ces pierres?

7. Vous leur répondrez: Les eaux du Jourdain se sont séchées devant l'arche de l'alliance du Seigneur, lorsqu'elle passait au travers de ce fleuve; c'est pourquoi ces pierres ont été mises en ce lieu pour servir aux enfants d'Israël d'un monument éternel *qui leur rappelle le souvenir de cette merveille que Dieu a faite en leur faveur.*

8. Les enfants d'Israël firent donc ce que Josué leur avait ordonné; ils prirent du milieu du lit du Jourdain douze pierres, selon le nonbre des enfants d'Israël, comme le Seigneur le lui avait commandé: et les portant jusqu'au lieu où ils campèrent, ils les y posèrent.

9. Josué mit aussi douze autres pierres au milieu du lit du Jourdain, où les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance s'étaient arrêtés: et elles y sont demeurées jusqu'aujourd'hui.

10. Or les prêtres qui portaient l'arche se tenaient au milieu du Jourdain, jusqu'à ce que tout ce que le Seigneur avait commandé à Josué de dire au peuple, et que Moïse lui avait dit, fût accompli: et le peuple, *effrayé de voir ses eaux suspendues,* se hâta et passa le fleuve *le plus vite qu'il lui fut possible.*

11. Et après que tous furent passés, l'arche du Seigneur passa aussi, et les

---

9. *Duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo.* Non coacervatos, aut in aræ formam, sed singulos per se, ut etiam factum a Mose, Exod. 24, 4; sic enim magis apparebat duodecim tribuum distinctio. — *Usque in præsentem diem.* Ex hoc loco aliqui colligunt Josue non esse hujus libri scriptorem. Sed ut benedicatur, *usque in præsentem diem,* satis est si aliquo tempore post lapides erectos Josue historiam suam scripserit.

10. *Stabant in Jordanis medio.* Probabile est stetisse facie versus austrum conversa, hoc est, versus inferiorum aquarum fugam; sic enim faciem ad populum transeuntem vertebant, eique animum præsentia sua addebant, et aquas a tergo impendentes, Domini præsentia securi, despiciebant. — *Et dixerat ei Moyses.* Eo modo, et ea obedientia et alacritate quam semper ei Moses præceperat et commendarat.

11. *Ante populum.* Vel spectante populo, coram populo, vel ante populi agmen modo supra præscripto, ut scilicet bis mille cubitorum spatio, arcam pone sequerentur. * Vel sensus est, post transitum Jordanem arca et sacer-

Digitized by Google

prêtres du Seigneur s'allèrent mettre devant le peuple.

12. *Les plus braves d'entre* les enfants de Ruben et de Gad, et *ceux de* la demi-tribu de Manassé allaient aussi en armes devant les enfants d'Israël, selon que Moïse le leur avait ordonné :

13. Et *ces braves, au nombre de* quarante mille combattants, marchaient sous leurs enseignes en divers bandes, au travers de la plaine et des terres *dépendantes* de la ville de Jéricho.

14. En ce jour-là le Seigneur éleva beaucoup Josué devant tout Israël, afin qu'ils le respectassent, comme ils avaient respecté Moïse pendant qu'il vivait.

15. Et il *avait* dit à Josué : *Quand tout le peuple aura passé* (1),

16. Ordonnez aux prêtres qui portent l'arche de l'alliance de sortir du Jourdain.

17. Josué leur donna *donc* cet ordre, et leur dit : Sortez du Jourdain *dès que tout le peuple sera passé.*

18. Et les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur étant sortis du fleuve, et ayant commencé à marcher sur la terre sèche, les eaux du Jourdain revinrent dans leur lit, et coulèrent comme auparavant.

19. Or le peuple sortit du Jourdain le dixième jour du premier mois, et ils campèrent à Galgala, vers le côté de l'orient de la ville de Jéricho.

dotesque pergebant ante populum.

12. Filii quoque Ruben, et Gad, et dimidia tribus Manasse, armati præcedebant filios Israel, sicut eis præceperat Moyses :

13. Et quadraginta pugnatorum millia per turmas, et cuneos, incedebant per plana atque campestria urbis Jericho.

14. In die illo magnificavit Dominus Josue coram omni Israel, ut timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adviveret.

15. Dixitque ad eum :

16. Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fœderis, ut ascendant de Jordane.

17. Qui præcepit eis dicens : Ascendite de Jordane.

18. Cùmque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, et siccam humum calcare cœpissent, reversæ sunt aquæ in alveum suum, et fluebant sicut ante consueverant.

19. Populus autem ascendit de Jordane, decimo die mensis primi, et castrametati sunt in Galgalis cantra orientalem plagam urbis Jericho.

(1) L'auteur revient sur le verset 11 pour y ajouter quelques détails.

---

dotes in primo fuerunt agmine, non in medio, quemadmodum in deserto.

12. *Sicut eis præceperat Moyses.* Num. cap. 32. 29.

* 13. *Quadraginta pugnatorum millia.* Ex tribu Ruben, Gad et Manasse; quæ tamen tribus multo plures ad arma tractanda aptos numerabant, ut patet ex cap. 26. lib. Num.

19. *Populus autem ascendit de Jordane.* Ascendentius de Jordane nulli hostes occurrunt, quia, ut dixerat Rahab, cap. 2. num. 9 : *Elanguerant omnes habitatores terræ.* Vide ibi dicta. Probabile est in ipso aditu promissæ terræ, eam salutasse Israelitas et lætitiæ signa edidisse. Quod si intrantes domum, eam salutare jubet Christus, Matth. 10, 12, et dicere : *Pax huic domui;* quidni terram sanctam futuram populi sedem salutaverint, Deoque adorato precati fuerint ut bene omnia succederint, et eidem pro beneficio gratias egerint? — *Castrametati sunt in Galgalis.* Hunc locum castris figendis elegit Josue, vel divino monitu, vel quia licet ulterius eo die progredi potuissent, erat tamen prudentiæ militaris sensim progredi, ne a tergo hos-

Digitized by Google

20. Duodecim quoque lapides, quos de Jordanis alveo sumpserant, posuit Josue in Galgalis,

21. Et dixit ad filios Israel: Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, et dixerint eis: Quid sibi volunt lapides isti?

22. Docebitis eos, atque dicetis: Per arentem alveum transivit Israel Jordanem istum,

23. Siccante Domino Deo vestro aquas ejus in conspectu vestro, donec transiretis:

24. Sicut fecerat priùs in marii Rubro, quod siccavit donec transiremus:

25. Ut discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, ut et vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

20. Josué mit aussi à Galgala les douze pierres qui avaient été prises au fond du Jourdain;

21. Et il dit aux enfants d'Israël: Quand vos enfants interrogeront un jour leurs pères, et leur diront: Que veulent dire ces pierres?

22. Vous le leur apprendrez, et vous leur direz: Israël a passé à pied sec au travers du lit du jourdain,

23. Le Seigneur votre Dieu en ayant séché les eaux devant vous, jusqu'à ce que vous fussiez passés,

24. Comme il avait fait auparavant en la mer Rouge dont il sécha les eaux jusqu'à ce que nous fussions passés,

25. Afin que tous les peuples de la terre reconnaissent la main toute-puissante du Seigneur, et que vous appreniez vous-mêmes à craindre en tout temps le Seigneur votre Dieu.

CHAPITRE V.

§ I. *Les rois des Amorrhéens et les rois de Chanaan sont effrayés du passage des Israélites au travers du Jourdain. Dieu ordonne à Josué de circoncire les Israélites qui n'avaient point été circoncis depuis leur sortie d'Ægypte.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Jordanem ad occidentalem plagam, et cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebant Magni maris loca, quòd siccasset Dominus fluenta Jordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, et non remansit in eis spiritus, timentium introitum filiorum Israel (1).

2. Eo tempore ait Dominus ad

1. Tous les rois des Amorrhéens qui habitaient au delà du Jourdain, du côté de l'occident, et tous les rois de Chanaan qui possédaient le pays le plus proche de *la mer Méditerranée qui est appelée* la Grande mer, ayant appris que le Seigneur avait séché les eaux du Jourdain devant les enfants d'Israël, jusqu'à ce qu'ils fussent passés, leur cœur fut abattu, et il ne demeura plus en eux aucune force, tant ils craignaient que les enfants d'Israël n'entrassent dans leur pays.

2. En ce temps-là *donc* le Seigneur

---

tis relinqueretur. Alioqui etiam locus salubris erat, et aquis vicinus, et silvis ex quibus ligna peti poterant.

20. *Posuit Josue in Galgalis.* Non longe a tabernaculo sub dio, ut ab omnibus conspici possent: hi etiam lapides seorsim statuti, non in acervi formam, aut altaris. Vide dicta n. 9.

25. *Fortissimam Domini manum.* Potentiam. LXX, δύναμιν.

CAP. V. 2. *Fac tibi cultros lapideos.* Nunc quidem lapideis cultris facta

Digitized by Google

voulut que les Israélites profitassent du repos que leur procurait la consternation où étaient leurs ennemis, pour recevoir dans leur chair le sceau de l'alliance qu'il avait faite avec eux. Ainsi il dit à Josué : Faites-vous des couteaux de pierre, et circoncisez *ceux d'entre ce peuple qui n'ont point été circoncis, renouvelant* une seconde fois, *par cette circoncision générale de tous* les enfants d'Israël, *ce que fit Abraham lorsqu'il circoncit en un même jour toute sa famille.*

Josue : **Fac tibi cultros lapídeos**, et circumcide **secundò** filios Israel (2).

3. Josué fit ce que le Seigneur lui avait commandé ; et il circoncit les enfants d'Israël sur *une colline qui fut depuis appelée* la colline de la Circoncision.

3. **Fecit quod jusserat Dominus**, et circumcidit filios Israel in colle præputiorum.

4. Et voici la cause de cette seconde circoncision : Tous les mâles d'entre le peuple qui étaient sortis d'Egypte, qui étaient tous gens de guerre, et qui moururent dans le désert, pendant ces longs circuits du chemin qu'ils y firent, avaient tous été circoncis ;

4. **Hæc autem causa est secundæ** circumcisionis : Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, universi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus

5. Mais le peuple qui naquit dans le désert,

5. Qui omnes circumcisi erant. **Populus autem qui natus est in** deserto,

6. Pendant les quarante années de marche dans cette vaste solitude, n'avait point été circoncis ; *les mouvements con-*

6. **Per quadraginta** annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcisus fuit; donec consume-

(1) Bible vengée, note III. — (2) Bible vengée, note IV.

---

est circumcisio, ut diserte habemus in textu; alioqui etiam ferreis, aut chalybeiis fieri poterat. * Vide dicta Genes. cap. 17, n. 12. — *Et circumcide.* Non ipsemet circumcidit; qui enim potuisset tantam multitudinem? nec etiam fuit necesse adhibere sacerdotes aut levitas. Circumcidebant ergo omnes quotquot in Ægypto olim fuerant circumcisi, et probabile ipsum Josue aliquos circumcidisse, ut etiam Eleazarum, domesticos nimirum, quod fecerat Abraham, Genes. c. 17, n. 23, qui circumcidit *Ismael filium suum, et omnes vernaculos domus suæ. — Et circumcide secundo filios Israel.* Sensus est, revoca consuetudinem circumcidendi, longo tempore in deserto intermissam. * Indicta est autem hæc circumcisio, quia legis ceremonias in usum revocari volebat Deus, quæ non nisi a circumcisis obiri poterant; nec decebat Israelitas incircumcisos morari inter Chananæos pariter incircumcisos; data enim est circumcisio ut per eam Judæi a gentilibus distinguerentur. Vide dicta Genes. 17. 12.

3. *In colle præputiorum.* Loco sic postea dicto ob hanc circumcisionem, vel potius quod illuc projecta sint, et sepulta præputia.

5. *Populus autem... incircumcisus fuit.* Omissa est in deserto circumcisio, ne infantibus recens circumcisis motu crearetur vitæ periculum : fieri enim poterat ut repente se commoveret nubes, et statio mutanda esset.

6. *Donec consumerentur.* Hæc fuit occasio intermittendæ circumcisionis,

Digitized by Google

rentur qui non audierant vocem Domini, et quibus ante juraverat ut non ostenderet eis terram lacte et melle manantem.

tinuels où ils étaient n'ayant pas permis qu'on leur donnât la circoncision. D'ailleurs Dieu avait ordonné que cela fût ainsi, et qu'ils ne portassent point dans leur chair le caractère du peuple du Seigneur ni le sceau de son alliance, jusqu'à ce que ceux qui n'avaient point écouté la voix du Seigneur, et auxquels il avait juré auparavant qu'ils ne verraient point la terre où coulait le lait et le miel, fussent morts. *Mais après cela,*

7. Horum filii in locum successerunt patrum, et circumcisi sunt à Josue : quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat.

7. Les enfants de ceux-ci prirent la place de leurs pères *pour recevoir l'effet des promesses du Seigneur : ils entrèrent de nouveau dans son alliance*, et furent circoncis par Josué, parce qu'ils étaient demeurés incirconcis comme ils étaient nés, et que pendant le chemin personne ne les avait circoncis, *de peur de les faire mourir.*

8. Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur.

8. Après donc qu'ils eurent tous été circoncis, ils demeurèrent au même lieu sans décamper, jusqu'à ce qu'ils fussent guéris.

9. Dixitque Dominus ad Josue ; Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, usque in præsentem diem.

9. Alors le Seigneur dit à Josué : J'ai levé aujourd'hui de dessus vous l'opprobre de l'Egypte, *en vous séparant par la circoncision de ce peuple incirconcis : c'est pourquoi* ce lieu fut appelé Galgala, *c'est-à-dire éloignement de l'opprobre*, comme on l'appelle encore aujourd'hui.

§ II. *Les Israélites font la Pâque à Galgala. Ils commencent à manger les fruits de la terre. La manne cesse de tomber. Un ange apparaît à Josué.*

10. Manseruntque filii Israel in Galgalis, et fecerunt Phase, quar-

10. Les enfants d'Israël demeurèrent à Galgala, et *ayant été purifiés par la*

---

quod scilicet Dominus in deserto populum detineret, donec omnes, qui non audierant vocem Domini, etc., consumerentur; causa vero quam proxime assignavi n. 5

* 7. *In locum successerunt patrum.* Adepti sunt ea promissa quibus patres eorum exciderant.

9. *Opprobrium.* Præputium : probrosum enim erat apud Hebræos, si quis aut esset incircumcisus, aut diceretur. Vel opprobrium, quod dicebant Deum eductos ex Ægypto non posse, aut nolle introducere in terram promissam. Huc spectat illud Exod. 32. 12 : *Callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, et deleret e terra ;* et fortasse ideo Ægypti opprobrium dicitur, quod Ægyptii, qui cum Israelitis erant, tam longæ peregrinationis per desertum pertæsi, aut clam, aut etiam palam Judæis opprobrarent. — *Galgala.* Dicitur a גלל *galal,* quod *volvere, devolvere* ac *removere* significat, ita ut Galgal sit locus devolutionis, ablationis et remotionis, præputii nimirum, aut opprobrii Ægyptiorum, juxta expositionem allatam.

10. *Fecerunt Phase.* Pascha scilicet, quod ab ejus solemnitate instituta

Digitized by Google

voulut que les Israélites profitassent du repos que leur procurait la consternation où étaient leurs ennemis, pour recevoir dans leur chair le sceau de l'alliance qu'il avait faite avec eux. Ainsi il dit à Josué : Faites-vous des couteaux de pierre, et circoncisez *ceux d'entre ce peuple qui n'ont point été circoncis, renouvelant* une seconde fois, *par cette circoncision générale de tous* les enfants d'Israël, *ce que fit Abraham lorsqu'il circoncit en un même jour toute sa famille.*

Josue : Fac tibi cultros lapídeos, et circumcide secundò filios Israel (2).

3. Josué fit ce que le Seigneur lui avait commandé ; et il circoncit les enfants d'Israël sur *une colline qui fut depuis appelée* la colline de la Circoncision.

3. Fecit quod jusserat Dominus, et circumcidit filios Israel in colle præputiorum.

4. Et voici la cause de cette seconde circoncision : Tous les mâles d'entre le peuple qui étaient sortis d'Egypte, qui étaient tous gens de guerre, et qui moururent dans le désert, pendant ces longs circuits du chemin qu'ils y firent, avaient tous été circoncis ;

4. Hæc autem causa est secundæ circumcisionis : Omnis populus, qui egressus est de Ægypto generis masculini, universi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus

5. Mais le peuple qui naquit dans le désert,

5. Qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus est in deserto,

6. Pendant les quarante années de marche dans cette vaste solitude, n'avait point été circoncis ; *les mouvements con-*

6. Per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcisus fuit; donec consume-

(1) Bible vengée, note III. — (2) Bible vengée, note IV.

---

est circumcisio, ut diserte habemus in textu; alioqui etiam ferreis, aut chalybeiis fieri poterat. * Vide dicta Genes. cap. 17, n. 12. — *Et circumcide.* Non ipsemet circumcidit; qui enim potuisset tantam multitudinem ? nec etiam fuit necesse adhibere sacerdotes aut levitas. Circumcidebant ergo omnes quotquot in Ægypto olim fuerant circumcisi, et probabile ipsum Josue aliquos circumcidisse, ut etiam Eleazarum, domesticos nimirum, quod fecerat Abraham, Genes. c. 17, n. 23, qui circumcidit *Ismael filium suum, et omnes vernaculos domus suæ.* — *Et circumcide secundo filios Israel.* Sensus est, revoca consuetudinem circumcidendi, longo tempore in deserto intermissam. * Indicta est autem hæc circumcisio, quia legis ceremonias in usum revocari volebat Deus, quæ non nisi a circumcisis obiri poterant; nec decebat Israelitas incircumcisos morari inter Chananæos pariter incircumcisos; data enim est circumcisio ut per eam Judæi a gentilibus distinguerentur. Vide dicta Genes. 17. 12.

3. *In colle præputiorum.* Loco sic postea dicto ob hanc circumcisionem, vel potius quod illuc projecta sint, et sepulta præputia.

5. *Populus autem... incircumcisus fuit.* Omissa est in deserto circumcisio, ne infantibus recens circumcisis motu crearetur vitæ periculum : fieri enim poterat ut repente se commoveret nubes, et statio mutanda esset.

6. *Donec consumerentur.* Hæc fuit occasio intermittendæ circumcisionis,

Digitized by Google

rentur qui non audierant vocem Domini, et quibus ante juraverat ut non ostenderet eis terram lacte et melle manantem.

tinuels où ils étaient n'ayant pas permis qu'on leur donnât la circoncision. D'ailleurs Dieu avait ordonné que cela fût ainsi, et qu'ils ne portassent point dans leur chair le caractère du peuple du Seigneur ni le sceau de son alliance, jusqu'à ce que ceux qui n'avaient point écouté la voix du Seigneur, et auxquels il avait juré auparavant qu'ils ne verraient point la terre où coulait le lait et le miel, fussent morts. *Mais après cela,*

7. Horum filii in locum successerunt patrum, et circumcisi sunt à Josue : quia sicut nati fuerant, in præputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat.

7. Les enfants de ceux-ci prirent la place de leurs pères *pour recevoir l'effet des promesses du Seigneur : ils entrèrent de nouveau dans son alliance*, et furent circoncis par Josué, parce qu'ils étaient demeurés incirconcis comme ils étaient nés, et que pendant le chemin personne ne les avait circoncis, *de peur de les faire mourir.*

8. Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur.

8. Après donc qu'ils eurent tous été circoncis, ils demeurèrent au même lieu sans décamper, jusqu'à ce qu'ils fussent guéris.

9. Dixitque Dominus ad Josue ; Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, usque in præsentem diem.

9. Alors le Seigneur dit à Josué : J'ai levé aujourd'hui de dessus vous l'opprobre de l'Egypte, *en vous séparant par la circoncision de ce peuple incirconcis : c'est pourquoi* ce lieu fut appelé Galgala, *c'est-à-dire éloignement de l'opprobre*, comme on l'appelle encore aujourd'hui.

§ II. *Les Israëlites font la Pâque à Galgala. Ils commencent à manger les fruits de la terre. La manne cesse de tomber. Un ange apparaît à Josué.*

10. Manseruntque filii Israel in Galgalis, et fecerunt Phase, quar-

10. Les enfants d'Israël demeurèrent à Galgala, et *ayant été purifiés par la*

---

quod scilicet Dominus in deserto populum detineret, donec omnes, qui non audierant vocem Domini, etc., consumerentur; causa vero quam proxime assignavi n. 5

* 7. *In locum successerunt patrum.* Adepti sunt ea promissa quibus patres eorum exciderant.

9. *Opprobrium.* Præputium : probrosum enim erat apud Hebræos, si quis aut esset incircumcisus, aut diceretur. Vel opprobrium, quod dicebant Deum eductos ex Ægypto non posse, aut nolle introducere in terram promissam. Huc spectat illud Exod. 32. 12 : *Callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, et deleret e terra;* et fortasse ideo Ægypti opprobrium dicitur, quod Ægyptii, qui cum Israelitis erant, tam longæ peregrinationis per desertum pertæsi, aut clam, aut etiam palam Judæis opprobrarent. — *Galgala.* Dicitur a גלל *galal*, quod *volvere, devolvere* ac *removere* significat, ita ut Galgal sit locus devolutionis, ablationis et remotionis, præputii nimirum, aut opprobrii Ægyptiorum, juxta expositionem allatam.

10. *Fecerunt Phase.* Pascha scilicet, quod ab ejus solemnitate instituta

Digitized by Google

circoncision, ils y firent la Pâque le quatorzième jour du mois, sur le soir, dans la plaine de Jéricho. *Ce fut la seconde fois qu'ils célébrèrent cette fête depuis leur sortie d'Egypte.*

11. Le lendemain ils mangèrent des fruits de la terre, des pains sans levain, et de la farine d'orge de la même année, qui était séchée au feu.

12. Et après qu'ils eurent mangé des fruits de la terre, la manne cessa, et les enfants d'Israël n'usèrent plus de cette sorte de nourriture; mais ils mangèrent des fruits que la terre de Chanaan avait portés l'année même.

13. Lorsque Josué était sur le territoire de la ville de Jéricho, il leva les yeux, et ayant vu devant lui un homme qui était debout, et qui tenait à la main une épée nue, il alla à lui, et lui dit : Etes-vous des nôtres, ou des ennemis?

14. Il lui répondit : Non, *je ne suis point de vos ennemis;* mais je suis le prince de l'armée du Seigneur, et je viens ici maintenant *à votre secours.*

15. Josué se jeta le visage contre terre; et, en l'adorant, il dit : Que dit mon Seigneur à son serviteur? *et que lui plaît-il de m'ordonner?*

16. Otez, lui dit-il, vos souliers de vos pieds, parce que le lieu où vous êtes est saint : et Josué fit ce qu'il lui avait commandé.

tâ decimâ die mensis ad vesperum, in campestribus Jericho :

11. Et comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, et polentam ejusdem anni (1).

12. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec usi sunt ultra cibo illo filii Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanaan (2).

13. Cùm autem esset Josue in agro urbis Jericho, levavit oculos, et vidit virum stantem contra se, evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, et ait : Noster es, an adversariorum?

14. Qui respondit : Nequaquam; sed sum princeps exercitûs Domini, et nunc venio.

15. Cecidit Josue pronus in terram. Et adorans ait : Quid Dominus meus loquitur ad servum suum?

16. Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis : locus enim, in quo stas, sanctus est. Fecitque Josue ut sibi fuerat imperatum.

(1) Bible vengée, note V. — (2) Bible vengée, note V.

---

tertium fuit. Primum enim actum est in Ægypto, Exod. 12; secundum in deserto Sinai, anno secundo exitus ex Ægypto, Num. 9. 2 et sequentibus; secutis vero peregrinationis annis in deserto omissum est.

11. *Polentam.* Far sive hordeum tostum, ex spicis eo anno collectis.

12. *Defecitque manna.* Imber ille mannæ defecit, quia jam ex terræ frugibus ciborum copia suppetebat.

13. *Vidit virum stantem.* Angelum quem aliqui Gabrielem putant, plures vero Michaelem, qui princeps exercitûs Domini dicitur apud Danielem, cap. 10. 13. — *Tenentem gladium.* Quia belli cum Chananæis inchoandi a Deo nuntius veniebat, et adjutor. — *Noster es, an adversariorum?* Id est, Judæusne es, an Chananæus.

14. *Nunc venio.* Ut novo et singulari modo te tuosque adjuvem, ut per solitudinem juvi et in transitu Jordanis.

15. *Cecidit Josue.* Demisit se pronum in terram, ut angelo exhiberet reverentiam. — *Loquitur.* Loqui vult, mandare vult.

16. *Solve, inquit, calceamentum.* In personæ quam alloqueris, et loci in quo stas, reverentiam.

Digitized by Google

CHAPITRE VI.

§ I. *Dieu ordonne aux Israélites de faire pendant six jours le tour de la ville de Jéricho, et il leur promet qu'au septième tour qu'ils feront le septième jour, les murailles de cette ville tomberont par terre, et qu'elle leur sera livrée* (1).

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Jericho autem clausa erat atque munita, timore filiorum Israel, et nullus egredi audebat aut ingredi (2).

2. Dixitque Dominus ad Josue: Ecce dedi in manu tua Jericho, et regem ejus, omnesque fortes viros.

3. Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus.

4. Septimo autem die sacerdotes tollant septem buccinas, quarum usus est in jubilæo, et præcedant arcam fœderis: septiesque circui-

1. Cependant Jéricho était fermée et bien munie, dans la crainte où l'on y était des enfants d'Israël, et nul n'osait y entrer ni en sortir.

2. Alors le Seigneur dit à Josué: Je vous ai livré entre les mains Jéricho et son roi, et tous les vaillants hommes qui y sont. *Voici de quelle manière vous devez vous conduire pour vous en rendre maître.*

3. Faites le tour de la ville, tous tant que vous êtes de gens de guerre, une fois par jour: *vous marcherez devant les prêtres dont les uns sonneront des trompettes et les autres porteront l'arche qui sera suivie du reste du peuple, et* vous ferez la même chose pendant six jours.

4. Mais qu'au septième jour les prêtres prennent les sept trompettes dont on se sert dans l'année du jubilé, et qu'ils marchent devant l'arche d'alliance *comme ils*

(1) Bible vengée, note VI. — (2) Bible vengée, note VI.

CAP. VI. 1. *Jericho autem clausa erat atque munita.* Chald. *erat Jericho foribus occlusa ferreis, et ahenis observata vectibus.—Et nullus egredi audebat aut ingredi.* Quod non solum significat urbis portas fuisse clausas, sed excubitores etiam et custodes additos.

2. *Dixitque Dominus ad Josue.* Angelus qui illi apparuerat, cap. 5, n. 13.

4. *Sacerdotes tollant septem buccinas.* Erant hæ septem sacerdotum tubæ ex earum genere, quarum usus erat in annorum jubilæorum indictione, Levit. c. 25, n. 9; nam hic in hebræo vocantur tubæ יובלים *jobelim*, et LXX vocant ἱερὰς σάλπιγγας, *sacras tubas*, quod tempore sacro jubilæi eas inflarent sacerdotes: quoad materiam, ex cornu arietis erant. — *Præcedant arcam fœderis.* Iidem sacerdotes qui in Jordanis transmissione arcam tulerant, videntur hic arcam circa Jericho tulisse; neque enim causa ulla est, cur aut pauciores, aut plures, aut alios esse dicamus. Fuerunt ergo Eleazar et Ithamar, aut hujus loco Phinees. — * *Septiesque.* Probabile est tunc septimum circulum censeri debuisse absolutum, cum sacerdotes, et arca, et Josue populi princeps, ad locum unde inchoata esset supplicatio, septimo revertissent; hi enim erant pompæ pars potior. — *Sacerdotes clangent buccinis.* Voluit Dominus clangi buccinis, 1. ut ostenderet bellum hoc Israelitis tristitiæ nihil, gaudii vero plurimum allaturum. 2. Vult clangi ut in jubilæo,

Digitized by Google

auront fait les autres jours, avec cette différence que ce jour-là vous ferez sept fois le tour de la ville, et les prêtres sonneront de la trompette *autant de fois :*

5. Et lorsque les trompettes sonneront d'un son plus long et *ensuite* plus coupé, et que ce bruit aura frappé vos oreilles, tout le peuple élevant la voix tous ensemble jettera un grand cri ; et alors les murailles de la ville tomberont jusqu'aux fondements ; et chacun entrera par l'endroit qui se trouvera vis-à-vis de lui.

6. En même temps Josué, fils de Nun, appela les prêtres et leur dit : Prenez l'arche de l'alliance, et que sept autres prêtres prennent les sept trompettes du jubilé, et qu'ils marchent devant l'arche du Seigneur.

7. Il dit aussi au peuple, *en s'adressant à ceux qui étaient en état de porter les armes :* Allez, et faites le tour de la ville, marchant les armes à la main devant l'arche du Seigneur.

bitis civitatem, et sacerdotes clangent buccinis.

5. Cùmque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, et in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maximâ, et muri funditus corruent civitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint.

6. Vocavit ergo Josue filius Nun sacerdotes, et dixit ad eos : Tollite arcam fœderis : et septem alii sacerdotes tollant septem jubilæorum buccinas, et incedant ante arcam Domini.

7. Ad populum quoque ait : Ite, et circuite civitatem, armati, præcedentes arcam Domini.

§ II. *Les Israélites exécutent les ordres du Seigneur. Les murailles de Jéricho tombent. La ville est prise et saccagée. Rahab est sauvée avec toute sa famille et associée au peuple de Dieu.*

8. Josué ayant fini ces paroles, les sept prêtres commencèrent à sonner des sept trompettes devant l'arche de l'alliance du Seigneur.

9. Toute l'armée marcha devant l'arche, et le reste du peuple la suivit, et le bruit des trompettes retentit de toutes parts.

10. Or Josué avait donné cet ordre au peuple : Vous ne jetterez aucun cri, on n'entendra aucune voix, et il ne sortira aucune parole de votre bouche, jusqu'à

8. Cùmque Josue verba finiisset, et septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini,

9. Omnisque præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant.

10. Præceperat autem Josue populo, dicens : Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque ullus sermo ex ore vestro egredietur :

---

quia ut eo tempore omnes redibant ad possessionem suam, ita nunc illi ad promissam terram.

5. *Concisior.* Sonus concisus est cum morula aliqua interrumpitur, ac repetitur. In hebræo et chaldæo solum est, *protractior* aut *longior* : verum id quando fit, subinde conciditur sonus, seu interrumpitur. — *Conclamabit omnis populus.* Ad terrendos hostes, ad incitandos Israelitas, ad invocandum etiam Deum, et in lætitiæ argumentum. — * *Vociferatione maxima.* Vox hebræa lætam festivamque vociferationem significat. Græci vocant ἀλαλαγμὸν ; *baritum* Vegetius et Tacitus.

9. *Reliquum vulgus arcam sequebatur.* Viri, mulieres, juvenes, senes, Ægypti etiam proselyti turbæ immixti.

Digitized by Google

donec veniat dies in quo dicam vobis : Clamate, et vociferamini.

11. Circuivit ergo arca Domini civitatem semel per diem, et reversa in castra, mansit ibi.

12. Igitur Josue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini,

13. Et septem ex eis septem buccinas, quarum in jubileo usus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes : et armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebatur arcam, et buccinis personabat.

14. Circuierunt que civitatem secundo die semel, et reversi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus.

15. Die autem septimo, diluculo consurgentes, circuierunt urbem, sicut dispositum erat, septies.

16. Cùmque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Josue ad omnem Israel : Vociferamini : tradidit enim vobis Dominus civitatem (1) :

17. Sitque civitas hæc anathema : et omnia quæ in ea sunt, Domino : sola Rahab meretrix vivat, cum universis qui cum ea in domo sunt, abscondit enim nuntios quos direximus.

18. Vos autem cavete, ne de his, quæ præcepta sunt, quippiam

ce que le jour soit venu où je vous dirai : Criez, et faites grand bruit.

11. Ainsi l'arche du Seigneur fit le *premier* jour une fois le tour de la ville, *étant précédée des gens de guerre et suivie du reste du peuple ;* et *ensuite* elle retourna au camp et y demeura *jusqu'au lendemain.*

12. Et *le lendemain*, Josué s'étant levé avant le jour, les prêtres prirent *encore* l'arche du Seigneur,

13. Et sept d'entre eux prirent les sept trompettes dont on se sert l'année du jubilé, et ils marchèrent devant l'arche et sonnèrent de la trompette en allant. Toute l'armée marchait devant eux, et le reste du peuple suivait l'arche, et sonnait du cor.

14. Et ayant fait une fois le tour de la ville au second jour, ils revinrent dans le camp. Ils firent la même chose pendant six jours :

15. Mais le septième jour, s'étant levés de grand matin, ils firent sept fois le tour de la ville, comme il leur avait été ordonné.

16. Et pendant que les prêtres sonnaient de la trompette au septième tour, Josué dit à tout Israël : Jetez un grand cri ; car le Seigneur vous a livré Jéricho.

17. *Il leur avait dit aussi auparavant :* Que cette ville soit anathème, et que tout ce qui s'y trouvera soit consacré au Seigneur ; que la seule Rahab, courtisane, ait la vie sauve, avec tous ceux qui se trouveront dans sa maison, parce qu'elle a caché ceux que nous avions envoyés pour reconnaître le pays.

18. Mais pour vous, donnez-vous bien de garde de toucher à rien de cette ville,

(1) Bible vengée, note VI.

---

12. *De nocte consurgente.* Summo mane.

15. *Circuierunt urbem... septies.* Circuitiones omnes tredecim fuerunt, non, ut quidam rabbinus computat, quatuordecim.

17. *Sitque civitas hæc anathema.* Quæ de anathematismo urbis et Rahab conservatione hic dicuntur, primum populo mandata et explicata fuisse probabile est, nunc autem in memoriam tantum revocata. Jubetur autem civitas esse anathema, hoc est funditus deleri. — *Domino.* Ad honorem Domini, vel quasi dicat : consecretur Domino. Chald. *ante Dominum.*

18. *Cavete ne... quippiam contingatis.* Omnia enim abolenda, ædes in-

Digitized by Google

contre l'ordre qu'on vous donne, de peur de vous rendre coupable de prévarication, et d'attirer ainsi le trouble et le péché sur toute l'armée d'Israël.

19. Que tout ce qui se trouvera dans la ville, d'or et d'argent, et de vases d'airain et de fer, soit consacré au Seigneur, et mis en réserve dans ses trésors.

20. Tout le peuple ayant donc jeté un grand cri, et les trompettes sonnant, la voix et le son n'eurent pas plutôt frappé les oreilles de la multitude, que les murailles tombèrent, et chacun entra par l'endroit qui était vis-à-vis de lui; ils prirent ainsi la ville,

21. Et ils tuèrent tout ce qui s'y rencontra, depuis les hommes jusqu'aux femmes, et depuis les enfants jusqu'aux vieillards. Ils firent passer aussi au fil de l'épée les bœufs, les brebis et les ânes.

22. Alors Josué dit aux deux hommes qui avaient été envoyés pour reconnaître le pays : Entrez dans la maison de la courtisane, et faites-la sortir avec tout ce qui est à elle, comme vous le lui avez promis avec serment.

23. Les deux jeunes hommes étant entrés dans la maison, en firent sortir Rahab, son père et sa mère, ses frères et ses parents, et tout ce qui était à elle, et les firent demeurer hors du camp d'Israël, *en attendant qu'ils fussent purifiés et rendus dignes d'être associés au peuple du Seigneur.*

contingatis, et sitis prævaricationis rei, et omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur.

19. Quidquid autem auri et argenti fuerit, et vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris ejus.

20. Igitur omni populo vociferante, et clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri illico corruerunt : et ascendit unusquisque per locum, qui contra se erat : ceperuntque civitatem,

21. Et interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boves quoque et oves et asinos in ore gladii percusserunt (1).

22. Duobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Josue : Ingredimini domum mulieris meretricis, et producite eam, et omnia quæ illius sunt, sicut illi juramento firmastis.

23. Ingressique juvenes, eduxerunt Rahab, et parentes ejus, fratres quoque, et cunctam supellectilem ac cognationem illius, et extra castra Israel manere fecerunt (2).

(1) Bible vengée, note VI. — (2) Bible vengée, note VI.

---

cendendæ, homines cujusvis ætatis aut sexus occidendi, domui tantum Rabah parcendum : metalla vero et metallica servanda, et in Domini ærarium inferenda. — *Castra Israel sub peccato sint.* Peccati pœnam luant.

20. *Muri illico corruerunt.* In hebr. supra, n. 5, est, *cadet murus urbis sub se;* inde putant rabbini, terra dehiscente muros descendisse, et illa voragine integros conditos fuisse fabulantur : cecidit murus, ut habet vulgatus noster, LXX et recepta opinio. Hebræi textus sententia est, mœnia in eodem, quo stabant, loco ruisse, et super se procidisse.

21. *Interfecerunt omnia.* Hebr. *anathema fecerunt.* — *A viro usque ad mulierem.* Vide dicta Deut. 20. 14. Parcendum plerumque mulieribus, senibus, infantibus, cum hi resistere non possint. Deus tamen, qui vitæ et mortis Dominus, aliter fieri jusserat : itaque hoc casu locum habet quod dicitur Psal. 136. 9 : *Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram.*

23. *Extra castra Israel manere fecerunt.* Dum urbs incenditur, et illi in castris tentorium paratur : vel probabilius, dum a pristino gentilitatis ritu et contagio una cum suis expiatur.

Digitized by Google

24. Urbem autem, et omnia quæ erant in ea, succenderunt; absque auro et argento, et vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt.

25. Rahab verò meretricem, et domum patris ejus, et omnia quæ habebat, fecit Josue vivere, et habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem : eo quòd absconderit nuntios, quos miserat ut explorarent Jericho. In tempore illo, imprecatus est Josue, dicens (1) :

24. Après cela ils brûlèrent la ville e tout ce qui se trouva dedans, à la réserve de l'or et de l'argent, des vases d'airain et de fer, qu'ils consacrèrent pour le trésor du Seigneur.

25. Mais Josué sauva Rahab, courtisane, et la maison de son père avec tout ce qu'elle avait, et ils demeurèrent au milieu du peuple d'Israël, comme ils y sont encore aujourd'hui, parce qu'elle avait caché les deux hommes qu'il avait envoyés pour reconnaître Jéricho. Alors Josué fit cette imprécation :

§ III. *Josué maudit celui qui entreprendra de rebâtir Jéricho.*

26. Maledictus vir coram Domino, qui suscitaverit et ædificaverit civitatem Jericho. In primogenito suo fundamenta illius jaciat, et in novissimo liberorum ponat portas ejus.

27. Fuit ergo Dominus cum Josue, et nomen ejus vulgatum est in omni terra.

26. Maudit soit devant le Seigneur l'homme qui rebâtira la ville de Jéricho. Que son premier-né meure lorsqu'il en jettera les fondements ; et qu'il perde le dernier de ses enfants lorsqu'il en mettra les portes. *Cette malédiction eut son effet en la personne d'Hiel, qui entreprit de rebâtir cette ville.*

27. Le Seigneur fut donc avec Josué, et son nom devint célèbre dans toute la terre.

CHAPITRE VII.

§ I. *Josué envoie reconnaître la ville de Haï, et fait marcher trois mille hommes contre elle. Ils sont mis en fuite par les habitants de cette ville qui en tuent plusieurs. Josué, affligé de cette défaite, se prosterne devant le Seigneur, et le prie avec beaucoup de ferveur* (2).

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Filii autem Israel prævaricati sunt mandatum, et usurpaverunt de anathemate. Nam Achan filius

1. Or *quelques-uns d'entre* les enfants d'Israël violèrent la défense qui leur avait été faite, et ils prirent pour eux de ce

(1) Bible vengée, note VII. — (2) Bible vengée, note VIII.

---

24. *Absque auro et argento.* Servatum aurum, argentum, metalla fortasse, in templi olim fabricandi impensas.

25. *Fecit Josue vivere.* Servavit.

26. *In primogenito suo fundamenta illius jaciat.* Sententia est, in urbis hujus restauratorum animadvertet Deus hac pœna, ut omnes ejus emoriantur liberi, primogenitus quidem cum jacere cœperit fundamenta, in aliis deinceps partibus alii, in ultima vero, id est in portis statuendis, ultimus, seu natu minimus. Harum postea dirarum vim expertus est Hiel de Bethel, ut habemus III. Reg. 16. 34.

CAP. VII. 1. *Achan.* LXX, *Achar,* ut etiam in vulgata nostra appellatur I. Paral. 2. 7. Hebr. עכר *hachar* turbare significat, quam vocem nominis

Digitized by Google

qui avait été mis sous l'anathème. Car Achan, fils de Charmi, fils de Zabdi, fils de Zaré, de la tribu de Juda, déroba quelque chose de *ce qui avait été soumis à* l'anathème; et le Seigneur se mit en colère contre les enfants d'Israël, *pour cette désobéissance de l'un d'entre eux.*

Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda, tulit aliquid de anathemate : iratusque est Dominus contra filios Israel.

2. *Or voici comment cette colère du Seigneur éclata.* En ce même temps Josué envoya de Jéricho des hommes contre Haï, qui est près de Béthaven, à l'orient de la ville de Béthel, et il leur dit : Allez, et reconnaissez le pays. Ils firent ce qui leur avait été commandé, ils reconnurent la ville de Haï.

2. Cumque mitteret Josue de Jericho viros contra Hai, quæ est juxta Bethaven, ad orientalem plagam oppidi Bethel, dixit eis : Ascendite, et explorate terram. Qui præcepta complentes exploraverunt Hai.

3. Et étant revenus, ils lui dirent : Qu'on ne fasse point marcher tout le peuple, mais qu'on envoie deux ou trois mille hommes pour détruire cette ville. Qu'est-il nécessaire de fatiguer inutilement tout le peuple *en l'envoyant* contre un si petit nombre d'ennemis? *Ils parlaient ainsi, parce qu'ils n'avaient pas bien reconnu les forces de la ville, ou qu'ils présumaient trop des leurs propres.*

3. Et reversi dixerunt ei : Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, et deleant civitatem : quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos?

4. Trois mille hommes marchèrent donc en armes contre Haï : mais ayant tourné le dos aussitôt *qu'ils virent paraître l'ennemi,*

4. Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes,

5. Ils furent chargés par ceux de la ville de Haï, et il y en eut trente-six de tués : les ennemis les poursuivirent depuis leur porte jusqu'à Sabarim, et tuèrent ceux qui s'enfuyaient vers le bas de la colline. Alors le cœur du peuple, *qui ne s'était*

5. Percussi sunt a viris urbis Hai, et corruerunt ex eis triginta sex homines : persecutique sunt eos adversarii de porta usque ad Sabarim, et ceciderunt per prona fugientes : pertimuitque cor po-

---

Achan originem esse indicat Josue hoc cap. n. 26. — *Filius Charmi.* Achanis accurate describitur genealogia : 1. ut distingueretur ab aliis, si qui forte idem nomen haberent; 2. propter eam, quæ postea narranda erat, inquisitionem sontis, in qua per tribus, familias, domos, et capita ad ipsum ventum est; 3. ut parentum memoria aliqua infamiæ nota aspergatur, ad quos male educati filii nonnulla culpa pertinet; 4. ut augeatur infamia peccantis, qui ex tam illustri tribu ortus est. — *Tulit aliquid de anathemate.* Quid hoc fuerit dicitur infra, n. 12.

2. *Hai.* Oppidulum Amorrhæorum; alterum vero ejusdem nominis Ammonitarum erat, cujus mentio Jerem. 49. 3. — *Bethaven.* Nomen urbis et deserti, cujus mentio infra, cap. 18. 12. — *Bethel.* Sic dictam ob causam quæ Genes. 28. 19, habetur; prius dicebatur Luza.

5. *Usque ad Sabarim.* Sabarim significat fracturas, confractiones, contritiones, ab hoc eventu fortasse, ut alibi videbimus factum, imposito nomine. Chald. et LXX, *usque dum contererent, seu confringerent eos.* — *Instar*

Digitized by Google

puli, et instar aquæ liquefactum est (1).

6. Josue verò scidit vestimenta sua, et pronus cecidit in terram coram arca Domini usque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israel : miseruntque pulverem super capita sua,

7. Et dixit Josue : Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Jordanem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrhæi, et perderes? utinam ut cœpimus, mansissemus trans Jordanem.

8. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem?

attendu à rien de semblable, fut saisi de crainte, et devint comme de l'eau qui s'écoule, *Dieu les ayant livrés à leur propre faiblesse et à leur timidité naturelle.*

6. Mais Josué, *au lieu de s'abandonner à la crainte, eut recours à la pénitence :* il déchira ses vêtements, se jeta le visage contre terre devant l'arche du Seigneur, *et demeura ainsi prosterné* avec tous les anciens d'Israël jusqu'au soir ; et ils se mirent de la poussière sur la tête, *pour fléchir la colère du Seigneur et attirer sur eux sa miséricorde.*

7. Et Josué dit : Hélas ! Seigneur mon Dieu, avez-vous donc voulu faire passer à ce peuple le fleuve du Jourdain pour nous liver entre les mains des Amorrhéens et pour nous perdre? Il eût été à souhaiter *pour votre gloire* que nous fussions demeurés au delà du Jourdain, comme nous avions commencé *d'y demeurer.*

8. Que dirai-je, ô Dieu mon Seigneur, en voyant Israël prendre la fuite devant ses ennemis ?

1) Bible vengée, note VIII.

---

aquæ liquefactum est. Quæ facillime cedit, huc illuc fluctuat : ita qui animo consternati sunt, malis cedunt, animo fluctuant.

6. *Scidit vestimenta sua.* Fuit olim in magni doloris significatione vestium hæc laceratio perusitata : passim habes exempla in Scriptura, Jud. 11. 35; I. Reg. 4. 12; Job. 1. 20; I. Mach. 2. 14, et alibi. — *Coram arca Domini.* Cum Josue non esset pontifex, Sancta sanctorum ingredi non poterat. Oravit ergo pronus ex proximo, quo potuit, loco, ad locum obversus ubi erat arca. — *Senes.* Ita vocantur tribuum et familiarum principes, licet fortasse non omnes essent ætate senes. — *Miseruntque pulverem super capita.* Etiam hoc in luctu usitatum, et alibi hujus ritus exempla in Scriptura. Sic Mardochæus, Esther. 4. 1, scidit vestimenta, et capiti cineres aspersit. Usitata etiam aliis gentibus pulveris hæc inspersio, et vestium laceratio. Virg. 12. Æneid.

. . . . . it scissâ veste Latinus,
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans.

7. *Ut traderes nos in manus Amorrhæi.* Vel sensus est permissivus, quasi dicat : Ut sineres nos in Amorrhæorum manus incidere ab iisque perdi; vel consecutivus, quasi dicat : Quia nos trans Jordanem duxisti, ecce jam evenit ut Amorrhæorum objiciamur furori, et ab iis cædamur et pereamus. — *Utinam, ut cœpimus, mansissemus trans Jordanem.* Id est, ut aliqui cœperunt ibi trans Jordanem sedes sibi quærere. Hoc voto non videtur peccasse Josue, quia ita ex magno affectu locutus est; nec quasi inconsulte locutus, est a Domino reprehensus.

8. *Mi Domine.* Hebr. *in me, Domine;* quasi dicat : In me, Domine, oculi et aures tuæ intentæ sint et conversæ. — *Quid dicam?* Quid cogitabo?

Digitized by Google

9. Les Chananéens et tous les habitants du pays l'entendront dire ; et s'unissant ensemble ils nous envelopperont, et extermineront votre nom de dessus la terre : et alors que deviendra la gloire de votre grand nom ?

9. Audient Chananæi, et omnes habitatores terræ, et pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra : et quid facies magno nomini tuo ?

§ II. *Le Seigneur fait relever Josué. Il lui déclare que Israël a péché en retenant quelque chose de l'anathème de Jéricho. Josué jette le sort pour découvrir celui qui avait irrité le Seigneur. Le coupable confesse son crime. Il est lapidé par le peuple, et tout ce qui lui appartient est consumé par le feu.*

10. Le Seigneur dit à Josué : Levez-vous : pourquoi vous tenez-vous couché par terre *durant tout le jour* ?

10. Dixitque Dominus ad Josue : Surge, cur jaces pronus in terra ?

11. Israël a péché, et il a violé l'accord que j'avais fait avec lui. Ils ont pris de l'anathème ; ils en ont dérobé, ils ont menti, et ils ont caché leur vol parmi leur bagage.

11. Peccavit Israel, et prævaricatus est pactum meum : tuleruntque de anathemate, et furati sunt atque mentiti, et absconderunt inter vasa sua.

12. Israël ne pourra plus tenir contre ses ennemis, et il fuira devant eux, parce qu'il s'est souillé *en retenant quelque chose* de l'anathème *de Jéricho ; ainsi* je ne serai plus avec vous, jusqu'à ce que vous ayez exterminé celui qui est coupable de ce crime.

12. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet : quia pollutus est anathemate ; non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est.

13. Levez-vous *donc ;* sanctifiez le peuple, et dites-leur : Sanctifiez-vous, pour *paraître* demain *devant le Seigneur ;* car voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : L'anathème est au milieu de vous, *ce qui m'avait été consacré a été retenu par l'un d'entre vous.* Israël, vous ne pourrez soutenir l'effort de vos ennemis jusqu'à ce que celui qui est souillé de ce crime soit exterminé du milieu de vous.

13. Surge, sanctifica populum, et dic eis : Sanctificamini in crastinum : hæc enim dicit Dominus Deus Israel : Anathema in medio tui est Israel : non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere.

---

9. *Quid facies magno nomini tuo?* Quod ab hostibus nostris traducetur, quasi non potueris tuos salvos præstare et a periculis eripere.

* 10. *Surge.* Nullus hic deprecandi locus, neque nisi pœna sontis expiari potest populus.

11. *Atque... mentiti.* Omnes enim spoponderant se nihil ex anathemate ablaturos, cap. 6, n. 18, 19 ; nunc vero factum secus. — *Inter vasa.* Domesticam supellectilem.

12. *Pollutus est anathemate.* Hebr. *populus ipse factus est anathema,* ut etiam habent LXX, et sensus est : exitio devoti sunt Israelitæ, et digni, qui anathematis instar e medio penitus tollantur. — *Donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est.* Hebr. et LXX, *nisi disperdideritis anathema e medio vestri.*

13. *Sanctifica populum.* Modo supra exposito, cap. 3, n. 5, per vestium scilicet lotionem, corporum, animorumque castimoniam, et noctis illius secubitum.

Digitized by Google

14. Accedetisque mane singuli per tribus vestras : et quamcumque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusque per viros (1).

15. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua : quoniam prævaricatus est pactum Domini, et fecit nefas in Israel.

16. Surgens itaque Josue mane, applicuit Israel per tribus suas, et inventa est tribus Juda.

17. Quæ cùm juxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi,

18. Cujus domum in singulos dividens viros, invenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda.

19. Et ait Josue ad Achan : Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.

14. *C'est pourquoi* vous vous présenterez demain au matin *devant le Seigneur*, chacun dans votre tribu ; et le sort étant tombé sur l'une des tribus, on passera de cette tribu aux familles *qui la composent*, des familles aux maisons, et de la maison à chaque particulier :

15. Et quiconque sera trouvé coupable de ce crime sera brûlé avec tout ce qui lui appartient, parce qu'il a violé l'alliance du Seigneur, et qu'il a fait une chose détestable dans Israël.

16. Josué se levant donc de grand matin fit assembler Israël par tribus, et le sort tomba sur la tribu de Juda :

17. Comme elle se fut présentée avec toutes ses familles, le sort tomba sur la famille de Zaré. Cette famille s'étant présentée par maisons, le sort tomba sur la maison de Zabdi,

18. Dont tous les particuliers s'étant présentés séparément, le sort tomba sur Achan, fils de Charmi, fils de Zabdi, fils de Zaré, de la tribu de Juda.

19. Et Josué dit à Achan : Mon fils, rendez gloire au Seigneur le Dieu d'Israël ; confessez *votre faute*, et déclarez-moi ce que vous avez fait, sans en rien cacher ; *car vous voyez que tout est découvert aux yeux du Seigneur.*

(1) Bible vengée, note VIII.

---

14. *Accedetisque mane singuli per tribus.* Masius probabiliter censet pro qualibet tribu earum principes se stetisse, eodemque modo familiarum, sive gentium capita, tandemque domorum patresfamilias, ultimo loco omnes, qui ad eam familiam pertinebant. Probabile etiam est totum Israelem convenisse, ut sortitioni interesset, et divini indicii et judicii exitum cerneret.

16. *Applicuit Israel per tribus suas.* Fortasse inscriptis earum nominibus in schedulis.

18. *Invenit Achan.* Evenit enim quod Salomon ait in Proverbiis, cap. 16. 33 : *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.*

19. *Fili mi.* Appellat filium ; sunt enim principes boni subditorum suorum patres. Sic Abraham divitem illum in infernum demersum filium vocat : *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua.* Luc. 16. 25. — *Da gloriam Domino Deo.* Modus Hebræis usitatus, quo solebant rei tanquam per Deum adjurati solemni ritu interrogari ; admoniti iis verbis stare se coram Deo, reverendam sibi ejus esse majestatem ; ne ergo coram illo mentirentur, qui omnia probe sciret, quasi judicantes illum esse ignarum humanarum rerum, quæ magna in Deum erat injuria ; hunc potius illi honorem deferrent, ut confitenda illius reverentia, veritate ostenderent se credere nihil illum ignorare.

Digitized by Google

9. Les Chananéens et tous les habitants du pays l'entendront dire ; et s'unissant ensemble ils nous envelopperont, et extermineront votre nom de dessus la terre : et alors que deviendra la gloire de votre grand nom ?

9. Audient Chananæi, et omnes habitatores terræ, et pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra : et quid facies magno nomini tuo ?

§ II. *Le Seigneur fait relever Josué. Il lui déclare que Israël a péché en retenant quelque chose de l'anathème de Jéricho. Josué jette le sort pour découvrir celui qui avait irrité le Seigneur. Le coupable confesse son crime. Il est lapidé par le peuple, et tout ce qui lui appartient est consumé par le feu.*

10. Le Seigneur dit à Josué : Levez-vous : pourquoi vous tenez-vous couché par terre *durant tout le jour* ?

10. Dixitque Dominus ad Josue : Surge, cur jaces pronus in terra ?

11. Israël a péché, et il a violé l'accord que j'avais fait avec lui. Ils ont pris de l'anathème ; ils en ont dérobé, ils ont menti, et ils ont caché leur vol parmi leur bagage.

11. Peccavit Israel, et prævaricatus est pactum meum : tuleruntque de anathemate, et furati sunt atque mentiti, et absconderunt inter vasa sua.

12. Israël ne pourra plus tenir contre ses ennemis, et il fuira devant eux, parce qu'il s'est souillé *en retenant quelque chose* de l'anathème *de Jéricho ; ainsi* je ne serai plus avec vous, jusqu'à ce que vous ayez exterminé celui qui est coupable de ce crime.

12. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet : quia pollutus est anathemate ; non ero ultra vobiscum, donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est.

13. Levez-vous *donc ;* sanctifiez le peuple, et dites-leur : Sanctifiez-vous, pour *paraître* demain *devant le Seigneur ;* car voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : L'anathème est au milieu de vous, *ce qui m'avait été consacré a été retenu par l'un d'entre vous.* Israël, vous ne pourrez soutenir l'effort de vos ennemis jusqu'à ce que celui qui est souillé de ce crime soit exterminé du milieu de vous.

13. Surge, sanctifica populum, et dic eis : Sanctificamini in crastinum : hæc enim dicit Dominus Deus Israel : Anathema in medio tui est Israel : non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere.

---

9. *Quid facies magno nomini tuo?* Quod ab hostibus nostris traducetur, quasi non potueris tuos salvos præstare et a periculis eripere.

* 10. *Surge.* Nullus hic deprecandi locus, neque nisi pœna sontis expiari potest populus.

11. *Atque... mentiti.* Omnes enim spoponderant se nihil ex anathemate ablaturos, cap. 6, n. 18, 19 ; nunc vero factum secus. — *Inter vasa.* Domesticam supellectilem.

12. *Pollutus est anathemate.* Hebr. *populus ipse factus est anathema,* ut etiam habent LXX, et sensus est : exitio devoti sunt Israelitæ, et digni, qui anathematis instar e medio penitus tollantur. — *Donec conteratis eum qui hujus sceleris reus est.* Hebr. et LXX, *nisi disperdideritis anathema e medio vestri.*

13. *Sanctifica populum.* Modo supra exposito, cap. 3, n. 5, per vestium scilicet lotionem, corporum, animorumque castimoniam, et noctis illius secubitum.

Digitized by Google

14. Accedetisque mane singuli per tribus vestras : et quamcumque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusque per viros (1).

15. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua : quoniam prævaricatus est pactum Domini, et fecit nefas in Israel.

16. Surgens itaque Josue mane, applicuit Israel per tribus suas, et inventa est tribus Juda.

17. Quæ cùm juxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi,

18. Cujus domum in singulos dividens viros, invenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Juda.

19. Et ait Josue ad Achan : Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, et confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.

14. *C'est pourquoi* vous vous présenterez demain au matin *devant le Seigneur*, chacun dans votre tribu ; et le sort étant tombé sur l'une des tribus, on passera de cette tribu aux familles *qui la composent*, des familles aux maisons, et de la maison à chaque particulier :

15. Et quiconque sera trouvé coupable de ce crime sera brûlé avec tout ce qui lui appartient, parce qu'il a violé l'alliance du Seigneur, et qu'il a fait une chose détestable dans Israël.

16. Josué se levant donc de grand matin fit assembler Israël par tribus, et le sort tomba sur la tribu de Juda :

17. Comme elle se fut présentée avec toutes ses familles, le sort tomba sur la famille de Zaré. Cette famille s'étant présentée par maisons, le sort tomba sur la maison de Zabdi,

18. Dont tous les particuliers s'étant présentés séparément, le sort tomba sur Achan, fils de Charmi, fils de Zabdi, fils de Zaré, de la tribu de Juda.

19. Et Josué dit à Achan : Mon fils, rendez gloire au Seigneur le Dieu d'Israël ; confessez *votre faute*, et déclarez-moi ce que vous avez fait, sans en rien cacher ; *car vous voyez que tout est découvert aux yeux du Seigneur.*

(1) Bible vengée, note VIII.

---

14. *Accedetisque mane singuli per tribus.* Masius probabiliter censet pro qualibet tribu earum principes se stetisse, eodemque modo familiarum, sive gentium capita, tandemque domorum patresfamilias, ultimo loco omnes, qui ad eam familiam pertinebant. Probabile etiam est totum Israelem convenisse, ut sortitioni interesset, et divini indicii et judicii exitum cerneret.

16. *Applicuit Israel per tribus suas.* Fortasse inscriptis earum nominibus in schedulis.

18. *Invenit Achan.* Evenit enim quod Salomon ait in Proverbiis, cap. 16. 33 : *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.*

19. *Fili mi.* Appellat filium ; sunt enim principes boni subditorum suorum patres. Sic Abraham divitem illum in infernum demersum filium vocat : *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua.* Luc. 16. 25. — *Da gloriam Domino Deo.* Modus Hebræis usitatus, quo solebant rei tanquam per Deum adjurati solemni ritu interrogari ; admoniti iis verbis stare se coram Deo, reverendam sibi ejus esse majestatem ; ne ergo coram illo mentirentur, qui omnia probe sciret, quasi judicantes illum esse ignarum humanarum rerum, quæ magna in Deum erat injuria ; hunc potius illi honorem deferrent, ut confitenda illius reverentia, veritate ostenderent se credere nihil illum ignorare.

Digitized by Google

20. Et Achan répondit à Josué : Il est vrai que j'ai péché contre le Seigneur le Dieu d'Israël, et voici ce que j'ai fait :

21. Ayant vu parmi les dépouilles un manteau d'écarlate qui était fort bon, et deux cents sicles d'argent, avec une règle d'or de cinquante sicles, j'eus une grande passion de les avoir ; et les ayant pris, je les cachai en terre au milieu de ma tente, et je cachai aussi l'argent dans une fosse que j'y fis.

22. Josué envoya donc des gens qui coururent à la tente d'Achan et trouvèrent tout ce qui était caché, avec l'argent au même lieu qu'il avait dit.

23. Et ayant tiré toutes ces choses hors de sa tente, ils les portèrent à Josué, et à tous les enfants d'Israël, et les jetèrent devant le Seigneur.

24. Or Josué et tout Israël qui était avec lui ayant pris Achan, fils de Zaré, et l'argent, le manteau et la règle d'or, avec ses fils et ses filles, ses bœufs, ses ânes et ses brebis, et sa tente même, et tout ce qui était à lui, les menèrent en la vallée d'Achor,

25. Où Josué lui dit : Parce que vous nous avez troublés tous, que le Seigneur

20. Respondítque Achan Josue, et dixit ei : Verè ego peccavi Domino Deo Israel, et sic et sic feci ;

21. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, et ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum : et concupiscens abstuli, et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui.

22. Misit ergo Josue ministros : qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, et argentum simul.

23. Auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Josue, et ad omnes filios Israel, projeceruntque ante Dominum.

24. Tollens itaque Josue Achan filium Zare, argentumque et pallium, et auream regulam, filios quoque et filias ejus, boves et asinos, et oves, ipsumque tabernaculum, et cunctam supellectilem : (et omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad vallem Achor :

25. Ubi dixit Josue : Quia turbasti nos, exturbet te Dominus

---

20. *Vere ego peccavi.* Singula verba ab animo dolente profecta suam emphasim habent. — *Domino Deo Israel.* Peccavi Domino, id est contra Domini præscriptum, vel, solo Domino conscio, quemadmodum et David dicebat, Ps. 50. 6 : *Tibi soli peccavi*, quia licet in Uriam peccasset, is tamen injuriæ sibi illatæ ignarus erat.

21. *Pallium coccineum valde bonum.* Vox hebraica אדרת *addereth*, vestem non quamcumque, sed fortem, splendidam et magnificam significat. Aquila et Chaldæus habent, *vestem babylonicam.* Porro, *Babylon*, ut ait Plin. lib. 8. cap. 48, *docuit diversos colores picturæ intertexere.* — *Ducentos siclos argenti.* Siclus unus quatuor regalibus hispanicis respondet. — *Regulamque auream.* Virgulam auream linguæ instar : laminam auream. — *Contra medium.* In medio.

23. *Ante Dominum.* Arcam Domini.

24. *Filios quoque et filias.* Probabile hos notasse quid pater egisset, eoque veluti emolumento insigni delectatos, et sic etiam ob propriam noxiam interiisse. Si per ætatem aut ignorantiam facti sceleris participes non fuerunt, sine culpa, sed non sine causa, ob crimen scilicet patris, occisi sunt, ita jubente Deo qui vitæ et mortis Dominus est. — *Boves et asinos.* Quod factum ad summam facinoris detestationem.

25. *Quia turbasti nos.* Alludit ad etymon nominis Achan, de quo dictum supra, n. 1. — *Lapidavitque eum.* Et etiam combussit, ut expresse habetur

Digitized by Google

in die hoc. Lapidavitque eum omnis Israel, et cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt.

26. Congregaveruntque super eum acervum magnum lapidum, qui permanet usque in præsentem diem. Et aversus est furor Domini ab eis. Vocatumque est nomen loci illius, vallis Achor, usque hodie.

vous trouble et vous extermine en ce jour-ci : et tout Israël le lapida ; *et son corps, avec* tout ce qui avait été à lui, fut consumé par le feu, *comme le Seigneur l'avait ordonné.*

26. Et ils amassèrent sur lui un grand monceau de pierres, qui est demeuré jusqu'aujourd'hui. Ainsi la fureur du Seigneur se détourna de dessus eux ; et ce lieu fut appelé, et s'appelle encore aujourd'hui la vallée d'Achor.

CHAPITRE VIII.

§ I. *Josué, par l'ordre de Dieu, marche contre Haï avec toute l'armée. Il dresse une embuscade auprès de cette ville et y attire tous ceux qui la devaient défendre.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Dixit autem Dominus ad Josue : Ne timeas, neque formides : tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, et consurgens ascende in oppidum Hai; ecce tradidi in manu tua regem ejus, et populum, urbemque et terram.

2. Faciesque urbi Hai, et regi ejus, sicut fecisti Jericho, et regi illius : prædam verò, et omnia animantia diripietis vobis : pone insidias urbi post eam.

1. Le Seigneur dit alors à Josué : Ne craignez point et ne vous effrayez point. Allez, conduisez toute l'armée, et marchez contre la ville de Haï. Je vous en ai livré le roi et le peuple, la ville et tout le pays.

2. Et vous traiterez la ville de Haï et son roi comme vous avez traité Jéricho et son roi : mais vous prendrez pour vous tout le butin et tous les bestiaux. *Or, pour réussir dans cette entreprise, sans fatiguer l'armée par un siége, et sans l'exposer à un combat,* vous dresserez une embuscade derrière la ville ; *ceux que vous choisirez pour cette embuscade exécuteront les ordres que vous leur donnerez.*

3. Surrexitque Josue, et omnis exercitus bellatorum cum eo, ut ascenderent in Hai; et electa triginta millia virorum fortium misit nocte,

3. *Le lendemain matin* Josué se leva donc et toute l'armée avec lui, pour marcher contre Haï ; et *dès le commencement de* la nuit, il envoya trente mille hommes choisis des plus vaillants *d'Israël,*

---

in hebræo. Serarius putat primo combustum, tum in illius cineres ingestos lapides, et acervum illum, de quo n. sequenti, excitatum. Porro Achan, temporario exstinctum igne, ab æterno liberatum, cœloque receptum, graves auctores censent * ob insignem pœnitentiam et humilem sceleris confessionem.

26. *Super eum.* Super Achan solum. — *Vallis Achor.* Id est, *turbationis.*

CAP. VIII. 1. *Neque formides.* Chald. *neque frangaris.*

Digitized by Google

4. Auxquels il donna cet ordre : Dressez une embuscade derrière la ville ; ne vous éloignez pas beaucoup ; et tous tant que vous êtes, tenez-vous prêts :

5. Et pour moi j'irai attaquer la ville d'un autre côté avec tout le reste du peuple qui est avec moi ; et lorsqu'ils sortiront contre nous, nous tournerons le dos pour fuir, comme nous avons fait auparavant ;

6. Jusqu'à ce que ceux qui nous poursuivront aient été attirés plus loin de la ville. Car ils croiront que nous fuirons en effet, comme nous avons fait la première fois.

7. Lors donc que nous fuirons, et qu'ils nous poursuivront, vous sortirez de votre embuscade, et vous détruirez la ville ; car le Seigneur votre Dieu vous la livrera entre les mains.

8. Quand vous l'aurez prise, mettez-y le feu, *pour nous avertir que vous en êtes les maîtres*, et faites tout selon l'ordre que je vous donne.

8. Josué les ayant donc fait marcher, ils allèrent au lieu de l'embuscade, et se mirent entre Béthel et Haï, du côté qui regarde l'occident de Haï. Mais Josué demeura cette nuit-là au milieu du peuple ;

10. Et le lendemain s'étant levé avant le jour, il fit la revue de ses gens, et marcha avec les anciens *du peuple et les principaux officiers*, à la tête de l'armée, soutenu du gros de ses troupes :

11. Et lorsqu'ils furent arrivés *à la vue de Haï*, et qu'ils furent montés devant la ville, ils s'arrêtèrent du côté du septentrion : il y avait une vallée entre eux et la ville, *qui semblait devoir être le champ de bataille.*

12. *Mais avant d'en venir aux mains*, Josué avait choisi cinq mille hommes, *de*

4. Præcepitque eis, dicens : Ponite insidias post civitatem : nec longiùs recedatis ; et eritis omnes parati :

5. Ego autem, et reliqua multitudo quæ mecum est, accedemus ex adverso contra urbem. Cumque exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus, et terga vertemus :

6. Donec persequentes ab urbe longiùs protrahantur : putabunt enim nos fugere sicut prius.

7. Nobis ergo fugientibus, et illis persequentibus, consurgetis de insidiis, et vastabitis civitatem ; tradetque eam Dominus Deus vester in manus vestras.

8. Cumque ceperitis, succendite eam, et sic omnia facietis, ut jussi.

9. Dimisitque eos, et perrexerunt ad locum insidiarum, sederuntque inter Bethel et Hai, ad occidentalem plagam urbis Hai : Josue autem nocte illa in medio mansit populi,

10. Surgensque diluculo recensuit socios, et ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum.

11. Cumque venissent et ascendissent ex adverso civitatis, steterunt ad septentrionalem urbis plagam, inter quam et eos erat vallis media.

12. Quinque autem millia viros elegerat, et posuerat in insidiis

---

4. ***Ponite insidias.*** Non omnia triginta millia, quæ noctu præmisit Josue, posita sunt in insidiis ; magnus enim is numerus in eam rem, sed ex eo numero tantum quinque millia de quibus n. 12. — * ***Eritis omnes parati.*** Ut, cum tempus fuerit, irrumpatis in urbem.

* 9. ***In medio mansit populi.*** In castris.

* 10. ***Recensuit socios.*** Fortasse ut post pugnam constaret neminem desideratum. — * ***Cum senioribus.*** Quorum major rei militaris erat experientia, ut eorum consilio, quantum opus esset, juvaretur.

Digitized by Google

inter Bethel et Hai, ex occidentali parte ejusdem civitatis (1).

13. Omnis vero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita ut novissimi illius multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit ergo Josue nocte illâ, et stetit in vallis medio.

14. Quod cum vidisset rex Hai, festinavit mane, et egressus est cum omni exercitu civitatis, direxitque aciem contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidiæ.

15. Josue vero et omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, et fugientes per solitudinis viam.

16. At illi vociferantes pariter, et se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos. Cumque recessissent a civitate,

17. Et ne unus quidem in urbe Hai et Bethel remansisset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant aperta oppida relinquentes).

trente mille qu'il avait mis en embuscade entre Béthel et Haï, à l'occident de la même ville, *et avait ordonné à ces cinq mille hommes de se jeter dans Haï dès que les habitants en seraient sortis.*

13. *Or ces hommes se tenaient dans leur embuscade*, et tout le reste de l'armée marchait en bataille du côté du septentrion, en *s'élargissant néanmoins de telle sorte* que les derniers rangs s'étendaient jusqu'à l'occident de la ville. Josué ayant donc marché *sur la fin de* cette nuit-là, s'arrêta au milieu de la vallée.

14. Ce que le roi de Haï ayant vu, il sortit en grande hâte dès le point du jour avec toute l'armée qui était dans la ville, et il conduisit ses troupes vers le désert, c'est-à-dire *vers la plaine de Galgala d'où les Israélites étaient partis*, ne sachant pas qu'il y avait des gens en embuscade derrière lui.

15. En même temps Josué et tout Israël lâchèrent le pied, faisant semblant d'être épouvantés, et fuyant par le chemin qui mène au désert *de Galgala.*

16. Mais ceux de Haï jetant tous ensemble un grand cri, et s'encourageant mutuellement, les poursuivirent; et étant tous sortis de la ville,

17. Sans qu'il en demeurât un seul dans Haï et dans Béthel *de ceux qui pouvaient porter les armes*, qui ne poursuivît Israël, parce qu'ils étaient sortis tous en foule, ayant laissé leurs villes ouvertes.

§ II. *Josué, par l'ordre du Seigneur, lève le bouclier contre Haï. La ville est prise et brûlée. Ceux qui en étaient sortis sont passés au fil de l'épée, et Josué fait pendre le roi.*

18. Dixit Dominus ad Josue : Leva clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam.

18. Le Seigneur dit à Josué : Levez contre la ville de Haï le bouclier que vous tenez à la main, parce que je vous la livrerai.

(1) Ces cinq mille hommes formaient une deuxième embuscade à quelque distance de la première, dans le but, sans doute, de prendre l'ennemi de tous côtés et de lui fermer la retraite.

---

* 13. *Ad aquilonem.* Ad aquilonarem urbis partem.

15. *Per solitudinis viam.* Per viam quæ ducit ad desertum.

18. *Leva clypeum.* Super hastam videlicet alligatum, ut fieret conspicuus iis qui erant in insidiis, juxta conditum. Non quod qui latebant in insidiis viderent clypeum, sed, ut fieri solet, aliqui agebant excubias in edito loco, unde signum clypeo datum videre poterant; et eos qui latebant in insidiis, admonere.

Digitized by Google

19. Et ayant levé son bouclier contre la ville, ceux qui étaient cachés en embuscade, *ayant vu ce signal dont on était convenu*, se levèrent aussitôt et marchèrent vers la ville, la prirent et y mirent le feu.

20. Or les gens de la ville qui poursuivaient Josué regardant *derrière eux*, et voyant la fumée de la ville qui s'élevait jusqu'au ciel, ne purent plus fuir ni d'un côté ni de l'autre; surtout parce que ceux qui avaient fait semblant de fuir, et qui marchaient du côté du désert, tournèrent visage contre eux, et attaquèrent vivement ceux qui les avaient poursuivis jusqu'alors.

21. En effet Josué et tout Israël voyant que la ville était prise et que la fumée en montait en haut, se retournèrent contre ceux de Haï, et les taillèrent en pièces.

22. En même temps ceux qui avaient pris et brûlé la ville en étant sortis pour venir au devant des leurs, commencèrent à charger et à envelopper les ennemis qui se trouvèrent tellement battus devant et derrière, qu'il ne s'en sauva pas un seul d'un si grand nombre.

23. Ils prirent aussi vif le roi de la ville de Haï, et le présentèrent à Josué.

24. Tous ceux donc qui avaient poursuivi les Israélites lorsqu'ils fuyaient vers le désert ayant été tués, et s'en étant fait un grand carnage en ce même lieu, les enfants d'Israël entrèrent dans la ville, et tuèrent tout ce qui s'y rencontra.

25. En ce jour-là il fut tué, depuis les hommes jusqu'aux femmes, douze mille personnes qui étaient toutes de la ville de Haï; *car ceux de Béthel s'étaient enfuis et étaient rentrés dans leur ville.*

26. Et Josué tenant son bouclier ne baissa point la main qu'il avait élevée en haut, jusqu'à ce que tous les habitants de Haï fussent tués, *imitant en cela ce que Moïse avait fait à l'égard des Amalécites dans le désert.*

19. Cumque elevasset clypeum ex adverso civitatis, insidiæ, quæ latebant, surrexerunt confestim : et pergentes ad civitatem, ceperunt, et succenderunt eam.

20. Viri autem civitatis, qui persequebantur Josue, respicientes et videntes fumum urbis ad cœlum usque conscendere, non potuerunt ultra huc illucque diffugere : præsertim cum hi qui simulaverant fugam, et tendebant ad solitudinem, contra persequentes fortissimè restitissent.

21. Videnscue Josue et omnis Israel quod capta esset civitas, et fumus urbis ascenderet, reversus percussit viros Hai.

22. Siquidem et illi qui ceperant et succenderant civitatem, egressi ex urbe contra suos, medios hostium ferire cœperunt. Cum ergo ex utraque parte adversarii cæderentur, ita ut nullus de tanta multitudine salvaretur.

23. Regem quoque urbis Hai apprehenderunt viventem, et obtulerunt Josue.

24. Igitur omnibus interfectis, qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, et in eodem loco gladio corruentibus, reversi filii Israel percusserunt civitatem.

25. Erant autem qui in eodem die conciderant a viro usque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes urbis Hai.

26. Josue vero non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai.

---

*19. *Succenderunt eam.* Partem urbis intellige quæ vergebat ad septentrionem.

20. *Hi qui simulaverant fugam.* Ex quibus nulli desiderati sunt.

* 22. *Medios hostium.* Hostes qui medii erant inter Israelitas.

24. *Ad deserta tendentem.* Dum simulat fugam per viam solitudinis, ut dicitur n. 15.

Digitized by Google

27. Jumenta autem et prædam civitatis diviserunt sibi filii Israel, sicut præceperat Dominus Josue.

28. Qui succendit urbem, et fecit eam tumulum sempiternum :

29. Regem quoque ejus suspendit in patibulo usque ad vesperam et solis occasum. Præcepitque Josue, et deposuerunt cadaver ejus de cruce : projeceruntque in ipso introitu civitatis, congesto super eum magno acervo lapidum, qui permanet usque in præsentem diem.

27. Les enfants d'Israël partagèrent entre eux les bestiaux et tout le butin de la ville, selon l'ordre que Josué en avait reçu du Seigneur.

28. Josué brûla ensuite *tout ce qui restait de* la ville, et il en fit un tombeau éternel.

29. Il fit attacher aussi à une potence le roi de Haï, qui y demeura jusqu'au soir et jusqu'au soleil couché ; et alors Josué commanda qu'on descendît le corps de la croix, ce qui fut fait : et ils le jetèrent à l'entrée de la ville, et mirent sur lui un grand monceau de pierres, qui y est demeuré jusqu'aujourd'hui.

§ III. *Josué élève un autel au Seigneur, et il lui offre des sacrifices. Il écrit le Deutéronome sur des tables de pierre, et le lit devant tout le peuple.*

30. Tunc ædificavit Josue altare Domino Deo Israel in monte Hebal :

31. Sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, et scriptum est in volumine legis Moysi : altare vero de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit : et obtulit super eo holocausta Domino, immolavitque pacificas victimas.

32. Et scripsit super lapides Deu-

30. Alors Josué *s'avança dans le pays; et pour remercier Dieu de cette victoire, il* éleva un autel au Seigneur le Dieu d'Israël, sur le mont Hébal,

31. Selon que Moïse serviteur du Seigneur l'avait ordonné aux enfants d'Israël, et qu'il est écrit dans le livre de la loi de Moïse. Il fit cet autel de pierres non polies que le fer n'avait point touchées, et il offrit dessus des holocaustes au Seigneur, et immola des victimes pacifiques.

32. Il écrivit aussi sur des pierres le

---

* 28. *Tumulum sempiternum.* Longissimi temporis; nam post aliquot sæcula videtur restituta, cum illius mentio habeatur lib. I. Esdræ, c. 2. 28, et lib. II. c. 7. 32, et c. 11. 32.

29. *Suspendit in patibulo.* LXX lignum hoc patibulare διδυμον, scilicet *geminum* appellant, quod crucem significat ex duobus lignis commissam. Licet autem admodum infame esset hoc crucis suspendium, merito tamen eo mulctatus rex Hai, quia male acceperat Israelitas, et victoria insolentior factus fuerat, et quia principibus Chananæorum majus debebatur supplicium, qui suorum scelera adeo non vindicabant, ut potius eis pravo exemplo et peccandi licentia præirent. — *Usque ad vesperam et solis occasum.* In quo legem Deut. 21. 23. servavit Josue. — *In ipso introitu civitatis.* LXX. εἰς τὸν βόθρον, *in fossam :* superingesti vero lapides, ut factum fuerat cum Achan, cap. 7, n. 26.

30. *In monte Hebal.* Hebal et Garizim montes prope Sichem siti sunt, quod patet ex Judic. c. 9, n. 7.

31. *De lapidibus impolitis.* Idem præcipitur Deut. 27. 5. Cur vero ad altare adhiberentur lapides non dolati, dixi Exod. 20. 24.

32. *Scripsit super lapides Deuteronomium.* Pro multitudine rerum descri-

Digitized by Google

Deutéronome de la loi de Moïse, que Moïse avait exposé devant les enfants d'Israël.

33. Tout le peuple et les anciens, les officiers et les juges étaient debout des deux côtés de l'arche, devant les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur, les étrangers étant en leur rang, comme ceux du peuple. La moitié était près du mont Garizim, et l'autre moitié près du mont Hébal, selon que Moïse serviteur du Seigneur l'avait ordonné. Josué bénit premièrement le peuple d'Israël.

34. Et après cela il lut toutes les paroles de bénédiction et de malédiction *que Moïse avaient laissées*, et tout ce qui était écrit dans le livre de la loi.

35. Il n'omit rien de tout ce que Moïse avait commandé de dire : mais il représenta de nouveau toutes choses devant tout le peuple d'Israël, devant les femmes, les petits enfants et les étrangers qui demeuraient parmi eux, *ainsi que Moïse le lui avait ordonné. Josué s'en retourna ensuite à Galgala où fut pendant plusieurs années le camp de toute l'armée d'Israël.*

teronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel.

33. Omnis autem populus, et majores natu, ducesque ac judices stabant ex utraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, ut advena ita et indigena. Media pars eorum juxta montem Garizim, et media juxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel.

34. Post hæc legit omnia verba benedictionis et maledictionis, et cuncta quæ scripta erant in legis volumine.

35. Nihil ex his quæ Moyses jusserat, reliquit intactum, sed universa replicavit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac parvulis et advenis, qui inter eos morabantur.

CHAPITRE IX.

§ I. *Le bruit des victoires de Josué se répand dans tout le pays de delà le Jourdain. Les peuples qui l'habitent s'unissent pour combattre le peuple du Seigneur. Josué et les princes d'Israël, surpris par les Gabaonites, font alliance avec eux.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Toutes ces choses ayant été publiées, *et le bruit s'en étant répandu dans tout le pays*, les rois de delà le Jourdain,

1. Quibus auditis, cuncti reges trans Jordanem, qui versabantur in montanis et campestribus, in

---

bendarum, numerus etiam lapidum acceptus est; fortasse fuerunt 12, pro tribuum numero.

33. *Omnis autem populus.* In ipsa valle stabant ex sacerdotibus aliqui, qui arcam fœderis gestabant; deinde circum hos alii sacerdotes, ac Levitæ omnes; circum hos tertio stabant majores natu, et duces, et judices; tandem deinceps tribus omnes ascendendo versus montium cacumina. — *Ut advena, ita et indigena.* Tam proselyti qui advenæ dicuntur, quam Israelitæ. — *Benedixit populo Israel.* Vel per seipsum ut propheta, vel per sacerdotes.

* 34. *Et cuncta quæ scripta erant.* In hebræo et LXX est, legit omnia verba legis, benedictionem et maledictionem, juxta omne quod scriptum est in libro legis.

CAP. IX. 1. *Trans Jordanem.* Respectu terræ Moab. — *Magni maris.*

Digitized by Google

maritimis ac littore Magni maris, hi quoque qui habitabant juxta Libanum, Hethæus et Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, et Hevæus, et Jebusæus,

2. Congregati sunt pariter, ut pugnarent contra Josue et Israel uno animo eâdemque sententiâ.

3. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Josue Jericho et Hai,

4. Et callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, et utres vinarios scissos atque consutos,

5. Calceamentaque perantiqua quæ ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant, induti veteribus vestimentis : panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, et in frusta comminuti :

6. Perrexeruntque ad Josue, qui tunc morabatur in castris Galgalæ, et dixerunt ei, atque simul omni Israeli : De terra longinquâ venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderuntque viri Israel ad eos, atque dixerunt :

7. Ne fortè in terra, quæ nobis sorte debetur, habitetis, et non possimus fœdus inire vobiscum.

ceux qui demeuraient dans les montagnes et dans les plaines, dans les lieux maritimes, et sur le rivage de la Grande mer, et ceux qui habitaient près du Liban, les Héthéens, les Amorrhéens, les Chananéens, les Phérézéens, les Hévéens et les Jébuséens,

2. S'unirent tous ensemble pour combattre contre Josué et contre Israël, d'un même cœur et d'un même esprit.

3. Mais les habitants de Gabaon, *qui n'étaient qu'à sept ou huit lieues de Galgala*, ayant appris tout ce que Josué avait fait à Jéricho et à la ville de Haï,

4. Et usant d'adresse, *pour éviter un pareil traitement*, *ils* prirent des vivres avec eux, et mirent de vieux sacs sur leurs ânes, des vaisseaux pour mettre le vin, qui avaient été rompus et recousus,

5. De vieux souliers rapiécetés pour les faire paraître encore plus vieux : ils étaient aussi couverts de vieux habits; et les pains qu'ils portaient pour leur nourriture durant le chemin étaient fort durs, et rompus par morceaux.

6. Ils se présentèrent en cet état à Josué qui était alors dans le camp de Galgala, et ils lui dirent et à tout Israël : Nous venons d'un pays très-éloigné, dans le désir de faire la paix avec vous. Les enfants d'Israël leur répondirent :

7. Peut-être demeurez-vous dans ce pays-ci qui nous a été réservé comme notre partage; et en ce cas nous ne pourrions faire alliance avec vous, *sans aller contre les ordres de notre Dieu.*

Maris Mediterranei. — *Juxta Libanum.* Qui mons est in aquilonari parte terræ sanctæ.

3. *Qui habitabant in Gabaon.* Quæ, et quanta esset civitas Gabaon, et quales habitatores ejus, dicitur in sacro textu, c. 10. 2. Proprie Gabaonitæ erant ex Hevæorum gente. Si tamen Amorrhæorum nomen, ut aliquando fit, generatim sumatur, ipsi quoque inter Amorrhæos sunt recensendi : sic Gabaonitæ Amorrhæi dicuntur II. Reg. 21. 2. Ex D. Hier. fuit Gabaon in tribu Benjamin. * Josephus lib. 7 Antiq. cap. 10, ait Gabaonem 40 stadiis Hierosolyma abfuisse; lib. autem. 2 de Bello judaico, cap. 23, quinquaginta.

5. *Pittaciis.* Pittacium apud Celsum lib. 3, cap. 10, panniculus est qui medicamento illitus male affectæ parti applicatur. Latius deinde sumitur pro corii, ut hic, aut alterius materiæ segmento. — *In frusta comminuti.* Vox hebraica significat mucidos, et varii coloris maculis quasi punctis affectos.

Digitized by Google

8. Mais ils dirent à Josué : Nous sommes ici pour vous servir. Qui êtes-vous, leur dit Josué ? et d'où venez-vous ?

9. Ils lui répondirent : Vos serviteurs sont venus d'un pays très-éloigné, au nom du Seigneur votre Dieu : car le bruit de sa puissance est venu jusqu'à nous ; nous avons été informés de toutes les choses qu'il a faites dans l'Egypte,

10. Et de quelle manière il a traité les deux rois des Amorrhéens qui étaient au delà du Jourdain, Séhon, roi d'Hésébon, et Og, roi de Basan, qui était à Astaroth.

11. Nos anciens et tous les habitants de notre pays nous ont dit : Prenez avec vous des vivres pour un si long voyage, et allez au devant d'eux, et leur dites : Nous sommes vos serviteurs, faites alliance avec nous.

12. Voilà les pains que nous prîmes tout chauds quand nous partîmes de chez nous pour vous venir trouver ; et maintenant ils sont tout secs, et se rompent en pièces, tant ils sont vieux :

13. Ces vaisseaux étaient tout neufs quand nous les avons remplis de vin, et maintenant ils sont tout rompus ; nos habits et les souliers que nous avons aux pieds se sont tout usés dans un si long voyage, et ils ne valent plus rien.

14. *Les principaux d'Israël* prirent donc de leurs vivres *pour voir s'ils étaient aussi vieux qu'ils disaient*, et ils ne consultèrent point le Seigneur, *mais ils s'en rapportèrent à ce témoignage trompeur.*

15. Et *ainsi* Josué ayant pour eux des pensées de paix fit alliance avec eux, et leur promit qu'on leur sauverait la vie ; ce

8. At illi ad Josue : Servi, inquiunt, tui sumus. Quibus Josue ait : Quinam estis vos ? et unde venistis ?

9. Responderunt : De terra longinqua valde venerunt servi tui in nomine Domini Dei tui. Audivimus enim famam potentiæ ejus, cuncta quæ fecit in Ægypto,

10. Et duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Jordanem, Sehon regi Hesebon, et Og regi Basan qui erat in Astaroth :

11. Dixeruntque nobis seniores, et omnes habitatores terræ nostræ : Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, et occurrite eis, et dicite : Servi vestri sumus, fœdus inite nobiscum.

12. En, panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt et vetustate nimiâ comminuti ;

13. Utres vini novos implevimus, nunc rupti sunt et soluti ; vestes et calceamenta quibus induimur, et quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, et pene consumpta.

14. Susceperunt igitur de cibariis eorum, et os Domini non interrogaverunt.

15. Fecitque Josue cum eis pacem, et inito fœdere pollicitus est quòd non occiderentur : prin-

---

9. *In nomine Domini Dei tui.* Fama mirabilium rerum exciti, quas pro vobis fecisse dicitur Deus vester.

14. *Susceperunt igitur de cibariis eorum.* De pane, ut scilicet viderent num, sicut legati aiebant, esset ille tam aridus, et in micas redactus, aut mucidus, tractarentque manibus, et dentibus etiam fortassis explorarent. Alii putant Israelitas de cibariis Gabaonitarum in fœderis signum comedisse. — *Os Domini non interrogaverunt.* Divinum oraculum non consuluerunt.

15. *Fecitque Josue cum eis pacem.* Fuerant prohibiti Israelitæ pacem cum iis populis facere, qui sedes ipsis a Deo assignatas occupabant. Hoc autem ita accipiendum erat, nisi ipsi sacra Judæorum suscipere vellent, et bona sua Hebræis, quibus Dei voluntate debebantur, relinquere. Et quidem, quod ad religionem attinet, cum se mirabilibus a Deo patratis excitos, et in nomine

Digitized by Google

cipes quoque multitudinis juraverunt eis.

que les princes du peuple jurèrent aussi, *ne les croyant pas du nombre de ceux que le Seigneur avait soumis à l'anathème.*

§ II. *La tromperie des Gabaonites est reconnue. On leur conserve la vie à cause du serment qu'on leur avait fait au nom du Seigneur; mais on les condamne à couper le bois et à porter l'eau dans la maison du Seigneur.*

16. Post dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarent, et inter eos futuri essent.

16. Mais trois jours après que l'alliance fut faite, ils apprirent que ces peuples habitaient dans le pays voisin, et qu'ils allaient entrer sur leurs terres.

17. Moveruntque castra filii Israel, et venerunt in civitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon, et Caphira, et Beroth, et Cariathiarim.

17. Et les enfants d'Israël ayant décampé vinrent *en effet*, trois jours après, dans les villes des Gabaonites, dont voici les noms : Gabaon, Caphira, Beroth, et Cariathiarim.

18. Et non percusserunt eos, eò quod jurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmuravit itaque omne vulgus contra principes.

18. Cependant ils ne les tuèrent point, parce que les princes du peuple avaient juré l'alliance avec eux au nom du Seigneur le Dieu d'Israël : mais tout le peuple murmura contre les princes, *parce qu'ils les empêchaient de profiter des dépouilles des Gabaonites.*

19. Qui responderunt eis : Juravimus illis in nomine Domini Dei Israel, et idcirco non possumus eos contingere.

19. Et les princes leur répondirent : Nous leur avons juré au nom du Seigneur le Dieu d'Israël *qu'on leur sauverait la vie;* ainsi nous ne leur pouvons faire aucun mal.

Domini venire profiterentur, etiam a religione Israelitica se non abborrere significabant. Quod vero pertinet ad bona, se Israelitarum servos appellant, et mortem tantum deprecantur. Itaque potuit Josue pacem cum Gabaonitis facere.

16. *Post dies autem tres.* Jam Gabaonitarum fraus retegitur, ex quo apparuit parum prudenter se in hac re gessisse Israelitas, ac peccatum est, 1. quod in re tam gravi Dominum non consuluerunt; 2. quod nimis facile dictis a Gabaonitis crediderunt, et nimis propere negotium confecerunt; 3. quod nimium sua quapiam laude visi sunt capi et oblectari, dum ex tanto intervallo dissitis regionibus ad se legatos destinatos audiunt, præsertim tam demisse agentes, et pacem postulantes. — *Audierunt quod in vicino habitarent.* Fortasse a frumentatoribus et pabulatoribus, qui in vicina loca excurrebant; vel ex Rahab meretrice, aut consanguineis ejus.

17. *Caphira, et Beroth, et Cariathiarim.* Hæ civitates Gabaon subjectæ fuisse videntur, ut colligitur c. 10, n. 2.

18. *Eo quod jurassent.* Poterant quidem Israelitæ datam fidem Gabaonitis non servare, quia errore decepti fuerant, nec in pacem cum tam vicinis populis consenserant; nihilominus, vel juramenti reverentia, vel quia se teneri ejus religione crediderunt, vel quia, ut ita facerent, inspiravit aut jussit Deus, recte fidem datam non violarunt. * Optime quadrant hic verba Livii lib. 3 : *Nondum hæc quæ nunc tenet sæculum, negligentia Dei venerat, nec interpretando sibi quisque jusjurandum, et leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad eas accommodabat.*

Digitized by Google

20. Mais voici comment nous les traiterons : ils auront à la vérité la vie sauve, de peur que la colère du Seigneur ne s'élève contre nous, si nous nous parjurons :

21. Mais ils vivront de telle sorte qu'ils seront employés à couper du bois et à porter de l'eau pour le service de tout le peuple. Lorsque ces princes parlaient ainsi,

22. Josué appela les Gabaonites, et leur dit : Pourquoi nous avez-vous voulu surprendre par votre mensonge, en disant : Nous demeurons fort loin de vous, puisqu'au contraire vous êtes au milieu de nous ?

23. C'est pour cela que vous serez sous la malédiction, et qu'il y aura toujours dans votre race des gens qui couperont le bois, et qui porteront l'eau dans la maison de mon Dieu.

24. Ils lui répondirent : Le bruit était venu jusqu'à nous, qui sommes vos serviteurs, que le Seigneur votre Dieu avait promis à Moïse, son serviteur, de lui donner tout ce pays, et d'en exterminer tous les habitants; ce qui nous jeta dans une grande crainte, et nous obligea, par la terreur dont nous nous trouvâmes frappés, à former ce dessein pour mettre nos vies en sûreté.

25. Mais maintenant nous sommes en votre main ; faites de nous tout ce que vous jugerez bon et selon l'équité.

26. Josué fit donc ce qu'il avait dit ; et il les délivra des mains des enfants d'Israël, en ne permettant point qu'on les tuât.

27. Et il arrêta dès ce jour-là qu'ils se-

20. Sed hoc faciemus eis : reserventur quidem ut vivant, ne contra nos ira Domini concitetur, si pejeraverimus :

21. Sed sic vivant, ut in usus universæ multitudinis ligna cædant, aquasque comportent. Quibus hæc loquentibus :

22. Vocavit Gabaonitas Josue, et dixit eis : Cur nos decipere fraude voluistis, ut diceretis : Procul valde habitamus a vobis, cùm in medio nostrî sitis ?

23. Itaque sub maledictione eritis, et non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei.

24. Qui responderunt : Nuntiatum est nobis servis tuis, quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi servo suo, ut traderet vobis omnem terram, et disperderet cunctos habitatores ejus. Timuimus igitur valde, et providimus animabus nostris, vestro terrore compulsi, et hoc concilium inivimus.

25. Nunc autem in manu tua sumus : quod tibi bonum et rectum videtur, fac nobis.

26. Fecit ergo Josue ut dixerat, et liberabit eos de manu filiorum Israel, ut non occiderentur.

27. Decrevitque in illo die eos

---

21. *In usus universæ multitudinis.* Abulensis putat etiam ad privatorum usus Gabaonitas ligna cædere, et comportare debuisse, saltem usque ad terræ divisionem. Alii plures verius sentiunt ligna et aquam eos ministrasse tantum ad publicos usus tabernaculi et altaris, cui cum serviebant, ecclesiæ serviebant, et universæ multitudini. * Porro Gabaonitæ postmodum Nathinæi dicti sunt, I. Par. 9. 2; I. Esdræ, 8, 20, et alibi.

23. *Sub maledictione eritis.* Servitutis scilicet vili ministerio addictæ. — *Non deficiet de stirpe vestra ligna cedens.* LXX habent, *non deficiet ex vobis servus.* Porro lignorum cæsores et aquarum bajuli ut extrema et vilissima populi portio numerantur, Deut. 29. 11; ubi enim dicitur : *Exceptis lignorum cæsoribus*, verti potest cum LXX, *Usque ad lignorum cæsores*, quasi dicat : A principibus usque ad vilissimos.

27. *Usque in præsens tempus.* An aliquando fuerint Gabaonitæ obligatione

Digitized by Google

esse in ministerio cuncti populi, et altaris Domini, cædentes ligna, et aquas comportantes, usque in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

raient employés au service de tout le peuple et de l'autel du Seigneur, coupant le bois et portant l'eau au lieu que le Seigneur aurait choisi, comme ils font encore jusqu'à présent.

CHAPITRE X.

§ I. *Adonisédec, roi de Jérusalem, se joint à quatre autres rois pour attaquer la ville de Gabaon. Josué marche au secours et les met en fuite. Le Seigneur fait pleuvoir des pierres sur eux.*

LA MÊME ANNÉE 2553, VERS LA FIN.

1. Quæ cùm audisset Adonisedec rex Jerusalem, quòd scilicet cepisset Josue Hai, et subvertisset eam (sicut enim fecerat Jericho et regi ejus, sic fecit Hai et regi illius) et quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, et essent fœderati eorum (1).

2. Timuit valde. Urbs enim magna erat Gabaon, et una civitatum regalium, et major oppido Hai, omnesque bellatores ejus fortissimi.

3. Misit ergo Adonisedec rex Jerusalem ad Oham regem Hebron, et ad Pharam regem Jerimoth, ad Japhia quoque regem Lachis, et ad Dabir regem Eglon, dicens :

1. Mais Adonisédec, roi de Jérusalem, ayant appris que Josué avait pris et détruit la ville de Haï (car il avait traité Haï et le roi de Haï comme il avait traité Jéricho et le roi de Jéricho) ; et que les Gabaonites les abandonnant avaient passé du côté des enfants d'Israël et fait alliance avec eux,

2. Il fut saisi d'une grande crainte ; car Gabaon était une grande ville, une des villes royales *du pays*, et plus grande que la ville de Haï, et tous les gens de guerre de cette ville étaient très-vaillants.

3. Alors donc Adonisédec, roi de Jérusalem, envoya vers Oham, roi d'Hébron, vers Pharam, roi de Jérimoth, vers Japhia, roi de Lachis, vers Dabir, roi d'Eglon, *et qui régnaient tous dans la partie méridionale de la terre de Chanaan*, et leur fit dire :

(1) Bible vengée, note IX.

---

ferendorum lignorum soluti, incertum est. Olim celebrabant Hebræi festum quoddam, quod Xylophoriam vocat Josephus, lib. 2 Antiq. cap. 31 ; quo populus sponte ligna offerebat, ne deficerent in usum altaris, et ejusdem oblationis lignorum mentio fit in Nehemia, cap. 10, n. 34. Quod ad aquas ferendas spectat, licet Gabaonitarum labor fortasse fuerit imminutus per probaticam piscinam, et per aquas fontanas quas in templo aliqui fuisse volunt, adhuc tamen, ad complendos luteres et conchas, et alia hujusmodi, illorum ministerium opportunum, ac fortasse etiam necessarium fuit. — *In loco quem Dominus elegisset.* In quo aut tabernaculum habuisset, aut templum.

CAP. X. 1. *Adonisedec.* Convocat Adonisedec alios reges, vel quod ipse medius esset inter Gabaon, quæ se dediderat, et castra Israelitarum ; vel quod cæteros dignitate præcelleret. Arias Montanus putat penes hunc regem fuisse in alios reges potestatem ad lites componendas, et ad causas et negotia majoris momenti ; atque ideo convocare alios juris illius fuisse. — *Hebron... Jerimoth... Lachis... Eglon.* Quæ civitates in tribu Juda postea fuerunt.

Digitized by Google

4. Venez avec moi, et me donnez du secours, afin que nous prenions Gabaon, et que nous nous en rendions les maîtres, parce qu'elle a passé du côté de Josué et des enfants d'Israël.

5. Ainsi ces cinq rois des Amorrhéens s'unirent ensemble : le roi de Jérusalem, le roi d'Hébron, le roi de Jérimoth, le roi de Lachis, le roi d'Eglon, et ils marchèrent avec toutes leurs troupes; et ayant campé près de Gabaon, ils l'assiégèrent.

6. Or les habitants de Gabaon voyant leur ville assiégée envoyèrent à Josué, qui était alors dans le camp près de Galgala, et lui dirent : Ne refusez pas votre secours à vos serviteurs; venez vite, et délivrez-nous par l'assistance que vous nous donnerez; car tous les rois des Amorrhéens qui habitent dans les montagnes se sont unis contre nous.

7. Josué partit donc de Galgala, et avec lui tous les gens de guerre de son armée qui étaient très-vaillants, *laissant les autres pour la garde du camp.*

8. Et le Seigneur dit à Josué : Ne les craignez point, *ces ennemis contre lesquels vous marchez;* car je les ai livrés entre vos mains, et nul d'eux ne pourra vous résister.

9. Josué étant donc venu toute la nuit de Galgala, se jeta tout d'un coup sur eux :

10. Et le Seigneur les épouvanta et les mit tous en désordre à la vue d'Israël; et *Josué* en fit un grand carnage près de Gabaon. Il les poursuivit ensuite par le chemin qui monte vers Béthoron, et les tailla en pièces jusqu'à Azéca et à Macéda.

11. Et lorsqu'ils fuyaient devant les enfants d'Israël, et qu'ils étaient dans la descente de Béthoron, *tâchant de rega-*

4. Ad me ascendite, et ferte præsidium, ut expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Josue, et ad filios Israel.

5. Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum, rex Jerusalem, rex Hebron, rex Jerimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, et castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam.

6. Habitatores autem Gabaon urbis obsessæ miserunt ad Josue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, et dixerunt ei : Ne retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum : ascende cito, et libera nos, ferque præsidium : convenerunt enim adversum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis.

7. Ascenditque Josue de Galgalis, et omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortissimi (1).

8. Dixitque Dominus ad Josue : Ne timeas eos : in manus enim tuas tradidi illos : nullus ex eis tibi resistere poterit.

9. Irruit itaque Josue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis :

10. Et conturbavit eos Dominus a facie Israel : contrivitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethoron, et percussit usque Azeca et Maceda.

11. Cumque fugerent filios Israel, et essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos la-

(1) Bible vengée, note X.

4. *Quare transfugerit.* Quod tranfugerit.

7. *Ascenditque Josue de Galgalis.* Reliquit tamen stativa illa in Galgalis, eo munita præsidio quo adversus repentinas incursiones et casus opus erat.

10. *Conturbavit eos Dominus.* Fortitudine ac metu exanimavit. — *In Gabaon.* In agro Gabaonis.

11. *Lapides magnos.* Lapidosam grandinem, lapidum durorum instar; talis fuit enim hæc grando, ut habetur hoc eodem versiculo, in quo appel-

Digitized by Google

pides magnos de cœlo usque ad Azeca : et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filii Israel (1).

gner leur pays, le Seigneur fit tomber du ciel de grosses pierres sur eux jusqu'à Azéca; et cette grêle de pierres qui tomba sur eux en tua beaucoup plus que les enfants d'Israël n'en avaient passé au fil de l'épée.

§ II. *Josué arrête le cours du soleil et la lune. Il défait entièrement ses ennemis.*

12. Tunc locutus est Josue Domino, in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis : Sol contra Gabaon ne movearis, et luna contra vallem Ajalon (2).

12. Alors Josué parla au Seigneur en ce jour auquel il avait livré les Amorrhéens entre les mains des enfants d'Israël, et *craignant que la nuit ne l'empêchât d'exterminer entièrement les ennemis des Israélites*, il dit en leur présence, *avec une vive foi :* Soleil, arrête-toi sur Gabaon; lune, n'avance point sur la vallée d'Ajalon.

13. Steteruntque sol et luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro Justorum? Stetit itaque sol in medio cœli, et non festinavit occumbere spatio unius diei (3).

13. Et le soleil et la lune s'arrêtèrent jusqu'à ce que le peuple *du Seigneur* se fût vengé de ses ennemis. *Ce prodige est connu de tout le monde.* N'est-ce pas *en effet* ce qui est écrit au livre des Justes? Le soleil s'arrêta donc au milieu du ciel, et ne se hâta point de se coucher durant l'espace d'un jour.

14. Non fuit antea nec postea

14. Jamais jour, ni devant ni après,

(1) Bible vengée, note X. — Livres saints vengés, tome II, page 13. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, page 334. — (3) Bible vengée, note XI.

---

lantur lapides grandinis, et LXX dixerunt λίθους χαλάζης; sic etiam Ecclesiasticus, c. 46. 6. Attriti sunt ergo Chananæi plaga quæ in Pharaonem et Ægyptios fuit septima, Exod. 9. 23, 24. — *De cœlo.* Aere nimirum, qui sæpe in Scriptura cœlum dicitur, sic volucres cœli, etc.

12. *Sol, contra Gabaon ne movearis.* Vere stetit sol, quod et diserte dicitur in cantico Habacuc, cap. 3. 11 : *Sol et luna steterunt in habitaculo suo.*

13. *In libro justorum.* * Videtur fuisse liber versu conscriptus de gestis heroum et virorum sanctorum veteris Testamenti. Metrice scriptum indicat Davidis lamentatio ex eodem libro Justorum desumpta, quæ habetur II. Regum, cap. 1. 18, quæ dictionem poeticam redolet; ita Bonfrerius hic. Alii putant fuisse librum in quo ritus continebantur, quo scilicet modo functiones variæ tam in bello quam in pace fieri recte possent ac deberent juxta legem, in quo etiam libro varia ad historiam pertinentia continerentur. Inchoatus fortasse sub Mose ad dirigendam praxim in variis actionibus reipublicæ; deinde variis temporibus, ut in hujusmodi libris fit, variis additamentis auctus. — *In medio cœli.* In cœlo ipso : * sic Abulensis, Em. Sa et Magallanes in hunc locum. Itaque non significatur æqualiter solem distasse ab oriente et occidente, sed tantum inter hos duos terminos constitisse. — *Spatio unius diei.* Variæ circa hoc sunt sententiæ. Verius videtur stetisse solem horas duodecim, ita ut lux ejus diei esset horarum 24, lucis vero ac noctis totum spatium simul sumptum, horarum 36.

14. *Non fuit antea nec postea tam longa dies.* Ne Ezechiæ quidem tem-

Digitized by Google

ne fut si long que celui-là ; le Seigneur obéissant alors à la voix d'un homme, et combattant pour Israël.

15. *Ce fut par ce puissant secours que* Josué revint ensuite *triomphant* au camp de Galgala, avec tout Israël; *mais il ne voulut y retourner qu'après avoir taillé en pièces tous ses ennemis. Jusque-là rien ne put l'arrêter, non pas même le désir de prendre leurs chefs, que le Seigneur lui avait livrés.*

16. Car les cinq rois s'étaient sauvés par la fuite, et s'étaient cachés dans une caverne de la ville de Macéda.

17. Et l'on vint dire à Josué qu'on avait trouvé les cinq rois cachés dans une caverne de la ville de Macéda.

tam longa dies, obediente Domino voci hominis, et pugnante pro Israel (1).

15. Reversusque est Josue cum omni Israel in castra Galgalæ.

16. Fugerant enim quinque reges, et se absconderant in spelunca urbis Maceda (2).

17. Nuntiatumque est Josue, quod inventi essent quinque reges latentes in spelunca urbis Maceda.

§ III. *Josué se fait amener les cinq rois qui s'étaient cachés dans une caverne. Il ordonne aux officiers de l'armée d'Israël de leur mettre le pied sur la gorge. Il les fait tuer ensuite, et les fait attacher à cinq potences où ils demeurèrent tout le jour.*

18. Alors Josué, *au lieu de s'arrêter à les prendre*, donna cet ordre à ceux qui l'accompagnaient : Roulez de grandes

18. Qui præcepit sociis, et ait : Volvite saxa ingentia ad os speluncæ, et ponite viros indus-

(1) Bible vengée, note XI. — Livres saints vengés, tome II, page 16. — (2) Tout ce pays de montagnes est plein de cavernes creusées dans le roc, où plusieurs peuvent entrer et demeurer commodément.

---

pore, cum sol decem lineis per gradus, quos descenderat, reversus est, Isai. 38. 8; vel enim umbra tantum, quam projiciebat gnomon, retrocessit, sole cursum suum tenente; vel, si sol ipse regressus est, spatium temporis adhuc minus fuit: sunt enim qui doceant non unaquaque linea horam unam contineri, sed dimidiam tantum, aut quadrantem; et si concedamus unamquamque lineam horæ unius indicem fuisse, sol tamen et umbra non est sensim regressa eo modo quo progredi solet, sed uno quasi momento decem illas horas confecit, et rursus solito modo remetiri cœpit; itaque totum spatium diei ac noctis tringinta quatuor horarum fuit, non 44. * Adde sacrum scriptorem tantum dicere non fuisse antea nec postea, scilicet usque ad tempus, cum hæc scriberet, tam longam diem. Fieri etiam potest ut regressus solis tempore Ezechiæ contigerit prope solstitium hibernum, quo tempore horæ inæquales, quibus utebantur Hebræi, breviores multo erant quam æstivæ. — *Obediente Domino.* Verbum hebraicum שמע *scamang*, audire, et obedire significat. Hanc tertiam significationem noster interpres et LXX qui usi sunt voce ἐπακούειν secuti sunt, quæ versiones vim et efficacitatem orationis magis explicant.

15. *Reversusque est Josue..... in castra Galgalæ.* Revertebatur in Galgala, sed auditis quæ de regum latebra hostiumque residuorum numero nuntiabantur, aliud consilium cepit, prout explicatur versu 17 et seqq.; sicque hostes insequi jubet, mandatque, ut cum receptui caneretur, Macedam convenirent. Sicque hoc ipso die non est reditum in Galgala, sed stativa nocturna prope Macedam fuerunt.

Digitized by Google

trios, qui clausos custodiant :

19. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, et extremos quosque fugientium cædite : nec dimittatis eos urbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras.

20. Cæsis ergo adversariis plaga magna, et usque ad internecionem pene consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt civitates munitas.

21. Reversusque est omnis exercitus ad Josue in Maceda, ubi tunc erant castra, sani et integro numero; nullusque contra filios Israel mutire ausus est.

22. Præcepitque Josue, dicens : Aperite os speluncæ, et producite ad me quinque reges, qui in ea latitant.

23. Feceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum; et eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca, regem Jerusalem, regem Hebron, regem Jerimoth, regem Lachis, regem Eglon.

24. Cumque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israel, et ait ad principes exercitus qui secum erant : Ite, et ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent, et subjectorum colla pedibus calcarent,

25. Rursum ait ad eos : Nolite timere, nec paveatis, confortamini et estote robusti; sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris, adversum quos dimicatis.

26. Percussitque Josue, et interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fueruntque

pierres à l'entrée de la caverne, et laissez des hommes intelligents pour garder ceux qui y sont cachés.

19. Mais pour vous, ne vous arrêtez point; poursuivez l'ennemi; tuez les derniers des fuyards, et ne souffrez pas qu'ils se sauvent dans leurs villes, puisque le Seigneur *votre* Dieu vous les a livrés entre les mains.

20. Les ennemis ayant donc été tous défaits et taillés en pièces, sans qu'il en demeurât presque un seul, ceux qui purent échapper des mains des enfants d'Israël se retirèrent dans les villes fortes.

21. Et toute l'armée revint sans aucune perte et en même nombre vers Josué à Macéda où le camp *de ce corps d'armée* était alors, et nul *des ennemis* n'osa seulement souffler devant les enfants d'Israël.

22. Alors Josué fit ce commandement : Ouvrez la caverne, et amenez devant moi les cinq rois qui y sont cachés.

23. Ses gens firent ce qui leur avait été commandé; et faisant sortir de la caverne les cinq rois, ils les lui amenèrent : le roi de Jérusalem, le roi d'Hébron, le roi de Jérimoth, le roi de Lachis, le roi d'Eglon.

24. Et après qu'ils eurent été amenés en sa présence, il convoqua le peuple d'Israël, et s'adressant aux principaux officiers de l'armée, il leur dit : Allez, et mettez le pied sur le cou de ces rois. Ils y allèrent; et pendant qu'ils leur tenaient le pied sur la gorge,

25. Josué ajouta : N'ayez point de peur, bannissez toute crainte, ayez de la fermeté, et armez-vous de courage; car c'est ainsi que le Seigneur traitera tous les ennemis que vous avez à combattre.

26. Après cela Josué frappa ces rois, et les tua, *selon l'ordre que le Seigneur lui en avait donné,* et *il* les fit ensuite atta-

---

21. *Integro numero.* Nullo plane desiderato. — *Mutire ausus est.* Sese illis vel minimum opponere.

24. *Ponite pedes super colla regum.* Ut scilicet impiis meritas pœnas infligeret, et ut Israelitis animum adderet, et in magnam spem divinorum promissorum consequendorum erigeret.

26. *Percussitque Josue, et interfecit eos.* Non gladio, sed cruce, ut se-

Digitized by Google

cher à cinq potences où ils demeurèrent pendus jusqu'au soir.

27. Et lorsque le soleil se couchait, il commanda à ceux qui l'accompagnaient de les descendre de la potence; et les ayant descendus, ils les jetèrent dans la caverne où ils avaient été cachés, et mirent à l'entrée de grosses pierres qui y sont demeurées jusqu'aujourd'hui.

suspensi usque ad vesperum.

27. Cumque occumberet sol, præcepit sociis ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos projecerunt in speluncam, in qua latuerant, et posuerunt super os ejus saxa ingentia, quæ permanent usque in præsens.

§ IV. *Josué prend la ville de Macéda, et y fait tout passer au fil de l'épée. Il traite de la même manière plusieurs villes du pays.*

28. Josué prit aussi la ville de Macéda le même jour, et y fit tout passer au fil de l'épée. Il en fit mourir le roi et tous les habitants, sans qu'il en restât aucun, et traita le roi de Macéda comme il avait traité le roi de Jéricho.

29. De Macéda il passa à Lebna avec tout *le détachement de l'armée d'*Israël *qu'il commandait;* et l'ayant attaquée,

30. Le Seigneur livra et la ville et le roi entre les mains d'Israël: ils firent passer au fil de l'épée tout ce qui se trouva d'habitants dans cette ville, sans y rien laisser de reste, et traitèrent le roi de Lebna comme ils avaient traité le roi de Jéricho.

31. De Lebna il passa à Lachis avec tout Israël; et ayant fait prendre poste à son armée autour de la ville, il commença à l'assiéger:

32. Et le Seigneur livra Lachis entre les mains d'Israël. Josué la prit le deuxième jour, et fit passer au fil de l'épée tout ce qui se trouva dedans, comme il l'avait fait à Lebna.

33. En ce même temps Horam, roi de

28. Eodem quoque die Macedam cepit Josue, et percussit eam in ore gladii, regemque illius interfecit, et omnes habitatores ejus: non dimisit in ea saltem parvas reliquias. Fecitque regi Maceda, sicut fecerat regi Jericho (1).

29. Transivit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, et pugnabat contra eam:

30. Quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israel: percusseruntque urbem in ore gladii, et omnes habitatores ejus; non dimiserunt in ea ullas reliquias. Feceruntque regi Lebna, sicut fecerant regi Jericho.

31. De Lebna transivit in Lachis cum omni Israel: et exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam.

32. Tradiditque Dominus Lachis in manus Israel, et cepit eam die altero, atque percussit in ore gladii, omnemque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna.

33. Eo tempore ascendit Horam

(1) Bible vengée, note XIII.

---

quitur.—*Super quinque stipites.* Ut supra, c. 8, n. 29, de rege Hai dictum est.

27. *Cumque occumberet sol.* Vide dicta c. 8, loc. cit.—*Posuerunt super os ejus saxa ingentia.* Ne quis cadavera ad honorificam sepulturam asportare posset, et ad rei memoriam perpetuam.

28. *Eodem quoque die.* Fortassis sensus est, eodem tempore; nam difficile intellectu videtur tam multa oppida inter se distantia tam cito capi potuisse, et ea quæ narrantur fieri tam brevi spatio. Ita Serarius. * At si sol, ut vult Bonfrerius, stetit ante meridiem, non mirum ea omnia quæ narrat sacer textus perfici potuisse. — *Parvas reliquias.* Nullos omnino reliquos fecit.

Digitized by Google

rex Gazer, ut auxiliaretur Lachis: quem percussit Josue cum omni populo ejus usque ad internecionem.

34. Transivitque de Lachis in Eglon, et circumdedit,

35. Atque expugnavit eam eadem die: percussitque in ore gladii omnes animas quæ erant in ea, juxta omnia quæ fecerat Lachis.

36. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in Hebron, et pugnavit contra eam:

37. Cepit eam, et percussit in ore gladii, regem quoque ejus, et omnia oppida regionis illius, universasque animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea ullas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit et Hebron, cuncta quæ in ea reperit consumens gladio.

38. Inde reversus in Dabir,

39. Cepit eam atque vastavit: regem quoque ejus atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii: non dimisit in ea ullas reliquias: sicut fecerat Hebron et Lebna et regibus earum, sic fecit Dabir et regi illius.

40. Percussit itaque Josue omnem terram montanam et meridianam atque campestrem, et Asedoth cum regibus suis: non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel,

41. A Cadesbarne usque Gazam. Omnem terram Gosen usque Gabaon (2),

Gazer, marcha pour secourir Lachis: mais Josué le défit avec tout son peuple, sans qu'il en demeurât un seul.

34. Il passa de Lachis à Eglon, et y mit le siége:

35. Il la prit le même jour, fit passer au fil de l'épée tout ce qui se trouva dedans, et la traita comme il avait traité Lachis.

36. Il marcha ensuite avec tout Israël d'Eglon à Hébron, et l'ayant attaquée,

37. Il la prit et tailla tout en pièces; il tua le *nouveau* roi (1), et tout ce qui se trouva dans la ville et dans toutes les autres villes de ce pays-là, sans y rien épargner. Il traita Hébron comme il avait fait Eglon, et fit main basse sur tout ce qui s'y rencontra.

38. De là il vint à Dabir,

39. Qu'il prit et ravagea; et il en fit aussi passer le roi au fil de l'épée, avec tout ce qui se trouva dans la ville et dans les villes d'alentour, sans y rien laisser de reste: et il traita Dabir et le roi de cette ville comme il avait traité Hébron et Lebna, et les rois de ces deux villes.

40. Josué ravagea donc tout le pays, tant du côté des montagnes et du midi que de la plaine, et Asedoth, *c'est-à-dire les lieux bas: il en extermina tous les habitants* avec leurs rois, sans y laisser les moindres restes; il tua tout ce qui avait vie, comme le Seigneur, Dieu d'Israël le lui avait commandé,

41. Depuis Cadesbarné jusqu'à Gaza. Il prit et ruina en même temps tout le pays de Gosen, *qui est à l'extrémité méridionale de la terre de Chanaan*, jusqu'à Gabaon, *qui est à l'autre extrémité;*

(1) Le successeur de celui qui venait de périr. — (2) Bible vengée, note XIII.

---

40. *Omnem terram montanam et meridianam atque campestrem, et Asedoth.* Significatur tam terræ situs quam qualitas per binas veluti oppositiones: prior est terra montana et campestris; posterior est meridiana, aprica scilicet, et soli exposita, atque idcirco aridior; et Asedoth, quæ vox aquarum effusiones significat, hoc est loca aquis abundantia et irrigua. Aliqui volunt Asedoth esse loci nomen proprium.

41. *Cadesbarne.* Est Judææ terræ limes extremus, versus austrum.—*Gosen.* Vel urbs fuit in montosis Judææ locis, ut infra, cap. 15. 51; vel pinguis

Digitized by Google

42. *Tua* tous leurs rois, et *s'empara de* toutes leurs terres, parce que le Seigneur le Dieu d'Israël combattit pour lui;

43. Et revint avec tout *le détachement de l'armée d'*Israël à Galgala où était le camp général *et le séjour ordinaire de toute l'armée.*

42. Universosque reges, et regiones eorum, uno impetu cepit atque vastavit : Dominus enim Deus Israel pugnavit pro eo;

43. Reversusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

CHAPITRE XI.

§ I. *Plusieurs autres rois s'unissent contre Israël. Josué marche contre eux, le surprend et les défait entièrement, prend plusieurs villes, et en fait mourir tous les habitants* (1).

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Mais lorsque Jabin, roi d'Asor, *dans la haute Galilée,* eut appris ces nouvelles, il envoya vers Jobab, roi de Madon, vers le roi de Sémeron, vers le roi d'Achsaph,

2. Et vers les rois du septentrion qui habitaient dans les montagnes et dans la plaine du côté du midi de Cénéroth : il envoya aussi vers ceux qui habitaient dans les campagnes et dans le pays de Dor, le long de la mer *Méditerranée;*

3. Vers les Chananéens, à l'orient et

1. Quæ cum audisset Jabin rex Asor, misit ad Jobab regem Madon, et ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph :

2. Ad reges quoque aquilonis, qui habitabant in montanis et in planitie contra meridiem Cineroth, in campestribus quoque et in regionibus Dor juxta mare :

3. Chananæum quoque ab

(1) Bible vengée, note XIII.

---

quispiam, herbidus et compascuus locus illius instar quem suis in Ægypto fratribus tradidit Joseph, Genes. 47. 11.

CAP. XI. 1. *Asor.* Quæ postea ad tribum Nephthalim pertinuit, infra, cap. 19. 36. Sita fuit versus Libanum montem, non procul a Cæsarea Philippi. — * *Misit ad Jobab.* Erant enim omnes hi reges subditi regis Asor, ut patet ex hoc capite, n. 10.

2. *Ad reges quoque aquilonis, qui habitabant in montanis.* In jugis Libani, qui est in aquilonari parte Judææ. — *In planitie contra meridiem Ceneroth.* Ceneroth est urbs quæ postea dicta est Tiberias, juxta lacum qui in Scriptura dicitur mare Tiberiadis, et mare Ceneroth, Num. 34. 11, et Deut. 3. 17, et mare Genesareth, Marci 6. 53, et alibi. Dicitur hic Ceneroth in plurali numero, vel per enallagen, vel quod essent duæ Ceneroth, vel ut non solum lacui adjacentes agri significarentur, sed etiam paulo remotiores. — *In campestribus.* Fortasse Aulonem intelligit, vel vallem Illustrem, quæ et campus regius dicta est. Vide Genes. 12. 6, et 14. 17, et Deut. 11. 30. — *Dor.* Dor ab antiquis dicta Dorus, vel Dorum, vel Dora : meminit Steph. de Urbibus, Ptolomæus, et Plin. lib. 5, c. 19. * Sita fuit in tribu Manasse circa Jordanem, infra, c. 17. 11. — *Juxta mare.* In hebræo est, *a mari.* Quod idem est ac ab occidente.

3. *Chananæum.* Hic Chananæum intellige prout specialem Chananææ gentis

Digitized by Google

orientе et occidente, et Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum et Jebusæum in montanis : Hevæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha.

4. Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoque et currus immensæ multitudinis;

5. Conveneruntque omnes reges isti in unum ad aquas Merom, ut pugnarent contra Israel.

6. Dixitque Dominus ad Josue : Ne timeas eos : cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel : equos eorum subnervabis, et currus igne combures.

7. Venitque Josue, et omnis exercitus cum eo, adversus illos ad aquas Merom subito, et irruerunt super eos,

8. Tradiditque illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, et persecuti sunt usque ad Sidonem magnam, et aquas Ma-

à l'occident, vers les Amorrhéens, les Héthéens, les Phérézéens, les Jébuséens dans les montagnes, et vers les Hévéens qui habitaient au pied du mont Hermon, dans la terre de Maspha, *au delà du Jourdain.*

4. Ils se mirent tous en campagne avec leurs troupes qui consistaient en une multitude de gens de pied aussi nombreuse que le sable qui est sur le rivage de la mer, et un très-grand nombre de cavalerie et de chariots.

5. Et tous ces rois se joignirent vers les eaux de Mérom pour combattre contre Israël. *Dès que Josué en eut eu avis, il marcha au devant d'eux, et étant arrivé à une journée de leur camp, il s'arrêta pour attendre les ordres du Seigneur.*

6. Alors le Seigneur dit à Josué : Ne les craignez point ; car demain à cette même heure je vous les livrerai tous, et vous les battrez à la vue d'Israël. Vous ferez couper le nerf des jambes à leurs chevaux, et réduire en cendres leurs chariots.

7. Josué marcha donc *en diligence* contre eux avec toute l'armée jusqu'aux eaux de Mérom, et les ayant chargés à l'improviste,

8. Le Seigneur les livra entre les mains des enfants d'Israël, qui les défirent; et *se partageant en différents corps, ils* les poursuivirent jusqu'à la grande Sidon,

---

populum efficit. — *Ad radices Hermon.* Qui mons est pars Libani. Alius est etiam Hermon mons apud torrentem Cisson, non procul a Gelboe.—*In terra Maspha.* Maspha speculam significat; plures autem loci sic appellantur in Scriptura. Hæc de qua nunc est sermo in Libano fuisse videtur.

4. *Multus nimis.* Admodum multus. * Josephus vult fuisse peditum trecenta millia, equitum decem millia, e curribus vero pugnantium viginti millia. — *Sicut arena quæ est in littore maris.* Hyperbole. — *Equi quoque et currus immensæ multitudinis.* In hebræo et græco, *multi valde.*

5. *Ad aquas Merom.* Est Jordanis lacus inter illius ortum, et stagnum Genesareth. * Vide Josephum lib. 4. Belli, cap. 1, et Adrichom. in tribu Nephthalim, n. 11.

6. *Hac eadem hora.* Hebr. *in tempore hoc.*—*Subnervabis.* Nervos incides, pedum scilicet et crurum. LXX dicunt, νευροκοπεῖν. * Id propterea jussit Deus, quod non in equitatu, sed in Dei tutela spem suam locare vellet Hebræos, Psal. 19. 8 : *Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.* — *Currus.* Falcatos, aut alio modo ad bellum instructos.

8. *Usque ad Sidonem magnam.* Nota urbs in ora maris Mediterranei. —

Digitized by Google

jusqu'aux eaux de Maserephoth et jusqu'à la campagne de Maspha, qui est vers l'orient. Josué tua tout sans en rien laisser échapper.

9. Il coupa le nerf des jambes de leurs chevaux, et fit mettre le feu à leurs chariots, comme le Seigneur le lui avait commandé.

10. Et étant retourné de là aussitôt, *après avoir rassemblé ses troupes*, il prit Asor et en tua le roi : *c'était une conquête considérable*, car Asor avait été de tout temps la première et la capitale de tous ces royaumes.

11. Il en passa au fil de l'épée tous les habitants ; il ravagea et extermina tout sans y laisser rien sur pied, et il réduisit la ville en cendres.

12. Il prit aussi et ruina de même toutes les villes d'alentour avec leurs rois qu'il fit mourir, comme Moïse, serviteur du Seigneur, le lui avait commandé.

13. Israël brûla toutes les villes, excepté celles qui étaient situées sur des collines et sur des hauteurs, *qui furent réservées pour y mettre des garnisons qui veilleraient à la sûreté du pays.* Il n'y eut qu'Asor qui étant très-forte fut *néanmoins* toute brûlée.

14. Les enfants d'Israël partagèrent entre eux tous les bestiaux de ces villes, après en avoir tué tous les habitants, *selon les ordres du Seigneur.*

serephoth, campumque Masphe, qui est ad orientalem illius partem. Ita percussit omnes, ut nullas dimitteret ex eis reliquias.

9. Fecitque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subnervavit, currusque combussit igni.

10. Reversusque statim cepit Asor ; et regem ejus percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat.

11. Percussitque omnes animas, quæ ibidem morabantur : non dimisit in ea ullas reliquias, sed usque ad internecionem universa vastavit, ipsamque urbem peremit incendio.

12. Et omnes per circuitum civitates, regesque earum cepit, percussit atque delevit, sicut præceperat ei Moyses famulus Domini.

13. Absque urbibus, quæ erant in collibus et in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel : unam tantum Asor munitissimam flamma consumpsit (1).

14. Omnemque prædam istarum urbium ac jumenta diviserunt sibi filii Israel, cunctis hominibus interfectis.

(1) Ces places, fortes par leur position, et où les Israélites n'avaient pas à craindre les chariots de guerre, qui leur faisaient tant de mal dans la plaine, pouvaient leur être d'une grande utilité contre les attaques de leurs ennemis.

Aquas Maserephoth. Masius vertit, *ustrinas aquarum*, alii, *combustiones aquarum.* Volunt aliqui has fuisse salinas : alii calidarum aquarum ebullitiones : alii fuisse vitrarias fornaces ; quam sequitur sententiam Serarius, propter quasdam conjecturas quas apud ipsum lege. — *Campumque Masphe.* De Maspha dixi n. 3.

12. *Omnes per circuitum civitates.* Ex libris tamen Regum scimus sub Davide et Salomone quædam Chananæorum loca primo in ditionem Hebræorum venisse. Sensus ergo nostri textus est, omnia expugnasse Josue, quæ oppugnavit ; vel omnia cepisse dicitur, non quoad singula, sed quoad maximas et generales ejus partes, v. gr. montanam, meridianam, etc.

Digitized by Google

§ II. *Josué exécute fidèlement les ordres que Moïse lui avait laissés de la part du Seigneur. Il extermine tous les habitants du pays que Dieu avait promis à son peuple.*

15. Sicut præceperat Dominus Moysi servo suo, ita præcepit Moyses Josue, et ille universa complevit : non præteriit de universis mandatis, nec unum quidem verbum quod jusserat Dominus Moysi.

16. Cepit itaque Josue omnem terram montanam et meridianam, terramque Gosen, et planitiem, et occidentalem plagam, montemque Israel, et campestria ejus :

17. Et partem montis quæ ascendit Seir usque Baalgad, per planitiem Libani subter montem Hermon : omnes reges eorum cepit, percussit, et occidit.

18. Multo tempore pugnavit Josue contra reges istos.

19. Non fuit civitas quæ se traderet filiis Israel, præter Hevæum, qui habitabat in Gabaon : omnes enim bellando cepit.

20. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, et pugnarent contra Israel et caderent, et non mererentur ullam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi.

15. *Or* les ordres que le Seigneur avait donnés à Moïse, son serviteur, sont les mêmes que Moïse donna à Josué, et il les exécuta tous, sans omettre la moindre chose de tout ce que le Seigneur avait commandé à Moïse.

16. Josué prit donc *d'abord* tout le pays des montagnes et du midi, toute la terre de Gosen et la plaine, et la contrée occidentale, la montagne, *qui fut donnée à la tribu d'Ephraïm, où fut depuis le royaume* d'Israël, et ses campagnes.

17. *Il prit ensuite* une partie de la montagne qui s'élève vers Séïr, jusqu'à Baalgad, le long de la plaine du Liban, au-dessous du mont Hermon. Il prit tous leurs rois, les frappa, et les fit exécuter à mort. *Mais toutes ces conquêtes ne se firent pas en une seule année :*

18. Josué combattit longtemps contre ces rois.

19. Il n'y eut point de ville qui se rendît *volontairement* aux enfants d'Israël, hors les Hévéens qui demeuraient à Gabaon *et dans les villes voisines. Pour les autres,* il les prit toutes de force, *et passa au fil de l'épée tous leurs habitants.*

20. Car ç'avait été la volonté du Seigneur *justement irrité contre eux,* que leurs cœurs s'endurcissent, qu'ils combattissent contre Israël, qu'ils fussent défaits, qu'ils ne méritassent aucune clémence, et qu'enfin ils fussent exterminés, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

---

* 16. *Montemque Israel.* Id est, montem Samariæ, qui post secessionem decem tribuum *mons Israel* dictus est. Vel montem Bethel in quo Jacob scalæ visionem habuit, ita ut mons a Jacob patriarcha, qui Israel etiam dictus est, nomen sortiatur.

20. *Ut indurarentur corda eorum.* Indurationis causa directe et per se est homo, qui suapte sponte, prorsusque libere divinis inspirationibus acquiescere non vult. Deus vero indirecte tantum, improprie et per accidens causa est, quia scilicet indurationem illam permittit. * Induratio autem hæc in eo posita erat, ut statuerent se armis tueri, et ullam deditionis conditionem admittere.

Digitized by Google

21. En ce temps-là Josué, ayant marché contre les géants du pays des montagnes, les tua et les extermina d'Hébron, de Dabir, d'Anab, et de toute la montagne *où fut depuis le royaume* de Juda et *celui* d'Israël, et ruina toutes leurs villes.

22. Il ne laissa aucun de la race des géants dans la terre *qui devait être le partage* des enfants d'Israël, hors *ceux qui se trouvèrent dans* les villes de Gaza, de Geth et d'Azot, dans lesquelles seules il en laissa.

23. Josué prit donc tout le pays, selon que le Seigneur l'avait promis à Moïse, et il le donna aux enfants d'Israël, afin qu'ils le possédassent selon la part qui était échue à chacun dans sa tribu; et la guerre cessa dans tout le pays, *après y avoir été six ou sept ans.*

21. In illo tempore venit Josue, et interfecit Enacim de montanis, Hebron, et Dabir, et Anab, et de omni monte Juda et Israel, urbesque eorum delevit.

22. Non reliquit ullum de stirpe Enacim, in terra filiorum Israel: absque civitatibus Gaza, et Geth, et Azoto, in quibus solis relicti sunt.

23. Cepit ergo Josue omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, et tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes et tribus suas; quievitque terra a prœliis.

CHAPITRE XII.

Dénombrement des rois vaincus par les Israélites.

1. Voici les rois que les enfants d'Israël défirent, et dont ils possédèrent le pays au delà du Jourdain, vers l'orient, depuis le torrent d'Arnon, *au midi*, jusqu'au mont Hermon, *vers le septentrion*, et toute la contrée orientale qui regarde le désert *ou les plaines de Moab.*

2. Séhon, roi des Amorrhéens, qui demeurait à Hésébon, et qui régnait depuis Aroer, qui est situé sur le bord du torrent d'Arnon, depuis le milieu de la vallée *où coule ce torrent*, et la moitié de Galaad, jusqu'au torrent de Jaboc, qui fait les limites des enfants d'Ammon, *du côté de l'occident.*

1. Hi sunt reges, quos percusserunt filii Israel, et possederunt terram eorum trans Jordanem ad solis ortum, a torrente Arnon usque ad montem Hermon, et omnem orientalem plagam quæ respicit solitudinem.

2. Sehon rex Amorrhæorum, qui habitavit in Hesebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, et mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad, usque ad torrentem Jaboc, qui est terminus filiorum Ammon,

---

21. *Interfecit Enacim.* Gigantes, posteros Enac.

23. *Tradidit eam in possessionem filiis Israel.* Hoc postea factum est infra.

CAP. XII. 1. *A torrente Arnon.* Fluvius est Moabitas sejungens ab Amorrhæis cis Jordanem positis, ut ex lib. Num. cap. 21. 31 patet. * Duobus terminis hic recensitis claudebatur tota illa regio trans Jordanem, torrente quidem Arnon ad meridiem, monte autem Hermon ad septentrionem. Eosdem terminos habes, Deut. 3. 8, et c. 4. 48.

2. *Ab Aroer.* Vide cap. sequenti dicta ad n. 25. Describitur latitudo regni Sehon.—*Jaboc.* Est torrens dividens Galaaditidem ab Ammonitarum finibus.

Digitized by Google

3. Et a solitudine usque ad mare Ceneroth contra orientem, et usque ad mare Deserti, quod est mare Salsissimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit Bethsimoth; et ab australi parte, quæ subjacet Asedoth, Phasga.

4. Terminus Og regis Basan, de reliquiis Raphaim, qui habitavit in Astaroth, et in Edrai, et dominatus est in monte Hermon, et in Salecha, atque in universa Basan, usque ad terminos

5. Gessuri, et Machati, et dimidiæ partis Galaad; terminos Sehon regis Hesebon.

6. Moyses famulus Domini, et filii Israel percusserunt eos, tradiditque terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, et Gaditis, et dimidiæ tribui Manasse.

7. Hi sunt reges terræ, quos percussit Josue, et filii Israel, trans Jordanem ad occidentalem plagam, a Baalgad in campo Libani, usque ad montem cujus pars ascendit in Seir : tradiditque eam Josue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas,

8. Tam in montanis quam in planis atque campestribus. In Asedoth, et in solitudine, ac in meridie Hethæus fuit et Amorrhæus, Chananæus et Phere-

3. Et depuis le désert jusqu'à la mer de Cénéroth, vers l'orient *du Jourdain*, et jusqu'à la mer du Désert, qui est la mer Salée *ou la mer Morte*, vers l'orient *du même fleuve*, le long du chemin qui mène à Bethsimoth; et du côté du midi, depuis la plaine qui est au-dessous d'Asedoth, *jusqu'à la montagne de* Phasga.

4. Le royaume d'Og, roi de Basan, qui était des restes des géants, et qui demeurait à Astaroth et à Edraï, s'étendait depuis la montagne d'Hermon, *qui est au nord*, et depuis Salécha et tout le territoire de Basan, jusqu'aux confins

5. De Gessuri, de Machati et de la moitié de Galaad qui étaient les bornes de Séhon, roi d'Hésébon.

6. Moïse, serviteur du Seigneur, et les enfants d'Israël défirent ces rois; et Moïse donna leur pays à la tribu de Ruben, à la tribu de Gad et à la demi-tribu de Manassé, afin qu'ils s'y établissent.

7. Voici *ensuite* les rois que Josué et les enfants d'Israël défirent dans le pays en deçà du Jourdain, du côté de l'occident, depuis Baalgad, dans la campagne du Liban, jusqu'à la montagne dont une partie s'élève vers Séïr, lequel pays Josué donna aux tribus d'Israël, afin que chacun en possédât la part qui lui serait échue,

8. Tant dans le pays des montagnes que dans la plaine et dans la campagne. *Car* les Héthéens, les Amorrhéens, les Chananéens, les Phérézéens, les Hévéens et les Jébuséens habitaient, *non-seule-*

---

3. *Ad mare Ceneroth.* Vide dicta supra, c. 11, n. 2. — *Bethsimoth.* Est limes septentrionalis campestrium Moab. Vide cap. seq. n. 20. — *Asedoth, Phasga.* Vide c. seq. n. 20.

* 4. *De reliquiis Raphaim.* Sic et Deut. 3, n. 11, dicitur : *Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum.* — *In Astaroth.* Vide c. seq. n. 31. — *In Edrai.* Vide ibidem.—*In Salecha.* Quæ dicitur Salcha, Selcha, Selchar, et Salchata. Vide Adrichomium in tribu Manasse.

5. *Gessuri.* Gessur regia civitas, quæ regioni vicinæ nomen dedit, ut Gessuri diceretur. Porro Gessuri regio Israeliticæ terræ, quæ trans Jordanem est, versus septentrionem terminus fuit.—*Machati.* Quæ et Maacha, urbs Amorrhæorum, sita juxta regionem Gessuri et montem Hermon.

7. *A Baalgad.* Alias Baalgath, mons item et urbs in campo Libano sub monte Hermon sita.—*In Seir.* Nomen montis et oppidi in eo siti. Est mons excelsus trans Jordanem ad orientalem plagam terræ Hus situs. Nomen habuit mons hic ab Esau qui Seir etiam dictus est, hoc est, pilosus hirsutus.

Digitized by Google

ment dans les montagnes, mais aussi dans Asedoth, *c'est-à-dire dans les vallons et les lieux cultivés*, dans le désert et vers le midi.

9. Il y avait un roi de Jéricho, un roi de Haï, qui est à côté de Béthel,

10. Un roi de Jérusalem, un roi d'Hébron,

11. Un roi de Jérimoth, un roi de Lachis,

12. Un roi d'Eglon, un roi de Gazer,

13. Un roi de Dabir, un roi de Gader,

14. Un roi d'Herma, un roi d'Héred,

15. Un roi de Lebna, un roi d'Odullam,

16. Un roi de Macéda, un roi de Béthel,

17. Un roi de Taphua, un roi d'Opher,

18. Un roi d'Aphec, un roi de Saron,

19. Un roi de Madon, un roi d'Asor,

zæus, Hevæus et Jebuzæus.

9. Rex Jericho unus, rex Hai, quæ est ex latere Bethel, unus :

10. Rex Jerusalem unus, rex Hebron unus :

11. Rex Jerimoth unus, rex Lachis unus,

12. Rex Eglon unus, rex Gazer unus,

13. Rex Dabir unus, rex Gader unus,

14. Rex Herma unus, rex Hered unus,

15. Rex Lebna unus, rex Odullam unus,

16. Rex Maceda unus, rex Bethel unus,

17. Rex Taphua unus, rex Opher unus,

18. Rex Aphec unus, rex Saron unus,

19. Rex Madon unus, rex Asor unus,

---

9. ***Rex Jericho unus.*** Primus ponitur rex Jericho, quia cum eo primum, transito Jordane, pugnatum est, ut supra vidimus. — ***Rex Hai.*** Res gestas contra regem hunc vidimus supra c. 8.

10. ***Rex Jerusalem.*** Adonisedec, de quo supra, c. 10. — ***Rex Hebron.*** Quæ civitas est in sortis Judæ umbilico, ab Jerusalem austrum versus millibus 22 secundum Hieron. distans. Vide infra, c. 14, n. 15.

11. ***Rex Jerimoth.*** Jerimoth, Lachis et Eglon civitates sunt in sorte Judæ.

12. ***Rex Gazer.*** Quæ civitas est in sorte Ephraim.

13. ***Rex Dabir.*** Alio nomine *Cariathsepher*, id est, *civitas Litterarum.* — ***Rex Gader... Herma... Hered... Odullam... Maceda.*** Hæ quinque civitates numerantur in sorte Judæ.

16. ***Rex Bethel.*** Bethel non fuit capta vivente Josue, sed post illius mortem; vel ergo rex occisus est, urbe ejus intacta; vel hic reges numerantur, qui vel vivente, vel mortuo Josue ab Israelitis interfecti sunt. Vide Judic. 1 ubi de Bethel capta.

17. ***Rex Taphua... Opher... Aphec.*** Taphua urbs in tribu Juda, ut patet infra, c. 15. 34. Opher nescitur ad quam tribum spectaverit, quia non numeratur in sortitione terræ sanctæ. Aphec est in tribu Aser, ut constat ex cap. 19. 30, juxta regionem Philistinorum.

18. ***Rex Saron... Madon... Asor.*** Asor, cujus rex erat Jabin, nominatur in sorte Judæ, cap. 15. 23. Madon vero et Saron nulla mentio, nisi sit Seron in sorte Issachar infra, c. 19. 19.

Digitized by Google

20. Rex Semeron unus, rex Achsaph unus,
21. Rex Thenac unus, rex Mageddo unus,
22. Rex Cades unus, rex Jachanan Carmeli unus,
23. Rex Dor, et provinciæ Dor unus, rex gentium Galgal unus,
24. Rex Thersa unus : omnes reges triginta unus.

20. Un roi de Séméron, un roi d'Achsaph,
21. Un roi de Thénac, un roi de Mageddo,
22. Un roi de Cadès, un roi de Jachanan du Carmel,
23. Un roi de Dor et de la province de Dor, un roi des nations de Galgal,
24. Un roi de Thersa : il y avait en tout trente-un rois *qui furent défaits, sous la conduite de Josué, par les enfants d'Israël.*

CHAPITRE XIII.

§ I. *Dieu ordonne à Josué de partager la terre promise au peuple d'Israël.*

L'AN DU MONDE 2559. — DE L'AGE DE JOSUÉ 102.

1. Josue senex, provectæque ætatis erat, et dixit Dominus ad eum : Senuisti, et longævus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte divisa est :

1. Josué étant vieux et fort avancé en âge, *ayant environ cent ans*, le Seigneur lui dit : Vous êtes vieux et dans un âge bien avancé, et il reste un très-grand pays qui *n'a point été conquis ; et ce qui a été conquis* n'a point encore été divisé au sort :

2. Omnis videlicet Galilæa,

2. Savoir, *une partie de la Galilée,*

---

20. *Rex Semeron..... Achsaph... Thenac.* Semeron est in tribu Zabulon, ut patet ex cap. 19. 15. Achsaph in tribu Aser, nec multum distat a Semeron. Thenac in Manasse occidentem versus, ut patet infra, c. 17. 11.

21. *Rex Mageddo... Cades... Jachanan.* Mageddo est in tribu dimidia Manasse, prope Thenac. Vide Judic. 1. 27. Cades in Galilæa est in sorte Nephthalim, ut patet infra, c. 19. 37, et 20. 7. Erat una ex civitatibus refugii. Jachanan urbs ad Carmelum, postea levitis attributa.

23. *Rex Dor.* Vide supra, c. 11, n. 2. — *Rex gentium Galgal.* Rex gentium dicitur, quia intra fines sui regni clientes habebat ex gentibus Chananæorum, qui in ejus ditione domicilium habebant. Distabat Galgal a Jericho stadiis decem. Vide dicta supra, c. 5, n. 9.

24. *Rex Thersa.* In sorte Ephraim, III. Reg. 16. 6 et 8. Baasa et Ela reges Israel in hac urbe habuisse dicuntur. — *Omnes reges triginta unus.* Nam duo, quos Moses occidit, ad hanc summam non pertinent. Phrasi Scripturæ, etiam unius oppidi aut exigui tractus domini, reges appellantur.

CAP. XIII. 1. *Quæ necdum sorte divisa est.* Hebr. potius significare videntur multum terræ nondum occupatæ relictum esse, sed bene noster interpres ; nam et quæ occupata erant, et quæ occupanda, sorte erant dividenda.

* 2. *Galilæa.* Hæc regio jam in ditionem Israelitarum venerat, supra, c. 10, in bello quod ad aquas Merom gestum est ; et vox hebraica גְּלִילוֹת, *geliloth*, quæ hic habetur, terminos, limites, aut fines significat : quare suspicatur Bonfrerius D. Hieronymum scripsisse *geliloth*, vel *galila Philistiim*, quasi nomen proprium esset, et postea propter vocabuli similitudinem vo-

Digitized by Google

car toute la Galilée *n'a pas encore été soumise, non plus que* le pays des Philistins et toute la terre de Gessuri, *qui est au midi.*

3. *Il reste aussi à conquérir tout le pays,* depuis le fleuve d'eau trouble, *c'est-à-dire le fleuve du Nil* qui arrose l'Égypte, jusqu'aux confins d'Accaron, *dernière ville des Philistins, en remontant* vers l'aquilon, *car cette partie de* la terre de Chanaan, qui est partagée *maintenant* entre les cinq princes des Philistins, *savoir :* celui de Gaza, celui d'Azot, celui d'Ascalon, celui de Get, et celui d'Accaron, *doit aussi vous appartenir.*

4. Au midi *des Philistins* sont les Hévéens, *que ceux-là ont chassés de leur pays, et qui restent encore à soumettre, aussi bien que* toute la terre de Chanaan, *proprement dite, c'est-à-dire la Phénicie,* Maara, qui est aux Sidoniens, *tout le pays qui s'étend* jusqu'à Aphec, et jusqu'aux frontières des Amorrhéens, *ou plutôt des Araméens ou Syriens,*

5. Jusqu'aux terres qui leur sont voisines : le pays du Liban, vers l'orient, depuis Baalgad, au-dessous du mont Hermon, jusqu'à l'entrée d'Emath ;

6. Tous ceux qui habitent sur la montagne, depuis le Liban jusqu'aux eaux de Maserephoth et tous les Sidoniens. C'est moi qui les exterminerai devant la face des enfants d'Israël. Que ces pays *non conquis* tombent donc *dès à présent* dans la portion de l'héritage d'Israël, comme je vous l'ai ordonné :

Philisthiim, et universa Gessuri.

3. A fluvio turbido, qui irrigat Ægyptum, usque ad terminos Accaron contra aquilonem : terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philisthiim dividitur. Gazæos, et Azotios, Ascalonitas, Gethæos, et Accaronitas.

4. Ad meridiem verò sunt Hevæi, omnis terra Chanaan, et Maara Sidoniorum, usque Apheca et terminos Amorrhæi,

5. Ejusque confinia. Libani quoque regio contra orientem, à Baalgad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath.

6. Omnium qui habitant in monte, à Libano usque ad aquas Maserephoth, universique Sidonii. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi,

---

cem *Galilæa* in textum irrepsisse. — *Universa Gessuri.* Terram quam Gessuræi occupaverant, a mari scilicet per aquilonarem oram secundum Syriam. De istis ergo Gessuræis agitur, non de illis qui Amalecitis vicini erant, quos tandem Saul delere jussus est, I. Reg. 15. 3.

3. *A fluvio turbido.* Nilo scilicet : * loquitur sacer textus de termino terræ Philisthiim Ægyptum versus, non autem de peculiari limite Gessuri. — * *Accaron.* Terminus terræ Philisthæorum ad septentrionem. — *In quinque regulos.* Ditiones scilicet quinque regulorum.

* 4. *Usque Apheca.* Sermo est de Apheca quæ fuit in tribu Aser infra, cap. 19. 30; nam alia fuit in tribu Juda, ut habemus hoc libro, c. 15. 53.

* 5. *Donec ingrediaris Emath.* Id est, usque ad Emath, quæ urbs regia fuit Libano vicina ad partem borealem.

* 6. *Ad aquas Maserephoth.* De quibus vide dicta cap. 11. 8. * — *Veniat ergo in partem.* In hebræo est, *cadere fac Israel in hæreditatem,* id est, divide inter filios Israel.

Digitized by Google

7. Et nunc divide terram in possessionem novem tribubus, et dimidiæ tribui Manasse,

7. Et *ainsi* partagez maintenant la terre que les neuf tribus et la moitié de la tribu de Manassé doivent posséder *en deçà du Jourdain ;*

§ II. *Partage de la moitié de la tribu de Manassé et des tribus de Ruben et de Gad.*

8. Cum qua Ruben et Gad possederunt terram, quam tradidit eis Moyses famulus Domini, transfluenta Jordanis ad orientalem plagam,

9. Ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, et in vallis medio, universaque campestria Medaba, usque Dibon;

10. Et cunctas civitates Sehon, regis Amorrhæi, qui regnavit in Hesebon, usque ad terminos filiorum Ammon;

11. Et Galaad, ac terminum Gessuri et Machati, et omnem montem Hermon, et universam Basan, usque ad Salecha,

12. Omne regnum Og in Basan, qui regnavit in Astaroth et Edrai, ipse fuit de reliquiis Raphaim: percussitque eos Moyses, atque delevit.

13. Noluerunteque disperdere filii Israel Gessuri et Machati: et habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem.

8. L'autre moitié de cette tribu étant déjà en possession, avec les tribus de Ruben et de Gad, de la terre que Moïse, serviteur du Seigneur, leur a donnée au delà du Jourdain, du côté de l'orient,

9. Depuis Aroer, qui est sur le bord du torrent d'Arnon, et au milieu de la vallée *où coule ce torrent*, et toute la campagne de Médaba, jusqu'à Dibon,

10. Et toutes les villes de Séhon, roi des Amorrhéens, qui régnait depuis Hésébon, jusqu'aux frontières des enfants d'Ammon;

11. Galaad, les confins de Gessuri et de Machati, tout le mont Hermon et tout Basan jusqu'à Salécha,

12. Tout le royaume d'Og au pays de Basan, qui régnait à Astaroth et à Edraï, qui était des restes des géants; *car* Moïse défit ces peuples et les détruisit :

13. *Quelques-uns d'eux néanmoins furent pour lors épargnés*, et les enfants d'Israël ne voulurent point *s'arrêter à* exterminer ceux de Gessuri et de Machati *qui habitaient en des lieux écartés ;* et *ainsi* ils sont demeurés au milieu des enfants d'Israël jusqu'aujourd'hui.

---

*8. *Cum qua.* Loquitur de tota tribu Manasse, non de parte illius dimidia tantum.

9. *Ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, et in vallis medio.* Vel una tantum fuit civitas in ripa Arnon posita, et in alveum usque ædificiis producta : vel quasi bipartita civitas, quarum partium altera in crepidine torrentis, sive fluvii; altera brevi intervallo dissita, in alveo inferiori posita esset. * Vide infra, hoc eodem cap. n. 25. *Campestria Medaba, usque Dibon.* Duæ fuerunt urbes in ditione Sehonis regis. Cessit prior Rubenitis, posterior Gaditis. Utriusque meminit Isaias cap. 15.

* 10. *In Hesebon.* Vide infra, n. 17.

* 11. *Et Galaad.* Urbem potius intellige quam montem ejusdem nominis. * — *Gessuri.* Vide cap. præcedenti, n. 5. * — *Montem Hermon.* Qui erat in extremo aquilonari limite regionis transjordaninæ. * — *Salecha.* Extrema urbs juxta montem Hermon ad septentrionem.

12. *Ipse fuit de reliquiis Raphaim.* De gigantum stirpe, ut multi vertunt. Chald. vertit, *de reliquiis fortium.*

13. *Noluerunteque disperdere filii Israel Gessuri et Machati.* Quia, ad dandum sedes duabus tribubus cum dimidia, tunc satis agrorum et urbium suppetebat, illis intactis.

Digitized by Google

14. Mais *dans ces premières conquêtes faites au delà du Jourdain*, Moïse ne donna point de terre en partage à la tribu de Lévi, parce que les sacrifices et les victimes du Seigneur le Dieu d'Israël sont sa part et son héritage, comme le *Seigneur* le lui a dit.

15. Moïse partagea donc la terre à la tribu des enfants de Ruben, selon ses familles et ses maisons :

16. Et leur pays fut depuis Aroer, qui est sur le bord du torrent d'Arnon, et au milieu de la vallée où est le même torrent, toute la plaine qui mène à Médaba,

17. Hésébon avec tous ses villages qui sont dans la plaine, Dibon, Bamothbaal, la ville de Baalmaon,

18. Jassa, Cédimoth, Méphaath,

19. Cariathaïm, Sabama, et Sarathasar, dans la montagne de la Vallée,

20. Bethphogor, Asedoth, Phasga, Bethiesimoth.

14. Tribui autem Levi non dedit possessionem : sed sacrificia et victimæ Domini Dei Israel, ipsa est ejus hæreditas, sicut locutus est illi.

15. Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben juxta cognationes suas.

16. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, et in valle ejusdem torrentis media : universam planitiem, quæ ducit Medaba,

17. Et Hesebon, cunctosque viculos earum, qui sunt in campestribus : Dibon quoque, et Bamothbaal, et oppidum Baalmaon,

18. Et Jassa, et Cedimoth, et Mephaat,

19. Et Cariathaim, et Sabama, et Sarathasar in monte Convallis.

20. Bethphogor et Asedoth, Phasga et Bethiesmoth,

---

* 16. *Ab Aroer.* Loquitur de termino extrinseco Rubenitarum; nam Aroer fuit in tribu Gad.

17. *Hesebon.* De hoc sermo est n. 21. 26. Dicitur eam prius Moabitarum fuisse, et ab Amorrhæis bello captam. * — *Dibon.* Hæc Rubenitis tribuitur hoc loco; Num. vero cap. 32. 34, Gaditis, quia ad utramque tribum secundum diversam sui partem pertinebat, cum in tribus utriusque confinio sita esset. — *Bamothbaal.* Id est *excelsa Baal*, locus ex quo Balaam benedixit Israeli, Num. 22. — *Baalmaon.* Quæ et *Beelmeon*, civitas inclyta, Num. 32. 38; I Par. 5. 8; Ezech. 25. 9, et ibi Hier. qui testatur suo tempore fuisse vicum maximum Moab. *Baalmaon* significat *idolum populi.*

18. *Jassa.* Urbs in tribu Ruben, quam attribuerunt Israelitæ levitis. Prophetaverunt contra eam Isaias, cap. 15, et Jer. 48. D. Her. de Locis hebr. sua ætate illius memoriam affirmat in ruinis celebratam. Jassa *rixam* significat. — *Cedimoth.* Sive *Cademoth*, civitas levitarum, de qua I. Paral. 6. 79, a qua solitudo ejusdem nominis significat *incendium*, seu *curvationem mortis.* — *Mephaath.* Civitas levitarum, dicta etiam *Miphaath, et Mephet, et Maspha.* Significat *apparitionem aquarum.*

19. *Cariathaim.* Significat *lectiones*, seu *vocationes.* De hac urbe prophetaverunt Jerem. 48. 23, et Ezech. 25. — *Sabama*, Urbs validissima, quam fabricaverunt filii Ruben, cujus suburbana et territorium vineis abundabat. Significat *conversionem*, sive *captivitatem*, sive *canitiem.* — *Sarathasar.* Id est, *plasmatio matutina*, in monte convallis Bethphogor.

20. *Bethphogor.* Id est, *fanum Phogor*, civitas in qua idolum Phogor, id est Priapi, colebatur. — *Asedoth. Phasga.* Id est, *viculus collis ;* hæ tamen duæ voces in correctis bibliis separantur, ut duorum locorum nomina sint,

Digitized by Google

21. Et omnes urbes campestres, universaque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnavit in Hesebon, quem percussit Moyses cum principibus Madian : Hevæum, et Recem, et Sur, et Hur, et Rebe duces Sehon habitatores terræ.

22. Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filii Israel gladio cum cæteris interfectis.

23. Factusque est terminus filiorum Ruben Jordanis fluvius. Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas urbium et viculorum.

24. Deditque Moyses tribui Gad et filiis ejus per cognationes suas possessionem, cujus hæc divisio est.

25. Terminus Jaser, et omnes civitates Galaad, et dimidiam

21. Toutes les villes de la plaine, tous les royaumes de Séhon, roi des Amorrhéens, qui régna à Hésébon, que Moïse défit avec les princes de Madian, Hévi, Récem, Sur, Hur, Rébé, qui étaient les chefs *de l'armée* de Séhon, *et qui gouvernait sous son autorité les* habitants *naturels* du pays, *que Séhon s'était assujettis.*

22. Les enfants d'Israël firent aussi mourir par l'épée *dans cette occasion* le devin Balaam, fils de Béor, avec les autres qui furent tués *dans le combat qu'ils donnèrent contre les Madianites.*

23. Et le pays des enfants de Ruben se termina au Jourdain. C'est là la terre, les villes et les villages que possède la tribu de Ruben, selon ses familles et ses maisons.

24. Moïse donna aussi à la tribu de Gad et à ses enfants la terre qu'elle devait posséder selon ses familles, dont voici la division.

25. Elle possédait Jaser, toutes les villes de Galaad, la moitié de la terre

---

quorum alter sit dictus Asedoth, alter Phasga. — ***Bethiesimoth.*** Id est, ***domus vastationum.*** Eam vocat Adrichomius urbem inclytam in limite aquilonari campestrium Moab sitam.

21. ***Universaque regna Sehon regis.*** Sensus is est quem ex hebræo ita quidam vertunt, ***atque omnes urbes planitiei quæ omnes fuerunt regni Sehonis;*** neque enim totum regnum Sehonis attributum fuit Rubenitis, sed tantum pars quædam. *— ***Duces Sehon.*** Non sunt hi eodem bello cum Sehone rege occisi, sed alio bello Madianitico, ut habemus Num. 31, ubi n. 8, eorum nomina memorantur. Dicuntur autem duces Sehonis, quia licet Madianitæ essent, aliqua tamen ratione illi subjecti erant.

22. ***Et Balaam filium Beor.*** Quem scilicet mirabilia, quæ acciderant populo Israel cui benedixerat, ab idololatria abducere non potuerunt; eum cum suis exitio eodem involvit justa Dei vindicta.

23. ***Terminus filiorum Ruben Jordanis.*** Terminus scilicet occidentem versus.

24. ***Cujus hæc divisio est.*** Tribus Gad ab austro Rubenitis confinis erat; ab ortu Ammonitis et montibus arabicis; a septentrione ultra Jaboc porrigebatur usque ad Manaim : unde quodam veluti descensu excurrebat ad ipsum Jaboc ostium, prope in ea extremitate lacus Tiberiadis, qua Jordanis effluit.

25. ***Terminus Jaser.*** Terminus scilicet orientalis. Jaser significat ***auxiliatricem.*** Fuit olim in ditione Moabitarum, ut habemus ex Isaia 16. 8, et Jerem. 48. 32. — ***Et omnes civitates Galaad.*** Quæ scilicet non pertinent ad tribum Manassis; nam hæc etiam dimidiam partem habuit Galaaditis, ut dicitur n. 31. ***Et dimidiam partem terræ filiorum Ammon.*** Lyranus putat Amorrhæos partem ditionis Ammonitarum occupasse, eamque, pulsis Am-

Digitized by Google

qui avait été l'héritage des enfants d'Ammon, *avant que les Amorrhéens les en eussent chassés; et cette terre s'étendait* jusqu'à Aroer qui est vers *Ar ou* Rabba *Moab*,

26. Depuis Hésébon jusqu'à Ramoth, Masphé et Bétonim, et depuis Manaïm jusqu'aux confins de Dabir.

27. Elle s'étendait aussi dans la vallée de Bétharan, de Bethnemra, de Socoth et de Saphon, et le reste du royaume de Séhon, roi d'Hésébon; son pays se termine aussi au Jourdain jusqu'à l'extrémité de la mer de Cénéreth, *qui s'étend* au delà du Jourdain, vers l'orient.

28. C'est là la terre, les villes et les villages que possèdent les enfants de Gad, selon leurs familles et leurs maisons.

29. *Moïse* donna aussi à la moitié de la tribu de Manassé et à ses enfants la terre qu'il devait posséder selon ses familles,

30. Elle comprenait, depuis Manaïm, tout Basan, tous les royaume d'Og, roi de Basan, tous les bourgs de Jaïr qui sont en Basan, au nombre de soixante villes,

partem terræ filiorum Ammon, usque ad Aroer, quæ est contra Rabba·

26. Et ab Hesebon usque Ramoth, Masphe et Betonim : et a Manaim usque ad terminos Dabir;

27. In valle quoque Betharan, et Bethnemra, et Socoth, et Saphon reliquam partem regni Sehon regis Hesebon : hujus quoque finis, Jordanis est, usque ad extremam partem maris Cenereth trans Jordanem ad orientalem plagam;

28. Hæc est possessio filiorum Gad per familias suas, civitates et villæ earum.

29. Dedit et dimidiæ tribui Manasse, filiisque ejus juxta cognationes suas possessionem,

30. Cujus hoc principium est : a Manaim universam Basan, et cuncta regna Og regis Basan, omnesque vicos Jair, qui sunt in Basan, sexaginta oppida;

---

morrhæis, Israelitis cessisse. Alioqui Israelitæ Ammonitarum regionem occupare vetiti fuerant propter Loth a quo genus ducebant. Masius tamen putat tantum vetuisse Dominum Moabitis regionem auferri, quod Deut. 2. 9, illorum tantum mentio fiat; sed utriusque populi par conditio fuisse videtur cum eadem ratio militet. — *Ad Aroer.* Quæ etiam Ar et Arnon, Moab et Rabbathmoab, hoc est, grandis Moab, dicitur, urbs sita ad ripam torrentis Arnon in confinio Moabitarum, Amorrhæorum et Ammonitarum. — *Rabba.* Ita dicta ob magnitudinem : alio nomine vocata fuit Ammon et Amman, et urbs aquarum, quod Jaboc amnis eam præterlabitur. Dicta deinde est Philadelphia. Urbs regia et metropolis Ammonitarum.

26. *Usque Ramoth, Masphe.* Nomen est loci unius, post Hesebon enim montes erant Ramoth Maspha dicti, quos latine *Speculæ colles,* appellare possumus. LXX, κατὰ τὴν Μασφά, juxta Maspha. — *Betonim.* Sive Bethanim.

27. *In valle quoque.* Civitates quæ hic recensentur, mediterraneæ erant, et intra planitiem ipsam sitæ. Betharam significat *domum excelsam;* Bethnemra, *domus pardi;* Socoth, *tuguria;* Saphon, *circius,* quod nomen est venti cui exposita fortasse fuit urbs illa. — * *Hujus quoque finis.* Hoc est, hæc Gaditis adscripta regio habet pro termino occidentem versus Jordanem fluvium, usque ad extremam partem maris Genesareth austrum versus. — * *Trans Jordanem.* Dictum est hoc ad indicandum situm totius tribus Gad.

30. *Manaim.* Id est, *castra.* Hic Jacob obvios habuit angelos Dei, unde et loco nomen imposuit. — *Jair.* Alii scribunt Jahir. Significat *illuminans,* sive *illuminatus.*

Digitized by Google

31. Et dimidiam partem Galaad, et Astaroth, et Edrai, urbes regni Og in Basan: filiis Machir, filii Manasse, dimidiæ parti filiorum Machir juxta cognationes suas.

32. Hanc possessionem divisit Moyses in campestribus Moab trans Jordanem contra Jericho ad orientalem plagam.

33. Tribui autem Levi non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio ejus, ut locutus est illi.

31. La moitié de Galaad, Astaroth et Edraï, villes du royaume d'Og eu Basan; *tout cela, dis-je, fut donné* aux enfants de Machir, fils de Manassé, c'est-à-dire à la moitié des enfants de Machir, selon leurs familles.

32. Moïse partagea ainsi la terre dans la plaine de Moab, au delà du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, vers l'orient.

33. Mais il ne donna point de terre en partage à la tribu de Lévi, parce que le Seigneur le Dieu d'Israël est son partage, selon qu'il le lui a dit.

CHAPITRE XIV.

Vigueur de Caleb dans sa vieillesse. Il demande Hébron pour son héritage, et il l'obtient.

1. Hoc est quod possederunt filii Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos et Josue filius Nun, et principes familiarum per tribus Israel,

2. Sorte omnia dividentes, sicut præceperat Dominus in manu Moysi, novem tribubus, et dimidiæ tribui.

3. Duabus enim tribubus, et dimidiæ, dederat Moyses trans Jordanem possessionem: absque levitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres suos:

1. Voici ce que les enfants d'Israël ont possédé dans la terre de Chanaan, qu'Eléazar, grand prêtre, Josué, fils de Nun, et les princes des familles de chaque tribu d'Israël

2. Distribuèrent aux neuf tribus et à la moitié de la tribu *de Manassé*, en faisant tout le partage au sort, comme le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

3. Car Moïse avait donné aux deux *autres* tribus et à une moitié de la tribu *de Manassé* des terres au delà du Jourdain, sans compter les lévites qui ne reçurent point de terre comme tous leurs frères:

---

31. *Astaroth.* Quæ etiam dicitur Astarothcarnaim. Regia sedes Og regis Basan. — *Edrai.* Quam S. Hier. suo tempore exstitisse ait, et Adar sive Adaram fuisse dictam.

32. *In campestribus Moab.* Regio enim illa plana magna ex parte, et campestris erat, licet montibus esset contigua. Dicuntur campestria Moab, quia, antequam illa loca occuparent Amorrhæi, ea Moabitæ tenuerant.

33. *Ut locutus est illi.* Num. 18. 20.

Cap. XIV. 1. *Eleazar sacerdos et Josue.* Quos cum cum aliis principibus terræ divisores constituerat Dominus, Num. 34. 17. Eleazar primo loco ponitur, ut princeps sacer, et hic et aliis locis. Aliquando tamen solus Josue nominatur, ut. c. 13. 7, et c. 18. 3, 8 et 10. — *Principes familiarum.* Quorum nomina habes Num. 34. 17. et deinceps. In hebræo est, *capita patrum ipsarum tribuum filiorum Israel.* LXX appellant ἄρχοντας πατριῶν φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, vel ἀρχιφύλους.

2. *Sorte omnia dividentes.* Quomodo sors ita sit instituta non constat ex Scriptura. Varii modi, sed omnes incerti, afferuntur a Serario in cap. 13, quæst. 12. Dicuntur omnia divisisse; quia etiam eas regiones diviserunt, quas

Digitized by Google

4. Mais les enfants de Joseph, Manassé et Ephraïm, divisés en deux tribus, succédèrent en leurs places, *remplissant le nombre des douze tribus qui devaient partager cette terre;* et les lévites n'eurent point d'autre part dans la terre de Chanaan, que des villes pour y habiter, avec leurs faubourgs, *et les terres des environs,* pour nourrir leurs bêtes *de charge* et leurs troupeaux.

5. Les enfants d'Israël exécutèrent *donc* tout ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse, et ils partagèrent *entre eux* la terre *de Chanaan divisée en douze lots.*

6. *Comme on se disposait à faire ce partage,* alors les enfants de Juda vinrent trouver Josué à Galgala, *où tout le peuple était assemblé pour cela;* et Caleb, fils de Jephoné Cénézéen, lui parla de cette sorte: Vous savez ce que la Seigneur dit de moi et de vous à Moïse, homme de Dieu, lorsque nous étions à Cadesbarné.

7. J'avais quarante ans lorsque Moïse, serviteur du Seigneur, m'envoya de Cadesbarné pour reconnaître la terre, et je lui fis mon rapport tel que je le croyais véritable.

8. Mais mes frères qui y étaient allés avec moi, *en firent un tout contraire, et* jetèrent l'épouvante dans le cœur du peuple : je ne laissai pas néanmoins de suivre le Seigneur mon Dieu *en rendant témoignage à la vérité, et en la soutenant avec fermeté.*

4. Sed in eorum successerunt locum filii Joseph in duas divisi tribus, Manasse et Ephraim; nec acceperunt levitæ aliam in terra partem, nisi urbes ad habitandum, et suburbana earum ad alenda jumenta et pecora sua.

5. Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filii Israel, et diviserunt terram.

6. Accesserunt itaque filii Juda ad Josue in Galgala, locutusque est ad eum Caleb filius Jephone Cenezæus: Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me et te in Cadesbarne.

7. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus Domini de Cadesbarne, ut considerarem terram, nuntiavique ei quod mihi verum videbatur.

8. Fratres autem mei, qui ascenderant mecum, dissolverunt cor populi: et nihilominus ego secutus sum Dominum Deum meum.

---

nondum occupaverant, et cuique tribui portionem suam adscripserunt. — *Sicut præceperat Dominus in manu Moysi.* Num. 34. 13.

* 4. *Successerunt.* Non in jus aut possessionem, sed ut numerum duodenarium in tribuum sortitione explerent. — *In duas divisi tribus.* A Jacob patriarcha, qui Genes. 48. 5, dixit Josepho : *Duo ergo filii tui... Ephraim et Manasses, sicut Ruben et Simeon reputabuntur mihi.*

6. *Locutusque est ad eum Caleb.* Antequam hæreditatem tribus Juda sortiretur. — *Filius Jephone.* Aliqui putarunt Jephone non esse nomen proprium, sed appellativum, et sic dictum Caleb, quod insigni polleret prudentia, et in murmure exploratorum sedando sapienter se gesserit; idem enim est *filius Jephone,* quod *filius diversionis,* sive *filius prudens;* sed falluntur : est enim nomen proprium. Vide Serar. in cap. 13 Josue, quæst. 3. — *Cenezæus.* Cenez aliqui volunt esse nomen loci, alii Jephone etiam Cenez dictum fuisse. * Credibilius videtur Cenez patrem Jephone fuisse, aut certe unum aliquem ex progenitoribus ejus, a quo Cenezæus sit appellatus.—*De me et te.* *Scilicet, nos duos tantum in terram promissam ingressuros : vide Num. 14. 30 et 38.

7. *Nuntiavitque ei quod mihi verum videbatur.* Cum interim alii exploratores inter populum terrores sererent, ut habemus extremo c. 13 Num.

Digitized by Google

9. Juravitque Moyses in die illo, dicens : Terra, quam calcavit pes tuus, erit possessio tua, et filiorum tuorum in æternum ; quia secutus es Dominum Deum meum.

10. Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est usque in præsentem diem. Quadraginta et quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem : hodie octoginta quinque annorum sum,

11. Sic valens, ut eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum : illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat, tam ad bellandum quàm ad gradiendum.

12. Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, et urbes magnæ atque munitæ ; si fortè sit Dominus mecum, et potuero delere eos, sicut promisit mihi.

13. Benedixitque ei Josue ; et tradidit ei Hebron in possessionem :

14. Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Jephone Cenezæo usque in præsentem diem ; quia secutus est Dominum Deum Israel.

15. Nomen Hebron ante vocabatur Cariatharbe : Adam maxi-

9. En ce jour-là Moïse me jura et me dit : La terre où vous avez mis le pied sera votre héritage et l'héritage de vos enfants pour jamais, parce que vous avez suivi le Seigneur mon Dieu.

10. Le Seigneur m'a donc conservé la vie jusqu'aujourd'hui, comme il le promit *alors*. Il y a quarante-cinq ans que le Seigneur dit cette parole à Moïse, lorsqu'Israël allait par le désert : j'ai maintenant quatre-vingt-cinq ans,

11. Et je suis aussi fort que j'étais au temps que je fus envoyé pour reconnaître le pays. La même vigueur que j'avais alors m'est demeurée jusqu'aujourd'hui, soit pour combattre, ou pour marcher.

12. Donnez-moi donc cette montagne que le Seigneur m'a promise, comme vous l'avez entendu vous-même, sur laquelle il y a *encore* des géants, et des villes grandes et fortes, afin que j'éprouve si le Seigneur sera avec moi, et si je pourrai les exterminer, ainsi qu'il me l'a promis.

13. Josué bénit donc Caleb *en lui souhaitant un heureux succès*, et *il* lui donna Hébron pour son héritage.

14. Depuis ce temps-là Hébron a été à Caleb, fils de Jéphoné Cénézéen, jusqu'aujourd'hui, parce qu'il suivit le Seigneur le Dieu d'Israël, *et qu'il lui demeura fidèle.*

15. Hébron s'appelait auparavant Cariatharbé, *du nom d'*un grand homme

---

9. *Terra quam calcavit pes tuus erit possessio tua.* De hac promissione Calebo facta hic tantum expresse loquitur Scriptura ; videtur tamen Num. 14, n. 24, comprehensa illis verbis : *Servum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc... et semen ejus possidebit eam. — Secutus es Dominum Deum meum.* Ejus scilicet voluntati parendo.

10. *Quando ambulabat Israel per solitudinem.* Essetque in mansione Cadesbarne, ex qua missi sunt exploratores in terram Chanaan.

12. *Enacim.* Filii Enac, gigantes, * qui licet a Josue exterminati fuissent, supra c. 11, n. 21, videntur tamen rediisse, et locum adversus Israelitas munivisse, Josue interim aliis bellis occupato.

13. *Benedixitque ei Josue.* Benedicere est boni quippiam in alium conferre, quo ille ornetur et augeatur.

15. *Cariatharbe.* Idem est, Cariatharbe, ac si dicas Græce τετράπολις, id est, *civitas quatuor.* Aliqui ita dictam putant ab amplitudine, quod scilicet aliis quatuor civitatibus par esse posset. Verius est, Arba nomen fuisse gi-

Digitized by Google

qui avait été en ce lieu-là, célèbre parmi les géants mêmes, *et qui y était enterré.* Toutes les guerres cessèrent pour lors dans la terre de Chanaan, *les Israélites étant occupés à la partager.*

mus ibi inter Enacim situs est? et terra cassavit à prœliis (1).

CHAPITRE XV.

§ I. *Partage donné à la tribu de Juda. Othoniel épouse Axa, fille de Caleb, pour récompense d'avoir pris la ville de Cariathsépher.*

L'AN DU MONDE 2560. — AVANT J.-C. 1444.

1. Voici le partage échu par sort aux enfants de Juda, selon leurs familles. Les limites de leur pays sont depuis la frontière de l'Idumée, *en passant par le* désert de Sin, vers le midi, *s'avançant de l'orient à l'occident*, jusqu'à l'extrémité de la contrée méridionale *de la terre de Chanaan.*

2. *Ce pays* commence à la pointe de la mer Salée, et à cette langue de mer qui regarde le midi.

3. Il s'élend vers la montagne du Scorpion, et passe jusqu'à Sina. Il monte vers Cadesbarné, vient jusqu'à Esron, monte vers Addar, et tourne vers Carcaa;

1. Igitur sors filiorum Judæ per cognationes suas ista fuit: A termino Edom, desertum Sin contra meridiem, et usque ad extremam partem australis plagæ;

2. Initium ejus a summitate maris Salsissimi, et a lingua ejus, quæ respicit meridiem.

3. Egrediturque contra ascensum Scorpionis, et pertansit in Sina: ascenditque in Cadesbarne, et pervenit in Esron, ascendens ad Addar, et circuiens Carcaa,

(1) Bible vengée, note XIII.

---

gantis qui eam incoluerit, eique nomen dederit, ut diceretur civitas Arbæ. Dicta deinde est Hebron, ut putat Serarius, a *societate* et *amicitia* quam cum ejus loci principibus viris iniit Abraham, Genes. 14. 13. *Hebron* enim latine vertitur *societas* et *conjunctio.*—*Adam maximus.* Non Adam humani generis parens, sed alius quidam homo (Adam enim hominem significat) procerissimæ staturæ, ille nimirum Arba qui urbi nomen dedit, quod indicant hebræa quæ sic se habent: *Et nomen Hebronis antiquitus erat Cariatharba. Hic homo magnus in Enacim ipse.* Sunt tamen qui putent de protoplasto sermonem esse, sed minus probabiliter.

Cap. XV. 1. *Edom.* Idumææ. * Erat autem Idumæa deserto Sin contermina, ut habemus Num. 34. 3: quem locum vide. — *Desertum Sin.* Scribitur per tzade, et non est desertum illud in quod mense secundo ab egressu ex Ægypto venerunt Israelitæ, quod per samech scribitur. Videtur desertum hoc Sin extra Judææ sortem fuisse, juxta australem terminum lacus Asphaltitis.

2. *Maris Salsissimi.* Lacus Asphaltitis. * Describitur australis limes tribus Juda, quæ parti orientali jungitur. — *A lingua ejus.* Lingua signum significat, seu promontorium aliquod hujus lacus, et hoc videtur verius; nam LXX habent, λοφιὰν, *cecervim, deorsum.* Chaldæus vero *cepha,* id est, *petram.*

3. *Contra ascensum Scorpionis.* Clivus est, vel mons in quo vel scorpionum copia, vel quædam eorum figura et similitudo.

Digitized by Google

4. Atque inde pertransiens in Asemona, et perveniens ad torrentem Ægypti : eruntque termini ejus mare Magnum ; hic erit finis meridianæ plagæ.

5. Ab oriente verò erit initium, mare Salsissimum usque ad extrema Jordanis : et ea quæ respiciunt ad aquilonem, a lingua maris usque ad eumdem Jordanis fluvium ;

6. Ascenditque terminus in Beth Hagla, et transit ab aquilone in Beth Araba : ascendens ad lapidem Boen filii Ruben ;

7. Et tendens usque ad terminos Debera de valle Achor, contra aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex adverso ascensionis Adommim, ab australi parte torrentis : transitque aquas, quæ vocantur fons Solis : et erunt exitus ejus ad fontem Rogel ;

8. Ascénditque per convallem filii Ennom ex latere Jebusæi ad meridiem, hæc est Jerusalem : et inde se erigens ad verticem montis, qui est contra Geennom ad occidentem in summitate vallis Raphaim contra aquilonem ;

9. Pertransitque a vertice mon-

4. Et passant de là jusqu'à Asemona, il arrive jusqu'au torrent d'Egypte, *qui est le bras le plus oriental du Nil*, et se termine *à la mer Méditerranée, appelée* la Grande mer. Ce sont là ses limites du côté du midi.

5. Du côté d'orient *la tribu de Juda* commence à la mer Salée, *et se continue tout le long de cette mer* jusqu'à l'extrémité, *où elle reçoit le fleuve* du Jourdain et *ainsi ses limites orientales sont* depuis cette langue de mer, *qui s'étend vers le midi en remontant* vers l'aquilon, jusqu'à *l'endroit où* ce même fleuve du Jourdain *entre dans la mer.*

6. Sa frontière, *du côté du nord*, monte à Beth Hagla, passe de l'aquilon à Beth Araba, monte à la pierre de Boen, fils de Ruben,

7. Et s'étend jusqu'à Débéra de la vallée d'Achor : vers le septentrion elle regarde Galgala qui est vis-à-vis de la montagne d'Adommim, au côté du torrent qui regarde le midi : elle passe les eaux qui s'appellent la fontaine du Soleil et vient se terminer à la fontaine de Rogel.

8. Elle monte par la vallée du fils d'Ennom, au côté méridional du pays des Jébuséens, où est la ville de Jérusalem ; et de là, montant jusqu'au haut de la montagne de *Moria*, qui est vis-à-vis de Géennom, à l'occident *de Jérusalem, et qui touche,* à l'extrémité de la vallée des Géants, vers l'aquilon,

9. Elle passe depuis le haut de la mon-

4. *Ad torrentem Ægypti.* Rhinocolura, qui aliquando etiam Nilus dicitur, vel quia ab eo parum distat, vel quia cum eo per subterraneos meatus aquas communicat. — *Mare Magnum.* Mare Mediterraneum, * quod tam terræ promissionis quam tribus Judæ terminus est.

6. *Beth Hagla.* Hæc, Genes. 50. 10, dicitur Area Atad : distat a Jericho tribus milliaribus, sita inter ipsam et mare Salsum, seu Mortuum. — *Boen filii Ruben.* Vel Ruben nomen alicujus Chananæi, vel si sit filius Jacob, dici potest Boen ad lapidem istum præclarum quippiam egisse, et loco nomen fecisse, quod est verisimilius.

7. *Galgala.* Diversa quibusdam videntur ab iis, in quibus Israelitarum castra fuisse dicuntur, c. 5. 9.

8. *Filii Ennom.* Vallis Jerosolymæ adjacens, sic dicta ab Ennom quodam Jebusæo. — *Geennom.* Significat vallem contristantem, vel decipientem, vel vallem divitiarum. Idem est Geennom, et Geenna, quæ syriace infernum significat. — *Raphaim.* Gigantum.

9. *A vertice montis.* Qui adjacentem vallem Raphaim prospicit. — *Ad fon-*

Digitized by Google

tagne jusqu'à la fontaine de Nephtoa, et s'étend jusqu'aux villages du mont Ephron. Elle baisse ensuite vers Baala, qui est Cariathiarim, c'est-à-dire la ville des Forêts ;

10. Et de Baala tourne vers l'occident jusqu'à la montagne de Seïr ; passe au côté du mont Jarim, au septentrion vers Cheslon, descend vers Bethsamès, passe jusqu'à Thamna ;

11. Vient vers le côté septentrional d'Accaron, baisse vers Séchrona, passe le mont Baala, s'étend jusqu'à Jebnéel *ou Jamma*, et se termine enfin du côté de l'occident par la *mer Méditerranée, qui est la* Grande mer.

12. Telles sont les limites des enfants de Juda, de tous côtés, selon leurs familles.

13. Mais Josué, suivant l'ordonnance du Seigneur, donna à Caleb, fils de Jéphoné, pour son partage, au milieu des enfants de Juda, Cariatharbé, ville du père d'Enac, qui est la ville d'Hébron.

14. Et *quelques années après* Caleb extermina de cette ville les trois enfants d'Enac, Sesaï, Ahiman, et Tholmaï, de la race d'Enac, *qui y étaient restés.*

15. Et montant de ce lieu, il marcha vers les habitants de Dabir qui s'appelait auparavant Cariathsépher, c'est-à-dire la ville des Lettres, *parce que c'était là que les Chananéens conservaient leurs livres et faisaient leurs études.*

16. Et Caleb dit : Je donnerai ma fille

tis usque ad fontem aquæ Nephtoa : et pervenit usque ad vicos montis Ephron : inclinaturque in Baala, quæ est Cariathiarim, id est, urbs Silvarum :

10. Et circuit de Baala contra occidentem, usque ad montem Seir : transitque juxta latus montis Jarim ad aquilonem in Cheslon : et descendit in Bethsames, transitque in Thamna ;

11. Et pervenit contra aquilonem partis Accaron ex latere : inclinaturque Sechrona, et transit montem Baala : pervenitque in Jebneel, et Magni maris contra occidentem fine concluditur ;

12. Hi sunt termini filiorum Juda per circuitum in cognationibus suis.

13. Caleb verò filio Jephone dedit partem in medio filiorum Juda, sicut præceperat ei Dominus : Cariatharbe patris Enac, ipsa est Hebron.

14. Delevitque ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai et Ahiman et Tholmai de stirpe Enac.

15. Atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariathsepher, id est, civitas Litterarum.

16. Dixitque Caleb : Qui percus-

---

tem aquæ Nephtoa. Cui ab aquarum perennitate nomen factum videtur. Nephtoa enim apertionem significat sive sculpturam. — *Montis Ephron.* Monti Ephron adjacentia.

10. *Usque ad montem Seir.* Est alius hic mons ab eo qui in Idumæa Seir appellatur.

11. *Partis Accaron ex latere.* Linea ad occidentem protensa Accaron urbem a meridie inclusam præterit. — *In Jebneel.* Urbem quæ mari proxima etiam Jamnia nominatur : erant autem duæ civitates eodem nomine dictæ inter Diospolim et Azotum.

14. *Delevitque ex ea Caleb.* Supra, c. 10. 37, dictum fuerat Hebron captam a Josue, etc. Nunc autem cum dicatur a Caleb expugnata, dicendum videtur fortasse Chananæos iterum illam occupasse, et a Caleb fuisse receptam. Lyranus putat Caleb vere ac proprie urbes istas cepisse, dici tamen Josue illas cepisse per anticipationem, quia ejus concessu et auctoritate illas postea cepit Caleb.

Digitized by Google

serit Cariathsepher, et ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem.

17. Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb junior : deditque ei Axam filiam suam uxorem (1).

18. Quæ, cum pergerent simul, suasa est a viro suo ut peteret a patre suo agrum, suspiravitque ut sedebat in asino. Cui Caleb : Quid habes ? inquit.

19. At illa respondit : Da mihi benedictionem : terram australem et arentem dedisti mihi, junge et irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius et inferius.

20. Hæc est possessio tribus filiorum Juda per cognationes suas.

Axa en mariage à quiconque prendra et détruira Cariathsépher.

17. Othoniel, fils de Cenez, et jeune frère de Caleb, la prit ; et Caleb lui donna sa fille Axa pour femme.

18. Et lorsqu'ils marchaient *tous* ensemble, son mari lui conseilla de demander un champ à son père. Axa étant donc montée sur un âne se mit à soupirer, et Caleb lui dit : Qu'avez-vous ?

19. Elle lui répondit : Donnez-moi votre bénédiction *et accordez-moi une grâce :* vous m'avez donné une terre exposée au midi et toute sèche ; ajoutez-y-en une autre où il y ait des eaux en abondance. Caleb lui donna donc en haut et en bas des lieux arrosés d'eau.

20. C'est là l'héritage de la tribu des enfants de Juda, *qui lui fut* divisé selon ses familles, *et voici les villes qu'il contient.*

§ II. *Dénombrement des villes appartenant à la tribu de Juda.*

21. Erantque civitates ab extremis partibus filiorum Juda juxta terminos Edom a meridie : Cabseel, et Eder, et Jagur,

22. Et Cina, et Dimona, et Adada,

23. Et Cades, et Asor, et Jethnam,

24. Ziph, et Telem, et Baloth,

25. Azor nova, et Carioth, Hesron, hæc est Asor,

26. Amam, Sama, et Molada,

21. Vers l'extrémité de la terre des enfants de Juda, le long des frontières d'Edom, du côté du midi, les villes sont Cabséel, Eder, et Jagur,

22. Cina, Dimona, Adada,

23. Cadès, Asor, Jethnam,

24. Ziph, Telem, Baloth,

25. Azor la nouvelle, et Carioth, Hesron, qui est la même qu'Azor,

26. Amam, Sama, Molada,

(1) Bible vengée, note XIV.

---

16. *Cariathsepher.* Civitas Litterarum, sic dicta vel quod ibi academia esset instituta, in qua litteris daretur opera ; vel quod antiquorum fuisset archivium, in quo vetera scripta monumenta post diluvium collocare solerent.

17. *Frater Caleb junior.* Ducere potuit Axam, quia nuptiæ inter patruum et neptem prohibitæ non erant in lege veteri.

18. *Suspiravitque ut sedebat in asino.* Ex hebræo aliqui vertunt, *lapsa est desuper asinum*, id est, descendit, ut ad patris genua provoluta impetraret quod volebat. Alii vertunt, *et confixit se desuper asinum*, fingens languorem, aut mœstitiam, inclinata super jumentum.

19. * *Da mihi benedictionem.* Possessionem, hæreditatem, dotem. — *Terram australem.* Acceperat dotis nomine terram ad austrum, quæ et propter situs conditionem, et quia carebat aquis, admodum erat arida et sterilis ; petit ergo irriguam. — *Irriguum superius.* Duplicis generis scaturigines : unas superiores, quibus clivosa, alias inferiores, quibus planiora loca irrigari possent.

Digitized by Google

27. Asergadda, Hassémon, Bethphélet.
28. Hasersual, Bersabée, Baziothia,
29. Baala, Iim, Esem,
30. Eltholad, Césil, Harma,
31. Siceleg, Medemena, Sensenna,
32. Lebaoth, Selim, Aen, et Remmon; qui toutes font vingt-neuf villes avec leurs villages. *Ces villes et ces villages sont dans les frontières et sur les montagnes.*
33. Mais dans la plaine *sont* Estaol, Sarea, Asena,
34. Zanoé, Engannim, Taphua, Enaïm,
35. Jérimoth, Adullam, Socho, Azeca,
36. Saraïm, Adithaïm, Gedera *ou* Gederothaïm; qui toutes font quatorze villes avec leurs villages;
37. Sanan, Hadassa, Magdalgad,
38. Delean, Masepha, Jecthel,
39. Lachis, Bascath, Eglon,
40. Chebbon, Léhéman, Cethlis,
41. Gideroth, Bethdagon, Naama et Macéda; qui toutes font seize villes avec leurs villages.
42. Labana, Ether, Asan,
43. Jephtha, Esna, Nésib,
44. Céila, Achzib, Maréza; qui toutes font neuf villes avec leurs villages.
45. Accaron avec ses bourgs et ses villages.
46. Depuis Accaron jusqu'à la mer, tout le pays vers Azot et ses villages;
47. Azot, avec ses bourgs et ses villages; Gaza avec ses bourgs et ses vil-

27. Et Asergadda, et Hassemon, et Bethphelet,
28. Et Hasersual, et Bersabee, et Baziothia,
29. Et Baala, et Iim, et Esem,
30. Et Eltholad, et Cesil, et Harma,
31. Et Siceleg, et Medemena, et Sensenna,
32. Lebaoth, et Selim, et Aen, et Remmon; omnes civitates viginti novem, et villæ earum.
33. In campestribus vero : Estaol, et Sarea, et Asena,
34. Et Zanoe, et Engannim, et Taphua, et Enaim,
35. Et Jerimoth, et Adullam, Socho, et Azeca,
36. Et Saraim, et Adithaim, et Gedera, et Gederothaim : urbes quatuordecim, et villæ earum.
37. Sanan, et Hadassa, et Magdalgad,
38. Delean, et Masepha, et Jecthel,
39. Lachis, et Bascath, et Eglon,
40. Chebbon, et Leheman, et Cethlis,
41. Et Gideroth, et Bethdagon, et Naama, et Maceda : civitates sedecim, et villæ earum.
42. Labana, et Ether, et Asan,
43. Jephtha, et Esna, et Nesib,
44. Et Ceila, et Achzib, et Maresa : civitates novem, et villæ earum.
45. Accaron cum vicis et villulis suis.
46. Ab Accaron usque ad mare : omnia quæ vergunt ad Azotum et viculos ejus.
47. Azotus cum vicis et villulis suis. Gaza cum vicis et villulis

---

32. *Omnes civitates viginti novem.* Plures esse apparebit numeranti. Varii varia respondent. Expedita responsio est, si dicamus civitates tantum fuisse 29, reliquas, quæ simul cum civitatibus numerantur, villas eis adjacentes esse, quod sacer textus indicat, cum ait : *Omnes civitates viginti novem et villæ earum.*

36. *Urbes quatuordecim.* Recensitæ sunt quindecim, sed ex numeratis aliqua villa fuit.

Digitized by Google

suis, usque ad torrentem Ægypti, et mare Magnum terminus ejus.

48. Et in monte : Samir, et Jether, et Socoth,

49. Et Danna, et Cariathsenna, hæc est Dabir :

50. Anab, et Istemo, et Anim,

51. Gosen, et Olon, et Gilo : civitates undecim et villæ earum.

52. Arab, et Ruma, et Esaan,

53. Et Janum, et Beththaphua, et Apheca,

54. Athmatha, et Cariatharbe, hæc est Hebron, et Sior : civitates novem, et villæ earum.

55. Maon, et Carmel, et Ziph, et Jota,

56. Jezrael, et Jucadam, et Zanoe,

57. Accain, Gabaa, et Thamna : civitates decem, et villæ earum.

58. Halhul, et Bessur, et Gedor.

59. Mareth et Bethanoth, et Eltecon : civitates sex, et villæ earum.

60. Cariathbaal, hæc est Cariathiarim urbs Silvarum, et Arebba : civitates duæ, et villæ earum.

61. In deserto Betharaba, Meddin, et Sachacha,

62. Et Nebsan, et civitas Salis, et Engaddi : civitates sex, et villæ earum.

63. Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non potuerunt filii Juda delere : habitavitque Jebusæus cum filiis Juda in Jerusalem usque in præsentem diem.

lages, jusqu'au torrent d'Egypte, et la Grande mer la termine.

48. Et dans les montagnes, Samir, Jether, Socoth,

49. Danna, Cariathsenna, qui est la même que Dabir;

50. Anab, Istemo, Anim,

51. Gosen, Olon, Gilo; qui toutes font onze villes avec leurs villages;

52. Arab, Ruma, Esaan,

53. Janum, Beththaphua, Apheca,

54. Athmatha, Cariatharbé, qui est la même qu'Hébron, et Sior; qui toutes font neuf villes avec leurs villages,

55. Maon, Carmel, Ziph, Jota,

56. Jezrael, Jucadam, Zanoé,

57. Accaïn, Gabaa, Thamna; qui toutes font dix villes avec leurs villages

58. Halhul, Bessur, Gédor,

59. Mareth, Bethadoth, Eliécon; six villes avec leurs villages;

60. Cariathbaal, qui est la même que Cariathiarim, la ville des Forêts, et Arebba; deux villes et leurs villages.

61. Dans le désert, Betharaba, Med'din, Sachacha,

62. Nebsan, la ville du Sel, Engaddi; six villes et leurs villages.

63. Mais les enfants de Juda ne purent exterminer les Jébuséens qui habitaient dans Jérusalem; et les Jébuséens ont habité dans Jérusalem avec les enfants de Juda jusqu'aujourd'hui.

---

63. *Jebusæum autem habitatorem Jerusalem.* Tenuerunt Jebusæi arcem Sionis usque ad tempora Davidis, a quo expugnata est, ut patet II. Reg. 5. 7. — *Non potuerunt filii Juda delere.* Videtur Jerusalem fuisse in tribu Benjamin, atque ideo illius expugnatio non pertinuisse ad tribum Juda. Sed responderi potest cum Serario, Josue c. 18, q. 14, partem unam Jerusalem ad tribum Benjamin pertinuisse, eam scilicet, quæ Salem dicebatur, et septentrionalis erat; australem vero, quæ dicebatur Jebus, fuisse tribus Juda, quam postea, cum occupare vellet Judas, debuit etiam aliam oppugnare, quod consentientibus Benjamitis factum est.

Digitized by Google

CHAPITRE XVI.

Partage échu à la tribu d'Ephraïm. Ils n'exterminent point les habitants de Gazer, mais ils les rendent tributaires.

LA MÊME ANNÉE 2560.

1. Le partage échu par sort aux enfants de Joseph fut *le pays qui s'étend* depuis le Jourdain, vis-à-vis de Jéricho et des eaux de ce fleuve, vers l'orient, *et depuis* le désert qui monte de Jéricho à la montagne de Béthel.

2. *Ce partage* sort *ensuite* de Béthel vers Luza, passe le long des confins d'Archi, vers Atharoth,

3. Descend à l'occident jusqu'aux confins de Jephlet, et jusqu'aux confins de la contrée inférieure de Béthoron, et jusqu'à Gazer; et son pays finit à la Grande mer.

4. C'est là *en général* ce que les enfants de Joseph, Manassé et Ephraïm, ont possédé.

5. *Voici en particulier le partage de la tribu d'Ephraïm.* La frontière des enfants d'Ephraïm, divisés par leurs familles dans la terre qu'ils possèdent, est, vers l'orient, Atarothaddar, jusqu'à la contrée supérieure de Béthoron :

6. Elle se termine dans ses confins, *du côté de l'occident*, à la mer *Méditerranée. Elle revient à* Machméthath *qui* regarde le septentrion, et retourne vers l'orient en Thanathsélo; passe de l'orient jusqu'à Janoé :

7. De Janoé descend jusqu'à Atharoth et à Naaratha, vient jusqu'à Jéricho, et

1. Cecidit quoque sors filiorum Joseph, ab Jordane contra Jericho et aquas ejus ab oriente : solitudo quæ ascendit de Jericho ad montem Bethel :

2. Et egreditur de Bethel Luza: transitque terminum Archi, Atharoth;

3. Et descendit ad occidentem juxta terminum Jephleti, usque ad terminos Bethoron inferioris, et Gazer : finiunturque regiones ejus mari Magno :

4. Possederuntque filii Joseph Manasses et Ephraim.

5. Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas : et possessio eorum contra orientem Atarothaddar usque Bethoron superiorem.

6. Egrediunturque confinia in mare : Machmethath vero aquilonem respicit, et circuit terminos contra orientem in Thanathselo : et pertransit ab oriente Janoe;

7. Descenditque de Janoe in Atharoth et Naaratha : et pervenit

---

Cap. XVI. 1. *Contra Jericho et aquas ejus.* Idem videtur esse cum eo quod dicitur c. 18. 11 : *Pergens juxta latus Jericho septentrionalis plagæ*, sive ut alii vertunt, *ad latus Jericho à septentrione.* — *Solitudo quæ ascendit de Jericho ad montem Bethel.* Vox *ascendit* non est referenda ad vocem *solitudo*, sed ad vocem *sors* positam hoc eodem versiculo, ut notant Masius, Montanus et alii.

2. *Et egreditur.* Funiculus scilicet mensorius, sive linea terminorum. — *De Bethel Luza.* De Bethel quæ prius Luza dicebatur.

4. *Possederunt.* Quidam vertunt, *diviserunt*, inter se scilicet duæ tribus Ephraim et Manasse.

5. *Et factus est terminus.* Ab hoc versu usque ad finem capitis describitur possessio tribus Ephraim.

6. *Circuit terminos.* Serarius putat legendum, *circuit terminus.*

Digitized by Google

in Jericho, egrediturque ad Jordanem.

8. De Taphua pertransit contra mare in vallem Arundineti, suntque egressus ejus in mare Salsissimum; hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas.

9. Urbesque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse, et villæ earum.

10. Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum, qui habitabat in Gazer : habitavitque Chananæus in medio Ephraim usque in diem hanc tributarius.

se termine au Jourdain : *elle va ensuite à Taphua, du côté de l'occident.*

8. De Taphua *elle* passe vers la mer *Méditerranée,* jusqu'à la vallée des Roseaux, et se termine à la mer Salée, *qui est ici la même que la mer Méditerranée :* c'est là l'héritage de la tribu des enfants d'Ephraïm, divisés par leurs familles.

9. Et il y eut des villes avec les villages de leur dépendance, que l'on sépara du milieu de l'héritage des enfants de Manassé, pour les donner aux enfants d'Ephraïm.

10. Les enfants d'Ephraïm n'exterminèrent point les Chananéens qui habitaient en Gazer : mais les Chananéens ont habité jusqu'aujourd'hui au milieu d'Ephraïm, ayant été rendus tributaires.

CHAPITRE XVII.

Partage échu à la tribu de Manassé. Les filles de Salphaad reçoivent des terres au milieu de leurs frères, selon que le Seigneur l'avait commandé.

LA MÊME ANNÉE 2560.

1. Cecidit autem sors tribui Manasse (ipse enim est primogenitus Joseph) : Machir primo-

1. Voici le partage échu au sort à la tribu de Manassé qui fut le fils aîné de Joseph, à Machir, fils aîné *et fils unique*

---

* 8. *Vallem Arundineti.* Vallem arundinibus abundantem. Quidam putant per hanc vallem decurrere torrentem Carith, apud quem latuit Elias, III. Reg. 17. 3. — *In mare Salsissimum.* Vocem salsissimum irrepsisse putat in textum idem Serarius : hic sermo est de mari Mediterraneo. Mare Salsissimum in Scripturis appellari solet mare Mortuum, sive lacus Asphaltites. * Mare tamen Mediterraneum salsum dici etiam potest salsissimum, si comparetur cum aquis dulcibus maris, ut appellat Scriptura, Galilææ et aliis hujusmodi lacubus qui carent salsedine.

9. *In medio possessionis filiorum Manasse.* Assignatis partibus regionis tribui Ephraim et Manasse, cum spectatis circumstantiis locorum apparuisset divisionem æqualem non esse, attributa sunt Ephraim quædam loca intra fines tribus Manasse, ut inæqualitas illa tolleretur. Ita Magalianus. Alii aiunt lineam quæ duas has tribus disterminabat, aliquando incurrisse in terminos Manasse, aliquando recessisse : hinc factum ut oppida aliqua essent Ephraim, quæ linea recta ducta, in tribu Manasse fuissent. Ita Lyranus quem sequitur Salianus.

10. *Et non interfecerunt filii Ephraim Chananæum.* Hoc ipsum commemoratur Judic. 1. 29, in quo peccarunt contra Domini jussum, qui jusserat gentes illas deleri Deuter. 20. 17. — *Usque in diem hanc.* Longe postea venit civitas hæc in Israelitarum ditionem, cum scilicet Pharao Ægypti rex eam expugnavit, et filiæ suæ, quæ Salomoni nupserat, in dotem dedit, ut habemus in Reg. historia, III. Reg. 9. 16.

Cap. XVII. 1. *Machir primogenito Manasse.* Imo et unigenito; sed ita lo-

Digitized by Google

de Manassé, père de Galaad, qui fut un vaillant homme, et qui eut le pays de Galaad et de Basan ;

2. Et au reste des enfants, *c'est-à-dire des descendants* de Manassé, divisés selon leurs familles; aux enfants d'Abiézer, aux enfants d'Hélec, aux enfants d'Esriel, aux enfants de Séchem, aux enfants d'Epher, et aux enfants de Sémida. Ce sont là les enfants mâles de *Galaad, fils de Machir, fils de* Manassé, fils de Joseph, divisés selon leurs familles.

3. Mais *parce* que Salphaad, fils d'Hépher, fils de Galaad, fils de Machir, fils de Manassé, n'avait point eu de fils, mais des filles seulement, dont voici les noms : Maala, Noa, Hegla, Melcha et Thersa :

4. Ces filles vinrent se présenter devant Eléazar, grand prêtre, devant Josué, fils de Nun, et les princes *du peuple,* et leur dirent : Le Seigneur a ordonné par Moïse qu'on nous donnât des terres en partage au milieu de nos frères. Josué leur donna donc des terres en partage, au milieu des frères de leur père, selon que le Seigneur l'avait commandé.

5. Ainsi la tribu de Manassé eut dix portions dans la terre de *Chanaan,* outre le pays de Galaad et de Basan qui lui fut donné au delà du Jourdain.

6. Car les filles de Manassé eurent des terres pour leur héritage parmi les enfants de Manassé, *comme les aurait eues*

genito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad et Basan :

2. Et reliquis filiorum Manasse juxta familias suas, filiis Abiezer, et filiis Helec, et filiis Esriel, et filiis Sechem, et filiis Hepher, et filiis Semida; isti sunt filii Manasse filii Joseph, mares, per cognationes suas.

3. Salphaad vero filio Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, non erant filii, sed solæ filiæ : quarum ista sunt nomina, Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha, et Thersa.

4. Veneruntque in conspectu Eleazari sacerdotis, et Josue filii Nun, et principum, dicentes : Dominus præcepit per manum Moysi, ut daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditque eis juxta imperium Domini possessionem in medio fratrum patris earum.

5. Et ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque terra Galaad et Basan trans Jordanem.

6. Filiæ enim Manasse possederunt hæreditatem in medio filiorum ejus. Terra autem Galaad

---

qui solet Scriptura, ut etiam eos vocet primogenitos, qui fratres nullos habent. Sic Christus in Evangelio, Matth. 1. 25, dicitur Virginis primogenitus. — *Vir pugnator.* Scilicet in Ægypto ubi vixit. — *Habuitque possessionem.* Non ipse, sed qui ab ipso ducebant originem filii et nepotes. — *Galaad et Basan.* Trans Jordanem.

3. *Salphaad.* Historiam filiarum Salphaad habes Num. c. 27 : vide ibi dicta.

* 4. *Et principum.* Qui sortitioni cum Eleazaro et Josue præerant, quorum habentur nomina Num. 34.

5. *Funiculi Manasse, decem.* Familiæ erant sex, scilicet Abiezer, Helec, Esriel, Sechem, Semida et Hepher. Porro ex Hepher natus Salphaad qui masculos non genuit, sed filias quinque suscepit. Hisce quinque filiabus portio sua, sive, ut loquitur Scriptura, funiculus suus assignatus est, totidem vero masculorum funiculi erant, omnes ergo decem. Nota tamen quinque portiones, quæ filiabus Salphaad obtigerunt, simul sumptas uni æquales fuisse portioni masculorum; sic enim servatur in partitione justitia.

6. *Filiæ enim Manasse.* Filiæ Salphaad, de quibus dictum est. — * *Qui reliqui erant.* Qui non fuerant de harum sex familiarum stirpe.

Digitized by Google

cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant.

7. Fuitque terminus Manasse ab Aser, Machmethath quæ respicit Sichem: et egreditur ad dextram juxta habitatores fontis Taphuæ.

8. Etenim in sorte Manasse ceciderat terra Taphuæ, quæ est juxta terminos Manasse filiorum Ephraim.

9. Descenditque terminus vallis Arundineti in meridiem torrentis civitatum Ephraim, quæ in medio sunt urbium Manasse: terminus Manasse ab aquilone torrentis, et exitus ejus pergit ad mare:

10. Ita ut possessio Ephraim sit ab austro, et ab aquilone Manasse, et utramque claudat mare, et conjungantur sibi in tribu Aser ab aquilone, et in tribu Issachar ab oriente.

11. Fuitque hæreditas Manasse

Salphaad, leur père, s'il eût été vivant; et le pays de Galaad échut en partage aux autres enfants de Manassé, *qui étaient restés au delà du Jourdain.*

7. La frontière de Manassé, *en decà du Jourdain*, fut depuis Azer *jusqu'à* Machméthath qui regarde vers Sichem; et elle s'étendait à main droite le long des habitants de la fontaine de Taphua, *qui appartenait à la tribu d'Ephraïm.*

8. Car le territoire de Taphua était échu par sort à Manassé; mais la ville de Taphua, qui est aux confins de Manassé, fut donnée aux enfants d'Ephraïm.

9. Cette frontière descendait à la vallée des Roseaux vers le midi du torrent des villes d'Ephraïm, qui sont au milieu des villes de Manassé; *de sorte que* la frontière de Manassé est depuis le septentrion du torrent, d'où elle va se terminer à la mer *Méditerranée.*

10. Ainsi ce qui est du côté du midi est à Ephraïm, et ce qui est du côté du septentrion est à Manassé; et la mer est à la fin de l'un et de l'autre: en sorte que du côté du septentrion ils s'unissent à la tribu d'Aser, et du côté du levant, à la tribu d'Issachar.

11. Manassé eut *aussi* pour héritage,

---

7. *Ab Aser, Machmethath.* Ab urbe Aser versus Machmethath. Describit autem terminos hujus dimidiæ tribus cis Jordanem, incipiens a terminis australibus qui illi communes fuerunt cum Ephraimitis, quibus hi termini aquilonares erant. — * *Juxta habitatores fontis Taphuæ.* Hoc est, et procedit idem terminus nonnihil versus meridiem, declinando juxta eos qui in terra Taphuæ apud fontem habitant.

* 8. *Etenim in sorte.* In hebræo est, *ipsius Manasse fuit terra Taphuæ: Taphua vero in termino Manasse filiorum Ephraim;* et sententia est, agros et possessiones terræ Taphuæ fuisse Manassitarum, et ipsam urbem Taphuam, licet intra Manassitarum fines esset, fuisse tamen Ephraimitis ad habitandum datam.

* 9. *Descenditque terminus.* Tendit enim versus mare declive. — * *Torrentis.* Sive vallis; est enim eadem vox in hebræo. — * *Exitus ejus.* Extrema pars termini pervenit ad mare Mediterraneum.

* 10. *Et conjungantur.* Si duæ tribus Ephraim et Manasse per modum unius sumantur, conjungantur tribui Aser; alioqui si sumantur seorsim, sola tribus Manasse tribum Aser attingit. — *Et in tribu Issachar.* Eodem modo intellige de duabus tribubus simul junctis. Solent autem hæ duæ tribus simul accipi in Scripturis, ut etiam appellari uno nomine, scilicet tribus Joseph, ut hoc c. n. 14.

11. *Fuitque hæreditas Manasse in Issachar et in Aser.* Hoc est, habuit tribus Manasse, juxta duas dictas conterminas tribus, urbes et vicos qui hic

Digitized by Google

dans *les confins de* la tribu d'Issachar et d'Aser, Bethsan avec ses villages, Jéblaam avec ses villages, les habitants de Dor avec leurs bourgs, les habitants d'Endor avec leurs villages, les habitants de Thenac avec leurs villages, les habitants de Mageddo avec leurs villages, et la troisième partie de la ville de Nopheth.

12. Les enfants de Manassé ne purent détruire *entièrement les habitants de* ces villes : mais les Chananéens commencèrent à habiter *avec eux* dans ce pays-là.

13. Et après que les enfants d'Israël se furent fortifiés, ils s'assujettirent les Chananéens, et se les rendirent tributaires, mais ils ne les tuèrent pas, *comme le Seigneur l'avait ordonné.*

14. *Or* les enfants de Joseph, *Ephraim et Manassé, peu contents de leur partage dont une grande partie était encore occupée par les ennemis,* s'adressèrent à Josué et lui dirent, *par la bouche de Manassé :* Pourquoi ne m'avez-vous donné qu'une part pour héritage, *en donnant à mon frère et à moi ce qui pourrait à peine suffire à moi seul,* étant comme je suis un peuple si nombreux, et le Seigneur m'ayant béni *et multiplié comme vous le voyez ?*

15. Josué leur répondit : Si vous êtes un peuple si nombreux, montez à la forêt, et faites-vous place en coupant le bois

in Issachar et in Aser, Bethsan et viculi ejus, et Jeblaam cum viculis suis, et habitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoque Endor cum viculis suis : similiterque habitatores Thenac cum viculis suis, et habitatores Mageddo cum viculis suis, et tertia pars urbis Nopheth.

12. Nec potuerunt filii Manasse has civitates subvertere, sed cœpit Chananæus habitare in terra sua.

13. Postquam autem convaluerunt filii Israel, subjecerunt Chananæos, et fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos.

14. Locutique sunt filii Joseph ad Josue, et dixerunt : Quare dedisti mihi possessionem sortis et funiculi unius, cum sim tantæ multitudinis, et benedixerit mihi Dominus?

15. Ad quos Josue ait : Si populus multus es, ascende in silvam, et succide tibi spatia in

---

numerantur. — * *Bethsan.* Urbs illustris Jordanis vicina, alio nomine Scythopolis dicta. — *Et tertia pars urbis Nopheth.* LXX, τὸ τρίτον τῆς Μαφετά, vel potius Ναφεθά. Masius putat non de tertia urbis parte, sed tractus vel regionis sermonem esse : Serarius accipit verba ut sonant, præsertim cum LXX consentiant, nec ratio urgens aliud suadeat.

12. *Nec potuerunt filii Manasse.* Cur delere non potuerint, ratio habetur Judic. 2, 20, 21 : *Quia,* inquit, *irritum fecit gens ista pactum meum, etc., ego non delebo gentes, etc.*

13. *Fecerunt sibi tributarios.* In quo peccarunt contra Domini præceptum, Deut. 20. 16. *De his autem civitatibus,* inquit, *quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere.*

14. *Filii Joseph.* Tribus Ephraim et Manasse. — *Sortis et funiculi unius.* Questæ sunt tribus illæ, quod ambæ simul, non plus jam in datis, amplis alioqui portionibus, vacuæ, quietæ, et a Chananæis liberatæ terræ obtinerent, quam si una tribus essent, vel quam uni tribui satis esset.

15. *Ascende in silvam.* Efficite ne habitetis anguste. Silvas succidite, hoc est, Pheresæos et Raphaim sedibus suis expellite, et vos illas occupate. Per vos stat quominus laxe habitetis.

Digitized by Google

terra Pherezæi et Raphaïm : quia angusta est tibi possessio montis Ephraim.

16. Cui responderunt filii Joseph : Non poterimus ad montana censcendere, cum ferreis curribus utantur Chananæi, qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Bethsan cum viculis suis, et Jezrael mediam possidens vallem.

17. Dixitque Josue ad domum Joseph, Ephraim et Manasse : Populus multus es, et magnæ fortitudinis, non habebis sortem unam;

18. Sed transibis ad montem et succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia : et poteris ultra procedere cum subverteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, et esse fortissimum.

dans le pays des Phérézéens et des Raphaïms, puisque la montagne d'Ephraïm est trop étroite et trop petite pour vous.

16. Les enfants de Joseph lui répondirent : Nous ne pourrons gagner le pays des montagnes, parce que les Chananéens qui habitent dans la plaine où est Bethsan avec ses villages, et Jezraël, qui est au milieu de la vallée, ont des chariots armés *de faux et* de fers tranchants.

17. Josué répondit à la maison de Joseph, Ephraïm et Manassé : *De votre aveu* vous êtes un peuple nombreux, et vous avez de grandes forces : vous ne vous contenterez *donc* pas d'une seule part;

18. Mais vous passerez à la montagne, et vous gagnerez de la place pour y habiter, en coupant les arbres et défrichant la forêt; et vous pourrez passer encore plus loin, lorsque vous aurez exterminé les Chananéens que vous dites avoir des chariots armés *de faux et* de fers tranchants, et être un peuple très-fort.

CHAPITRE XVIII.

§ I. *Tabernacle dressé à Silo. Partage des sept tribus qui n'avaient point encore leur part.*

L'AN DU MONDE 2560 FINISSANT. L'AN DU MONDE 2561.

1. Congregatique sunt omnes filii Israel in Silo, ibique fixerunt tabernaculum testimonii, et fuit eis terra subjecta.

1. Après *qu'on eut distribué aux tribus de Juda, d'Ephraïm et de Manassé les lots qui leur étaient échus*, tous les enfants d'Israël *décampèrent de Galgala où ils avaient demeuré plus de sept ans; ils* s'assemblèrent à Silo, *dans la tribu d'Ephraïm;* et *comme ce lieu était au milieu de la terre promise, ils* y dressèrent le tabernacle du témoignage, et le pays *des environs* leur était soumis.

---

16. *Ferreis curribus.* Falcatis, vel aliter ad usum belli instructis.

17. *Non habebis sortem unam.* Si audeas viribus tuis uti, et terminos tuos laxare, excisis Pherezæis, etc.

18. *Transibis ad montem.* Montanam scilicet regionem.

CAP. XVIII. 1. *Congregatique sunt.* Quicumque totius populi personam sustinebant : pontifex, sacerdotes, proceres, seniores, familiarum capita et præcipui quilibet. In hoc autem conventu duo potissimum tractata sunt, alterum de Domini movendo tabernaculo; alterum de ducendis hæreditatum residuarum sortibus. — *In Silo.* Quæ est urbs in tribu Ephraim. — *Ibique fixerunt tabernaculum.* Non in aliqua domo, ut putat Abulensis, sed sub dio,

Digitized by Google

2. Or il était demeuré sept tribus des enfants d'Israël qui n'avaient pas encore reçu leur partage, *et qui, soit par l'amour du repos, ou par la crainte des Chananéens, ne s'empressaient guère de s'emparer des terres qui devaient leur appartenir.*

3. Josué leur dit donc : Jusqu'à quand demeurerez-vous lâches et paresseux, sans vous mettre en possession de la terre que le Seigneur le Dieu de vos pères vous a donnée ?

4. Choisissez trois hommes de chaque tribu, afin que je les envoie, qu'ils aillent faire le tour du pays, et qu'ils en fassent la description selon le nombre de ceux qui le doivent posséder, et qu'ils m'en fassent rapport quand ils l'auront faite.

5. Divisez entre vous la terre en sept parts : que Juda demeure dans ses limites du côté du midi, et la maison de Joseph, du côté du septentrion.

6. Décrivez le reste de la terre qui n'est point à eux, et faites-en sept parts, et

2. Remanserant autem filiorum Israel septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas.

3. Ad quos Josue ait : Usquequo marcetis ignavia, et non intratis ad possidendam terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis (1) ?

4. Eligite de singulis tribubus ternos viros, ut mittam eos, et pergant atque circumeant terram, et describant eam juxta numerum uniuscujusque multitudinis : referantque ad me quod descripserint.

5. Dividite vobis terram in septem partes : Juda sit in terminis suis ab australi plaga, et domus Joseph ab aquilone ;

6. Mediam inter hos terram in septem partes describite ; et huc

(1) Le pays était déjà au pouvoir des Israélites ; mais les Chananéens se maintenaient encore sur plusieurs points d'où ils ne pouvaient être expulsés que par la force.

---

ut pluribus annis fuerat in deserto. Porro ratio cur ex Galgalis in Silo translatum fuerit tabernaculum hæc esse videtur, ut commodius illud adire possent filii Israel ; nam Galgala erant quasi in ipso limine terræ sanctæ, ac proinde æquum fuit ut ad interiora transferretur. — *Fuit eis terra subjecta.* Domitis Chananæis.

2. *Septem tribus, quæ necdum acceperant possessiones suas.* Per aliquot annos interrupta est terræ divisio, vel quod aliquibus e populo suspicio incidisset, quasi minus bona fide, aut minori saltem peritia fieret divisio ; vel quod (ut colligitur extremo cap. superiori et vers. 3. seq.) timerent Chananæos qui nondum erant deleti.

* 4. *Describant eam.* Non solum metiantur, sed etiam cujusque loci conditiones describant, feraxne sit, an sterilis, etc. — *Juxta numerum uniuscujusque multitudinis.* Ut æquam singulæ tribus pro ratione ipsarum multitudinis hæreditatem accipiant. * Probabile est etiam ex illis tribubus, quæ possessiones acceperant, descriptores et mensores electos fuisse ; nam etiam ipsarum intererat æqualem fieri divisionem, et terminos ita constitui ut nullus querelis locus superesset.

* 5. *In septem partes.* Si magnitudinem spectes, inæquales ; si pretium, quantum fieri potuit, æquales. — *Domus Joseph ab aquilone.* Non respectu totius terræ promissæ, sed tribus tantum Juda.

6. *Mediam inter hos terram.* Reliquam terram quæ nondum distributa est. Serarius putat scriptum fuisse in latino textu *aliam,* non autem *mediam ;* nam terra, quæ dividenda erat septem tribubus, non erat media inter tribum Juda, et duas tribus Ephraim et Manasse, excepta ea parte quæ uni tribui

Digitized by Google

venietis ad me, ut coram Domino Deo vestro mittam vobis hic sortem:

7. Quia non est inter vos pars levitarum, sed sacerdotium Domini est eorum hæreditas. Gad autem et Ruben, et dimidia tribus Manasse, jam acceperant possessiones suas trans Jordanem ad orientalem plagam : quas dedit eis Moyses famulus Domini.

8. Cumque surrexissent viri, ut pergerent ad describendam terram, præcepit eis Josue, dicens: Circuite terram, et describite eam, ac revertimini ad me; ut hic coram Domino, in Silo, mittam vobis sortem.

9. Itaque perrexerunt; et lustrantes eam, in septem partes diviserunt, scribentes in volumine. Reversique sunt ad Josue in castra Silo.

10. Qui misit sortes coram Domino in Silo, divisitque terram filiis Israel in septem partes.

puis venez me trouver ici, afin que je jette vos partages au sort devant le Seigneur votre Dieu :

7. Car les lévites n'ont aucune part entre vous, parce que le sacerdoce du Seigneur est leur part et leur héritage. Quant à la tribu de Gad, à la tribu de Ruben, et à la moitié de la tribu de Manassé, elles avaient déjà reçu de Moïse, serviteur du Seigneur, les terres qu'elles devaient posséder au delà du Jourdain, à l'orient.

8. Ces hommes se préparant donc à partir pour aller faire la description de tout le pays, Josué leur donna cet ordre : Faites le tour et la description de la terre, et revenez me trouver, afin que je jette ici, à Silo, vos partages au sort devant le Seigneur.

9. Etant donc partis, ils reconnurent avec soin la terre, et la divisèrent en sept parts, qu'ils écrivirent dans un livre, *sur une carte ou sur des tablettes*, et ils revinrent trouver Josué au camp à Silo.

10. Josué jeta le sort devant le Seigneur à Silo, et il divisa la terre en sept parts pour les enfants d'Israël.

§ II. *Partage de la tribu de Benjamin.*

11. Et ascendit sors prima filiorum Benjamin per familias suas, ut possiderent terram inter filios Juda et filios Joseph.

12. Fuitque terminus eorum contra aquilonem a Jordane : pergens juxta latus Jericho septentrionalis plagæ, et inde contra occidentem ad montana conscendens, et perveniens ad solitudinem Bethaven,

13. Atque pertransiens juxta Luzam ad meridiem, ipsa est Be-

11. Le premier partage échu au sort fut celui des enfants de Benjamin, distingués selon leurs familles, qui eurent pour leur part le pays situé entre les enfants de Juda et les enfants de Joseph.

12. Leur frontière, *en tournant de l'orient* vers le septentrion, est le bord du Jourdain, d'où elle s'étend au côté septentrional de Jéricho; de là elle monte sur les côtes des montagnes vers l'occident, et vient jusqu'au désert de Béthaven;

13. Elle passe ensuite vers le midi, le long de Luza, qui s'appelle aussi Béthel;

Benjamin obtigit, ut patet ex vers. 11 seq. —* *Coram Domino.* Coram tabernaculo.

7. *Quia non est inter vos pars levitarum.* Est ratio cur in septem tantum partes dividenda sit terra, quia scilicet levitæ sortem non habebant in Israel sacerdotio contenti et proventibus illi adjunctis.

11. *Ascendit sors.* De urna scilicet.

12. *Fuitque terminus.* Termini hujus tribus septentrionales describuntur, qui ab Jordane porriguntur, non usque ad mare Mediterraneum, quod tamen lib. 5. cap. 3. asseruit Josephus, sed usque ad Atarothaddar.

Digitized by Google

elle descend à Atarothaddar, près de la montagne qui est au midi de la basse Béthoron;

14. Puis elle tourne en baissant vers la mer au midi de la montagne qui regarde Béthoron du côté du midi, et elle se termine à Cariathbaal, qui s'appelle aussi Cariathiarim, ville des enfants de Juda; c'est là son étendue vers la mer, du côté de l'occident.

15. Du côté du midi, sa frontière s'étend depuis Cariathiarim, vers la mer *Méditerranée*, et vient, *en descendant de l'occident à l'orient*, jusqu'à la fontaine de Nephtoa;

16. Elle descend jusqu'à la montagne *de Moria* qui regarde la vallée des enfants d'Ennom, et qui est du côté du septentrion, à l'extrémité de la vallée des Géants; elle descend vers Geennom, c'est-à-dire vers la vallée d'Ennom, au côté des Jébuséens au midi, et elle vient jusqu'à la fontaine de Rogel;

17. Elle passe vers le septentrion, s'étend jusqu'à Ensémés, c'est-à-dire la fontaine du Soleil;

18. Elle passe jusqu'aux terres qui sont vis-à-vis de la montagne d'Adommim; elle descend jusqu'à Abenboen, c'est-à-dire la pierre de Boen, fils de Ruben, et elle passe *au-dessus de Batharaba*, du côté du septentrion, jusqu'aux campagnes, et descend dans la plaine.

19. Elle s'étend vers le septentrion, au delà de Bethhagla, et elle se termine à la pointe septentrionale de la mer Salée,

thel; descenditque in Atarothaddar, in montem qui est ad meridiem Bethoron inferioris;

14. Et inclinatur circuiens contra mare ad meridiem montis qui respicit Bethoron contra Africum; suntque exitus ejus in Cariathbaal, quæ vocatur et Cariathiarim, urbem filiorum Juda; hæc est plaga contra mare, ad occidentem.

15. A meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare, et pervenit usque ad fontem aquarum Nephtoa;

16. Descenditque in partem montis, qui respicit vallem filiorum Ennom, et est contra septentrionalem plagam in extrema parte vallis Raphaim. Descenditque in Geennom (id est, vallem Ennom) juxta latus Jebusæi ad austrum, et pervenit ad fontem Rogel,

17. Transiens ad aquilonem, et egrediens ad Ensemes, id est, fontem Solis;

18. Et pertransit usque ad tumulos, qui sunt e regione ascensus Adommim; descenditque ad Abenboen, id est lapidem Boen filii Ruben; et pertransit ex latere aquilonis ad campestria; descenditque in planitiem;

19. Et prætergreditur contra aquilonem Bethhagla: suntque exitus ejus contra linguam maris

---

14. *Et inclinatur.* Termini sunt occidentales a dicta jam urbe Atarothaddar usque ad Cariathbaal urbem tribus Juda. — *Contra mare.* Versus occidentem; nam mare Mediterraneum erat ad occidentem terræ sanctæ.

15. *A meridie autem.* Notantur termini australes, sive ad meridiem, qui idem erant tribui Judæ aquilonares; sed contrario hic modo describuntur, ab occidente scilicet in orientem, ab urbe scilicet Cariathiarim usque ad eam Jordanis lingulam, seu sinum, quo in mare Salsum influit n. 15, 16, 17, 18 et 19, ubi aquilonaris terminus maris ejusdem est australis terminus ipsius Jordanis, itemque australis Benjamitarum termini extremum in orientali parte.

* 18. *Et pertransit.* Sensus est, et inde deflectendo nonnihil ad aquilonem procedit ad campestria, seu planitiem, descenditque in ipsam planitiem.

* 19. *Bethhagla.* In hebræo est, *ad latus Bethhaglæ*, relinquendo Bethhaglam ad septentrionem.

Digitized by Google

Salsissimi ab aquilone in fine Jordanis ad australem plagam :

20. Qui est terminus illius ab oriente; hæc est possessio filiorum Benjamin per terminos suos in circuitu, et familias suas.

21. Fueruntque civitates ejus, Jericho, et Bethhagla, et vallis Casis,

22. Betharaba, et Samaraim, et Bethel,

23. Et Avim, et Aphara, et Ophera,

24. Villa Emona, et Ophni, et Gabee : civitates duodecim, et villæ earum.

25. Gabaon, et Rama, et Beroth,

26. Et Mesphe, et Caphara, et Amosa,

27. Et Recem, Jarephel, et Tharela,

28. Et Sela, Eleph, et Jebus, quæ est Jerusalem, Gabaath, et Cariath : civitates quatuordecim, et villæ earum. Hæc est possessio filiorum Benjamim juxta familias suas (1).

au bout du Jourdain qui regarde le midi :

20. *C'est encore ce même fleuve* qui la termine du côté de l'orient. Voilà les limites et l'étendue du partage des enfants de Benjamin, distribués selon leurs familles.

21. Ses villes sont Jéricho, Bethhagla, la vallée de Casis,

22. Betharaba, Samaraïm, Béthel,

23. Avim, Aphara, Ophera,

24. La ville d'Emona, Ophni, et Gabée, *qui toutes font* douze villes avec leurs villages.

25. Gabaon, Rama, Béroth,

26. Mesphé, Caphara, Amosa,

27. Recem, Jaréphel, Tharéla,

28. Séla, Eleph, Jébus, qui est la même que Jérusalem, Gabaath et Cariath, qui toutes font quatorze villes avec leurs villages. C'est là ce que possèdent les enfants de Benjamin, distingués selon leurs familles.

CHAPITRE XIX.

§ I. *Partage des enfants de Siméon au milieu de la tribu de Juda.*

LA MÊME ANNÉE 2561.

1. Et egressa est sors secunda filiorum Simeon per cognationes suas : fuitque hæreditas

2. Eorum in medio possessionis

1. Le second partage échu par sort fut celui des enfants de Siméon, distribué entre leurs familles ; et leur héritage

2. Se prit au milieu de celui des enfants

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome II, page 77.

---

20. *Qui est terminus illius ab oriente.* Jordanis scilicet. * — *In circuitu.* Per terminos suos circumcirca descripta et per familias, quas habet, distributa.

21. *Fueruntque civitates ejus.* Notandum vel urbium istarum aliquibus alia etiam esse nomina, vel non omnes tribus hujus urbes hic esse recensitas, cum infra duæ, cap. 21, nominentur quæ hic præteritæ sunt.

28. *Jerusalem.* Recensetur inter urbes tribus Benjamin, quia urbis hujus pars, quæ erat ad septentrionem, ad Benjamin pertinuit; quæ vero ad meridiem, ad Judam. Abulensis putat, vel urbis alterius permutatione Jerusalem a Benjamitis relictam tribui Juda, vel animi potius pravitate ac desperatione, cum diffiderent a se Jebusæos expugnari unquam posse.

Cap. XIX. 2. *In medio possessionis filiorum Juda.* Quod quomodo intelli-

Digitized by Google

de Juda; savoir Bersabée, *ou* Sabée, Molada,

3. Hasersual, Bala, Asem,

4. Eltholad, Béthul, Harma,

5. Siceleg, Bethmarchaboth, Hasersusa,

6. Bethlebaoth, Sarohen, qui toutes font treize villes avec leurs villages;

7. Aïn, Remmon, Athar, Asan, quatre villes avec leurs villages;

8. Tous les villages des environs de ces villes, jusqu'à Balaath, Béer, Ramath, du côté du midi. C'est là le partage des enfants de Siméon, distribué entre leurs familles,

9. Qui fut pris du territoire que possédaient les enfants de Juda, parce qu'il était trop grand pour eux. C'est pourquoi les enfants de Siméon prirent leur héritage et leur partage au milieu de l'héritage et du partage de Juda.

filiorum Juda : Bersabee, et Sabee, et Molada,

3. Et Hasersual, Bala, et Asem,

4. Et Eltholad, Bethul, et Harma,

5. Et Siceleg, et Bethmarchaboth, et Hasersusa,

6. Et Bethlebaoth, et Sarohen : civitates tredecim, et villæ earum.

7. Ain, et Remmon, et Athar, et Asan : civitates quatuor, et villæ earum :

8. Omnes viculi per circuitum urbium istarum usque ad Baalath, Beer, Ramath contra australem plagam. Hæc est hæreditas filiorum Simeon juxta cognationes suas,

9. In possessione et funiculo filiorum Juda : quia major erat; et idcirco filii Simeon possederunt in medio hæreditatis eorum.

§ II. *Partage des enfants de Zabulon et d'Issachar.*

10. Le troisième partage échu par sort fut celui des enfants de Zabulon, distribué entre leurs familles. Leur frontière *vers l'occident* s'étendait jusqu'à Sarid,

11. Montait de la mer *Méditerranée,* et de Mérala, *vers le nord,* et venait jusqu'à Debbaseth, jusqu'au torrent qui est vers Jéconam :

12. Elle retournait de Sared vers l'o-

10. Ceciditque sors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas : et factus est terminus possessionis eorum usque Sarid.

11. Ascenditque de mari et Merala, et pervenit in Debbaseth, usque ad torrentem qui est contra Jeconam.

12. Et revertitur de Sared con-

---

gendum sit, vide n. 9. — *Bersabee, et Sabee.* Est duplex nomen unius tantum civitatis : alioqui non essent tantum tredecim urbes, ut dicitur n. 6, sed quatuordecim, ut patet numeranti.

* 8. *Contra australem plagam.* Loquitur de totius tribus Simeonis sitibus.

9. *Quia major erat.* In hebr. est, *quia fuit pars filiorum Juda multa præ ipsis,* id est, major quam ipsis necessaria esset, aut quam ipsis deberetur. Credibile est portionem Judæ attributam, geometrarum errore fuisse majorem; sunt enim artium initia fere rudia, et necdum ars metiendi agros ad eam perfectionem, quam nunc habet, deducta.

10. *Terminus possessionis.* Hic est terminus occidentalis pergendo ab austro aquilonem versus, ab urbe scilicet Sarid usque ad torrentem, qui est e regione urbis Jechonam.

* 11. *Ad torrentem.* Qui est juxta Sidonem, quem Papida vel Belum auctores appellant. Vide Plin. lib. 5, cap. 19, et lib. 36, cap. 26, et Josephum lib. 2 Belli, cap. 9.

12. *Et revertitur.* Hoc et sequenti versiculo describitur australis terminus

Digitized by Google

tra orientem in fines Ceseleththabor, et egreditur ad Dabereth, ascenditque contra Japhie;

13. Et inde pertransit usque ad orientalem plagam Gethhepher et Thacasin; et egreditur in Remmon, Amthar, et Noa,

14. Et circuit ad aquilonem Hanathon, suntque egressus ejus vallis Jephthael,

15. Et Cateth, et Naalol, et Semeron, et Jedala, et Bethleem, civitates duodecim, et villæ earum.

16. Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes suas, urbes et viculi earum.

17. Issachar egressa est sors quarta per cognationes suas;

18. Fuitque ejus hæreditas, Jezrael, et Casaloth, et Sunem,

19. Et Hapharaim, et Seon, et Anaharath,

20. Et Rabboth, et Cesion, Abes,

21. Et Rameth, et Engannim, et Enhadda, et Bethpheses.

rient, aux confins de Ceseleththabor, et s'avançait vers Dabereth, montait vers Japhié :

13. De là elle passait jusqu'à l'orient de Gethhepher et Thacasin, s'étendait vers Remmon, Amthar et Noa,

14. Tournait au septentrion, vers Hanathon, se terminait à la vallée de Jephthaël,

15. Comprenait aussi Cateth, Naalol, Semeron, Jedala, Bethléem, douze villes avec leurs villages.

16. C'est là l'héritage des enfants de Zabulon, distribué entre leurs familles, avec leurs villes et leurs villages.

17. Le quatrième partage échu par sort fut celui *de la tribu* d'Issachar, distribué entre ses familles; *il touchait au nord la demi-tribu de Manassé*,

18. Et il comprenait Jezraël, Casaloth, Sunem,

19. Hapharaïm, Séon, Anaharath,

20. Rabboth, Césion, Abès

21. Rameth, Engannim, Enhadda, Bethphésès;

---

ab occidente orientem versus progrediendo, scilicet a Sared usque ad urbem Remmon. — *Egreditur.* Terminatur; hoc enim significat egredi et egressus, cujus non semel mentio fit in his finibus tribuum constituendis.

13. *Amthar et Noa.* Videntur hæ duæ urbes terminum orientalem constituere ab austro ad septentrionem, ab Remmon ad Noam.

14. *Vallis Jephthael.* Septentrionalis terminus ab oriente occidentem versus, a Noa usque ad torrentem, in vallem nimirum Jephthael, usque ad mare Mediterraneum. *Hujus vallis mentio non habetur alibi in Scriptura nisi hoc capite.

* 15. *Et Bethleem.* Hæc est diversa ab ea in qua natus est Christus, quæ ad tribum Juda pertinuit. — *Civitates duodecim.* Plures tamen numerantur in textu : quare, quod supra monuimus, dicendum celebriores interdum vicos numerari, qui tamen subtilius rem exigenti in civitatem numerum venire non possint.

18. *Fuitque ejus hæreditas.* Civitates sex, quæ duobus hisce versibus numerantur, fuerunt terminus australis tribus Issachar. — *Jezrael.* Civitas omnium facile princeps, de cujus valle vide cap. 17, n. 16.

20. *Rabboth.* Rabboth cum reliquis quatuor urbibus, quæ proxime numerantur, sunt terminus occidentalis ab austro ad aquilonem progrediendo. Serarius ait pervenisse hanc tribum usque ad mare Mediterraneum, quod ex eo colligit, quia mons Carmelus ex Josepho ad hanc tribum pertinebat; Carmelus autem fere mari imminet.

21. *Enhadda.* Enhadda cum reliquis quatuor urbibus, quæ hoc et sequenti versiculo recensentur, sunt terminus ejusdem tribus ad aquilonem.

Digitized by Google

22. Et sa frontière venait jusqu'à Thabor, Sehesima et Bethsamès, et se terminait au Jourdain; et tout son pays comprenait seize villes avec leurs villages.

23. C'est là l'héritage des enfants d'Issachar, distribués par leurs familles, avec leurs villes et leurs villages.

22. Et pervenit terminus ejus usque Thabor, et Sehesima, et Bethsames, eruntque exitus ejus Jordanis; civitates sedecim, et villæ earum.

23. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas, urbes et viculi earum.

§ III. *Partage des tribus d'Aser et de Nephthali.*

24. Le cinquième héritage par sort fut celui de la tribu des enfants d'Azer, distribués par leurs familles.

25. Leur frontière fut Halcath, Chali, Béten, Axaph,

26. Elmélech, Amaad et Messal; et elle s'étendait jusqu'au Carmel, vers la mer *Méditerranée*, jusqu'à Sihor et Labanath;

27. Et elle retournait du côté d'orient, vers Bethdagon, passait jusqu'à Zabulon et à la vallée de Jephthaël, vers l'aquilon, et jusqu'à Bethemec et Néhiel; elle s'étendait à main gauche vers Cabul,

28. Abran, Rohod, Hamon, Cana, et jusqu'à la grande Sidon

29. Elle retournait vers Horma, jusqu'à la forte ville de Tyr, et jusqu'à Hosa; et elle se terminait à la mer vers Achziba;

30. Et comprenait Amma, Aphec, et Rohob; ce qui faisait en tout vingt-deux villes avec leurs villages.

31. C'est là l'héritage des enfants d'Aser, distribués par leurs familles, avec leurs villes et leurs villages.

24. Ceciditque sors quinta tribui filiorum Aser per cognationes suas :

25. Fuitque terminus eorum Halcath, et Chali, et Beten, et Axaph,

26. Et Elmelech, et Amaad, et Messal, et pervenit usque ad Carmelum maris et Sihor, et Labanath.

27. Ac revertitur contra orientem Bethdagon; et pertransit usque Zabulon et vallem Jephthael contra aquilonem in Bethemec et Nehiel. Egrediturque ad lævam Cabul,

28. Et Abran, et Rohob, et Hamon, et Cana, usque ad Sidonem magnam;

29. Revertiturque in Horma usque ad civitatem munitissimam Tyrum, et usque Hosa, eruntque exitus ejus in mare de funiculo Achziba;

30. Et Amma, et Aphec, et Rohob; civitates viginti duæ, et villæ earum.

31. Hæc est possessio filiorum Aser per cognationes suas, urbesque et viculi earum.

---

22. *Thabor.* Et nomen urbis, non montis; alias non constaret numerus urbium. Videtur tamen aut mons urbi vicinæ, vel urbs monti nomen dedisse. * — *Bethsames.* Quæ est alia ab ea quæ in tribu Juda, cujus mentio fit infra c. 21. 16. — *Exitus ejus Jordanis.* Terminatur tribus hæc Jordane ad orientem.

25. *Fuitque terminus eorum Halcath.* Tribus Aser terminus occidentalis quadam ex parte ab aquilone in meridiem progrediendo.

27. *Ac revertitur.* Hoc est, latus australe ab oriente in occidentem.— *Egrepiturque ad lævam.* Latus orientale ab austro in aquilonem, et hoc etiam versiculo continetur latus septentrionale ab oriente in occidentem, quia isti duo termini, orientalis et aquilonaris, una veluti gyratione simul explicantur.

Digitized by Google

32. Filiorum Nephthali sexta sors cecidit per familias suas.

33. Et cœpit terminus de Heleph et Elon in Saananim, et Adami, quæ est Neceb, et Jebnael usque Lecum : et egressus eorum usque ad Jordanem :

34. Revertiturque terminus contra occidentem in Asanotthabor, atque inde egreditur in Hucuca, et pertransit in Zabulon contra meridiem, et in Aser contra occidentem, et in Juda ad Jordanem contra ortum solis;

35. Civitates munitissimæ, Assedim, Ser, et Emath, et Reccath, et Cenereth,

36. Et Edema, et Arama, Asor,

37. Et Cedes et Edrai, Enhasor,

38. Et Jeron, et Magdalel, Horem, et Bethanath, et Bethsames : civitates decem et novem, et villæ earum.

39. Hæc est possessio tribus filiorum Nephthali per cognationes suas, urbes et viculi earum.

32. Le sixième partage échu par sort fut celui des enfants de Nephthali, distribués par leurs familles.

33. La frontière *de cette tribu* s'étendait, *en remontant vers le nord*, de Héleph et d'Elon en Saananim et Adami, qui est aussi Néceb, et de Jebnaël jusqu'à Lécum, et se terminait au Jourdain ;

34. Et elle retournait du côté d'occident, vers Azanotthabor : elle allait de là vers Hucuca, passait vers *la tribu de* Zabulon *qui la bornait* du côté du midi, vers *la tribu d'*Aser *qui la bornait* du côté de l'occident, et vers Juda, par le Jourdain *qui la bornait* du côté du soleil levant, *et qui lui ouvrait le commerce avec cette tribu et avec les pays qui étaient au midi.*

35. Ses villes, qui sont très-fortes, étaient Assédim, Ser, Emath, Reccath, Cénéreth,

36. Edéma, Arama, Asor,

37. Cédès, Edraï, Enhasor,

38. Jéron, Magdalel, Horem, Bethanath et Bethsamès ; qui font en tout dix-neuf villes avec leurs villages.

39. C'est là l'héritage de la tribu des enfants de Nephthali, distribués par leurs familles, avec leurs villes et leurs villages.

§ IV. *Partage des enfants de Dan. Portion que les enfants d'Israël donnèrent à Josué.*

40. Tribui filiorum Dan per fa-

40 Le septième partage échu par sort

---

33. *Cœpit terminus de Heleph.* Terminus orientalis describitur tribus Nephthali, qui a septentrione versus austrum per urbes monstratur. Hæ vero cum ad Jordanem fere sitæ sint, fit ut et ipse Jordanis a suo exortu ac fonte usque ad seipsum in Genesareth mare influentem recte dicatur terminus orientalis.

34. *Revertiturque terminus.* Terminus australis ab oriente in occidentem idem scilicet, qui Zabuloni erat aquilonaris ; sed hic urbibus duabus indicatus, quæ in ipsa tribu Nephthali sitæ sunt. — *Et in Aser contra occidentem.* Terminus occidentalis indicatur idem qui tribui Aser erat orientalis. — *Et in Juda ad Jordanem contra ortum solis.* Non significatur tribum Nephthali esse conterminam tribui Judæ, sed quod facili et opportuna, vel per Jordanem navigatione, vel per ejus littus profectione jungatur, et quodammodo vicina et affinis sit tribui Judæ, ita ut licet sit versus aquilonem extrema tribus Nephthali, per commercium tamen cum aliis tribubus propter iter facile et expeditum jungatur, et earum bona participet, et nominatim tribus Juda. Terminus porro aquilonaris hujus tribus erat Libanus mons.

38. *Civitates decem et novem.* Numeranti apparet plures esse, sed quomodo hoc intelligendum sit, diximus hoc cap. n. 15.

Digitized by Google

fut celui de la tribu des enfants de Dan, distribués par leurs familles.

41. Le pays de cette tribu, *qui avait Juda au levant, et les Philistins au couchant*, contenait Saraa, Esthaol, Hirsémès, c'est-à-dire ville du Soleil,

42. Sélébin, Ajalon, Jéthéla,

43. Elon, Themna, Acron,

44. Elthécé, Gebbethon, Balaath,

45. Jud, Bané, Barach, Gethremmon,

46. Méjarcon et Arécon, avec ses confins qui regardent Joppé *vers le nord*,

47. Et qui se terminent en ce même lieu. Mais *dans la suite* les enfants de Dan, *qui se trouvaient trop resserrés par les Chananéens*, ayant marché contre Lésem, *ville située au pied du mont Liban*, l'assiégèrent et la prirent; ils passèrent au fil de l'épée tout ce qui s'y rencontra, et ils s'en rendirent maîtres et y habitèrent, l'appelant Lésemdan, du nom de Dan leur père.

48. C'est là l'héritage de la tribu des enfants de Dan, distribués selon leurs familles, avec leurs villes et leurs villages (1).

49. Josué ayant achevé de faire les partages de la terre, en donnant à chaque tribu la part qui lui était échue par le sort, les enfants d'Israël donnèrent à Josué, fils de Nun, pour héritage, au milieu d'eux,

50. Selon que le Seigneur l'avait ordonné, la ville qu'il leur demanda, qui fut Thamnathsaraa, sur la montagne d'Ephraïm; et il *l'augmenta si considérablement qu'on peut dire qu'il y* bâtit une *nouvelle* ville où il demeura.

milias suas egressa est sors septima:

41. Et fuit terminus possessionis ejus Saara, et Esthaol, et Hirsemes, id est, civitas solis.

42. Selebin, et Ajalon, et Jethela,

43. Elon, et Themna, et Acron,

44. Elthece, Gebbethon, et Baalath,

45. Et Jud, et Bane, et Barach, et Gethremmon:

46. Et Mejarcon, et Arecon, cum termino qui respicit Joppen,

47. Et ipso fine concluditur. Ascenderuntque filii Dan, et pugnaverunt contra Lesem, ceperuntque eam: et percusserunt eam in ore gladii, et possederunt, et habitaverunt in ea, vocantes nomen ejus Lesemdan, ex nomine Dan patris sui.

48. Hæc est possessio tribus filiorum Dan, per cognationes suas, urbes et viculi earum.

49. Cumque complesset sorte dividere terram singulis per tribus suas, dederunt filii Israel possessionem Josue filio Nun in medio sui,

50. Juxta præceptum Domini, urbem quam postulavit, Thamnathsaraa in monte Ephraim: et ædificavit civitatem, habitavitque in ea.

(1) La tribu de Dan était placée entre la tribu de Juda et la demi-tribu d'Ephraïm, touchait vers l'est à Benjamin et vers l'ouest à la mer.

---

41. *Et fuit terminus.* Termini tribus Dan non aliter hic explicantur, quam aliquarum urbium, quæ tamen unum aliquem ordinem non tenent enumeratione, sed ex qua apparet maximam hujus tribus partem tribus Judæ terminis inclusam fuisse, ob eamdem scilicet causam, propter quam intra eosdem tribum Simeon receptam fuisse diximus hoc cap. n. 9.

50. *Juxta præceptum Domini.* Cujus mentio quædam fieri videtur supra, cap. 14. 6, illis verbis Calebi ad Josue : *Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me et te in Cadesbarne.* — *Thamnathsaraa.* Quæ Judic. 2. 9, dicitur Themnathsare.

Digitized by Google

51. Hæ sunt possessiones, quas sorte diviserunt Eleazar sacerdos et Josue filius Nun, et principes familiarum, ac tribuum filiorum Israel, in Silo, coram Domino ad ostium tabernaculi testimonii, partitique sunt terram.

51. Ce sont là les héritages que partagèrent au sort Eléazar, grand prêtre, Josué, fils de Nun, et les princes des familles et des tribus des enfants d'Israël, à Silo, devant le Seigneur, à la porte du tabernacle du témoignage. C'est ainsi qu'ils partagèrent *entre eux* la terre *de Chanaan*.

CHAPITRE XX.

Villes de refuge marquées par l'ordre du Seigneur. Qualités de ceux à qui elles devaient servir d'asile. Temps auquel ils pouvaient en sortir avec sûreté.

LA MÊME ANNÉE 2562.

1. Et locutus est Dominus ad Josue, dicens :

2. Loquere filiis Israel, et dic eis : Separate urbes fugitivorum, de quibus locutus sum ad vos per manum Moysi :

3. Ut confugiat ad eas quicumque animam percusserit nescius : et possit evadere iram proximi, qui ultor est sanguinis :

4. Cum ad unam harum confugerit civitatum, stabit ante portam civitatis, et loquetur senioribus urbis illius ea quæ se comprobent innocentem : sicque suscipient eum, et dabunt ei locum ad habitandum.

5. Cumque ultor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus ejus : quia ignorans percussit proximum ejus, nec ante biduum, triduumve, ejus probatur inimicus.

1. Après cela le Seigneur parla à Josué en ces termes :

2. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Marquez les villes dont je vous ai parlé par Moïse, pour ceux qui cherchent un lieu de refuge ;

3. Afin que quiconque aura tué un homme sans y penser s'y retire pour y être en sûreté et pour éviter la colère du plus proche parent *du mort*, qui veut venger son sang.

4. Et lorsqu'il se sera réfugié dans l'une de ces villes, il se présentera à la porte de la ville, et il représentera aux anciens tout ce qui peut justifier son innocence ; et après cela, ils le recevront et lui donneront un lieu pour y demeurer.

5. Que si celui qui veut venger le mort le vient poursuivre, ils ne le livreront point entre ses mains, parce qu'il a tué son prochain sans y penser, et qu'on ne saurait prouver que deux ou trois jours, *c'est-à-dire peu de temps* auparavant, il ait été son ennemi.

CAP. XX. 2. *De quibus locutus sum.* Num. cap. 35, et Deut. 19. Vide ibi dicta.

3. *Animam percusserit.* Hominem occiderit. — *Nescius.* Soli enim involuntarii homicidæ et culpa carentes jure asyli gaudebant. Vide Deut. 19. 4. — *Proximi, qui ultor est sanguinis.* Cognati scilicet, cui permissum est occidere percussorem propinqui sui, absque alia judicis condemnatione, quocumque loco eum repererit.

4. *Stabit ante portam civitatis.* In portis enim civitatum prætoria constituebantur, et ibi exercebantur judicia.

5. *Nec ante biduum, triduumve, ejus probatur inimicus.* Ex quo capi potest conjectura non dolo, sed casu occisum. Quod dicitur, *ante biduum, triduumve*, in Hebr. est, *ab heri et nudiustertius*, quod phrasi Scripturæ idem est quod *antea*.

Digitized by Google

6. Il demeurera dans cette même ville jusqu'à ce qu'il se puisse présenter devant les juges, et leur rendre compte de son action; *et s'il est reconnu innocent il y restera* jusqu'à la mort du grand prêtre qui sera en ce temps-là. Alors l'homicide reviendra *dans son pays*, et rentrera dans sa ville et dans sa maison d'où il s'était retiré dans sa fuite, *et il y demeurera en paix, sans que personne puisse l'inquiéter pour le meurtre qu'il avait commis.*

7. Ils marquèrent donc *pour villes de refuge* Cédès en Galilée, sur la montagne de Nephthali, Sichem, sur le mont Ephraïm, et Cariatharbé qui se nomme aussi Hébron, et qui est sur la montagne de Juda.

8. Et au delà du Jourdain, vers l'orient de Jéricho, ils choisirent Bosor, qui est dans la plaine du désert, de la tribu de Ruben; Ramoth en Galaad, de la tribu de Gad, et Gaulon en Basan, de la tribu de Manassé.

9. Ces villes furent établies pour tous les enfants d'Israël, et pour tous les étrangers qui habitent parmi eux, afin que celui qui aurait tué un homme sans y penser pût s'y réfugier, et qu'il ne fût point tué par le parent *du mort*, qui voudrait venger son sang, jusqu'à ce qu'il pût se présenter *devant les juges* et défendre sa cause devant le peuple.

6. Et habitabit in civitate illa, donec stet ante judicium causam reddens facti sui, et moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc revertetur homicida, et ingredietur civitatem et domum suam de qua fugerat.

7. Decreveruntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, et Sichem in monte Ephraim, et Cariatharbe, ipsa est Hebron, in monte Juda:

8. Et trans Jordanem contra orientalem plagam Jericho, statuerunt Bosor, quæ sita est in campestri solitudine, de tribu Ruben, et Ramoth in Galaad de tribu Gad, et Gaulon in Basan de tribu Manasse.

9. Hæ civitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel, et advenis qui habitabant inter eos: ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, et non moreretur in manu proximi, effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum expositurus causam suam.

---

6. *Donec stet ante judicium.* Ex versione LXX textus noster lucem accipit. Habent illi, *et non morietur homicida a persequente sanguinem quoadusque constiterit coram synagoga in judicium. — Moriatur sacerdos magnus.* Pontifex. Cur a refugii urbibus et exiliis pontificis mors exules liberaret, varii varias afferunt rationes. Vera ratio, quia sic jussit Dominus. Sic autem jussisse videtur ut hac figura significaretur vera illa libertas quæ nobis per Christum pontificem parta est. Hic enim vere maximus pontifex est, ut docet S. Paulus ad Hebræos; et per homicidas illos significantur omnis generis peccatores.

* 7. *In Galilæa montis Nephthali.* In Hebr. est, *in Galilæa in monte Nephthali;* itaque in textu nostro est hypallage.

* 8. *Statuerunt.* Confirmarunt; jam enim antea a Mose constitutæ fuerant, Deut. 4. 43.

9. *Et advenis.* Proselytis tamen et ad judaismum conversis. Sunt tamen qui velint etiam gentiles in gentilismo permanentes jus asyli in his civitatibus habuisse.

Digitized by Google

CHAPITRE XXI.

Quarante-huit villes données aux lévites pour leur habitation. Les Israélites vivent en paix dans la terre promise. Tout leur est soumis.

LA MÊME ANNÉE 2562.

1. Accesseruntque principes familiarum Levi ad Eleazarum sacerdotem, et Josue filium Nun, et ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel:

2. Locutique sunt ad eos in Silo terræ Chanaan, atque dixerunt: Dominus præcepit per manum Moysi, ut darentur nobis urbes ad habitandum, et suburbana earum ad alenda jumenta.

3. Dederuntque filii Israel de possessionibus suis juxta imperium Domini, civitates et suburbana earum.

4. Egressaque est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis, de tribubus Juda, et Simeon, et Benjamin, civitates tredecim:

1. Alors les princes des familles de Lévi vinrent trouver Eléazar, grand prêtre, Josué, fils de Nun, et les chefs des familles de chaque tribu des enfants d'Israël,

2. Et ils leur parlèrent à Silo dans le pays de Chanaan, et leur dirent: Le Seigneur a commandé par Moïse qu'on nous donnât des villes où nous pussions demeurer, avec leurs faubourgs, *et les terres des environs,* pour y nourrir nos bêtes.

3. Alors les enfants d'Israël détachèrent des héritages dont ils étaient en possession des villes avec leurs faubourgs, et les donnèrent aux lévites, selon que le Seigneur l'avait commandé.

4. Et le sort ayant été jeté pour la famille de Caath, treize villes des tribus de Juda, de Siméon et de Benjamin, échurent aux enfants d'Aaron, grand prêtre.

Cap. XXI. 2. *Dominus præcepit.* Non negligebantur levitæ a Josue et aliis terræ divisoribus; sed prius tribubus fuit portio assignanda regionis, et tum demum ex quaque tribu eligendæ civitates quæ levitis darentur. Nec levitæ contra officium faciunt cum petunt sibi urbes; nam honeste petitur quod jure debetur: nec damnari possunt quasi importuni, quia licet Josue et populus parati essent dare, fiebant tamen ista levitarum petitione ad tribuendum proniores.

3. *Dederuntque filii Israel.* Adhibita sorte, ut patet hoc capite, n. 4, 6 et 10.

4. *In familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis.* Quatuor hoc capite statuuntur levitarum partes. Prima est sacerdotum, qui omnes Aaronis posteri erant et de stirpe Caath. Secunda reliquorum levitarum de stirpe Caath, sed non sacerdotum, quia Aaronis posteri non erant, cujus familiæ tantum sacerdotium tributum fuerat, et pontificatus. Tertia levitarum Gersonitarum. Quarta levitarum Meraritarum. — *Civitates tredecim.* Primæ levitarum parti, hoc est, sacerdotibus datæ sunt civitates tredecim, quarum novem erant ex tribu Juda et Simeon, reliquæ quatuor ex tribu Benjamin. Fuit profecto mirabile tot urbes tam paucis sacerdotibus tribui. Nam in transitu Jordanis, hoc est, 14 annis ante terræ divisionem, sacerdotes omnes fere fuerunt viginti quatuor, ut ex Serarii supputatione patet, Jos ue cap. 5, q. 1. Itaque etiamsi quater decies multiplicentur, nondum tamen poterant hoc tempore divisionis esse quadringenti sacerdotes. Et si per tredecim liceat dividere hos quadringentos, apparebit non potuisse esse in singulis urbibus sacerdotes 31: sed populus cum levitis largus esse voluit, et non quantum crevissent spectavit, sed quantum crescere in posterum possent.

Digitized by Google

5. Dix villes des tribus d'Ephraïm, de Dan, et de la demi-tribu de Manassé échurent aux autres enfants de Caath, c'est-à-dire aux lévites.

6. Le sort ayant été jeté pour les enfants de Gerson, treize villes des tribus d'Issachar, d'Aser, de Nephthali, et de la demi-tribu de Manassé en Basan, leur échurent en partage.

7. Et douze villes des tribus de Ruben, de Gad et de Zabulon furent données aux enfants de Mérari, distribués selon leurs familles.

8. Les enfants d'Israël donnèrent aux lévites ces villes et leurs faubourgs, comme le Seigneur l'avait ordonné par Moïse, les partageant entre eux, selon qu'elles leur étaient échues par sort.

9. Josué leur donna donc les villes des tribus des enfants de Juda et de Siméon, *qui leur étaient échues par sort, et* dont voici les noms :

10. Aux enfants d'Aaron d'entre les familles de Caath, de la race de Lévi, parce que le premier partage qui échut par sort fut pour eux,

11. Cariatharbé, *ville* du père d'Enac, qui s'appelle maintenant Hébron, sur la montagne de Juda, environnée de ses faubourgs.

12. Car il en avait donné les champs et les villages à Caleb, fils de Jéphoné, comme l'héritage qu'il devait posséder.

13. Il donna donc aux enfants d'Aaron, grand prêtre, la ville d'Hébron avec ses

5. Et reliquis filiorum Caath, id est, levitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim, et Dan, et dimidia tribu Manasse, civitates decem.

6. Porro filiis Gerson egressa est sors, ut acciperent de tribubus Issachar, et Aser, et Nephthali, dimidiaque tribu Manasse, in Basan, civitates numero tredecim.

7. Et filiis Merari per cognationes suas, de tribubus Ruben, et Gad, et Zabulon, urbes duodecim.

8. Dederuntque filii Israel levitis civitates et suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tribuentes.

9. De tribubus filiorum Juda et Simeon dedit Josue civitates : quarum ista sunt nomina,

10. Filiis Aaron per familias Caath levitici generis (prima enim sors illis egressa est)

11. Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron, in monte Juda, et suburbana ejus per circuitum.

12. Agros vero et villas ejus, dederat Caleb filio Jephone ad possidendum.

13. Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii civitatem,

---

5. *Reliquis filiorum Caath.* Qui cum non essent, de stirpe Aaron sacerdotes non erant.

11. *Cariatharbe patris Enac.* Vide dicta cap. 14, n. 15.

12. *Agros vero et villas.* Non fuerat concessa Hebron Caleb, ut ipsa potiretur, sed tantum ager circumjectus. Ipse tamen Hebron oppugnavit, et oppugnanti præmium proposuit, non solum quia eam capi publice intererat, sed etiam quia, tenentibus eam Chananæis, ipse cum suis ab hostium excursionibus tutus non fuisset; ita Magalianus. Serarius vero hoc c. quæst. 9, putat Calèb levitis Hebron donasse, sibi vero agrum et vicos retinuisse; in quo secutus est Tostatum, qui etiam docet levitas in urbibus assignatis habitandi tantum jus habuisse; cæterum vectigalia, aliosque proventus, si qui erant v. g., ex lapicidinis, aut auri argentive fodinis et similibus, ad eas tribus pertinuisse, in quibus urbes illæ levitarum sitæ erant. Itaque si quid tale habuit Hebron, Calebo mansit.

Digitized by Google

ac suburbana ejus : et Lobnam cum suburbanis suis :

14. Et Jether, et Estemo,
15. Et Holon, et Dabir,
16. Et Ain, et Jeta, et Bethsames, cum suburbanis suis : civitates novem, de tribubus, ut dictum est, duabus.

17. De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon, et Gabae,
18. Et Anathoh, et Almon, cum suburbanis suis : civitates quatuor.
19. Omnes simul civitates filiorum Aaron sacerdotis, tredecim, cum suburbanis suis.
20. Reliquis vero per familias filiorum Caath levitici generis, hæc est data possessio.
21. De tribu Ephraim urbes confugii, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, et Gazer,
22. Et Cibsaim, et Bethoron, cum suburbanis suis, civitates quatuor.
23. De tribu quoque Dan, Eltheco, et Gabathon,
24. Et Ajalon, et Gethremmon, cum suburbanis suis, civitates quatuor.
25. Porro de dimidia tribu Manasse, Thanach', et Gethremmon, cum suburbanis suis, civitates duæ.

faubourgs; c'était aussi une des villes de refuge. *Il leur donna aussi* Lobna avec ses faubourgs,
14. Jéther, Estémo
15. Holon, Dabir,
16. Aïn, Jéta, et Bethsamès avec leurs faubourgs, qui sont neuf villes des deux tribus *de Juda et de Siméon, qui étaient échues par le sort aux enfants d'Aaron*, comme il a été dit auparavant.
17. De la tribu des enfants de Benjamin, Gabaon, Gabaé,
18. Anathoh et Almon, quatre villes avec leurs faubourgs.

19. Ainsi treize villes en tout furent données avec leurs faubourgs, aux enfants d'Aaron, grand prêtre.
20. Voici les villes qui furent données aux autres familles des enfants de Caath, de la race de Lévi.
21. Ils eurent de la tribu d'Ephraïm ces quatre villes : Sichem avec ses faubourgs, sur la montagne d'Ephraïm; c'était encore une des villes de refuge;
22. Gazer, Cibsaïm et Béthoron, avec leurs faubourgs,
23. De la tribu de Dan ils eurent aussi quatre villes avec leurs faubourgs,
24. Elthéco, Gabathon, Ajalon, et Gethremmon;

25. Et de la tribu de Manassé ils eurent deux villes avec leurs faubourgs, Thanach et Gethremmon.

---

16. *Ain, et Jeta.* Paralipomen. l. 1, cap. 6. 59, Jetæ nulla mentio, pro Ain vero, est Asan. Ex Hebræis aliqui dicunt varietatem ex eo oriri, cum ex assignatis civitatibus quædam essent in Chananæorum potestate, quia interim suffectæ sunt aliæ, dum quæ fuerant constitutæ in potestatem Israelitarum venirent : itaque in uno textu substitutas legi, in alio vero primario designatas. Verius fortasse dici posset loca quædam duplici nomine vocari, aut decursu temporis in vocabulis mutationes aliquas factas fuisse.

17. *De tribu autem filiorum Benjamin, Gabaon.* In Paral. 1. cap. 6. 60, nulla fit mentio urbis Gabaon, et pro Almon scriptum est Almath : utraque vox significat juventutem. Quare hæc ipsa urbs II. Reg. 3. 10, Bathurim, quod etiam vocabulum juventutem significat, nuncupatur.

20. *Reliquis vero per familias filiorum Caath.* Qui sacerdotes non erant, cum ab Aarone prognati non essent.

* 21. *Urbes confugii.* In hebr. est, *urbem confugii*, scilicet Sichem; nam aliæ non fuerunt ad hoc munus destinatæ. Qua ratione latinus textus defendi debeat vide apud Bonfrerium.

Digitized by Google

26. Ainsi dix villes en tout avec leurs faubourgs furent données aux enfants de Caath, qui étaient dans un degré inférieur aux prêtres.

27. Il donna aussi de la demi-tribu de Manassé aux enfants de Gerson, de la race de Lévi, deux villes avec leurs faubourgs, *savoir :* Gaulon en Basan, *qui étoit aussi une ville* de refuge, et Bosra;

28. De la tribu d'Issachar, quatre villes avec leurs faubourgs, Césion, Dabéreth,

29. Jaramoth, et Engannim;

30. De la tribu d'Azer, Masal, Abdon,

31. Helcath, Rohob, quatre villes avec leurs faubourgs.

32. Il donna aussi de la tribu de Nephthali ces trois villes avec leurs faubourgs: Cédès en Galilée, *qui était encore une* ville de refuge; Hammothdor et Carthan.

33. Ainsi toutes les villes qui furent données aux familles de Gerson furent treize villes avec leurs faubourgs.

34. Il donna aussi aux enfants de Mérari, lévites d'un degré inférieur, distingués selon leurs familles, ces quatre villes de la tribu de Zabulon avec leurs faubourgs,

35. Jecnam, Cartha, Damna, et Naalol.

36. De la tribu de Ruben, au delà du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, il leur donna Bosor dans le désert, *qui était une* ville de refuge, et ces quatre *autres* villes avec leurs faubourgs : Misor, Jaser, Jethon et Méphaath.

26. Omnes civitates decem, et suburbana earum, datæ sunt filiis Caath inferioris gradus.

27. Filiis quoque Gerson, levitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugii civitates Gaulon in Basan, et Bosram, cum suburbanis suis, civitates duas.

28. Porro de tribu Issachar, Cesion, et Dabereth,

29. Et Jaramoth, et Engannim, cum suburbanis suis, civitates quatuor.

30. De tribu autem Azer, Masal, et Abdon,

31. Et Helcalth, et Rohob, cum suburbanis suis, civitates quatuor.

32. De tribu quoque Nephthali civitates confugii, Cedes in Galilæa, et Hammothdor, et Carthan, cum suburbanis suis, civitates tres.

33. Omnes urbes familiarum Gerson, tredecim, cum suburbanis suis.

34. Filiis autem Merari levitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Jecnam, et Cartha,

35. Et Damna, et Naalol, civitates quatuor cum suburbanis suis.

36. De tribu Ruben ultra Jordanem contra Jericho civitates refugii, Bosor in solitudine, Misor, et Jaser et Jethson, et Mephaath, civitates quatuor cum suburbanis suis.

---

26. *Inferioris gradus.* Qui scilicet sacerdotes non erant.

27. *Filiis quoque Gerson.* Sequitur sors Gersonis loco tertio : quamvis enim primogenitus esset Levi, primam tamen sortem non est assecutus inter levitas; nam propter Aaronis familiam, præcipuam, penes quam sacerdotium erat, et pontificatus, prælati sunt Caathitæ ad quos Aaron et Moses pertinebant.

34. *Inferioris gradus.* Qui sacerdotes non erant, ut dixi n. 26.

36. *Jaser.* Hæc civitas est in textu LXX, sed non in hebr. Vide Serarium. — *Civitates quatuor.* Quomodo quatuor, cum sint numeratæ quinque? Serarius putat Misor esse eamdem cum Bosor, et ex textu LXX irrepsisse in nostram editionem latinam. Sententia constabit, si dicamus Misor in nostro textu per appositionem exprimi, ut sensus sit: Bosor in solitudine, quæ est Misor; quæ Misor alio nomine appellatur.

Digitized by Google

37. De tribu Gad civitates confugii, Ramoth in Galaad, et Manaim, et Hesebon, et Jazer, civitates quatuor cum suburbanis suis.

38. Omnes urbes filiorum Merari per familias et cognationes suas, duodecim.

39. Itaque civitates universæ levitarum in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadraginta octo,

40. Cum suburbanis suis, singulæ per familias distributæ.

41. Deditque Dominus Deus Israeli omnem terram, quam traditurum se patribus eorum juraverat : et possederunt illam, atque habitaverunt in ea.

42. Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes : nullusque eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt.

43. Ne unum quidem verbum, quod illis prætiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

37. De la tribu de Gad, il leur donna ces quatre villes avec leurs faubourgs, *savoir :* Ramoth en Galaad, *qui était une* ville de refuge, Manaïm, Hésébon et Jazer.

38. Les enfants de Mérari, distingués selon leurs familles et leurs maisons, reçurent en tout douze villes.

39. Ainsi toutes les villes qu'eurent les lévites au milieu de l'héritage des enfants d'Israël furent au nombre de quarante-huit,

40. Avec leurs faubourgs ; et elles furent toutes distribuées selon l'ordre des familles.

41. Le Seigneur donna ainsi à Israël toute la terre qu'il avait promise avec serment à leurs pères de leur donner : et ils la possédèrent *peu à peu,* et l'habitèrent, *à mesure qu'ils se multiplièrent.*

42. Il leur donna la paix avec tous les peuples qui les environnaient, et nul d'entre leurs ennemis ne leur osa résister, mais ils furent tous assujettis à leur puissance.

43. Il n'y eut pas une seule parole de tout ce que Dieu avait promis de donner aux Israélites, qui demeurât sans effet ; mais tout fut accompli très-exactement.

CHAPITRE XXII.

§ I. ***Josué renvoie les tribus de Ruben et de Gad, et la demi-tribu de Manassé, au delà du Jourdain, pour y jouir des terres que Moïse leur avait données dans le pays de Galaad.***

L'AN DU MONDE 2562. — AVANT J.-C. 1442.

1. Eodem tempore vocavit Josue Rubenitas, et Gaditas, et dimidiam tribum Manasse,

1. En ce temps-là Josué fit venir ceux des tribus de Ruben et de Gad, et la demi-tribu de Manassé,

---

41. *Deditque Dominus Deus Israeli omnem terram.* Ei scilicet assignavit, et ad eam totum jus dedit. Multam tamen adhuc superfuisse terram acquirendam, cum hæc dicerentur, patet ex c. 13. supra, et infra 23. Hæc autem vera sunt secundum modum et formam promissionis factæ, ut scilicet temporibus congruis Deus daret terram promissionis, cum scilicet ipsi sufficerent ad inhabitandum. Vide Exod. 23. 29, et Deut. 7. 22. — *Et possederunt illam, atque habitaverunt in ea.* Intellige pro majori parte, nonnihil fere in singulis tribubus reservando acquirendum.

42. *Dataque est ab eo pax.* Ut nulla vicina natio Israelitas auderet vexare. — *Nullusque eis hostium resistere ausus est.* Fere nullus, ait Sa, vel Josue exercitum ducente, ut explicat S. Augustinus, qui etiam illud *resistere* interpretatur *lacessere.*

Digitized by Google

2. Et il leur dit : Vous avez fait tout ce que Moïse, serviteur du Seigneur, vous avait ordonné; vous m'avez aussi obéi en toutes choses;

3. Et dans un si long temps vous n'avez point abandonné vos frères jusqu'à ce jour; mais vous avez observé tout ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé.

4. Puis donc que le Seigneur votre Dieu a donné la paix et le repos à vos frères, selon qu'il vous l'avait promis, allez-vous-en, et retournez dans vos tentes et dans le pays qui est à vous, que Moyse, le serviteur du Seigneur, vous a donné au delà du Jourdain.

5. Ayez soin seulement d'observer exactement et de garder effectivement les commandements et la loi que Moïse, le serviteur du Seigneur, vous a prescrite, qui est d'aimer le Seigneur votre Dieu, de marcher dans toutes ses voies, d'observer ses commandements, et de vous attacher à lui et le servir de tout votre cœur et de toute votre âme.

6. Josué les bénit ensuite et les renvoya, et ils retournèrent à leurs tentes *et à leurs demeures, au delà du Jourdain.*

7. Or, Moïse avait donné à la demi-tribu de Manassé les terres qu'elle devait posséder dans le pays de Basan; et Josué avait donné à l'autre moitié de cette tribu sa part de la terre promise parmi ses frères, au deçà du Jourdain, vers l'occident. Josué les renvoyant donc dans leurs tentes, après leur avoir souhaité toute sorte de bonheur,

8. Il leur dit : Vous retournerez dans vos maisons avec beaucoup de bien et de grandes richesses, ayant de l'argent, de l'or, de l'airain, du fer et des vêtements de toutes sortes. Partagez donc avec vos frères, *qui sont restés en Galaad,* le butin que vous avez remporté sur vos ennemis, *selon le commandement du Seigneur.*

2. Dixitque ad eos : Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini : mihi quoque in omnibus obedistis,

3. Nec reliquistis fratres vestros longo tempore, usque in præsentem diem, custodientes imperium Domini Dei vestri.

4. Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem et pacem, sicut pollicitus est : revertimini, et ite in tabernacula vestra, et in terram possessionis, quam tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Jordanem :

5. Ita duntaxat ut custodiatis attente, et opere compleatis mandatum et legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, ut diligatis Dominum Deum vestrum, et ambuletis in omnibus viis ejus, et observetis mandata illius, adhæreatisque ei, ac serviatis in omni corde, et in omni anima vestra.

6. Benedixitque eis Josue, et dimisit eos. Qui reversi sunt in tabernacula sua.

7. Dimidiæ autem tribu Manasse possessionem Moyses dederat in Basan : et idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Josue sortem inter cæteros fratres suos trans Jordanem ad occidentalem plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua, et benedixisset eis,

8. Dixit ad eos : In multa substantia atque divitiis revertimini ad sedes vestras, cum argento et auro, ære ac ferro, et veste multiplici : dividite prædam hostium cum fratribus vestris.

CAP. XXII. 3. *Longo tempore.* Id est, longo admodum tempore eorum commilitones fuistis. Hebr. habet : *hisce diebus multis.* — *Usque in præsentem diem.* Quo septimus annus in decursu est.

8. *Dividite prædam.* Monet Josue ut cum suis, qui trans Jordanem remanserant, prædam dividant. Hoc autem Josue præceptum consentaneum erat legi, Num. 31. 27, ubi præcipitur ut dividatur præda ex æquo inter eos qui pugnaverant, et inter reliquam multitudinem quæ ad bellum non processerat.

Digitized by Google

9. Reversique sunt, et abierunt filii Ruben, et filii Gad, et dimidia tribus Manasse, à filiis Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan, ut intrarent Galaad terram possessionis suæ, quam obtinuerant juxta imperium Domini in manu Moysi.

9. Ainsi les enfants de Ruben et les enfants de Gad, avec la demi-tribu de Manassé, se retirèrent d'avec les enfants d'Israël qui étaient à Silo, au pays de Chanaan, et se mirent en chemin pour retourner en Galaad, pays qu'ils possédaient *au delà du Jourdain*, et qui leur avait été accordé par Moïse, selon le commandement du Seigneur.

§ II. *Ces tribus en se retirant bâtissent un autel sur les bords du Jourdain. Les autres tribus l'ayant appris craignent que cet autel ne soit élevé contre le Seigneur, et se préparent à venger cette injure faite à Dieu par leurs frères; ils députent vers eux.*

10. Cumque venissent ad tumulos Jordanis in terram Chanaan, ædificaverunt juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis.

11. Quod cum audissent filii Israel, et ad eos certi nuntii detulissent, ædificasse filios Ruben, et Gad, et dimidiæ tribus Manasse, altare in terra Chanaan, super Jordanis tumulos, contra filios Israel;

12. Convenerunt omnes in Silo, ut ascenderent et dimicarent contra eos.

13. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis,

10. Et étant arrivés aux digues du Jourdain, dans le pays de Chanaan, ils bâtirent auprès du Jourdain un autel d'une grandeur immense.

11. Ce que les enfants d'Israël ayant appris, et ayant su par des nouvelles certaines que les enfants de Ruben et de Gad, et la demi-tribu de Manassé, avaient bâti un autel au pays de Chanaan, sur les digues du Jourdain, *de l'autre côté de ce fleuve*, vis-à-vis des enfants d'Israël;

12. Ils s'assemblèrent tous à Silo pour marcher contre eux et les combattre, *selon l'ordre que le Seigneur en avait donné.*

13. Et cependant ils envoyèrent vers eux, au pays de Galaad, Phinées, fils d'Eléazar, grand prêtre,

---

9. *Galaad terram possessionis suæ.* Galaad in Scriptura aliquando montem tantum significat, de quo Genes. 31. 48; Jerem. 8. 22; aliquando urbem ad montem illum sitam, de qua Num. 32. 39; aliquando regiunculam quæ a monte illo ad Jordanem usque porrigitur, et Galaaditis dicitur; aliquando ut hic, totum illum tractum in quo Sehon et Og reges olim regnaverunt. — *In manu Moysi.* Per Mosem, seu Mose administro.

10. *Ad tumulos Jordanis.* Ad aggeres sive tumulos qui Jordanis aquis objectis illas coercebant. — *In terram Chanaan.* Antequam transirent Jordanem et venirent in terram Galaad. — *Altare infinitæ magnitudinis.* Hyperbole. Altare eximiæ magnitudinis. Hebræus ait fuisse *magnum ad conspectum.*

12. *Convenerunt omnes in Silo.* Nulla convocationis mentio fit; quare videntur Israelitæ zelo legis concitati sponte convenisse. — *Ut ascenderent et dimicarent contra eos.* Tanquam contra legis transgressores, quia Dei præceptum fuit ut in toto israelitico populo unus tantummodo locus sacrorum esset, unumque altare sacrificiorum, Exod. 20. 24; Levit. 17. 8 et 9; Deut. 12. 5, 13, 14.

13. *Et interim miserunt.* Missi legati, et in his præcipuus Phinees Aaronis nepos, vir sapientia, sanctitate, zelo, eloquentia spectatissimus. Summa legationis, ut cognoscerent cur excitatum altare, et, si crimen idololatriæ dé-

Digitized by Google

14. Et dix des principaux du peuple avec lui, un de chaque tribu,

15. Qui étant venus trouver les enfants de Ruben, de Gad, et la demi-tribu de Manassé, au pays de Galaad, leur parlèrent de cette sorte :

16. Voici ce que le peuple du Seigneur nous a ordonné de vous dire : D'où vient que vous violez ainsi la loi du Seigneur? Pourquoi avez-vous abandonné le Seigneur Dieu d'Israël, en dressant un autel sacrilége, et vous retirant du culte qui lui est dû?

17. N'est-ce pas assez que vous ayez péché comme nous à Béelphégor, et que la tache de ce crime ne soit pas encore aujourd'hui effacée de dessus nous, après qu'il en a coûté la vie à tant de personnes de notre peuple?

18. Vous abandonnez vous autres aujourd'hui le Seigneur, et demain sa colère éclatera sur tout Israël.

19. Que si vous croyez que la terre qui vous a été donnée en partage soit impure, *n'étant point honorée par la présence du Seigneur*, passez à celle où est le tabernacle du Seigneur, et demeurez parmi nous, pourvu seulement que vous ne vous sépariez point du Seigneur, et que vous ne vous divisiez point d'avec nous, en bâtissant un autel contre l'autel du Seigneur notre Dieu.

20. N'est-ce pas ainsi qu'Achan, fils de Zaré, viola le commandement du Seigneur

14. Et decem principes cum eo, singulos de singulis tribubus.

15. Qui venerunt ad filios Ruben, et Gad, et dimidiæ tribus Manasse, in terram Galaad, dixeruntque ad eos :

16. Hæc mandat omnis populus Domini : Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israel, ædificantes altare sacrilegum, et a cultu illius recedentes?

17. An parum vobis est quod peccastis in Beelphegor, et usque in præsentem diem macula hujus sceleris in nobis permanet? multique de populo corruerunt.

18. Et vos hodie reliquistis Dominum, et cras in universum Israel ira ejus desæviet.

19. Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, in qua tabernaculum Domini est, et habitate inter nos : tantum ut à Domino, et à nostro consortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri.

20. Nonne Achan filius Zare præteriit mandatum Domini, et

---

prehenderent, monerent, et ad sanam mentem revocare conarentur; si non parerent, bellum eis internecinum indicerent.

16. *Hæc mandat omnis populus.* Conciliat legationi suæ auctoritatem Phinees, quod populi totius nomine, voluntate et potestate missus esset cum sociis. — *Populus Domini.* Emphasim habet; populus Deo fidelis ad populum apostatam. — *Quæ est ista transgressio?* Crimen tanquam certum objicit; sic enim magis excitabantur transjordanini, ut quod objiciebatur, si falsum esset, pernegarent, et quo animo factum esset explicarent. — *Altare sacrilegum.* Hebr. *altare ad deficiendum,* seu *apostatandum a Deo.*

* 17. *In Beelphegor.* Habes historiam Num. c. 25. — *Macula hujus sceleris in nobis permanet.* Infamia sceleris illius adhuc laboramus; vel, usque in hunc diem sceleris illius pœnas damus, quamvis condonata sit culpa. * — *Multique de populo.* Viginti quatuor hominum millia, ut habemus Num. 25. 9.

19. *Immundam esse terram possessionis vestræ.* Quod scilicet apud vos tabernaculum non sit, nec altare, nec sacrificia. — *Habitate inter nos.* Parati enim sumus portionem terræ nostræ vobis cedere, et dispendio hoc nostro a scelere vos abducere.

Digitized by Google

super omnem populum Israel ira ejus incubuit ? Et ille erat unus homo, atque utinam solus periisset in scelere suo.

dont la colère tomba ensuite sur tout le peuple d'Israël? et cependant il avait péché tout seul; et plût à Dieu qu'après son crime il fût aussi péri seul ? *Mais vous savez combien il y en eut qui périrent avec lui. Que serait-ce donc si tout un peuple comme vous irritait le Seigneur? et quels châtiments attireriez-vous sur nous tous !*

§ III. *Les enfants de Ruben, de Gad, et la demi-tribu de Manassé se justifient. Les Israélites sont satisfaits et demeurent en paix.*

21. Responderuntque filii Ruben, et Gad, et dimidia tribus Manasse, principibus legationis Israel :

22. Fortissimus Deus Dominus, fortissimus Deus Dominus, ipse novit, et Israel simul intelliget : si prævaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat nos in præsenti :

23. Et si ea mente fecimus, ut holocausta, et sacrificium, et pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quærat et judicet.

24. Et non ea magis cogitatione atque tractatu, ut diceremus : Cras dicent filii vestri filiis nostris : Quid vobis et Domino Deo Israel ?

25. Terminum posuit Dominus inter nos et vos, o filii Ruben, et filii Gad, Jordanem fluvium : et idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem avertent filii vestri filios nostros a timore Domini. Putavimus itaque melius,

26. Et diximus : Extruamus no-

21. Les enfants de Ruben et de Gad, et la demi-tribu de Manassé répondirent aussi aux principaux d'Israël, qui avaient été envoyés vers eux :

22. Le Seigneur Dieu très-fort sait notre intention; il la sait, ce Seigneur, ce Dieu très-fort, et Israël la saura encore. Si nous avons fait cet autel par un esprit de désobéissance *et de révolte,* que le Seigneur cesse de nous protéger, et qu'il nous punisse en ce même moment.

23. Si nous l'avons fait dans le dessein d'offrir dessus des holocaustes, des sacrifices et des victimes pacifiques, que Dieu nous en redemande compte, et que lui-même se fasse justice.

24. Mais nous déclarons au contraire que la pensée qui nous est venue dans l'esprit en dressant cet autel a été que vos enfants pourraient bien dire un jour à nos enfants : Qu'y a-t-il de commun entre vous et le Seigneur Dieu d'Israël?

25. O enfants de Ruben et de Gad ! le Seigneur a mis le fleuve du Jourdain entre vous et nous, comme les bornes qui nous divisent; et vous n'avez point de part avec le Seigneur. Qu'ainsi ce pourrait être là un jour un sujet à vos enfants de détourner les nôtres de la crainte du Seigneur. Voilà la pensée qui nous est venue;

26. Et nous avons dit ensuite en nous-

---

20. *Et ille erat unus homo.* Quasi dicat : Si pro hominis unius peccato tanta in Israel clades immissa est, quid putamus futurum peccantibus nunc tam multis?

* 22. *Fortissimus.* Juramenti formula, quasi dicat : Fortissimus Deus, qui pejerantes plectere potest, et quem nihil latet, hæc nobis faciat et hæc addat, si, etc.

23. *Ipse quærat et judicet.* Quærat vindictam, et judicet ac puniat, si malo animo fecimus.

24. *Tractatu.* Hebr. *sollicitudine,* seu *timore.* *— *Cras.* Futuris temporibus.

Digitized by Google

mêmes : Faisons un autel, non pour y offrir des holocaustes et des victimes, *puisque cela nous est défendu par le Seigneur.*

27. Mais afin que ce soit un témoignage entre nous et vous, et entre vos enfants et nos enfants, que nous voulons servir le Seigneur, et que nous avons droit de lui offrir des holocaustes, des victimes et des hosties pacifiques, et qu'à l'avenir vos enfants ne disent pas à nos enfants : Vous n'avez point de part avec le Seigneur.

28. Que s'ils leur veulent parler de cette sorte, ils leur répondront : Voilà l'autel du Seigneur qu'ont fait nos pères, non pour y offrir des holocaustes ou des sacrifices, mais pour y être un témoignage *de l'union qui a toujours été* entre vous et nous.

29. Dieu nous préserve d'un si grand crime, de penser jamais à abandonner le Seigneur, et à cesser de marcher sur ses traces, en bâtissant un autel pour y offrir des holocaustes, des sacrifices et des victimes, hors l'autel du Seigneur notre Dieu, qui a été dressé devant son tabernacle !

30. Phinées, prêtre, et les principaux du peuple que les Israélites avaient envoyés avec lui, ayant entendu ces paroles, s'apaisèrent, et ils furent parfaitement satisfaits de cette réponse des enfants de Ruben, de Gad, et de la demi-tribu de Manassé.

31. Alors Phinées, prêtre, fils d'Eléazar, leur dit : *Nous avions sujet de craindre que le Seigneur ne se fût éloigné de nous, lorsque nous vous croyions coupables ; mais* maintenant nous savons que le Seigneur est avec nous, puisque vous êtes si éloignés de commettre cette perfidie, et que *par votre fidélité* vous avez délivré les enfants d'Israël *de la crainte où ils étaient* de la vengeance de Dieu.

32. Après cela ayant quitté les enfants de Ruben et de Gad, il revint avec les

bis altare, non in holocausta, neque ad victimas offerendas,

27. Sed in testimonium inter nos et vos, et sobolem nostram vestramque progeniem, ut serviamus Domino, et juris nostri sit offerre, et holocausta, et victimas, et pacificas hostias : et nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris : Non est vobis pars in Domino.

28. Quod si voluerint dicere, respondebunt eis : Ecce altare Domini quod fecerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum.

29. Absit a nobis hoc scelus, ut recedamus a Domino, et ejus vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta, et sacrificia, et victimas offerendas, præter altare Domini Dei nostri, quod extructum est ante tabernaculum ejus.

30. Quibus auditis, Phinees sacerdos, et principes legationis Israel, qui erant cum eo, placati sunt : et verba filiorum Ruben, et Gad, et dimidiæ tribus Manasse, libentissime susceperunt.

31. Dixitque Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos : Nunc scimus quod nobiscum sit Dominus, quoniam alieni estis a prævaricatione hac, et liberastis filios Israel de manu Domini.

32. Reversusque est cum principibus a filiis Ruben et Gad, de

---

27. *Juris nostri sit offerre.* Eo scilicet loco ubi fuerit Domini tabernaculum et altare, quemadmodum alii Israelitæ hoc jure gaudent. — *Non est vobis pars in Domino.* Nihil vobis cum Domino ; scilicet, non est Deus vester.

31. *Liberastis filios Israel de manu Domini.* Ne ob vestram culpam totum Israelem Dominus attereret.

Digitized by Google

terra Galaad, finium Chanaan, ad filios Israel, et retulit eis.

33. Placuitque sermo cunctis audientibus. Et laudaverunt Deum filii Israel, et nequaquam ultra dixerunt, ut ascenderent contra eos, atque pugnarent, et delerent terram possessionis eorum.

34. Vocaveruntque filii Ruben, et filii Gad, altare quod extruxerant, testimonium nostrum, quod Dominus ipse sit Deus.

princes du peuple, du pays de Galaad, au pays de Chanaan, vers les enfants d'Israël, *qui demeuraient en deçà du Jourdain*, et il leur fit son rapport.

33. Tous ceux qui l'entendirent en furent très-satisfaits. Les enfants d'Israël louèrent Dieu, et ils ne pensèrent plus à marcher contre leurs frères, pour les combattre, ni à ruiner le pays qu'ils possédaient.

34. Les enfants de Ruben et les enfants de Gad appelèrent l'autel qu'ils avaient bâti, l'autel qui nous rendra témoignage que le Seigneur est *celui que nous reconnaissons pour* le vrai Dieu, *et le seul que nous voulons adorer*.

CHAPITRE XXIII.

§ I. *Josué étant vieux fait assembler tous les principaux d'Israël. Il leur représente les bienfaits qu'ils ont reçus de Dieu, et il les exhorte à la fidèle observation de sa loi.*

L'AN DU MONDE 2570. — AVANT J.-C. 1434.

1. Evoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subjectis in gyro nationibus universis, et Josue jam longævo, et persenilis ætatis:

2. Vocavit Josue omnem Israelem, majoresque natu, et principes ac duces, et magistros, dixitque ad eos: Ego senui, et progressioris ætatis sum:

3. Vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnaverit:

4. Et nunc quia vobis sorte divisit omnem terram, ab orientali parte Jordanis usque ad mare Mag-

1. Or longtemps après que le Seigneur eut donné la paix à Israël, et qu'il lui eut assujetti toutes les nations qui l'environnaient, Josué étant déjà vieux et fort avancé en âge,

2. Fit assembler tout Israël, les anciens, les princes, les chefs et les magistrats, et il leur dit: Je suis vieux, et mon âge est fort avancé.

3. Vous voyez tout ce que le Seigneur votre Dieu a fait à toutes les nations qui vous environnent, de quelle sorte il a lui-même combattu pour vous.

4. Considérez que le Seigneur vous a partagé au sort toute cette terre, depuis la partie orientale du Jourdain jusqu'à la

---

34. *Testimonium nostrum.* Quod ejusdem Dei et religionis cum reliquo Israele cultores simus.

CAP. XXIII. 2. *Vocavit Josue omnem Israelem.* Aliqui putant cœtum hunc a Josue vocatum in Silo, alii in Thamnathsaraa quæ ipsius urbs et hæreditas erat, ut patet ex cap. 19. 50. Dicitur convocasse omnem Israelem, quia principes tribuum et præcipuos quosque advocavit, ut satis ex hoc versiculo apparet. * — *Duces.* In hebræo et græco est, *judices.* — *Ego senui.* Causam conventus ostendit.

4. *Divisit.* Hebr. et chald. *divisi.*

Digitized by Google

Grande mer : et quoique plusieurs nations restent encore à vaincre,

5. Le Seigneur votre Dieu les exterminera *dans la suite*, et les détruira *peu à peu* devant vous, et vous posséderez *un jour toute* cette terre, selon qu'il vous l'a promis.

6. Fortifiez-vous seulement *de plus en plus*, et gardez avec grand soin tout ce qui est écrit dans le livre de la loi de Moïse, sans vous en détourner ni à droite ni à gauche.

7. Prenez garde de ne vous point mêler parmi ces peuples *par des alliances que le Seigneur vous a défendues*, de peur que vous n'alliez jurer au nom de leurs dieux, et qu'il ne vous vienne dans l'esprit de les servir et de les adorer :

8. Mais attachez-vous au Seigneur votre Dieu, selon que vous l'avez fait jusqu'à cette heure :

9. Et *vous verrez* que le Seigneur votre Dieu exterminera devant vous ces nations grandes et puissantes, et que nul ne pourra vous résister.

10. Un seul d'entre vous poursuivra mille de vos ennemis, parce que le Seigneur votre Dieu combattra lui-même pour vous, comme il l'a promis.

11. Prenez garde seulement et ayez soin sur toutes choses d'aimer le Seigneur votre Dieu.

num, multæque adhuc supersunt nationes :

5. Dominus Deus vester dispergat eas, et auferet a facie vestra, et possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est;

6. Tantum confortamini, et estote solliciti, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi : et non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram :

7. Ne postquam intraveritis ad gentes, quæ inter vos futuræ sunt, juretis in nomine deorum earum, et serviatis eis, et adoretis illos :

8. Sed adhæreatis Domino Deo vestro : quod fecistis usque in diem hanc.

9. Et tunc auferet Dominus Deus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas, et nullus vobis resistere poterit.

10. Unus e vobis persequetur hostium mille viros : quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est.

11. Hoc tantum diligentissime præcavete, ut diligatis Dominum Deus vestrum.

§ II. *Maux dont Josué menace les Israélites s'ils suivent les erreurs des peuples idolâtres, et s'ils abandonnent le Seigneur.*

12. Que si vous voulez vous attacher aux erreurs des peuples qui demeurent parmi vous, et vous mêler avec eux par le lien du mariage et par une union d'amitié,

13. Sachez dès maintenant que le Seigneur votre Dieu ne les exterminera point devant vous, mais qu'ils deviendront à votre égard comme un piége, comme un

12. Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, et cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare :

13. Jam nunc scitote quod Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam ac laqueum, et

---

7. *Postquam intraveritis ad gentes.* Verbum *intrare* ex vi phrasis hebrææ accipi potest, vel speciatim de familiaritate ac necessitudine quæ conjugio initur, vel potius generatim de omni familiaritate atque consuetudine.

13. *In foveam, ac laqueum.* Laqueus est hoc loco is maxime quo implicantur et impediuntur pedes, et ideo LXX verterunt *in scandala*, et nonnulli, *in tendiculum*; Masius, *in rete*. — *Offendiculum ex latere vestro.* LXX habent,

Digitized by Google

offendiculum ex latere vestro, et sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis.

14. En ego hodie ingredior viam universæ terræ, et toto animo cognoscetis quod de omnibus verbis, quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, unum non præterierit incassum.

15. Sicut ergo implevit opere quod promisit, et prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis,

16. Eo quod præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, et servieritis diis alienis, et adoraveritis eos: cito atque velociter consurget in vos furor Domini, et auferemini ab hac terra optima, quam tradidit vobis.

filet, comme des pointes qui vous perceront les côtés, et comme des épines dans vos yeux, jusqu'à ce qu'il vous ôte et qu'il vous enlève et vous extermine de cette terre excellente qu'il vous a donnée.

14. Je suis près d'entrer aujourd'hui dans la voie de toute la terre, et vous devez considérer avec une parfaite reconnaissance que tout ce que le Seigneur avait promis de vous donner est arrivé effectivement, sans qu'aucune de ses paroles soit tombée à terre.

15. Comme donc Dieu a accompli tout ce qu'il vous avait promis, et que tout vous a réussi très-heureusement; ainsi il fera tomber sur vous tous les maux dont il vous a menacés, jusqu'à ce qu'il vous chasse de cette excellente terre qu'il vous a donnée, et qu'il vous fasse périr *malheureusement*,

16. Si vous violez l'alliance que le Seigneur votre Dieu a faite avec vous, si vous servez et adorez des dieux étrangers : ce sera alors que la fureur du Seigneur s'élèvera contre vous, et que vous serez chassés bientôt de cette excellente terre qu'il vous a donnée.

CHAPITRE XXIV.

§ I. *Discours de Josué au peuple d'Israël. Il les fait souvenir de toutes les merveilles que Dieu a opérées en leur faveur.*

LA MÊME ANNÉE 2570.

1. Congregavitque Josue omnes tribus Israel in Sichem, et vo-

1. Josué ayant assemblé toutes les tribus d'Israël à Sichem, *peu de temps avant*

---

clavos, qui cum sunt longiores, et corpori pungendo et lancinando adhibentur, vocari solent stimuli, quibus latera fodicari solent. * In hebræo est, *flagellum in lateribus vestris*. Loro enim latera cædi mos erat. Vide Eccli. 30. 12, et 42. 5. — *Sudes*. Verti possunt etiam *spinæ*.

16. *Cito atque velociter*. Licet unum tantum sit vocabulum in hebræo, ejus tamen intensa celeritas duplicato hic adverbio recte significatur, quorum alterum ad improvisam ejus immittendæ pœnæ celeritatem, alterum ad executionis velocitatem refert Masius. — *Ab hac terra*. Latet emphasis; quam scilicet jam possidetis, et labore multo temporeque diuturno paravistis, et ad quam desiderio magno venistis. — *Quam tradidit vobis Deus*. Ut tanto Dei beneficio spoliari miserum sit, sua id culpa et peccato amittere ingratissimum ac sceleratissimum.

CAP. XXIV. 1. *In Sichem*. LXX, *in Silo*: et huic versioni favent quæ dicuntur hoc eodem versiculo, *steteruntque in conspectu Domini*, coram taber-

Digitized by Google

sa mort, fit venir les anciens, les princes, les juges et les magistrats, qui se présentèrent devant le *tabernacle du* Seigneur *qu'on avait apporté de Silo pour cette cérémonie :*

2. Et il parla ainsi au peuple : Voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël : Vos pères Tharé, père d'Abraham et de Nachor, dès le commencement, ont habité au delà du fleuve *d'Euphrate,* et ont servi des dieux étrangers ;

3. Mais je tirai Abraham votre père de la Mésopotamie, et je l'amenai au pays de Chanaan ; je multipliai sa race, *en lui donnant Ismaël d'Agar, et plusieurs enfants de Céthura :*

4. Je lui donnai *aussi* Isaac *de Sara,* et à Isaac je donnai Jacob et Esaü. Je donnai à Esaü le mont de Seïr pour le posséder ; mais Jacob et ses enfants descendirent en Egypte *où leurs enfants furent dans la suite fort maltraités.*

5. J'envoyai depuis Moïse et Aaron *pour les délivrer.* Je frappai l'Egypte par un grand nombre de miracles et de prodiges, *pour obliger les Egyptiens de remettre mon peuple en liberté.*

6. Je vous fis sortir depuis, vous et vos pères, de l'Egypte, et vous vîntes à la mer : et les Egyptiens poursuivirent vos pères avec un grand nombre de chariots et de cavalerie, jusqu'à la mer Rouge.

7. Alors les enfants d'Israël crièrent au Seigneur, et il mit des ténèbres *épaisses* entre vous et les Egyptiens : *il ouvrit la mer pour vous y faire passer ; et les Egyptiens y étant entrés pour vous poursuivre,* il fit revenir la mer sur eux et il les enveloppa dans ses eaux. Vos yeux ont vu tout ce que j'ai fait *pour vous* dans l'Egypte, *dit le Seigneur.* Vous avez demeuré longtemps dans le désert *où je vous ai fait subsister, sans que rien ne vous ait manqué.*

cavit majores natu, ac principes, et judices, et magistros : steteruntque in conspectu Domini :

2. Et ad populum sic locutus est : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham et Nachor : servieruntque diis alienis.

3. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus : et adduxi eum in terram Chanaan, multiplicavitque semen ejus,

4. Et dedi ei Isaac, illique rursum dedi Jacob et Esau. E quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendum : Jacob vero, et filii ejus, descenderunt in Ægyptum.

5. Misique Moysen et Aaron, et percussi Ægyptum multis signis atque portentis.

6. Eduxique vos et patres vestros de Ægypto, et venistis ad mare : persecutique sunt Ægyptii patres vestros cum curribus et equitatu, usque ad mare Rubrum.

7. Clamaverunt autem ad Dominum filii Israel : qui posuit tenebras inter vos et Ægyptios, et adduxit super eos mare, et operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim, et habitastis in solitudine multo tempore :

---

naculo quod erat in Silo. Nec tamen discordat textus noster ; nam in Sichem idem est ac in agro Sichem in quo erat Silo. * Ita Serarius. Bonfrerius putat mendum irrepsisse in textum LXX, et pro *in Silo,* legendum, *in Sichem,* quo arcam Domini deportatam putat horum comitiorum tempore.

2. *Trans fluvium.* Euphratem. — *Servieruntque diis alienis.* Thare scilicet Abrahami pater, et Nachor * Abrahami frater, ut patet ex hebræo. Serarius in hoc c. quæst. 2, doctores nonnullos citans, docet etiam Abrahamum, cum ætate junior esset, secutum parentes idola coluisse. Alii contrarium asserunt.

* 4. *Montem Seir.* Idumæam.

Digitized by Google

8. Et introduxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat trans Jordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, et possedistis terram eorum, atque interfecistis eos.

9. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, et pugnavit contra Israelem. Misitque et vocavit Balaam filium Beor, ut malediceret vobis :

10. Et ego nolui audire eum, sed e contrario per illum benedixi vobis, et liberavi vos de manu ejus.

11. Transistisque Jordanem, et venistis ad Jericho. Pugnaveruntque contra vos viri civitatis ejus, Amorrhæus, et Pherezæus, et Chananæus, et Hethæus, et Gergesæus, et Hevæus, et Jebusæus : et tradidi illos in manus vestras.

12. Misique ante vos crabrones : et ejeci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio nec in arcu tuo (1).

13. Dedique vobis terram, in qua non laborastis, et urbes quas non ædificastis, ut habitaretis in eis, vineas et oliveta, quæ non plantastis.

14. Nunc ergo timete Dominum, et servite ei perfecto corde atque verissimo : et auferte deos, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia et in Ægypto, ac servite Domino.

15. Sin autem malum vobis vi-

8. Après cela je vous ai fait entrer dans le pays des Amorrhéens qui habitaient au delà du Jourdain ; lorsqu'ils combattaient contre vous je les ai livrés entre vos mains, et les ayant fait passer au fil de l'épée, vous vous êtes rendus maîtres de leur pays.

9. Balac, fils de Séphor, roi de Moab, s'éleva alors, et combattit contre Israël : il envoya vers Balaam, fils de Béor, et il le fit venir pour vous maudire.

10. Mais je ne voulus point l'écouter ; je vous bénis au contraire par lui, et je vous délivrai de ses mains.

11. Vous avez passé le Jourdain, et vous êtes venus près de Jéricho. Les gens de cette ville ont combattu contre vous, *aussi bien que* les Amorrhéens, les Phérézéens, les Chananéens, les Héthéens, les Gergéséens, les Hévéens, et les Jébuséens ; et je les ai *tous* livrés entre vos mains.

12. J'ai envoyé devant vous des frelons *contre vos ennemis*, et je les ai chassés de leur pays ; j'ai chassé deux rois des Amorrhéens, et ce n'a été ni par votre épée ni par votre arc *qu'ils ont été vaincus*.

13. Je vous ai donné une terre que vous n'aviez point labourée, des villes pour vous y retirer que vous n'aviez point bâties, des vignes et des plants d'olivier que vous n'aviez point plantés.

14. Après cela donc craignez le Seigneur, et servez-le avec un cœur parfait et sincère. Otez du milieu de vous les dieux que vos pères ont adorés dans la Mésopotamie et dans l'Egypte, et servez le Seigneur.

15. Que si vous croyez que ce soit un

(1) Bible vengée, note XV.

---

11. *Pugnaveruntque contra vos.* D. Aug. q. 26 in Josue ait, *pugnare,* fuisse claudere portas contra hostem. — *Amorrhæus et Pherezæus.* Pro *itemque Amorrhæus, etc.* Quidam tamen putant ex omnibus his populis fuisse aliquos in Jericho, cum oppugnaretur.

12. *Misique ante vos crabrones.* Quod pollicitus fuerat Dominus, Exod. 23. 28 ; Deuter. 7. 20. S. Augustinus crabrones metaphorice interpretatur, et vult fuisse aut prævolantes rumores de adventu Israelitarum, quibus pungebantur animi Chananæorum, vel dæmones. Sed communis et recepta sententia explicat de veris crabronibus, vide Sap. 12. 8.

* 14. *Auferte deos.* Ex hoc loco patet et in Ægypto, et tempore etiam Josue aliquos fuisse, qui clam idola retinerent et colerent. Vide hoc c. n. 23.

Digitized by Google

malheur pour vous de servir le Seigneur, vous êtes dans la liberté de prendre tel parti qu'il vous plaira. Vous pouvez choisir aujourd'hui, si vous voulez, d'adorer, ou les dieux qu'ont servis vos pères dans la Mésopotamie, ou les dieux des Amorrhéens au pays desquels vous habitez : mais pour ce qui est de moi et de ma maison, nous servirons le Seigneur.

detur ut Domino serviatis, optio vobis datur : eligite hodie quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrum diis, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum terra habitabitis : ego autem et domus mea serviemus Domino.

§ II. *Le peuple d'Israël promet de demeurer invariablement attaché au Seigneur. Josué meurt. Les os de Joseph sont ensevelis à Sichem. Mort d'Eléazar, fils d'Aaron.*

16. Le peuple lui répondit : A Dieu ne plaise que nous abandonnions le Seigneur, et que nous servions des dieux étrangers.

17. C'est le Seigneur notre Dieu qui nous a tirés lui-même du pays d'Egypte, de la maison de servitude ; qui a fait de si grands prodiges devant nos yeux, qui nous a gardés dans tout le chemin par où nous avons été, et parmi tous les peuples par où nous avons passé.

18. C'est lui qui a chassé devant nous toutes ces nations, et les Amorrhéens qui habitaient dans le pays où nous sommes maintenant. Nous servirons donc le Seigneur, parce que c'est lui-même qui est notre Dieu.

19. Josué répondit au peuple : Vous ne pourrez servir le Seigneur *si vous ne lui êtes très-fidèles*, parce que c'est un Dieu saint, un Dieu fort et jaloux, et il ne vous pardonnera point vos crimes et vos péchés.

20. Si *donc* vous abandonnez le Seigneur, et si vous servez des dieux étran-

16. Responditque populus, et ait : Absit a nobis ut relinquamus Dominum, et serviamus diis alienis.

17. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, et patres nostros, de terra Ægypti, de domo servitutis : fecitque videntibus nobis signa ingentia, et custodivit nos in omni via, per quam ambulavimus, et in cunctis populis, per quos transivimus.

18. Et ejecit universas gentes, Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos intravimus. Serviemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster (1).

19. Dixitque Josue ad populum : Non poteritis servire Domino : Deus enim sanctus, et fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis.

20. Si dimiseritis Dominum, et servieritis diis alienis, convertet

(1) Bible vengée, note XV.

15. *Optio vobis datur.* Non fit potestas quod voluerint eligendi, sed duo componuntur, quorum alterum pessimum est, alterum optimum, ut hoc eligendum esse clare omnino appareat. Sic dicimus : alterutrum vobis, o mortales, eligendum est : aut pœna æterna, aut perpetua beatitudo ; quod vultis eligite. Hoc exhortandi modo usus est Elias III. Reg. 18. 21 ; Eccli. 15. 18.

19. *Non poteritis servire Domino.* Est vehemens adhortatio ad fortiter et constanter capessendam servitutem Domini : sic imperator militibus postulantibus ut potestas fiat in hostem irrumpendi : Non vincetis, inquit, non resistetis eorum viribus, etc. : sicque animos eorum acuit in prælium. — *Deus enim sanctus.* Quasi dicat, servire Domino non poteritis, nisi magno animo et constanti voluntatis destinatione Deo adhærere statuatis, sanctos mores colere, nullumque crimen admittere, quo ille sanctitatis amator irritetur.

Digitized by Google

se, et affliget vos, atque subvertet postquam vobis præstiterit bona.

21. Dixitque populus ad Josue : Nequaquam ita ut loqueris, erit, sed Domino serviemus.

22. Et Josue ad populum, Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum ut serviatis ei. Responderuntque : Testes.

23. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, et inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel.

24. Dixitque populus ad Josue : Domino Deo nostro serviemus, et obedientes erimus præceptis ejus.

25. Percussit ergo Josue in die illo fœdus, et proposuit populo præcepta atque judicia in Sichem.

26. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini : et tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini (1) :

27. Et dixit ad omnem popu-

gers, il se tournera *contre vous*, il vous affligera et vous ruinera après tous les biens qu'il vous a faits.

21. Le peuple dit à Josué : Ces maux dont vous nous menacez n'arriveront point, mais nous servirons le Seigneur.

22. Josué répondit au peuple : Vous êtes témoins que vous avez choisi vous-mêmes le Seigneur pour le servir. Ils lui répondirent : Nous en sommes témoins.

23. Puisque vous êtes dans cette disposition, ajouta-t-il, ôtez les dieux étrangers du milieu de vous, *s'il y en reste encore quelques-uns*, et abaissez vos cœurs et les soumettez au Seigneur Dieu d'Israël.

24. Le peuple dit à Josué : Nous servirons le Seigneur notre Dieu, et nous obéirons à ses ordonnances.

25. Josué fit donc alliance en ce jour-là avec le peuple, et lui représenta les préceptes et les ordonnances du Seigneur à Sichem.

26. Il écrivit aussi toutes ces choses dans le livre de la loi du Seigneur, et il prit une très-grande pierre qu'il mit sous un chêne qui était dans le sanctuaire du Seigneur,

27. Et il dit à tout le peuple : Cette

(1) Bible vengée, Josué, note I, alinéa : *Il existait ce livre.*

---

25. *Percussit ergo Josue in die illo fœdus.* Modus quo percussit statim in sequentibus explicatur.— *Proposuit populo præcepta.* Vel ea populo recitando, vel tanquam fœderis, quod pungebat, conditionem imponendo, ut scilicet statuta et judicia custodirent.

* 26. *Omnia verba hæc.* Renovatum fœdus, et omnia quæ in eo dicta fuerant et facta. — *In volumine legis.* In quo Moses Deuteronomium conscripserat, quodque in arcæ latere constitui jusserat, Deut. 31. 24 et 26 ; e quo verisimiliter lecta sunt et proposita præcepta illa et judicia de quibus est sermo n. præcedenti. — *Et tulit lapidem pergrandem.* Erexit hunc lapidem quasi statuam, ut videtur appellari Judic. 9. 6, magnitudine quidem ingentem, sed impolitam et rudem, ut indicat quæst. 30. S. Aug. nisi quod aliqua in ea de fœdere isto incisa videtur inscriptio. — *Subter quercum.* LXX, *terebinthum*, ut etiam legit D. Aug. eodem numero. Quercus hæc a rabbinis et christianis auctoribus asseritur, sub qua in agro Sichem consedit Abraham, cum primum venit in Chananæam, Gen. 12. 6, et sub qua idola defodit Jacob, Genes. 35. 4. * Sed parum credibile est unam et eamdem quercum quingentis fere annis durare potuisse. — *Quæ erat in Sanctuario Domini.* Quæ scilicet erat in Silo, et comprehendebatur ambitu atrii tabernaculi. * Vel per sanctuarium intelligitur locus ille in quo tantisper arca stabat in Sichem, dum comitia absolverentur, in quo, vel juxta quem quercus illa erat, cui lapis ille suppositus fuit posteris monumentum futurus. Ita Bonfrerius.

Digitized by Google

malheur pour vous de servir le Seigneur, vous êtes dans la liberté de prendre tel parti qu'il vous plaira. Vous pouvez choisir aujourd'hui, si vous voulez, d'adorer, ou les dieux qu'ont servis vos pères dans la Mésopotamie, ou les dieux des Amorrhéens au pays desquels vous habitez : mais pour ce qui est de moi et de ma maison, nous servirons le Seigneur.

detur ut Domino serviatis, optio vobis datur : eligite hodie quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrum diis, quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum terra habitabitis : ego autem et domus mea serviemus Domino.

§ II. *Le peuple d'Israël promet de demeurer invariablement attaché au Seigneur. Josué meurt. Les os de Joseph sont ensevelis à Sichem. Mort d'Eléazar, fils d'Aaron.*

16. Le peuple lui répondit : A Dieu ne plaise que nous abandonnions le Seigneur, et que nous servions des dieux étrangers.

17. C'est le Seigneur notre Dieu qui nous a tirés lui-même du pays d'Egypte, de la maison de servitude ; qui a fait de si grands prodiges devant nos yeux, qui nous a gardés dans tout le chemin par où nous avons été, et parmi tous les peuples par où nous avons passé.

18. C'est lui qui a chassé devant nous toutes ces nations, et les Amorrhéens qui habitaient dans le pays où nous sommes maintenant. Nous servirons donc le Seigneur, parce que c'est lui-même qui est notre Dieu.

19. Josué répondit au peuple : Vous ne pourrez servir le Seigneur *si vous ne lui êtes très-fidèles*, parce que c'est un Dieu saint, un Dieu fort et jaloux, et il ne vous pardonnera point vos crimes et vos péchés.

20. Si *donc* vous abandonnez le Seigneur, et si vous servez des dieux étran-

16. Responditque populus, et ait : Absit a nobis ut relinquamus Dominum, et serviamus diis alienis.

17. Dominus Deus noster ipse eduxit nos, et patres nostros, de terra Ægypti, de domo servitutis : fecitque videntibus nobis signa ingentia, et custodivit nos in omni via, per quam ambulavimus, et in cunctis populis, per quos transivimus.

18. Et ejecit universas gentes, Amorrhæum habitatorem terræ, quam nos intravimus. Serviemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster (1).

19. Dixitque Josue ad populum : Non poteritis servire Domino : Deus enim sanctus, et fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis.

20. Si dimiseritis Dominum, et servieritis diis alienis, convertet

(1) Bible vengée, note XV.

15. *Optio vobis datur.* Non fit potestas quod voluerint eligendi, sed duo componuntur, quorum alterum pessimum est, alterum optimum, ut hoc eligendum esse clare omnino appareat. Sic dicimus : alterutrum vobis, o mortales, eligendum est : aut pœna æterna, aut perpetua beatitudo ; quod vultis eligite. Hoc exhortandi modo usus est Elias III. Reg. 18. 21 ; Eccli. 15. 18.

19. *Non poteritis servire Domino.* Est vehemens adhortatio ad fortiter et constanter capessendam servitutem Domini : sic imperator militibus postulantibus ut potestas fiat in hostem irrumpendi : Non vincetis, inquit, non resistetis eorum viribus, etc. : sicque animos eorum acuit in prælium. — *Deus enim sanctus.* Quasi dicat, servire Domino non poteritis, nisi magno animo et constanti voluntatis destinatione Deo adhærere statuatis, sanctos mores colere, nullumque crimen admittere, quo ille sanctitatis amator irritetur.

Digitized by Google

se, et affliget vos, atque subvertet postquam vobis præstiterit bona.

21. Dixitque populus ad Josue : Nequaquam ita ut loqueris, erit, sed Domino serviemus.

22. Et Josue ad populum, Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum ut serviatis ei. Responderuntque : Testes.

23. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, et inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel.

24. Dixitque populus ad Josue : Domino Deo nostro serviemus, et obedientes erimus præceptis ejus.

25. Percussit ergo Josue in die illo fœdus, et proposuit populo præcepta atque judicia in Sichem.

26. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini : et tulit lapidem pergrandem, posuitque eum subter quercum, quæ erat in sanctuario Domini (1) :

27. Et dixit ad omnem popu-

gers, il se tournera *contre vous*, il vous affligera et vous ruinera après tous les biens qu'il vous a faits.

21. Le peuple dit à Josué : Ces maux dont vous nous menacez n'arriveront point, mais nous servirons le Seigneur.

22. Josué répondit au peuple : Vous êtes témoins que vous avez choisi vous-mêmes le Seigneur pour le servir. Ils lui répondirent : Nous en sommes témoins.

23. Puisque vous êtes dans cette disposition, ajouta-t-il, ôtez les dieux étrangers du milieu de vous, *s'il y en reste encore quelques-uns*, et abaissez vos cœurs et les soumettez au Seigneur Dieu d'Israël.

24. Le peuple dit à Josué : Nous servirons le Seigneur notre Dieu, et nous obéirons à ses ordonnances.

25. Josué fit donc alliance en ce jour-là avec le peuple, et lui représenta les préceptes et les ordonnances du Seigneur à Sichem.

26. Il écrivit aussi toutes ces choses dans le livre de la loi du Seigneur, et il prit une très-grande pierre qu'il mit sous un chêne qui était dans le sanctuaire du Seigneur,

27. Et il dit à tout le peuple : Cette

(1) Bible vengée, Josué, note I, alinéa : *Il existait ce livre.*

---

25. *Percussit ergo Josue in die illo fœdus.* Modus quo percussit statim in sequentibus explicatur.— *Proposuit populo præcepta.* Vel ea populo recitando, vel tanquam fœderis, quod pungebat, conditionem imponendo, ut scilicet statuta et judicia custodirent.

* 26. *Omnia verba hæc.* Renovatum fœdus, et omnia quæ in eo dicta fuerant et facta. — *In volumine legis.* In quo Moses Deuteronomium conscripserat, quodque in arcæ latere constitui jusserat, Deut. 31. 24 et 26 ; e quo verisimiliter lecta sunt et proposita præcepta illa et judicia de quibus est sermo n. præcedenti. — *Et tulit lapidem pergrandem.* Erexit hunc lapidem quasi statuam, ut videtur appellari Judic. 9. 6, magnitudine quidem ingentem, sed impolitam et rudem, ut indicat quæst. 30. S. Aug. nisi quod aliqua in ea de fœdere isto incisa videtur inscriptio. — *Subter quercum.* LXX, *terebinthum*, ut etiam legit D. Aug. eodem numero. Quercus hæc a rabbinis et christianis auctoribus asseritur, sub qua in agro Sichem consedit Abraham, cum primum venit in Chananæam, Gen. 12. 6, et sub qua idola defodit Jacob, Genes. 35. 4. * Sed parum credibile est unam et eamdem quercum quingentis fere annis durare potuisse. — *Quæ erat in Sanctuario Domini.* Quæ scilicet erat in Silo, et comprehendebatur ambitu atrii tabernaculi. * Vel per sanctuarium intelligitur locus ille in quo tantisper arca stabat in Sichem, dum comitia absolverentur, in quo, vel juxta quem quercus illa erat, cui lapis ille suppositus fuit posteris monumentum futurus. Ita Bonfrerius.

Digitized by Google

pierre que vous voyez vous servira *de monument* et de témoignage qu'elle a entendu toutes les paroles que le Seigneur vous a dites, de peur qu'à l'avenir vous ne vouliez le nier, et mentir au Seigneur votre Dieu.

28. Il renvoya ensuite le peuple, afin que chacun retournât chez soi.

29. Après cela Josué, fils de Nun, serviteur du Seigneur, mourut, étant âgé de cent dix ans :

30. Et ils l'ensevelirent dans la terre qui était à lui à Thamnathsaré, qui est située sur la montagne d'Ephraïm, vers le septentrion du mont Gaas.

31. Israël servit le Seigneur pendant toute la vie de Josué et des anciens qui vécurent longtemps après Josué, et qui savaient toutes les œuvres *merveilleuses* que le Seigneur avait faites dans Israël.

32. Ils prirent aussi les os de Joseph, que les enfants d'Israël avaient emportés d'Egypte, et ils les ensevelirent à Sichem dans cet endroit du champ que Jacob avait acheté des enfants d'Hémor, père de Sichem, pour cent jeunes brebis, et qui fut depuis aux enfants de Joseph.

33. Eléazar, fils d'Aaron, mourut aussi, et ils l'ensevelirent à Gabaath, qui était à

lum: En lapis iste erit vobis in testimonium, quod audierit omnia verba Domini quæ locutus est vobis : ne forte postea negare velitis, et mentiri Domino Deo vestro.

28. Dimisitque populum, singulos in possessionem suam.

29. Et post hæc mortuus est Josue filius Nun servus Domini, centum et decem annorum (1) :

30. Sepelieruntque eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare, quæ est sita in monte Ephraim, a septentrionali parte montis Gaas.

31. Servivitque Israel Domino cunctis diebus Josue, et seniorum qui longo vixerunt tempore post Josue, et qui noverunt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel.

32. Ossa quoque Joseph, quæ tulerant filii Israel de Egypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Jacob a filiis Hemor patris Sichem, centum novellis ovibus, et fuit in possessionem filiorum Joseph.

33. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, et sepelierunt eum

(1) Bible vengée, note I, alinéa : *Josué, successeur de Moyse.*

---

27. *Quod audierit omnia verba Domini.* Lapidi tribuitur auditus per prosopopœiam. Sic Isa. 1. *Audite, cœli...* et Deuter. 32. 1. *Audite, cœli, quæ loquor; audiat terra verba oris mei.*

29. *Et post hæc mortuus est Josue.* Credibile est eum post ista comitia non diu vixisse, sed paulo post reversum domum excessisse e vita.

30. *Sepelieruntque eum.* Nulla hic mentio planctus et luctus populi, qui tamen in magnis viris per plures dies fieri solebat apud Hebræos; ut Jacob, Gen. 50; Aaron, Num. 20; Mosi, Deut. 34. His enim duobus totos 30 dies in luctu parentatum. Itaque nihil minus factum in Josue credendum est, licet non exprimatur.

31. *Servivitque Israel Domino cunctis diebus Josue.* Verum enim est dictum illud : *Quales principes sunt, tales reliqui solent esse cives.* * Tantumque valet benefactorum recens memoria, et virorum spectatorum auctoritas. Vide simile lib. II. Paral. 24. 2, 16, 17, 18.

32. *Ossa quoque Joseph.* Moriens Joseph jurejurando Israelitas obstrinxerat, ut sua ex Ægypto ossa in Chananæam asportarent, Genes. 50. 24. Id ab ipsis factum est, ut patet Exod. 13. 19. — *In parte agri quem emerat.* Vide dicta Gen. 33. 19.

Digitized by Google

in Gabaath Phinees filii ejus, quæ data est ei in monte Ephraim.

Phinées son fils, et qui lui avait été donnée en la montagne d'Ephraïm *non comme une ville sacerdotale qui convînt à sa dignité, mais comme une récompense due à son mérite particulier.*

---

33. *Quæ data est ei.* Τὸ *ei*, aliqui referunt ad Phinees, sic D. Hieronymus; alii ad Eleazarum, sic ex recentioribus Masius. Extrema hæc verba, quibus mors Josue narratur, ab aliquo pio et sancto propheta scripta fuisse dicendum est, si sequamur eorum sententiam, qui hujus libri auctorem faciunt ipsum Josue.

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

Le livre des Juges a toujours été reçu comme canonique. Il contient l'histoire de ce qui se passa depuis la mort de Josué jusqu'à celle de Samson, ce qui comprend environ trois cent dix-sept ans. On ne sait point précisément qui en est l'auteur. Quelques-uns l'attribuent à Samuel, d'autres à Ezéchias, et d'autres à Esdras. On croit qu'il a été écrit sur les mémoires que chaque juge avait laissés de ce qui s'était passé de son temps.

Ces juges n'étaient ni rois ni souverains; mais ils gouvernaient le peuple d'Israël sous l'autorité du Seigneur. Le peuple les choisissait quelquefois, et souvent Dieu les lui donnait dans sa miséricorde pour le délivrer des mains de ses ennemis. Leur vocation était ordinairement marquée par des signes extraordinaires, et confirmée par des victoires surprenantes. Telles furent celles de Barac, de Gédéon, de Jephté et de Samson.

On voit parmi ces juges une femme que Dieu avait remplie de l'esprit de prophétie, et qu'il rendit célèbre par la victoire qu'il lui fit remporter sur les ennemis de son peuple; et l'on apprend de là que Dieu se sert quelquefois des instruments les plus faibles pour exécuter ses plus grands desseins.

On apprend aussi du châtiment d'Adonibézec la juste proportion que Dieu garde entre le péché et la punition du péché.

Les ennemis que Dieu laisse au milieu de son peuple montrent l'utilité des tentations par lesquelles il éprouve la fidélité de ses serviteurs, les tient dans la dépendance, et les conserve dans l'humilité.

La sagesse qu'il donne à Debbora, et le courage qu'il inspire à Jahel font voir de quoi sont capables les personnes les plus faibles, lorsqu'il les remplit de sa grâce et de son esprit.

Le cantique que chante Debbora apprend à ceux qui réussissent dans leurs entreprises à en rapporter à Dieu tout le succès, et à lui en rendre toute la gloire.

Les signes que demande Gédéon, avant de se charger de la conduite du peuple du Seigneur, font voir combien il est nécessaire de s'assurer de la vocation de Dieu pour travailler à son œuvre, surtout au salut de son peuple.

Digitized by Google

Le peu de troupes que Dieu fait prendre à ce chef d'Israël, pour vaincre ses ennemis, montre combien le Seigneur est jaloux de sa gloire, et combien il craint que l'homme n'attribue à sa force et à sa sagesse ce qui n'est que l'effet de la sagesse et de la puissance divine.

Le moyen dont Dieu se sert pour faire connaître à Gédéon ceux qu'il destine pour combattre les Madianites apprend aux chrétiens que, pour vaincre les démons qui tâchent de leur ravir le royaume du ciel, ils ne doivent user qu'en passant des biens de la terre.

Les armes que Dieu met entre les mains de ce petit nombre de soldats choisis, et la manière dont il les fait combattre, apprend aux disciples de Jésus-Christ que ce n'est qu'en élevant leurs voix par la prière, et en brisant leurs corps par la mortification, qu'ils attireront sur eux les grâces et les lumières qui leur sont nécessaires, et qu'ils demeureront victorieux de leurs ennemis.

Ils apprennent aussi de l'exemple de Jephté, à ne faire des vœux qu'avec beaucoup de discrétion, et à les accomplir avec une exacte fidélité.

La chute de Samson leur apprend encore à fuir le commerce des femmes, et leur fait voir combien elles sont dangereuses à ceux mêmes qui sont revêtus de la force et de la puissance de Dieu. Samson résiste à tout, excepté aux caresses de Dalila.

Enfin on voit dans ce livre des exemples étonnants de l'aveuglement et de la faiblesse de l'homme en la personne des Juifs. Ils savaient, par une triste expérience, combien il leur était funeste d'abandonner le Seigneur et de se livrer au culte des idoles; et cependant ils retombaient sans cesse dans l'idolâtrie; et quoiqu'ils eussent éprouvé une infinité de fois que le Seigneur était toujours disposé à les recevoir lorsqu'ils retournaient à lui, ils demeuraient néanmoins des temps infinis sous la cruelle domination de leurs ennemis; montrant ainsi que rien n'est plus difficile à l'homme que de s'humilier, d'avouer sa misère, et de recourir à celui qui seul peut l'en délivrer.

On croit que les histoires qui sont rapportées dans les cinq derniers chapitres de ce livre ne sont point dans leur place; mais on ne peut dire précisément en quel temps elles sont arrivées.

Digitized by Google

LES JUGES [1].

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Après la mort de Josué Juda est nommé de Dieu même pour marcher à la tête des autres tribus contre leurs ennemis. Adonibézec est traité comme il avait traité soixante-dix rois. La ville de Jérusalem est prise et brûlée.*

L'AN DU MONDE 2570. — AVANT J.-C. 1434.

1. Après la mort de Josué les enfants d'Israël *s'étant multipliés, et se trouvant en état de remplir le pays que Dieu leur avait donné,* consultèrent le Seigneur et lui dirent : Qui marchera à notre tête pour combattre les Chananéens? et qui sera notre chef pour *continuer* la guerre *contre ces peuples anathématisés?*

2. Le Seigneur répondit : Juda marchera devant vous; je lui ai livré le pays *ennemi.*

3. Alors Juda dit à Siméon son frère : Venez m'aider à me rendre maître de la part qui m'est échue au sort, et à combattre les Chananéens; et ensuite j'irai vous aider à conquérir ce qui vous est échu. Siméon s'en alla donc avec Juda.

4. Et Juda ayant marché contre les ennemis, le Seigneur livra entre les mains des Hébreux les Chananéens et les Phérézéens, et ils en taillèrent dix mille en pièces à Bézec.

5. Ils trouvèrent à Bézec Adonibézec

1. Post mortem Josue consuluerunt filii Israel Dominum, dicentes : Quis ascendet ante nos contra Chananæum, et erit dux belli?

2. Dixitque Dominus : Judas ascendet : ecce tradidi terram in manus ejus.

3. Et ait Judas Simeoni fratri suo : Ascende mecum in sortem meam, et pugna contra Chananæum, ut et ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Simeon.

4. Ascenditque Judas, et tradidit Dominus Chananæum ac Pherezæum in manus eorum : et percusserunt in Bezec et decem millia virorum.

5. Inveneruntque Adonibezec

(1) Bible vengée, Les Juges, note I.

CAP. I. 1. *Post mortem Josue.* Et justa funeris ei persoluta, ut diximus Josue cap. 24, 30.— *Consuluerunt filii Israel Dominum.* Comitiis in Silo convocatis, consuluerunt Dominum per pontificem, adhibito oraculo Urim et Thummim. — *Quis ascendet ante nos?* Non est sensus, quis erit dux noster, sed quænam tribus contra Chananæum pugnare incipiet, et suo exemplo aliis præibit, ut idem faciant.

2. *Judas ascendet.* Tribus Juda ipsa expeditionem in hostes prima suscipiet.

3. *Ait Judas Simeoni fratri suo.* Licet tribus omnes ob unum patrem Jacob fratres inter se dici possent, Simeon tamen Judæ frater appellatur; quia in terræ sortitione et possessione vicinissimi facti sunt Judæis Simeonitæ, adeo ut in illorum sortem ac pene sinum recepti sint, ut patet Josue 19. 2. * Adde Judam et Simeonem fratres fuisse non solum eodem patre Jacob, sed eadem etiam matre Lia genitos.

4. *Bezec.* Bezec significat fulgur, sive coruscationem; fuitque ea urbs ipsi Bethlehem ad occidentale latus proxima.

5. *Adonibezec.* Id est, dominus Bezec.

Digitized by Google

in Bezec, et pugnaverunt contra eum, ac percusserunt Chananæum et Pherezæum.

6. Fugit autem Adonibezec : quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum ejus ac pedum (1).

7. Dixitque Adonibezec : Septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias : sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Jerusalem, et ibi mortuus est (2).

8. Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceperunt eam, et percusserunt in ore gladii, tradentos cunctam incendio civitatem.

qui était un des plus puissants rois du pays : ils le combattirent, et défirent les Chananéens et les Phérézéens *qui composaient son armée.*

6. Adonibézec ayant pris la fuite, ils le poursuivirent, le prirent et lui coupèrent les extrémités des mains et des pieds.

7. Alors Adonibézec dit : J'ai fait couper l'extrémité des mains et des pieds à soixante-dix rois qui mangeaient sous ma table les restes de ce qu'on me servait : Dieu m'a traité comme j'ai traité les autres. Ensuite ils l'amenèrent à Jérusalem où il mourut.

7. Car les enfants de Juda ayant mis le siége devant Jérusalem, la prirent, taillèrent en pièces tout ce qu'ils y trouvèrent, et mirent le feu dans toute la *partie de la* ville *qui leur était échue en partage.*

§ II. ***Les enfants de Juda combattent les Chananéens et les défont. Le Seigneur est avec Juda et le rend maître de toutes les côtes des montagnes.***

9. Et postea descendentes pugnaverunt contra Chananæum, qui habitabat in montanis, et ad meridiem, et in campestribus.

10. Pergensque Judas contra Chananæum, qui habitabat in Hebron (cujus nomen fuit antiqui-

9. Ils descendirent ensuite pour combattre les Chananéens *qui étaient restés* dans le pays des montagnes, vers le midi et dans la plaine.

10. Et Juda ayant marché contre les Chananéens qui habitaient à Hébron, dont le nom était autrefois Cariatharbé, défit Se-

(1) Bible vengée, note II. — (2) Bible vengée, note II.

---

7. *Septuaginta reges.* Reguli, iique vel diversorum omnes locorum domini, vel interdum eorumdem, sed quorum alii aliis successerunt. — *Amputatis manuum ac pedum summitatibus.* Quod propterea factum, ne deinceps arma tractare possent, nec pedibus effugere. — *Colligebant sub mensa mea.* Nota crudelitatem tyranni qui captivis principibus ita illuderet; nota etiam luxum epularum; oportuit enim admodum luxuriose instructam mensam illam fuisse, ex cujus deciduis reliquiis septuaginta viri alerentur. — *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Verum enim est dictum Sapientiæ c. 11. 17 : *Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.* — *Adduxeruntque eum in Jerusalem.* Quæ paulo post capta est, ut dicitur versiculo sequenti.

8. *Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem.* Jerusalem pars australis, quæ olim Jebus dicebatur, pertinebat ad tribum Juda; altera vero pars, quæ erat ad septentrionem, et dicebatur Salem, spectabat ad tribum Benjamin. Oppugnant ergo Judæi Jerusalem, quia ex parte intra suos fines erat, et quia Benjamitæ ut id facerent pro sua portione concedebant. — *Percusserunt in ore gladii.* Cædibus ac flammis vastatam putat Serarius, quod post defectionem nunc secundo sit capta. Videtur enim illam primo cepisse Josue, cum rex Jerusalem ab eo captus suspensus dicatur, Josue c. 12. 10.

10. *Contra Chananæum qui habitabat in Hebron.* Hæc, quæ hic recensentur,

Digitized by Google

sai, Ahiman et Tholmaï, *qui y commandaient, et il y établit Caleb, à qui cette ville avait été donnée en partage.*

11. Etant parti de là il marcha contre les habitants de Dabir, qui s'appelait autrefois Cariathsépher, c'est-à-dire la ville des Lettres.

12. Alors Caleb dit : Je donnerai ma fille Axa pour femme à celui qui prendra et ruinera Cariathsépher.

13. Et Othoniel, fils de Cénez, frère puîné de Caleb, l'ayant prise, il lui donna pour femme sa fille Axa.

14. Et lorsque Axa était en chemin avec Othoniel, son mari, Othoniel l'avertit de demander un champ à son père. Axa donc étant montée sur un âne commença à soupirer, et Caleb lui dit : Qu'avez-vous ?

15. Elle lui répondit : Donnez-moi votre bénédiction, *et accordez-moi une grâce :* vous m'avez donné une terre sèche ; donnez-m'en une aussi où il y ait des eaux en abondance. Caleb donc lui donna une terre dont le haut et le bas étaient arrosés d'eau.

16. Or les enfants de *Jéthro* Cinéen, allié de Moïse, *qui avait demeuré avec les Israélites dans le désert, et qui les avait suivis dans la terre promise*, montèrent de la ville des Palmes, avec les enfants de Juda, au désert qui était échu en partage à cette tribu, et qui est vers le midi d'Arad ; et *s'y étant établis* ils *y* habitèrent avec eux, *menant une vie retirée.*

tus Cariatharbe), percussit Sesai, et Ahiman, et Tholmai :

11. Atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cujus nomen vetus erat Cariathsepher, id est, civitas Litterarum.

12. Dixitque Caleb : Qui percusserit Cariathsepher, et vastaverit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem.

13. Cumque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam conjugem.

14. Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb : Quid habes ?

15. At illa respondit : Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi : da et irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, et irriguum inferius.

16. Filii autem Cinæi cognati Moysi, ascenderunt de civitate Palmarum, cum filiis Juda, in desertum sortis ejus, quod est ad meridiem Arad, et habitaverunt cum eo.

---

narrata sunt et explicata, Josue c. 15, n. 14, et deinceps ; est enim idem bellum, et eadem expeditio.

11. *Civitas Litterarum.* Vel quod ibi fuerit academia, ut vult Lyranus ; vel archivium veterum monumentorum, ut Masius, vel insignis bibliotheca, ut Arias sentit. Sic *Madrid* arabice *matrem scientiarum* significat.

16. *Filii autem Cinæi cognati Moysi.* Filii Jethro, ut expresse habent LXX, qui etiam Cinæus dictus est. — *De civitate Palmarum.* De Jericho, quæ etiam dicitur civitas Palmarum, ut patet Deut. 34. 3, et II Paral. 28. 15. — *In desertum.* In solitudinem quæ in australi Judææ termino. Cur relicta urbe in solitudinem abierint non exprimitur in Scriptura. Probabile, quod sensit Serarius, eos hoc ipso jam tempore vitam illam, quæ tempore veteris testamenti monastice quædam et anachoretice fuit, quæque Jerem. 35, valde a Domino laudatur, inchoasse, ac propterea solitudinis opportunitatem captasse, et in solis tabernaculis habitasse, prout infra, c. 4, n. 11, de Haber Cinæo dicitur. — *Ad meridiem Arad.* Erat Arad ab Jericho ac Jerusalem procul, ad extremas occidentales meridionalesque Salsi maris partes, ut ex Num.

Digitized by Google

17. Abiit autem Judas cum Simeone fratre suo, et percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephaath, et interfecerunt eum. Vocatumque est nomen urbis, Horma, id est, anathema.

18. Cepitque Judas Gazam cum finibus suis, et Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis.

19. Fuitque Dominus cum Juda, et montana possedit : nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.

20. Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui delevit ex ea tres filios Enac.

17. Juda s'en étant allé aussi avec son frère Siméon, ils défirent ensemble les Chananéens qui habitaient à Séphaath, et les passèrent au fil de l'épée. *Et parce que* cette ville *avait été dévouée au Seigneur, elle* fut appelée Horma, c'est-à-dire anathème.

18. Juda prit aussi Gaza avec ses confins; Ascalon et Accaron avec leurs confins.

19. *Car* le Seigneur fut avec Juda, et il se rendit maître de toutes les côtes des montagnes; mais il ne put défaire ceux qui habitaient dans la vallée, parce qu'ils avaient une grande quantité de chariots armés de faux, *que ceux de Juda n'osèrent attaquer,*

20. Et ils donnèrent, selon que Moïse l'avait ordonné, Hébron à Caleb, qui, *aidé de leurs secours,* en extermina les trois fils d'Enac *qui y habitaient.*

§ III. *Les enfants de Benjamin ne tuent point les Jebuséens qui demeuraient à Jérusalem. La maison de Joseph prend la ville de Luza, et en extermine tous les habitants. Manassé conserve les Chananéens, et se rend tributaire.*

21. Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non deleverunt filii Benjamin : habitavitque Je-

21. Mais les enfants de Benjamin ne tuèrent point les Jébuséens qui demeuraient à Jérusalem, *dans la partie de la ville qui*

---

21. 1, et topographorum consensu patet. *—*Habitaverunt cum eo.* In hebræo est, *cum populo,* Israelitarum scilicet.

17. *Interfecerunt eum.* LXX, ἀνεθεμάτισαν, anathema fecerunt, concepto fortasse voto, si caperent, se omnes internecione deleturos, ut Num. cap. 21 2, fecerant, cum pugnarent contra regem Arad Chananæum; vel in actionem gratiarum, ut Jericho, Josue, 6. 17.

18. *Gazam... Ascalonem, atque Accaron.* Urbes in sacris Litteris, et apud profanos etiam auctores admodum celebres. Harum tamen postea Gazam in Philistæorum rediisse potestatem patet ex historia Samsonis, qui Judic. 15 et 16, contra Gazæos pugnasse narratur. Idem de Ascalone et Accaron habemus I. Reg. 6. 17.

19. *Nec potuit delere habitatores vallis.* Potuisset sane, si Deus illi adfuisset, verum stulta formido ob currus falcatos concepta, et de divino auxilio diffidentia impedimento fuit, quominus iis Deus opem ferret, ut gentes illas subigerent. — *Falcatis curribus.* Falcatorum curruum descriptionem habes apud Curtium l. 4, et Livium l. 7, decad. 4. Erant currus falcati ita instructi, ut hastæ supra temones eminerent, et ab utroque latere falces; ex quo fiebat ut ab aurigis laxatis habenis, hostes transfigerentur lanceis, falcibus lacerarentur, et equorum ungulis ac rotis obtererentur.

20. *Sicut dixerat Moyses.* Num. 14. 24. — *Qui delevit ex ea tres filios Enac.* Vide Josue, 15. 14.

21. *Non deleverunt.* Quod etiam aliæ tribus fecerunt, ut patet hoc cap. n. 28. Est autem in hoc ab Israelitis peccatum ignavia et lucri cupiditate. Ignavia quidem, quia ut bellandi finem et quietem qualemcumque conseque-

Digitized by Google

était dans leur tribu; et *ainsi* les Jébuséens demeurèrent à Jérusalem avec les enfants de Benjamin, comme ils y sont encore aujourd'hui.

22. La maison de Joseph marcha aussi contre Béthel; et le Seigneur était avec eux, *pour les faire réussir dans cette entreprise.*

23. Car, lorsqu'ils assiégeaient la ville qui s'appelait auparavant Luza,

24. Ayant vu un homme qui en sortait, ils lui dirent : Montrez-nous par où l'on peut entrer dans la ville, et nous vous ferons miséricorde.

25. Cet homme le leur ayant montré, ils *y entrèrent*, passèrent au fil de l'épée tout ce qui se trouva dans la ville, et conservèrent cet homme avec toute sa maison.

26. Cet homme étant libre s'en alla au pays d'Hetthim, où il bâtit une ville qu'il appela Luza, qui est le nom qu'elle porte encore aujourd'hui.

27. Manassé aussi ne détruisit pas entièrement Bethsan et Thanac, avec les villages qui en dépendent, ni les habitants de Dor, de Jéblaam et de Mageddo, avec les villages voisins : et les Chananéens commencèrent à demeurer avec eux.

28. Lorsque Israël fut devenu plus fort, il les rendit tributaires, mais il ne voulut point les exterminer, *de peur de perdre le profit qu'il en pouvait tirer.*

busæus cum filiis Benjamin in Jerusalem, usque in præsentem diem.

22. Domus quoque Joseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis.

23. Nam cum obsiderent urbem, quæ prius Luza vocabatur,

24. Viderunt hominem egredientem de civitate, dixeruntque ad eum : Ostende nobis introitum civitatis, et faciemus tecum misericordiam.

25. Qui cum ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladii : hominem autem illum, et omnem cognationem ejus, dimiserunt.

26. Qui dimissus, abiit in terram Hetthim, et ædificavit ibi civitatem, vocavitque eam Luzam, quæ ita appellatur usque in præsentem diem.

27. Manasses quoque non delevit Bethsan, et Thanac cum viculis suis, et habitatores Dor, et Jeblaam, et Mageddo cum viculis suis, cœpitque Chananæus habitare cum eis.

28. Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, et delere noluit.

---

rentur, Chananæis pepercerunt : lucri vero cupiditate, quia tributarios illos, quam nullos habere maluerunt.

23. *Urbem, quæ prius Luza vocabatur.* Hæc est Bethel. Luza dicebatur quasi *Nux*, a nucum copia.

24. *Ostende nobis introitum civitatis.* Justum erat bellum ex parte Israelitarum, et Dominus volebat Chananæos deleri : potuit ergo citra proditionis crimen divinæ subservire *voluntati.*

25. *Hominem autem illum... dimiserunt.* Fortasse apud se habere noluerunt, quod illi parum fiderent vererenturque ne, si se daret occasio, paria in Israelitas auderet, eisque moliretur exitium.

* 26. *In terram Hetthim.* Quænam hæc terra sit ignotum. Videtur fuisse regio aliqua non procul a Chananæa. Josephus l. 1, Antiquit. cap. 2, meminit urbis cujusdam quæ Λουσσα dicitur, et sita est in Arabia Judææ vicina. — *Vocavitque eam Luzam.* Pro eo quod in patriam, quam reliquerat, affectus erat.

28. *Delere noluit.* Vide dicta n. 21.

Digitized by Google

§ IV. *Ephraïm, Zabulon, Aser et Nephthali n'exterminèrent point les Chananéens et se contentent de les rendre tributaires. Les enfants de Dan, resserrés d'abord par les Amorrhéens, se les rendent enfin tributaires.*

29. Ephraim etiam non interfecit Chananæum, qui habitabat in Gazer, sed habitavit cum eo.

30. Zabulon non delevit habitatores Cetron, et Naalol : sed habitavit Chananæus in medio ejus, factusque est ei tributarius.

31. Aser quoque non delevit habitatores Accho, et Sidonis, Ahalab, et Achazib, et Helba, et Aphec, et Rohob :

32. Habitavitque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum.

33. Nephthali quoque non delevit habitatores Bethsames, et Bethanath : et habitavit inter Chananæum habitatorem terræ, fueruntque ei Bethsamitæ et Bethanitæ tributarii.

34. Arctavitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum ut ad planiora descenderent :

35. Habitavitque in monte Hares, quod interpretatur testaceo, in Aialon et Salebim. Et aggravata est manus domus Joseph, factusque est ei tributarius.

36. Fuit autem terminus Amorrhæi ab ascensu Scorpionis, Petra, et superiora loca.

29. Ephraïm ne tua point aussi les Chananéens qui habitaient à Gazer, mais il demeura avec eux.

30. Zabulon n'extermina point les habitants de Cétron et de Naalol ; mais les Chananéens demeurèrent au milieu d'eux, et ils devinrent leurs tributaires.

31. Aser n'extermina point non plus les habitants d'Accho, de Sidon, d'Ahalab, d'Achazib, d'Helba, d'Aphec et de Rohob ;

32. Et ils demeurèrent au milieu des Chananéens qui habitaient dans ces pays-là, et ils ne les tuèrent point.

33. Nephthali n'extermina point non plus les habitants de Bethsamès et de Bethanath ; mais il demeura au milieu des Chananéens qui habitaient en ce pays-là ; et ceux de Bethsamès et de Bethanath lui devinrent tributaires.

34. Les Amorrhéens tinrent les enfants de Gad fort resserrés dans la montagne, sans leur donner lieu de s'étendre en descendant dans la plaine :

35. Et ils habitèrent sur la montagne d'Harès, c'est-à-dire la montagne de l'argile, dans Aialon et dans Salébim ; mais la maison de Joseph étant devenue plus puissante, elle se rendit les Amorrhéens tributaires.

36. Et le pays des Amorrhéens eut pour limites la montée du Scorpion, Pétra, et les lieux les plus élevés, *ayant été chassés de la plaine qu'ils occupaient auparavant.*

---

* 35. *Habitavitque.* Non Dan, sed Amorrhæus. * — *Testaceo.* Ab aggestis in montem illum testarum fragmentis ita appellato. — *Aggravata est.* Prævaluit * contra Amorrhæos.

36. *Ab ascensu Scorpionis.* De quo vide dicta Num. c. 34, n. 4. * — *Petra.* Urbs erat in montibus in extremis finibus Chananææ ad austrum, cujus mentionem facit Josephus lib. 3 Antiq. cap. 2. * — *Et superiora loca.* Significatur Amorrhæos ad ipsam Petram pertigisse, et ulterius versus montium horum australium culmina habitationem suam extendisse.

Digitized by Google

CHAPITRE II.

§ I. *Un ange reprend les Israélites d'avoir fait alliance avec les Chananéens, et de les avoir épargnés contre l'ordre de Dieu. Il leur déclare qu'ils auront ces peuples pour ennemis, et que leurs dieux seront cause de leur ruine.*

L'AN DU MONDE 2570. — AVANT J.-C. 1434.

1. Cette *condescendance que les Israélites eurent pour les Chananéens, contre l'ordre de Dieu, les réduisit bientôt à une extrême misère : en sorte qu'ils s'assemblèrent pour chercher les moyens de se délivrer des maux dont ils étaient accablés.* Alors l'ange du Seigneur vint de Galgala, *où ils avaient renouvelé l'alliance avec le Seigneur,* au lieu *où ils étaient assemblés, qui fut depuis appelé le lieu* des Pleurants; *et parlant en la personne de Dieu même,* il dit : Je vous ai tirés de l'Egypte, je vous ai fait entrer dans la terre que j'avais juré de donner à vos pères, et je vous ai promis de garder à jamais l'alliance que j'avais faite avec vous;

1. Ascenditque angelus Domini de Galgalis ad locum Flentium, et ait : Eduxi vos de Ægypto, et introduxi in terram, pro qua juravi patribus vestris : et pollicitus sum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum :

2. Mais à condition que vous ne feriez point d'alliance avec les habitants du pays de Chanaan, et que vous renverseriez leurs autels; et cependant vous n'avez point voulu écouter ma voix. Pourquoi avez-vous agi de la sorte?

2. Ita duntaxat ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, sed aras eorum subverteretis, et noluistis audire vocem meam : cur hoc fecistis?

3. C'est pour cette raison que je n'ai point voulu exterminer ces *peuples* de de-

3. Quamobrem nolui delere eos a facie vestra : ut habeatis hostes,

---

CAP. II. 1. *Angelus Domini.* Videtur fuisse angelus ille qui in iisdem Galgalæ partibus apparuerat, Josue c. 5, n. 13; quem, ut ibi dixi, aliqui Gabrielem, alii Michaelem, alii alium fuisse putant : sunt qui putent fuisse prophetam aliquem, nuntium et interpretem divinæ voluntatis; * quod ex eo colligunt, quia locus ex quo venit nominatur. Non est novum prophetam vocari angelum. Vide Aggæi 1. 13 : sic etiam sacerdotem, Malach. 2. 7. — *De Galgalis.* Causa cur ascendere, seu apparere voluerit in Galgalis, fuisse videtur ut tot et tantorum beneficiorum illic acceptorum, et renovati per circumcisionem fœderis memoria refricaretur. Ita Theodor. quæst. 6. — *Ad locum Flentium.* Ad locum in quo fleverant, vel in quo auditis quæ angelus nuntiabat fleverunt. Aliqui putant esse Silo, quia n. 5, dicitur in hoc Flentium loco sacrificatum; nullibi autem sacrificare licebat, nisi ubi erat tabernaculum quod eo tempore erat in Silo. * Bonfrerius ex Josepho l. 7. Antiq. cap. 4, et ex LXX interpretibus, II Reg. 5. 23, putat fuisse silvam ultra vallem Raphaim ab urbis Jerusalem parte occidua; sive ergo hic, sive alius fuit locus, dicendum eo ipso, quod angelus eos ad propitiandum Deum hortabatur, etiam illis inspirasse, aut etiam diserte significasse ut ibi sacrificarent, * quod non semel factitatum. Vide Judic. 6. 20, 26, 28, et c. 13 19, et II. Reg. c. ult. 18, et I. Paral. 21. 18, et III. Reg. 18. 32.

Digitized by Google

et dii eorum sint vobis in ruinam.

vant vous, en sorte que vous les ayez pour ennemis, et que leurs dieux, *que vous avez épargnés*, vous soient un sujet de ruine, *en vous portant à les adorer.*

4. Cumque loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, elevaverunt ipsi vocem suam, et fleverunt.

4. Lorsque l'ange du Seigneur disait ces paroles à tous les enfants d'Israël, ils élevèrent leurs voix, et se mirent à pleurer.

5. Et vocatum est nomen loci illius : Locus Flentium, sive Lacrymarum : immolaveruntque ibi hostias Domino.

5. Ce même lieu en fut appelé le lieu des Pleurants, ou *le lieu* des Larmes; et ils y immolèrent des hosties au Seigneur.

§ II. *Après la mort de Josué les enfants d'Israël oublient le Seigneur et s'abandonnent au culte des idoles. Maux dont le Seigneur les afflige pour punir leur infidélité.*

6. Dimisit ergo Josue populum, et abierunt filii Israel unusquisque in possessionem suam, ut obtinerent eam :

6. *Or voici comment les Israélites tombèrent dans les désordres qui attirèrent sur eux la colère du Seigneur.* Josué *leur ayant partagé la terre de Chanaan, crut qu'il n'y avait plus rien à faire qu'à les envoyer en prendre possession. Il* envoya donc le peuple, et les enfants d'Israël s'en allèrent chacun dans le pays qui leur était échu en partage, pour s'en rendre maîtres; *ce qu'ils firent.*

7. Servieruntque Domino cunctis diebus ejus, et seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, et noverant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel.

7. Et ils servirent le Seigneur tout le temps de la vie de Josué et des anciens, qui vécurent longtemps après lui, et qui savaient toutes les œuvres merveilleuses que le Seigneur avait faites en faveur d'Israël.

8. Mortuus est autem Josue filius Nun, famulus Domini, centum et decem annorum,

8. Cependant Josué, fils de Nun, serviteur du Seigneur, mourut âgé de cent dix ans,

9. Et sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare in monte Ephraim, a septentrionali plaga montis Gaas.

9. Et on l'ensevelit dans l'héritage qui lui était échu à Thamnathsaré, sur la montagne d'Ephraïm, vers le septentrion du mont Gaas.

10. Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos : et surrexerunt alii, qui non noverant Dominum, et opera quæ fecerat cum Israel.

10. Toute la race de ces premiers hommes ayant donc été réunie à leurs pères, il s'en éleva d'autres à leur place, qui ne connaissaient point le Seigneur ni les merveilles qu'il avait faites en faveur d'Israël.

---

3. *In ruinam.* Id est, ruinæ occasio. LXX, *scandalum.*

6. *Dimisit ergo Josue.* Hæc repetita sunt ex cap. 24. libri Josue, et hic inserta. Non ergo existimandum Josue, cum hæc acciderunt, superstitem fuisse; nam c. 1 dictum fuerat Josue mortuum, et D. Aug. quæst. 14 : *Hæc,* ait, *per recapitulationem iterari nulla dubitatio.* Porro ista repetuntur hoc loco ut ostendatur quando et quandiu Israelitæ in officio perstiterint, et quomodo in idololatriam lapsi sint. Vide horum quinque versiculorum explicationem supra, cap. 24. lib. Josue.

Digitized by Google

11. Alors les enfants d'Israël firent le mal à la vue du Seigneur, et ils servirent Baal.

12. Ils abandonnèrent le Seigneur le Dieu de leurs pères, qui les avait tirés de l'Egypte, et ils servirent des dieux étrangers, les dieux des peuples qui demeuraient autour d'eux; ils les adorèrent, et irritèrent la colère du Seigneur,

13. L'ayant quitté pour servir Baal et Astaroth.

14. Le Seigneur étant donc en colère contre Israël les exposa en proie, et les livra entre les mains de leurs ennemis, qui les ayant pris les vendirent aux nations ennemies qui demeuraient autour d'eux, et ils ne purent résister à ceux qui les attaquaient.

15. Mais de quelque côté qu'ils allassent, la main du Seigneur était sur eux, comme le Seigneur le leur avait dit, même avec serment, et ils tombèrent en des misères extrêmes.

16. Dieu leur suscita des juges pour les délivrer des mains de ceux qui les opprimaient; mais ils ne voulurent pas seulement les écouter, *ou ne les écoutèrent pas longtemps :*

11. Feceruntque filii Israel malum in conspectu Domini, et servierunt Baalim.

12. Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti : et secuti sunt deos alienos, deosque populorum, qui habitabant in circuitu eorum, et adoraverunt eos : et ad iracundiam concitaverunt Dominum,

13. Dimittentes eum, et servientes Baal et Astaroth.

14. Iratusque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium : qui ceperunt eos, et vendiderunt hostibus, qui habitabant per gyrum : nec potuerunt resistere adversariis suis :

15. Sed quocumque pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, et juravit eis : et vehementer afflicti sunt.

16. Suscitavitque Dominus judices, qui liberarent eos de vastantium manibus : sed nec eos audire voluerunt,

---

11. *Servierunt Baalim.* Vox Baal *dominum* significat, et accipitur aliquando generatim pro diis, deabusque omnibus; aliquando speciatim pro certo aliquo deo, aut dea, sive addatur nomen peculiare dei illius, ut cum dicitur Baal Berith, sive intelligendum relinquatur ex loci circumstantia, vel alia quapiam, quisnam deus ille sit.

13. *Astaroth.* Significat hæc vox vel generatim plura numina, quæ tamen feminino sexu colantur; vel definite unum aliquod; alia enim erat Astarthe Sidoniorum, alia Ascalonitarum, alia Tyriorum. Sub his autem nominibus colebatur aut Venus, aut Diana, aut Luna, etc.

14. *Vendiderunt.* Hebr. et LXX, *vendidit,* Deus scilicet, quod idem est, ac tradidit, ut habet Chaldæus, quæ enim aliqui venduntur, illi traduntur, estque phrasis non infrequens in Scriptura; ut cum dicitur Isa. 50. 1 : *Quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris venditi estis.*

15. *Quocumque pergere voluissent.* Id est, quidquid incœpissent, aut conati essent. — *Manus Domini super eos.* Seu ut hebr. et græce dicitur, *in ipsorum malum super eos erat.* — *Sicut... juravit.* Lev. c. 26. 14, et Deut. c. 28. 15, quibus locis quamvis juramentum non legatur, adhibitum tamen docent Cajet. et Serarius. — *Et vehementer afflicti sunt.* Seu, *compressati,* ut in Scorpiaco legit Tertullianus.

16. *Suscitavitque.* Judices, de quibus hic est sermo, fuerunt principes qui Israelitarum populum e servitutibus et malis, quibus tunc premebantur, vin-

Digitized by Google

17. Fornicantes cum diis alienis et adorantes eos. Cito deseruerunt viam, per quam ingressi fuerant patres eorum: et audientes mandata Domini, omnia fecere contraria.

18. Cumque Dominus judices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, et audiebat afflictorum gemitus, et liberabat eos de cæde vastantium.

19. Postquam autem mortuus esset judex, revertebantur, et multo faciebant pejora quam fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, servientes eis, et adorantes illos. Non dimiserunt adinventiones suas, et viam durissimam, per quam ambulare consueverunt.

20. Iratusque est furor Domini in Israel, et ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, et vocem meam audire contempsit:

21. Et ego non delebo gentes, quas dimisit Josue, et mortuus est:

22. Ut in ipsis experiar Israel, utrum custodiant viam Domini, et ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non.

23. Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, et cito subvertere noluit, nec tradidit in manus Josue.

17. *Car* ils se prostituèrent *de nouveau* aux dieux étrangers en les adorant. Ils abandonnèrent bientôt la voie par laquelle leurs pères avaient marché, *et qu'ils leur avaient annoncée.* Et ayant entendu *de leur bouche* les ordonnances du Seigneur, ils firent tout le contraire.

18. Lorsque Dieu leur avait suscité des juges *qui tâchaient de les ramener au Seigneur,* il se laissait fléchir à sa miséricorde, pendant que ces juges vivaient: il écoutait les soupirs des affligés, et les délivrait de ceux qui les avaient pillés, et qui en avaient fait un grand carnage.

19. Mais après que le juge était mort, ils retombaient aussitôt dans leurs péchés, et faisaient des actions encore plus criminelles que leurs pères, en suivant des dieux étrangers, en les servant et les adorant. Ils ne revenaient point des égarements de leurs cœurs, ni de la voie très-dure *et très-impie* par laquelle ils avaient accoutumé de marcher.

20. La fureur du Seigneur s'alluma donc contre Israël, et il dit: Puisque ce peuple a violé l'alliance que j'avais faite avec ses pères, et qu'il a négligé d'entendre ma voix,

21. Je n'exterminerai point aussi les nations que Josué a laissées lorsqu'il est mort,

22. Afin que j'éprouve par là si les enfants d'Israël gardent ou ne gardent pas la voie du Seigneur, et s'ils y marchent comme leurs pères y ont marché.

23. C'est pour cette raison que le Seigneur laissa subsister toutes ces nations, qu'il ne voulut point les détruire en peu de temps, et qu'il ne les livra point entre les mains de Josué.

---

dicarunt, eumque toto vitæ suæ tempore postea ex legum præscripto, senatorumque conciliis rexerunt: ad hoc ipsum vel mirabiliter a Deo excitati, vel a populo ipso electi et invitati.

18. *Et liberabat eos.* Ideoque judices *salvatores* appellati sunt in Scriptura: ita enim vocantur c. 3. hujus libri, n. 9; et 2 Esdræ 9. 27.

19. *Viam durissimam.* Licet enim scelerum via mollis et jucunda videatur, quia tamen in ærumnas et damna gravissima fert, Deumque durum, seu iratum efficit, dura dicitur.

22. *Experiar.* Hebr. et LXX, *tentem,* periculum faciam.

23. *Dimisit ergo.* Quasi dicat: Dominus, qui futura prævidebat, noluit statim delere nationes illas.

Digitized by Google

CHAPITRE III.

§ I. *Peuples que le Seigneur laisse au milieu des enfants d'Israël pour les exercer et pour éprouver leur fidélité. Alliance que les Israélites contractent avec les nations infidèles. Crimes dont elles sont suivies. Dieu, pour les punir, livre les enfants d'Israël à Chusan, roi de Mésopotamie. Ils crient au Seigneur qui leur envoie Othoniel pour les délivrer.*

1. Voici les *noms des* peuples que le Seigneur laissa vivre pour servir d'exercice et d'instruction aux Israélites, et à tous ceux qui ne connaissaient point *comment il fallait se conduire dans* les guerres des Chananéens;

2. Afin que leurs enfants apprissent après eux a combattre contre leurs ennemis, et qu'ils s'accoutumassent à ces sortes de combats *où l'on obtient la victoire par la protection de Dieu, et non par la valeur ou par la multitude des soldats.*

3. *Ces peuples furent* les cinq princes des Philistins; *car ceux de Gaza, d'Ascalon et d'Accaron, que la tribu de Juda avait assujettis, secouèrent bientôt le joug qu'on leur avait imposé, et restèrent dans leur pays, aussi bien que* tous les Chananéens, les Sidoniens et les Hévéens, qui habitaient sur le mont Liban, depuis la montagne de Baalhermon jusqu'à l'entrée d'Emath.

4. Le Seigneur laissa ces peuples pour éprouver ainsi Israël, et pour voir s'il obéirait ou s'il n'obéirait pas aux commande-

1. Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, et omnes qui non noverant bella Chananæorum (1);

2. Ut postea discerent filii eorum certare cum hostibus, et habere consuetudinem præliandi:

3. Quinque satrapas Philistinorum, omnemque Chananæum, et Sidonium, atque Hevæum, qui habitabat in monte Libano, de monte Baalhermon usque ad introitum Emath.

4. Dimisitque eos, ut in ipsis experiretur Israelem, utrum audiret mandata Domini quæ præ-

(1) Bible vengée, note III.

Cap. III. 1. *Ut erudiret in eis Israelem.* Hebraicum verbum tentare significat; ita ut causa sit eadem quæ superiori c. 2. 21, 22 : *Non delebo, etc., ut in ipsis experiar Israel, utrum custodiant viam Domini, etc.;* et hoc eod. c. 3, n. 4 : *Dimisitque eos, ut in ipsis experiretur Israelem, utrum audiret mandata Domini, etc.* — *Qui non noverant bella Chananæorum.* Qui ea non viderant et experti non erant.

2. *Ut postea discerent filii eorum certare cum hostibus.* Aliqui ex textu græco et hebræo hunc sensum esse putant, ut filii Israel intelligant quid sit præliari cum Chananæis, quam scilicet durum plenumque discriminis. Alii textui nostro convenientius, ut filii Israel artem bellandi condiscerent frequenti armorum tractatione, bellisque gerendis cum Chananæis, a quibus artem militarem docerentur, dum hoc modo exercebantur.

3. *Satrapas.* Id est, præfectos, seu principes : vox est persica.— *De monte Baalhermon.* Videtur is mons sic dictus ab idolo et templo ejus quod erat ad Hermon. Porro mons Hermon prope Antilibanum est ad septentrionem Palæstinæ. *Usque ad introitum Emath.* Hæc a nonnullis Antiochia esse creditur ad Orontem.

Digitized by Google

ceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.

5. Itaque filii Israel habitaverunt in medio Chananæi, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevæi, et Jebuzæi:

6. Et duxerunt uxores filias eorum, ipsique filias suas filiis eorum tradiderunt, et servierunt diis eorum.

7. Feceruntque malum in conspectu Domini, et obliti sunt Dei sui, servientes Baalim et Astaroth.

8. Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan Rasathaim regis Mesopotamiæ, servieruntque ei octo annis (1).

ments du Seigneur qu'il avait donnés à leurs pères par Moïse.

5. Les enfants d'Israël habitèrent donc au milieu des Chananéens, des Héthéens, des Amorrhéens, des Phérézéens, des Hévéens, et des Jébuséens.

6. Ils épousèrent leurs filles, donnèrent les leurs propres en mariage à leurs fils, et adorèrent leurs dieux.

7. Ils firent le mal aux yeux du Seigneur, oublièrent leur Dieu, et adorèrent Baalim et Astaroth.

8. Le Seigneur donc étant en colère contre *les enfants d'*Israël, les livra entre les mains de Chusan Rasathaïm, roi de Mésopotamie, auquel ils furent assujettis pendant huit ans, *durant lesquels ils eurent beaucoup à souffrir.*

DEPUIS L'AN DU MONDE 2591 JUSQU'EN 2599.

9. Et clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem, et liberavit eos: Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem:

10. Fuitque in eo spiritus Domini, et judicavit Israel. Egres-

9. Et ayant crié au Seigneur, il leur suscita un sauveur qui les délivra : savoir Othoniel, fils de Cénez, frère puîné de Caleb.

10. L'esprit du Seigneur fut en lui, et il jugea Israël *et le gouverna sous l'autorité*

(1) Bible vengée, note III.

---

7. *In conspectu Domini.* Hebr. *in oculis Domini,* ipso videntе et reprobante. — *Servientes Baalim et Astaroth.* Hebr. *Aseroth*, quam vocem quidam intactam relinquunt, secuti Chaldæum, quasi sit nomen proprium. LXX. *servierunt Baalim, et lucis,* quod Hebræi sequuntur, docentes ea voce significari arbores quæ coluntur vel consitæ sunt in honorem idoli.

8. *Tradidit eos.* Hebr. *vendidit eos :* cujus phrasis vis explicata est c. superiori, n. 14. — *Chusan Rasathaim.* Hæc vox significat *duarum malitiarum.* Arias putat reges Syros Pharaonum instar cognomine isto affectos fuisse ab improbis factis duplicibus coercendis, civilibus et criminalibus. Prior vox *Chusan* æthiopem et nigrum significat. — *Regis Mesopotamiæ.* Quæ in hebræo dicitur *Syria duorum fluminum*, et apud LXX, *Syria fluviorum*, quia inter duos fluvios jacet Tigrim et Euphratem.* — *Servieruntque.* Id est, pacem gravis tributi pensitatione redemerunt. Eodem sensu accipe quæ dicuntur n. 12, 13, 14.

9. *Salvatorem. Advertendum*, inquit S. Aug. q. 18, *Salvatorem etiam dici hominem, per quem Deus salvum faciat.*

10. *Fuitque in eo spiritus Domini.* Spiritum hunc existimant Josephus l. 5, c. 4, oraculum seu χρησμὸν fuisse ; Chaldæus in paraphrasi, *prophetiam;* alii, *donum roboris ac fortitudinis;* Abulensis, *fortitudinem, prudentiam, bellandique impetum;* Cajet. *spiritum accensivum populi ad servitutem Dei, ad vindicandum se in libertatem, ad bellum.* — *Et judicavit Israel.* Primo per vin-

Digitized by Google

et la conduite de Dieu; et s'étant mis en campagne *par son ordre* pour combattre Chusan Rasathaïm, roi de Syrie, le Seigneur le livra entre les mains d'Othoniel qui le défit.

suscitavitque eis salvatorem, et liberavit eos, Othoniel filium Cenez, fratrem minorem Caleb.

10. Factusque est in eo spiritus Domini, et judicavit Israel, egressusque est ad pugnam; et tradidit Dominus in manus ejus Chusan Rasathaim regem Syriæ, et oppressit eum.

§ II. *Le Seigneur ayant donné la paix aux Israélites, ils l'abandonnent de nouveau. Il les livre aux Moabites. Ils crient vers lui, et il leur suscite un sauveur nommé Aod.*

11. Le pays demeura en paix durant quarante ans, et Othoniel, fils de Cénez, mourut ensuite.

12. Alors les enfants d'Israël commencèrent encore à faire le mal aux yeux du Seigneur, qui fortifia contre eux Eglon, roi de Moab, parce qu'ils avaient péché devant lui.

13. Il joignit les enfants d'Ammon et d'Amalec à Eglon, qui s'étant avancé avec eux défit Israël, et se rendit maître de la ville des Palmes.

14. Les enfants d'Israël furent assujettis à Eglon, roi de Moab, pendant dix-huit ans.

11. Quievitque terra quadraginta annis, et mortuus est Othoniel filius Cenez.

12. Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini; qui confortavit adversum eos Eglon regem Moab, quia fecerunt malum in conspectu ejus.

13. Et copulavit ei filios Ammon, et Amalec, abiitque et percussit Israel, atque possedit urbem Palmarum.

14. Servieruntque filii Israel Eglon regi Moab decem et octo annis (1):

DEPUIS 2661 JUSQU'EN 2679.

15. Après cela ils crièrent au Seigneur, et il leur suscita un sauveur nommé Aod, fils de Géra, fils de Jémini, qui se servait

15. Et postea clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem vocabulo Aod, filium

(1) Bible vengée, note IV.

---

dicationem a regis Mesopotamiæ tyrannide; postea vero per bonam sanctamque gubernationem et imperium. — *Egressusque est ad pugnam.* Divino illo spiritu plenus. — *Et oppressit eum.* Hebr. *et robusta fuit manus ejus super eum;* significatur autem victoriæ magnitudo atque perfectio.

11. *Quievitque terra.* Cessatum est a servitute et ab armis, religio restaurata est; divinarum legum vigor, tranquillusque ac florens reipublicæ status restitutus est.

12. *Addiderunt autem filii Israel facere malum.* Mortuo scilicet Othoniel: tanti refert a bono principe rempublicam gubernari! — *Confortavit.* Roboravit, impio ac gentili rege tanquam instrumento, et quasi tortore usurus ad plectendos Israelitas.

13. *Et copulavit ei.* LXX, *et congregavit ad se ipsum :* utrumque verum; nam opitulante Deo adjunxit sibi Eglon Ammonitas et Amalecitas, rursumque hos illi sua ope adjunxit Deus. — *Percussit Israel.* Gravi clade eum afficiens, ipsorumque terram occupans ex parte. — *Possedit urbem Palmarum.* Jericho, agrum scilicet ejus; nam civitas ab Josue diruta fuerat et incensa.

14. *Servieruntque... Eglon decem et octo annis.* Regi Mesopotamiæ servierant octo annis, jam vero crescentibus peccatis, diuturnior servitus rependitur.

15. *Vocabulo Aod.* A Josepho lib. 5. Ant. c. 5, appellatur Ἰούδης, *Judes;* et vero nomen hoc, et origine, et significatione convenit cum Juda, ideoque

Digitized by Google

Gera, filii Jemini, qui utraque manu pro dextera utebatur. Miseruntque filii Israel per illum munera Egion regi Moab (1).

16. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, et accinctus est eo subter sagum in dextro femore.

17. Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis.

18. Cumque obtulisset ei munera, prosecutus est socios, qui cum eo venerant.

de la main gauche comme de la droite. Les enfants d'Israël envoyèrent par lui des présents à Eglon, roi de Moab, *auquel ils étaient obligés de payer tribut.*

16. Aod, *voulant profiter de cette occasion pour exécuter l'arrêt que Dieu avait prononcé contre Eglon*, fit faire une dague à deux tranchants qui avait une garde de la longueur de la paume de la main, et il la mit sous sa casaque à son côté droit, *pour la tirer de la main gauche, lorsqu'on s'en défierait le moins.*

17. Et il offrit ses présents à Eglon, roi de Moab : or Eglon était extrêmement gros.

18. Et Aod lui ayant fait ses présents, s'en retourna avec ses compagnons qui étaient venus avec lui.

§ III. *Aod assassine le roi des Moabites. Il marche contre eux à la tête des Israélites et en tue dix mille.*

19. Et reversus de Galgalis, ubi erant idola, dixit ad regem : Verbum secretum habeo ad te, o

19. Puis étant retourné de Galgala, où étaient les idoles *que les Moabites y avaient mises à la place de l'arche du*

(1) Bible vengée, note IV.

---

a quibusdam *Aod* exponitur *confitens* et *laudans*, ab Origene homil. 4. *Laus.* — *Filium Gera, filii Jemini.* De stirpe nimirum Benjamin. — *Utraque manu pro dextera utebatur.* Ambidexter erat, seu, ut ab Isidoro dicitur, *æquimanus.* LXX ἀμφιδέξιον vocant, eadem significatione. Vatablus, Arias, Cajet. et alii putant vocem hebraicam אטר *itter*, significare eum, qui sinistra tantum manu utitur, vel certe ea plus valet : favet Josephus l. 5, c. 5, cum ait : τῶν χειρῶν τὴν ἀριστερὰν ἀμείνων, καὶ ἀπ' ἐκείνης τὴν πᾶσαν ἰσχὺν ἔχων : *sinistra manu melior, et in ea omnem vim habens.*

16. *Gladium ancipitem.* Duarum acierum, duorum mucronum. — *Longitudinis palmæ manus.* Gladius, seu sica, quam sibi paravit Aod, palmaris fuit. Hebræus cubitalem fuisse ait; sed a nostro interprete palmus major intelligitur, qui cum cubito minore longitudine congruit.

17. *Erat autem Eglon crassus nimis.* Hebr. *pinguis valde.* LXX habent ἀσταῖος, quæ vox in interpretatione latina, quæ S. Augustini tempore circumferebatur, *exilis* reddebatur, et D. August. per antiphrasim intelligit. Certum est ἀσταῖον Græcis esse urbanum, bellum, commodis moribus. Quomodo LXX virorum lectio cum Vulgata conciliari possit, non satis video. Vide tamen quæ affert hic Serarius.

18. *Prosecutus est socios.* In Hebr. est, *dimisit*, vel, *emisit populum qui munus tulerat;* ut etiam LXX. Id autem fecit, ut expeditior esset ad facinus, vel ne aliis crearet periculum, si cœptum parum feliciter succederet; nec discordat textus latinus, cum ait *prosecutus, etc.*, primo enim socios dimisit; deinde, quasi cum iis abiturus, eos subsecutus est; postea autem solus rediit.

19. *Et reversus de Galgalis.* Hucusque populum quem a se dimiserat prosecutus est Aod, ac inde ad regem, quasi aliquid oblitus esset, vel in via novi quid incidisset, solus rediit. Galgala sunt in agro jerichuntino.* — *Ub*

Digitized by Google

Seigneur, et feignant que ces idoles lui avaient découvert quelque chose pour le roi de Moab, il dit au roi : O roi, j'ai un mot à vous dire en secret. Le roi ayant fait signe qu'on se tût, et tous ceux qui étaient auprès de sa personne étant sortis,

20. Aod s'approcha du roi, qui était seul assis dans sa chambre d'été, et il lui dit : J'ai à vous dire une parole de la part de Dieu. Aussitôt le roi se leva de son trône, *pour l'écouter avec plus d'attention et de respect;*

21. Et Aod ayant porté la main gauche à la dague qu'il avait à son côté droit, la tira, et la lui enfonça si avant dans le ventre,

22. Que la poignée y entra tout entière avec le fer, et se trouva serrée par la grande quantité de graisse qui se rejoignit par dessus. Aod ne retira donc point sa dague; mais après avoir donné le coup, il la laissa dans le corps, et aussitôt les excréments qui étaient dans le ventre s'écoulèrent par les conduits naturels.

23. Mais Aod, ayant fermé à clef avec grand soin les portes de la chambre,

24. Sortit par la porte de derrière. Cependant les serviteurs du roi étant venus trouvèrent la porte fermée, et ils dirent :

rex. Et ille imperavit silentium : egressisque omnibus qui circa eum erant,

20. Ingressus est Aod ad eum : sedebat autem in æstivo cœnaculo solus, dixitque : Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno.

21. Extenditque Aod sinistram manum, et tulit sicam de dextro femore suo, infixitque eam in ventre ejus (1).

22. Tam valide, ut capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita ut percusserat, reliquit in corpore : statimque per secreta naturæ alvi stercora proruperunt.

23. Aod autem clausis diligentissime ostiis cœnaculi, et obfirmatis sera,

24. Per posticum egressus est. Servique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixe-

(1) Bible vengée, note IV.

---

erant idola. Videntur fuisse idola a Moabitis constituta, eo fortasse consilio ut Israelitas ad idololatriam invitarent, aut cogerent. — * *Imperavit silentium.* Non famulis vel aulicis, sed ipsi Aod, donec adstantes facesserent. In hebræo enim est, *tace.* Timuit rex ne aliis audientibus aliquid loqueretur quod secretum esse oporteret.

20. *Ingressus est Aod ad eum.* Propius scilicet accessit. — *In æstivo cœnaculo.* Significatur locus adversus æstivos calores idoneus, seu, ut hebr. indicat, refrigerationi locus idoneus. — *Solus.* Plane solus, omnibus omnino exclusis, LXX habent μονώτατος. — *Verbum Dei habeo ad te.* Oraculum : Josephus dixit ὄναρ, *somnium*, divinitus scilicet immissum. Id agebat Aod, ut rex tactus religione assurgeret, ictuique redderetur opportunior; quod etiam consecutus est. — *Qui statim surrexit de throno.* In reverentiæ argumentum.

22. *Pinguissimo adipe stringeretur.* Sensus est, non tantum ingressum esse capulum, sed etiam adipem ferrum cum capulo intercepisse, et intra se constrinxisse, ita ut adeps vulneris locum exterius impleret, nihilque ferri aut capuli appareret.

24. *Per posticum egressus est.* LXX verterunt, *per ordinatos*, seu ut S. Aug. q. 22, *milites observantes*, qui scilicet excubare soliti erant, ut in regum aulis fit. Hebræi quidam putant fuisse vestibulum, vel gradus ad domus introitum ordinatos, aut locum in quo ad regem homines convenirent, seu exedram

Digitized by Google

runt : Forsitan purgat alvum in æstivo cubiculo.

25. Expectantesque diu donec erubescerent, et videntes quod nullus aperiret, tulerunt clavem : et aperientes invenerunt dominum suum in terra jacentem mortuum.

26. Aod autem, dum illi turbarentur, effugit, et pertransiit locum idolorum, unde reversus fuerat. Venitque in Seirath :

27. Et statim insonuit buccina in monte Ephraim : descenderuntque cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente.

28. Qui dixit ad eos : Sequimini me : tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, et occupaverunt vada Jordanis quæ transmittunt in Moab : et non dimiserunt transire quemquam :

29. Sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos et fortes viros; nullus eorum evadere potuit.

30. Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israel : et quievit terra octoginta annis.

C'est peut-être qu'il a quelque besoin dans sa chambre d'été.

25. Et après avoir longtemps attendu, jusqu'à en devenir tout honteux, voyant que personne n'ouvrait, ils prirent la clef, ouvrirent la chambre, et trouvèrent leur seigneur étendu mort sur la place.

26. Pendant ce grand trouble où ils étaient, Aod trouva le moyen de se sauver, et ayant passé le lieu des idoles, d'où il était revenu, il vint à Séirath.

27. Aussitôt il sonna de la trompette sur la montagne d'Ephraïm; et les enfants d'Israël descendirent avec Aod qui marchait à leur tête,

28. Et qui leur dit : Suivez-moi; car le Seigneur nous a livré entre les mains les Moabites nos ennemis. Les Israélites suivirent Aod, se saisirent des gués du Jourdain par où l'on passe au pays de Moab, et ne laissèrent passer aucun des Moabites.

29 Ils en tuèrent environ dix mille qui étaient tous hommes forts et vaillants. Et nul d'entre eux ne put échapper.

30. Moab fut humilié en ce jour-là sous la main d'Israël; et le pays demeura en paix pendant quatre-vingts ans, *tant sous le gouvernement d'Othoniel que sous celui d'Aod.*

L'AN DU MONDE 2679 — AVANT J.-C. 1325

31. Post hunc fuit Samgar, filius Anath, qui percussit de Phi-

31. Après Aod, Samgar, fils d'Anath, fut à sa place. Ce fut lui qui tua six cents

---

in qua sedere consuevissent. — *Purgat alvum.* Hebr. *tegit ipse pedes suos.* Hanc enim naturæ necessitatem lingua sancta verecunde vocat *pedes cooperire*, et urinam, *aquam pedum.*

* 25. *Donec erubescerent.* Confusi turbarentur præ inopia consilii.

26. *Venitque in Seirath.* Est locus hic ad montana Ephraim in finibus tribus Benjamin.

27. *Insonuit buccina.* Nec frustra; nam ad arma convolarunt plurimi. — *Ipso in fronte gradiente.* Scilicet ante omnes, quod boni ducis est.

28. *Tradidit enim Dominus.* Plurimum animi militibus addit, si propitio Numine se pugnare persuasum habeant. * — *Occupaverunt vada Jordanis.* Ne Moabitæ suis transmisso Jordane opem ferre possent.

30. *Quievit terra octoginta annis.* Vide dicta supra, hoc eodem c. n. 11.

31. *Post hunc fuit Samgar filius Anath.* Non dicitur ex qua tribu fuerit. — *Percussit de Philisthiim.* Philisthæi, audita morte Aod viri fortissimi, non justo bello, sed populabundi more latrocinantium in fines Hebræorum

Digitized by Google

Philistins avec un soc de charrue; et il fut aussi le défenseur *et* le libérateur d'Israël; *mais il ne vécut pas longtemps.*

listhiim sexcentos viros vomere : et ipse quoque defendit Israel.

CHAPITRE IV.

§ I. *Les Israélites continuent de faire le mal, et sont livrés entre les mains du roi des Chananéens. Barac marche contre ce prince par les ordres de la prophétesse Debbora.*

1. Ainsi les enfants d'Israël continuèrent encore à faire le mal aux yeux du Seigneur après la mort d'Aod.

2. Et le Seigneur les livra entre les mains de Jabin, roi des Chananéens, qui régna dans *le pays où était auparavant la ville* d'Asor *que Josué avait brûlée.* Il avait pour général de son armée un nommé Sisara; et il demeurait à Haroseth, *appélée la ville* des Nations, *parce qu'elle était habitée par différents peuples qui s'y étaient rassemblés.*

3. Les enfants d'Israël crièrent donc au Seigneur; car Jabin ayant neuf cents chariots armés de faux les avait étrangement opprimés pendant vingt ans.

1. Addideruntque filii Israel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod,

2. Et tradidit illos Dominus in manus Jabin regis Chanaan, qui regnavit in Asor: habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram, ipse autem habitabat in Haroseth gentium (1).

3. Clamaveruntque filii Israel ad Dominum : nongentos enim habebat falcatos currus, et per viginti annos vehementer opprimebat eos.

DEPUIS 2699 JUSQU'EN 2719.

4. Il y avait en ce temps-là une prophétesse nommée Debbora, femme de Lapi-

4. Erat autem Debbora prophetis uxor Lapidoth, quæ judi-

(1) Bible vengée, note V. — Rép. crit., tome II, page 137 *et suiv.*

---

videntur irrupisse, et per eos excurrisse. Hos Samgar, ut erat ad opera ruris succinctus, aratri parte in usum teli conversa, et suorum manu collecta, multis occisis, repressit. — *Sexcentos viros.* LXX, *usque ad sexcentos. Vomere.* LXX vocant ἀροτρόπεδα pedem aratri, vecte ex aratro desumpto simul cum vomere ferreo. — *Ipse quoque defendit Israel.* In hebr. est, *et salvavit etiam ipse Israel.* Idem plane habent LXX; quæ verba ostendunt Samgar judicem fuisse, quod negat Genebrardus in Chronico. Verba etiam illa quæ hujus versiculi initio habentur, *post hunc fuit Samgar, etc.*, hoc idem ostendunt; significant enim eum Aod successisse.

CAP. IV. 1. *Post mortem Aod.* Nulla fit Samgaris mentio, quia brevi admodum tempore Israelis ducatum tenuit, adeo ut illius ratio non habeatur.

2. *Tradidit illos Dominus.* Hebr. *vendidit*, idem tamen est; nam quæ venduntur, emptori traduntur. — *Jabin regis Chanaan.* Jabin hic erat ex posteris Jabin illius, cujus mentio est Josue c. 11, n. 1. — *In Azor.* Urbs hæc Josue 11, 11 vastata, et flammis consumpta dicitur a Josue; sed eam Chananæi reædificaverant. — *In Haroseth gentium.* Dicta *gentium* ex concursu gentium quæ vel a Josue suis sedibus pulsæ, vel aliunde eo confluxerant, aliis etiam ex causis, verbi gratia, mercaturæ, etc.

3. *Nongentos enim... falcatos currus.* Vide c. 1, n. 19.

4. *Uxor Lapidoth.* Debboram, cum Israelem judicaret, viduam fuisse docet

Digitized by Google

cabat populum in illo tempore.

5. Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama et Bethel, in monte Ephraim : ascendebantque ad eam filii Israel in omne judicium.

6. Quæ misit et vocavit Barac filium Abinoem de Cedes Nephthali : dixitque ad eum : Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade, et duc exercitum in montem Thabor, tollesque tecum decem millia pugnatorum de filiis Nephthali, et de filiis Zabulon (1) :

7. Ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison, Sisaram principem exercitus Jabin, et currus ejus, atque omnem multitudinem, et tradam eos in manu tua.

8. Dixitque ad eam Barac : Si venis mecum, vadam : si nolueris venire mecum, non pergam.

9. Quæ dixit ad eum : Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara.

doth, laquelle jugeait le peuple d'Israël.

5. Elle s'asseyait sous un palmier qu'on avait appelé de son nom, entre Rama et Béthel, sur la montagne d'Ephraïm, et les enfants d'Israël venaient à elle pour faire juger tous leurs différends.

6. Elle envoya donc Barac, fils d'Abinoëm, de Cédès de Nephthali, et l'ayant fait venir, elle lui dit : Le Seigneur le Dieu d'Israël vous donne cet ordre : Allez et menez l'armée sur la montagne de Thabor ; prenez avec vous dix mille combattants des enfants de Nephthali et des enfants de Zabulon.

7. Quand vous serez au torrent de Cison, je vous amènerai Sisara, général de l'armée de Jabin, avec tous ses chariots et toutes ses troupes, et je vous le livrerai entre les mains.

8. Barac lui répondit : Si vous venez avec moi, j'irai ; si vous ne voulez point venir avec moi, je n'irai point : *car comment saurai-je sans vous l'ordre du Seigneur, et le moment de l'exécuter?*

9. Debbora lui dit : Je veux bien aller avec vous ; mais la victoire pour cette fois ne vous sera point attribuée, parce que Sisara sera livré entre les mains d'une

(1) Bible vengée, note V.

S. Ambr. lib. de Viduis ; S. vero Hieronymus negat in epistola ad Furiam, sub finem. Hac in re nihil certi statui posse videtur. — *Quæ judicabat populum.* Sine principatu tamen ; nam ante bellum id non tulissent Jabin et Sisara ; post bellum vero judicis potestate præditus fuit Barac. Componebat tamen lites et controversias suorum, et tanquam ad sapientem feminam et prophetidem concurrebant Israelitæ ; ipsaque Barac excitavit, et postea consilio juravit : quare non immerito judicasse dicitur a Scriptura.

5. *Sedebat sub palma.* Vel τὸ *sedebat* significat *habitasse*, vel etiam eam sedem suam, cum jus diceret, sub palma constituisse. — * *Inter Rama et Bethel.* In finibus duarum tribuum, Ephraim scilicet et Benjamin. — *In monte Ephraim.* In tribu Ephraim quæ montibus abundabat.

* 6. *Vocavit Barac.* Fecit hoc Debbora, quia ei divinitus per angelum, de quo c. 5, n. 23, vel per propheticum lumen dux iste monstrabatur. — * *De filiis Nephthali et de filiis Zabulon.* Sunt enim hæ tribus conterminæ, et monti Thabor vicinæ.

8. *Si venis mecum, vadam : si nolueris venire mecum, non pergam.* Fuit hæc in Barac quædam in obediendo cunctatio, quemadmodum in Mose Exod. 4, ex humana prudentia nimia, quam removere debuisset, divinitus monitus per prophetissam.

9. *In manu mulieris tradetur Sisara.* Quia comitem ad bellum habere feminam, neque absque hac in jussam a Deo viam dare te vis, feminam quoque laudis ac gloriæ, quæ unum te manebat, sociam et participem habebis,

Digitized by Google

femme. Debbora donc partit aussitôt, et s'en alla à Cédès avec Barac;

10. Qui ayant fait venir ceux de Zabulon et de Nephthali, marcha avec dix mille combattants, étant accompagné de Debbora.

11. Or Haber Cinéen s'était retiré, il y avait longtemps, de ses autres frères Cinéens, fils d'Hobab, allié de Moïse, et *au lieu de s'établir au midi de Juda, comme avaient fait ses frères*, il avait dressé ses tentes jusqu'à la vallée appelée Sennim, et il était près de Cédès.

Surrexit itaque Debbora, et perrexit cum Barac in Cedes.

10. Qui, accitis Zabulon et Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Debboram in comitatu suo.

11. Haber autem Cinæus recesserat quondam a cæteris Cinæis fratribus suis filiis Hobab, cognati Moysi: et tetenderat tabernacula usque ad vallem, quæ vocatur Sennim, et erat juxta Cedes.

§ II. *Sisara, général de l'armée des Chananéens, s'avance contre Barac. Son armée est taillée en pièces. Il se sauve chez Jahel, femme de Haber, qui le tue en lui enfonçant un clou dans la tête.*

12. En même temps Sisara fut averti que Barac, fils d'Abinoëm, s'était avancé sur la montagne de Thabor :

13. Et il fit assembler ses neuf cents chariots armés de faux, et fit marcher toute son armée de Haroseth, pays des gentils, au torrent de Cison.

14. Alors Debbora dit à Barac : Courage, car voici le jour où le Seigneur a livré Sisara entre vos mains; voilà le Seigneur lui-même qui vous conduit. Barac

12. Nuntiatumque est Sisarae, quod ascendisset Barac filius Abinoem in montem Thabor (1) :

13. Et congregavit nongentos falcatos currus, et omnem exercitum de Haroseth gentium ad torrentem Cison.

14. Dixitque Debbora ad Barac : Surge, hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas; en ipse ductor est tuus.

(1) Bible vengée, note V, alinéa : *Nous n'avons aucun intérêt.*

Porro mulierem, quam gloriæ participem habiturus erat Barac, alii Debboram esse volunt, alii Jahelem, quæ Sisaræ tempora clavo confixit. Utraque sententia vera; nam utraque gloriæ partem, quæ Baraco debebatur, sibi decerpsit.

10. * *Zabulon et Nephthali.* Zabulonitis et Nephthalitis.

11. *Haber autem Cinæus.* De hoc recessu Cinæorum diximus supra, c. 1, n. 16. — *Usque ad vallem quæ vocatur Sennim.* Hebræa vox et *vallem* et *quercum* significat : itaque LXX vertunt, *usque ad quercum.* Fortassis non male jungi potest utraque versio, si dicamus fuisse vallem in qua esset quercetum.

12. *In montem Thabor.* Erat mons Thabor in tribu Zabulon, et ab eo distabat Nazareth Christi Domini patria itinere circiter duarum horarum versus caurum, hoc est, occidentem æstivum. Ad hunc montem venire Barac, et in eo colligere copias voluit Dominus, quia non longe distabat ab Haroseth, ubi morabatur Sisara, ut hic vicino excitatus vel metu vel periculo, statim accurreret, et prælio ac victoriæ locus daretur.

13. *Ad torrentem Cison.* Nascitur torrens Cison ex montibus Thabor, Hermon et Gelboe, in duasque partes labitur, quarum altera tendit ad occasum, et mari Mediterraneo excipitur; altera vero ad ortum, et in lacum Genesareth influit.

14. *Hæc est enim dies.* Magnum in bellis momentum affert temporis observatio; hæc autem est duplex, aut scilicet ab humana prudentia, aut a religiosa et sancta, cum scilicet a Deo, ut hic accidit, bellandi opportunitas ducitur. Felix sane prælium cui ductor est Deus. — * *In manus tuas.* In manus

Digitized by Google

Descendit itaque Barac de monte Thabor, et decem millia pugnatorum cum eo.

15. Perterruitque Dominus Sisaram, et omnes currus ejus, universamque multitudinem, in ore gladii, ad conspectum Barac : in tantum, ut Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret (1),

16. Et Barac persequeretur fugientes currus, et exercitum usque ad Haroseth gentium, et omnis hostium multitudo usque ad internecionem caderet (2).

17. Sisara autem fugiens pervenit ad tentorium Jahel uxoris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Jabin regem Asor, et domum Haber Cinæi (3).

18. Egressa igitur Jahel in occursum Sisaræ, dixit ad eum : Intra ad me, domine mi : intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum ejus, et opertus ab ea pallio (4).

19. Dixit ad eam : Da mihi, obsecro, paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit utrem lactis,

descendit donc de la montagne de Thabor, et dix mille combattants avec lui, *pour fondre tous ensemble sur Sisara.*

15. En même temps le Seigneur frappa de terreur Sisara, tous ses chariots et toutes ses troupes, il les fit passer au fil de l'épée *par les enfants d'Israël*, aux yeux de Barac; de sorte que Sisara, sautant de son chariot en bas, s'enfuit à pied.

16. Barac poursuivit les chariots fuyants, et toutes les troupes, jusqu'à Haroseth des gentils; et toute cette multitude si nombreuse d'ennemis fut taillée en pièces, sans qu'il en restât un seul.

17. Sisara, fuyant en cette manière, vint à la tente de Jahel, femme de Haber Cinéen. Car il y avait paix entre Jabin, roi d'Asor, et la maison d'Haber Cinéen.

18. Jahel étant donc sortie au-devant de Sisara, lui dit : Entrez chez moi, mon seigneur; entrez, ne craignez point. Il entra donc dans sa tente, et elle le couvrit d'un manteau.

19. Sisara lui dit : Donnez-moi, je vous prie, un peu d'eau, parce que j'ai une extrême soif. Elle lui apporta un vase plein

(1) Bible vengée, note V, alinéa : *Jabin, roi d'un village.* — (2) Ibid. alinéa : *On ne doit pas prendre à la rigueur.* — Rép. crit, tome III, page 141. — (3) Bible vengée, note V, alinéa : *Mais ajoutent les incrédules.* — (4) Ibid.

Barac et Jahelis traditus est Sisara; ab illo debellandus, ab hac occidendus. Non ergo pugnant hæc cum iis quæ dixerat n. 9 : *Quia in manu mulieris tradetur Sisara.*

* 15. *Perterruit.* Hebraica vox significat cum strepitu terrere. Josephus, Lyranus et Serarius excitatam putant a Deo procellam cum ingenti fragore tonitruum et fulminum, quibus pugnantes ex curribus, etc., territi et in fugam acti.

17. *Ad tentorium Jahel.* Dicitur tentorium Jahelis potius quam Haber, vel quia tunc Haber domi non erat, vel propter eximiam feminæ hujus virtutem, vel quia olim mos fuit ut alia essent virorum, alia mulierum tabernacula; sicut etiam in amplis domibus gynæceum fit, in quo seorsim a viris mulieres habitant. Sic Jacobi, Liæ et Rachelis diversa indicantur tentoria, Genes. 31, n. 33 et 34. — *Haber Cinæi.* Cinæorum pars in solitudinem Arad successerat, de quibus dictum est c. 1, n. 16. Alii vero in tribum Zabulon successerant, quorum præcipuus fuit Haber. Lege versiculum 11 hujus capitis. — * *Erat enim pax.* Deo protegente, et tyranno sibi ab hominibus tranquillæ et pacatæ vitæ vacantibus nihil timente. Eximia etiam Cinæorum religio et pietas gratiam et reverentiam conciliabat apud barbaros et hostes.

18. *Opertus ab ea pallio.* Culcitra aliqua stragula veste. LXX vocant ἐπιβόλαιον, quæ vox significat vestes quæ superinjiciuntur, et stragulum torale.

19. *Sitio valde.* Cursu nimirum valde pernici, fuga, sudore ac metu exhaus-

Digitized by Google

de lait; et l'ayant découvert, elle lui en donna à boire, et remit le manteau sur lui.

20. Alors Sisara lui dit : Tenez-vous à l'entrée de votre tente; et si quelqu'un vous interroge et vous vient dire : N'y a-t-il personne ici? vous lui direz : Il n'y a personne.

21. *Mais* Jahel, femme d'Haber, *croyant que ce serait faire une œuvre agréable au Seigneur que de tuer l'ennemi de son peuple,* prit un des grands clous de sa tente avec un marteau, entra tout doucement sans faire aucun bruit, et ayant mis le clou sur la tempe de Sisara, elle le frappa avec son marteau, et lui en transperça le cerveau, l'enfonçant jusque dans la terre; et Sisara ayant été tué de cette sorte passa du sommeil *naturel* à celui de la mort.

22. En même temps Barac arriva poursuivant Sisara; et Jahel étant sortie au devant de lui, lui dit : Venez, je vous montrerai l'homme que vous cherchez. Il entra chez elle, et il vit Sisara étendu mort, ayant la tempe percée de ce clou.

23. Dieu donc confondit en ce jour-là Jabin, roi de Chanaan, devant les enfants d'Israël,

24. Qui, croissant tous les jours en vi-

et dedit ei bibere, et operuit illum.

20. Dixitque Sisara ad eam : Sta ante ostium tabernaculi; et cum venerit aliquis interrogans te, et dicens : Numquid hic est aliquis? respondebis : Nullus est.

21. Tulit itaque Jahel uxor Haber clavum tabernaculi, assumens pariter et malleum, et ingressa abscondite et cum silentio, posuit supra tempus capitis ejus clavum, percussumque malleo defixit in cerebrum usque ad terram; qui soporem morti consocians defecit, et mortuus est.

22. Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat, egressaque Jahel in occursum ejus, dixit ei : Veni, et ostendam tibi virum quem quæris. Qui cum intrasset ad eam, vidit Sisaram jacentem mortuum, et clavum infixum in tempore ejus.

23. Humiliavit ergo Deus in die illo Jabin regem Chanaan coram filiis Israel (1),

24. Qui crescebant quotidie, te

(1) Rép. crit., tome II, page 151.

---

tus. Aquam vero, non vinum petit, quia in hujusmodi æstu ac siti fere solet esse gratior aqua quam vinum, et fortasse sciebat in Cinæorum tabernaculis vinum non esse; quam enim a vino abstinentiam præcepit postea Jonadab ex eadem Cinæorum stirpe, Jerem. 35. 6, eam sibi fere principio Cinæorum præcipuos sponte indixisse verisimillimum est. — *Aperuit utrem lactis.* Aquam petenti lac tribuit Jahel, ut ostenderet erga hospitem majus benevolentiæ argumentum, utque facilius illum in soporem daret, et quod jam machinabatur perficeret.

21. *Clavum tabernaculi.* Erat iste clavus ex eorum genere, qui ad tentorii vela et cilicia erigenda, valideque adversus ventorum vim retinenda, in terram defigi solent altius, ideoque teretes sunt magni et crassi. LXX verterunt πάσσαλον, quæ vox palum significat. Non satis constat fueritne ferreus hic clavus an ligneus. Josephus tamen *clavum ferreum* dixit. — *Abscondite et cum silentio.* Hebr. vox significat suspenso pede et sine strepitu. — *Supra tempus capitis.* Quæ pars capitis mollior, et ad recipiendum clavum opportunior. — *Et mortuus est.* Potuit Jahel citra peccatum Sisaram interficere, quia justum erat bellum contra Jabin, et Jahel erat ejusdem cum Israelitis religionis, et fortasse etiam gentis. Porro insidiæ in bello justo non damnantur, et si quod dixit mendacium, officiosum censendum est, ad salutem nimirum gentis suæ ordinatum; ac proinde leve peccatum. Accessit divina inspiratio, qua ad facinus mota est : itaque ejus factum laudat Scriptura.

Digitized by Google

forti manu opprimebant Jabin regem Chanaan, donec delerent eum (1).

gueur, se fortifièrent de plus en plus contre Jabin, roi de Chanaan, et l'accablèrent jusqu'à ce qu'il fût ruiné entièrement.

CHAPITRE V.

Cantique de Debbora et de Barac en action de grâces pour la victoire remportée sur Jabin, roi de Chanaan.

1. Cecineruntque Debbora et Barac filius Abinoem in illo die, dicentes (2) :

2. Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino.

3. Audite, reges; auribus percipite, principes : Ego sum, ego sum quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.

4. Domine, cum exires de Seir, et transires per regiones Edom, terra mota est, cœlique ac nubes distillaverunt aquis.

5. Montes fluxerunt a facie Domini, et Sinai a facie Domini Dei Israel.

6. In diebus Samgar filii Anath, in diebus Jahel, quieverunt semitæ : et qui ingrediebantur per eas,

1. En ce jour-là Debbora, et Barac, fils d'Abinoëm, chantèrent ce cantique :

2. Vous qui vous êtes signalés parmi les enfants d'Israël, en exposant volontairement votre vie au péril, bénissez le Seigneur.

3. Ecoutez, rois; princes, prêtez l'oreille : C'est moi qui chanterai un cantique au Seigneur, qui consacrerai des hymnes au Seigneur le Dieu d'Israël.

4. Seigneur, lorsque vous êtes sorti de Seïr, et que vous passiez par le pays d'Edom, *pour nous donner votre loi sur le mont Sinaï*, la terre a tremblé, les cieux et les nuées se sont fondus en eau.

5. Les montagnes se sont écoulées comme l'eau, Sinaï s'est abaissé devant la face du Seigneur le Dieu d'Israël.

6. Au temps de Samgar, fils d'Anath, au temps de Jahel, les sentiers *de Juda* n'étaient plus battus de personne, et *la*

(1) Bible vengée, note V.— (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, p. 55.

Cap. V. 1. *Cecineruntque Debbora et Barac.* Carminis hujus epinicii effectrix et poetrix fuisse videtur prophetis Debbora : ejusdem vero jam confecti cantatrix eadem, sed una cum Barac; quod ex eo probabiliter colligitur, quia Debbora Barac præponitur, cum dicitur, *Cecinerunt Debbora et Barac,* et quia pene ab omnibus canticum Debboræ dicitur.

4. *Cum exires de Seir.* Quomodo hæc intelligenda sint, vide Deuteron. 33. 2; vel etiam sensus est : Dominum deducendo populum suum per Idumæorum aliarumque gentium vel terram, vel viciniam, magnum illis injecisse metum ac tremorem. — *Cœlique ac nubes distillaverunt aquis.* Scilicet præ timore sudantes; quasi dicat : Totus orbis tremebat. Vide dicta ad c. 19 Exod. n. 18.

5. *Montes fluxerunt.* Montes commoti sunt, et præ horrore velut liquefacti, sicut olim tremefactus mons Sinai, Exod. 19. 18.

6. *In diebus Samgar..... in diebus Jahel.* Propositum erat Debboræ totum illud tempus indicare, quod sub Aod, vel post illum fuerat, usque ad victoriam hanc. Id ergo describit a duorum, qui in utroque tum sexu fuerunt præstantissimi, diebus Samgar scilicet et Jahel. —*Quieverunt semitæ.* Discessum est a lege divina, ejusque viæ intermissæ : ideo ea statim secuta est pœna, ut itinera omnia essent latronibus obsita, et qui planis antea tutisque semitis

Digitized by Google

crainte des Chananéens a fait que ceux qui y devaient aller ont marché par des routes détournées.

7. On a cessé de voir de vaillants hommes dans Israël, et il ne s'en trouvait plus jusqu'à ce que Debbora se soit élevée; jusqu'à ce qu'il se soit élevé une mère dans Israël.

8. Le Seigneur a choisi de nouveaux combats et *une nouvelle manière de faire la guerre; car il a fait commander son armée par une femme, et a pris pour soldats des hommes désarmés.* Aussi il a lui-même renversé les portes des *villes de ses* ennemis, et *son peuple y a trouvé des armes;* au lieu qu'auparavant on ne voyait ni bouclier ni lance parmi quarante mille soldats d'Israël.

9. Mon cœur aime les princes d'Israël, *qui ont combattu si vaillamment avec des forces si inégales.* O vous qui vous êtes exposés volontairement au péril, bénissez le Seigneur,

10. Parlez, vous autres, *et publiez sa gloire,* vous qui montez sur des ânes d'une force et d'une beauté singulière, vous qui remplissez les siéges de la justice, vous qui êtes sur les chemins, *occupés au négoce ou appliqués aux travaux de la campagne.*

11. Que là où l'on voit ces débris de chariots renversés, où l'on voit le carnage de l'armée ennemie; que là même on pu-

ambulaverunt per calles devios.

7. Cessaverunt fortes in Israel, et quieverunt : donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel.

8. Nova bella elegit Dominus, et portas hostium ipse subvertit : clypeus et hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel (1).

9. Cor meum diligit principes Israel : qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.

10. Qui ascenditis super nitentes asinos, et sedetis in judicio, et ambulatis in via, loquimini.

11. Ubi collisi sunt currus, et hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur justitiæ Domini et

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, page 53.

---

incedebant sine metu, jam occultos ac devios tramites quærere sint coacti.

7. *Cessaverunt fortes in Israel, et quieverunt.* Tanta erat fortium penuria, ut impune qualibet vagarentur latrones, iisque obsisteret nemo. — *Mater in Israel.* Mater dicitur Debbora, quod salutem populo Israelitico pepererit.

8. *Nova bella elegit Dominus.* Qui novum cum Israelitarum hostibus pugnandi, eosque vincendi modum eligere et adhibere dignatus est. — *Clypeus et hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel.* Quasi dicat : In toto exercitu Israel nec hasta erat nec clypeus. Particula enim *si* accipitur pro *non.* Pauci admodum aut fere nulli arma habebant ex Israelitis : fortasse enim Jabin ea abstulerat ne novas res molirentur. * Hoc dicitur ut appareat non alii quam Deo victoriam hanc adscribendam.

10. *Qui ascenditis super nitentes asinos.* Moris erat in regionibus illis (quod rursum infra, c. 10 et 12, videbimus) ut asinis honoratiores veherentur : το *nitentes,* in hebr. est, *candidos.* — *Sedetis in judicio.* Qui præestis in judiciis, vel qui commode et ex arte equitatis, asinis nitentibus insidentes. — *Ambulatis in via.* Chald. habet, *erunt ambulantes in via eorum, et narrantes super fortitudines, quæ factæ sunt ipsis.* — *Loquimini.* Benedicite Domino, ut dixerat superiore versiculo.

11. *Ibi narrentur.* Ibi factæ esse narrentur. — *Justitiæ Domini.* Quas in

Digitized by Google

clementia in fortes Israel; tunc descendit populus Domini ad portas, et obtinuit principatum (1).

12. Surge, surge Debbora, surge, surge, et loquere canticum: surge Barac, et apprehende captivos tuos, fili Abinoem,

13. Salvatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicavit.

14. Ex Ephraim delevit eos in Amalec, et post eum ex Benjamin in populos tuos, o Amalec: de Machir principes descenderunt, et de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum.

15. Duces Issachar fuere cum Debbora, et Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac

blie la justice du Seigneur, et sa clémence envers les braves hommes d'Israël, *qu'il a remplis de force et de courage pour combattre ses ennemis*. Alors le peuple du Seigneur a paru aux portes *des villes ennemies*, et il s'est acquis la principauté *et l'empire sur elles*.

12. Courage, courage, Debbora: excitez-vous, animez-vous, et chantez un cantique *au Seigneur*. Excitez-vous, ô Barac, fils d'Abinoëm; saisissez-vous des captifs que vous avez faits *sur vos ennemis*.

13. Les restes du peuple de Dieu ont été sauvés *par cette victoire que les braves d'Israël viennent de remporter*. C'est le Seigneur qui a combattu dans ces vaillants hommes.

14. Il s'est servi *autrefois de Josué, de la tribu* d'Ephraïm, pour exterminer *les Chananéens* en la personne des Amalécites: et il s'est servi encore depuis *d'Aod, de la tribu* de Benjamin, contre tes peuples, ô Amalec: des princes *vaillants* sont descendus de Machir, *et ont conquis le pays de Galaad*, et *aujourd'hui il est sorti* de Zabulon des hommes *belliqueux et* capables de mener une armée au combat.

15. Les chefs d'Issachar, *non moins vaillants que ceux de Zabulon*, ont été avec Debbora, et ont suivi les traces de

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, page 77.

Chananæos exercuit, * cum de eorum sceleribus vindictam sumpsit. —* *Clementia.* Dum eos a malis, quibus premebantur, clementer eripuit. — *Ad portas.* Hostiles eorum civitates occupando; vel ad portas urbium Israeliticarum asserendo se in libertatem, et principatum obtinens, exercensque judicia in portis, ut illo ævo fieri solebat.

13. *Reliquiæ populi.* Quem Jabin multis malis attriverat.

14. *Ex Ephraim delevit eos in Amalec.* LXX habent, *Ephraim eradicavit eos Amalec.* Alii textus habent, Ἐφραὶμ ἐτιμωρήσατο αὐτοὺς ἐν καλάδι, *Ephraim ultus est eos in valle*, scilicet in valle torrentis Cison. Porro quod noster habet, *in Amalec*, propterea dici putat Serarius, quod ista tribus in Amalecitas irruisset, qui se regi Jabin jungere volebant, sicuti Egloni, c. 3. 13, et hic Chananæi reges, n. 19 et seq. * Gemina sententia esse videtur: Sisara exercitum ab ipso monte Thabor, et torrente Cison palabundum fugisse usque ad tribum Ephraim, inde usque ad tribum Benjamin, inde usque ad Amalecitas, ita ut nullibi eis liceret consistere. — *De Machir.* Laudantur præcipuæ familiæ Manasseorum; Machir enim Manasse filius fuit, Genes. 50. 22.

22. *Qui quasi in præceps ac barathrum.* Per metaphoram præcipitis loci ac barathri, magnitudinem periculi, quod sponte subierunt reipublicæ causa, ponit ob oculos. — *Diviso contra se Ruben.* In partes, diversasque sententias distracto, dum aliqui bello abstinendum, alii in communem Israelis contra

Digitized by Google

Barac qui s'est jeté dans le péril, comme s'il se fût précipité dans un abîme. *Pour* Ruben, il était alors divisé contre lui-même, *ne sachant quel parti il devait prendre;* et les plus vaillants de cette tribu, *au lieu de marcher au secours de leurs frères,* n'ont fait autre chose que disputer.

16. Pourquoi demeurez-vous *ainsi* entre deux limites, pour entendre les cris des troupeaux, *au lieu de marcher contre vos ennemis? Car* Ruben étant divisé contre lui-même, les plus vaillants de cette tribu ne se sont occupés qu'à contester.

17. *Mais* pendant que *Manassé habitant de* Galaad était en repos au delà du Jourdain, et que Dan s'occupait à *équiper* ses vaisseaux; qu'Aser demeurait sur le rivage de la mer, et se tenait dans ses ports,

18. Zabulon et Nephthali se sont exposés à la mort, au pays de Méromé, *proche de Thabor.*

19. Les rois *ennemis* sont venus *les attaquer,* et ont combattu *contre eux;* les rois de Chanaan ont combattu *contre Israël* à Thanach, près des eux de Mageddo, et ils n'ont pu remporter aucun butin sur lui.

20. On a combattu contre eux du haut

barathrum se discrimini dedit: diviso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

16. Quare habitas inter duos terminos, ut audias sibilos gregum? diviso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.

17. Galaad trans Jordanem quiescebat, et Dan vacabat navibus: Aser habitabat in littore maris, et in portubus morabatur.

18. Zabulon vero et Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.

19. Venerunt reges et pugnaverunt, pugnaverunt reges Chanaan in Thanach juxta aquas Mageddo, et tamen nihil tulere prædantes.

20. De cœlo dimicatum est con-

---

hostes expeditionem prodeundum censent. — *Magnanimorum reperta est contentio.* Principium illius tribus contentio facta est variæque ac discordes voluntates.

16. *Quare habitas inter duos terminos?* Quare nec in hostes irruis, nec Israelis castris jungeris? * Quare otiosus desides inter septa et caulas ovium tuarum? — *Ut audias sibilos gregum.* Inter ovium tuarum balatus desidens, nec communem calamitatem amoliri studens.

17. *Galaad trans Jordanem quiescebat.* Tribus quæ sunt ultra Jordanem, quæ terra Galaad dicitur, quasi procul a periculo positæ, quietem agebant, nec rempublicam curabant, privatis commodis intentæ. — *Dan vacabat navibus.* Negotiationi et mercimoniis. — *Aser habitabat in littore maris.* Rebus suis vacans, negligens laboranti reipublicæ opem ferre.

18. *Zabulon vero.* Interim dum alii otiantur, in discrimen venerunt, et vitæ periculum subierunt. — *In regione Merome.* Merome, seu, ut in hebræo est, *excelsorum campus,* est mons Thabor, * in cujus vertice est planities viginti sex stadiorum, ex Adrichomio.

19. *Juxta aquas Mageddo.* Torrentem Cison. — *Et tamen nihil tulere prædantes.* LXX, *munus argenti non acceperunt.* Alii πλεονεξίαν *abundantiam,* est tapinosis: adeo non retulerunt prædam, ut ipsi cæsi sint et deleti.

20. *De cœlo dimicatum est contra eos.* Quia, ut narrat Josephus, conflictus hujus tempore procella magna exorta est, aquæ etiam et grandinis multum oculis Chananæorum offusum, ut arma bellica iis usui esse non potuerint.

Digitized by Google

tra eos : stellæ manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.

21. Torrens Cison traxit cadavera eorum, torrens Cadumim, torrens Cison : conculca, anima mea, robustos.

22. Ungulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, et per præceps ruentibus fortissimis hostium.

23. Maledicite terræ Meroz, dixit angelus Domini : maledicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adjutorium fortissimorum ejus.

24. Benedicta inter mulieres Jahel uxor Haber Cinæi, et benedicatur in tabernaculo suo (1).

25. Aquam petenti lac dedit, et in phiala principum obtulit butyrum.

du ciel; les étoiles demeurant dans leur rang et dans leur cours ordinaire ont combattu contre Sisara, *et ont lancé contre lui les foudres et les éclairs.*

21. Le torrent de Cison a entraîné leurs corps morts; le torrent de Cadumim, le torrent de Cison. O mon âme, foule aux pieds les corps de ces braves.

22. Leurs chevaux se sont rompus la corne du pied dans l'impétuosité de leur course; les plus vaillants des ennemis fuyant à toute bride, et se renversant les uns sur les autres.

23. Malheur à la terre de Méroz, dit l'ange du Seigneur; malheur à ceux qui l'habitent, parce qu'ils ne sont point venus au secours du *peuple du* Seigneur, au secours des plus vaillants de ses guerriers.

24. Bénie soit entre les femmes Jahel, femme d'Haber Cinéen, et qu'elle soit bénie dans sa tente.

25. Lorsque Sisara lui demanda de l'eau, elle lui donna du lait, elle lui offrit de la crème dans un vase digne d'un prince.

(1) Bible vengée, note V, alinéa : *On donne des éloges.*

— *Stellæ manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt.* Pro stellis aliqui intelligunt angelos, quorum militia ordines suos servat, * ideoque de ipsis dicitur, *manentes in ordine et cursu suo.* Alii ut Cajet. et Delrio lib. 4 Disp. c. 3. q. 1, aiunt sic aerem cæteraque elementa, et tempus ipsum favisse populo Dei, ut ipsæ quoque stellæ solitæ imbres ciere, censeantur contra Sisaram pro Israele pugnasse. Dicuntur vero stellæ in ordine cursuque suo permansisse, ne putaret quispiam eas aliquid passas, quemadmodum sol et luna passæ sunt, dum illis a Josue statio imperata est, Josue, 10. 12.

21. *Torrens Cadumim.* Torrentis Cison duo sunt rami, alter properat ad occidentem, et mare Mediterraneum; alter ad orientem, et lacum Genesareth. Hanc partem orientalem putat Serarius appellari *Cadumim*, quia *kedem* sæpe pro oriente sumitur in Scriptura, ut Gènes. 2. 8 et alibi. Dicitur vero torrens cadavera traxisse, quia imbribus e cœlo missis, de quibus dixi versiculo superiore, intumuerat. — *Robustos.* Milites Sisaræ, qui armis et viribus suis fidebant.

22. *Ungulæ equorum ceciderunt.* Extritæ, debilitatæ. LXX habent, *impediti sunt calcanei equi.*

23. *Maledicite terræ Meroz.* Loci nomen jam ignoti, cujus nec apud Eusebium, nec apud S. Hieron. libro de locis mentio est. Huic ergo vel urbi, vel loco, quod ad sacrum hoc bellum venire noluerit, male precari omnes vult, non sua tantum, sed auctoritate etiam angeli de quo subdit. — *Dixit angelus Domini.* Verus angelus, et fortasse Michael qui bello huic præfuit, tanquam israelitici populi princeps ac præses, Dan. 10. 20.

25. *In phiala principum.* In vase aliquo ornato, quale vel principem deceat. — *Butyrum.* Lac non ita pridem mulsum, a quo pinguior pars, ex qua butyrum fit, nondum erat separata.

Digitized by Google

26. Elle prit le clou de la main gauche, et de la droite le marteau des ouvriers, et choisissant l'endroit de la tête de Sisara où elle donnerait son coup, elle lui enfonça son clou dans la tempe.

27. Il tomba à ses pieds et perdit toute sa force : il rendit l'esprit après s'être roulé et agité devant elle, et il demeura étendu mort sur la terre, dans un état misérable.

28. *Cependant* sa mère regardait par la fenêtre, et parlant de sa chambre elle criait : Pourquoi son char ne revient-il pas encore? pourquoi ses chevaux tardent-ils tant?

29. Et la plus sage d'entre les femmes de Sisara répondit ainsi à sa belle-mère :

30. Peut-être que maintenant on partage le butin et qu'on choisit pour Sisara la plus belle d'entre les captives : on choisit d'entre toutes les dépouilles des vêtements de diverses couleurs pour les donner à Sisara; et on lui destine quelque écharpe précieuse, brodée à l'aiguille, qu'il puisse porter sur lui comme un ornement *qui soit le prix de sa valeur et le signe de sa victoire.*

31. Qu'ainsi périssent, ô Seigneur, tous vos ennemis, mais que ceux qui vous aiment brillent comme le soleil, lorsque ses rayons éclatent au matin.

32. Tout le pays ensuite, *qui depuis la mort d'Aod avait été troublé durant vingt ans,* demeura en paix pendant *vingt autres années jusqu'à la mort de Barac; ce qui fait en tout* quarante ans.

26. Sinistram manum misit ad clavum, et dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum, et tempus valide perforans.

27. Inter pedes ejus ruit : defecit, et mortuus est : volvebatur ante pedes ejus, et jacebat exanimis et miserabilis.

28. Per fenestram respiciens, ululabat mater ejus : et de cœnaculo loquebatur : Cur moratur regredi currus ejus ? quare tardaverunt pedes quadrigarum illius ?

29. Una sapientior cæteris uxoribus ejus, hæc socrui verba respondit :

30. Forsitan nunc dividit spolia, et pulcherrima feminarum eligitur ei : vestes diversorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, et supellex varia ad ornanda colla congeritur.

31. Sic pereant omnes inimici tui, Domine : qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.

32. Quievitque terra per quadraginta annos.

CHAPITRE VI.

§ I. *Les Israélites toujours infidèles sont livrés aux Madianites qui les oppriment durant sept ans. Ils crient au Seigneur qui leur reproche leur ingratitude et leur malignité.*

1. Barac *étant mort,* les enfants d'Israël firent encore le mal aux yeux du Seigneur; et il les livra pendant sept ans entre les mains des Madianites, *qui sont à l'orient de la mer Morte, et qu'ils avaient autrefois vaincus sous la conduite de Moïse.*

1. Fecerunt autem filii Israel malum in conspectu Domini qui tradidit illos in manu Madian septem annis

---

28. *De cœnaculo.* Cœnacula, quæ in superiori ædium parte construi solebant, apta erant ad eminus prospiciendum.

29. *Una sapientior.* Quæ sapere videri voluit.

32. *Quevitque terra.* Vide supra, c. 3, n. 11.

CAP. VI. 1. *In manu Madian.* Madianitæ erant ex Abrahæ posteris ex

Digitized by Google

2. Et oppressi sunt valde ab eis. Fecerunntque sibi antra et speluncas in montibus, et munitissima ad repugnandum loca.

2. Ces peuples les tinrent dans une si grande oppression qu'ils furent obligés de se retirer dans les antres, dans les cavernes des montagnes, et dans les lieux les plus forts, pour pouvoir résister aux Madianites.

3. Cumque sevisset Israel, ascendebat Madian et Amalec, cæterique orientalium nationum :

3. Après que les Israélites avaient semé, les Madianites, les Amalécites et les autres peuples de l'orient venaient sur leurs terres,

4. Et apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant usque ad introitum Gazæ : nihilque omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oves, non boves, non asinos.

4. Y dressaient leurs tentes, ruinaient tous les grains en herbe, *depuis le Jourdain* jusqu'à l'entrée de Gaza, et ne laissaient aux Israélites rien de tout ce qui était nécessaire à la vie, ni brebis, ni bœufs, ni ânes.

5. Ipsi enim et universi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, et instar locustarum universa complebant, innumera multitudo hominum, et camelorum, quidquid tetigerant devastantes.

5. Car ils venaient avec tous leurs troupeaux et avec leurs tentes; et comme ils étaient une multitude innombrable d'hommes et de chameaux, semblable à un nuage de sauterelles, ils remplissaient tout, et gâtaient tout par où ils passaient.

6. Humiliatusque est Israel valde in conspectu Madian.

6. Israël fut donc extrêmement humilié sous *la puissance des peuples de* Madian,

7. Et clamavit ad Dominum postulans auxilium contra Madianitas.

7. Et ils crièrent au Seigneur, lui demandant secours contre les Madianites.

8. Qui misit ad eos virum prophetam, et locutus est : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ego vos feci conscendere de Ægypto, et eduxi vos de domo servitutis (1),

8. Alors le Seigneur leur envoya un prophète qui leur dit : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Je vous ai fait sortir d'Egypte, et je vous ai tirés d'un séjour de servitude;

9. Et liberavi de manu Ægyptiorum, et omnium inimicorum, qui affligebant vos : ejecique eos ad introitum vestrum, et tradidi vobis terram eorum.

9. Je vous ai délivrés de la main des Egyptiens, et de tous les ennemis qui vous accablaient; j'ai chassé les Amorrhéens de cette terre à votre arrivée; je vous ai donné le pays qui était à eux.

(1) Bible vengée, note XV.

---

tura uxore, sed non per promissionum hæredem Isaac, Genes. 25. 2. *Septem annis*. Brevior populi afflictio, quam narrata superioribus capitibus; nisi dicamus temporis brevitatem compensatam pœnæ ac servitutis acerbitate; statim enim additur, *et oppressi sunt valde ab eis*.

3. *Amalec*. Amalecitæ erant ex posteris Isaac, sed per Esau, Genes. 36. 12. — *Cæterique orientalium nationum*. Qui ad orientem terræ sanctæ habitabant.

4. *Usque ad introitum Gazæ*. Quæ est ultima ora regionis illius ad mare Mediterraneum, quod occidentale terræ sanctæ littus alluit.

8. *Virum prophetam*. Cujus nomen non exprimitur. Fuit autem, vel quoad vocationem quasi perpetuam, propheta; vel ad breve istud tempus, quo populum admonebat : primum videtur verius, quia hujusmodi prophetarum major est auctoritas. Hujus autem prophetæ oratio convenit cum ea quæ supra habetur, c. 2. ℣. 1, 2, 3.

Digitized by Google

10. Et je vous ai dit : Je suis le Seigneur votre Dieu, ne craignez point les dieux des Amorrhéens dans le pays desquels vous habitez. Cependant vous n'avez point voulu écouter ma voix.

10. Et dixi : Ego Dominus Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorum, in quorum terra habitatis. Et noluistis audire vocem meam.

§ II. *L'ange du Seigneur apparaît à Gédéon, et lui ordonne d'aller délivrer Israël de la servitude des Madianites. Gédéon lui offre un sacrifice, et l'ange disparaît.*

L'AN DU MONDE 2759. — AVANT J.-C. 1245.

11. Or *après que Dieu leur eut fait ces reproches par la bouche de son prophète,* l'ange du Seigneur vint s'asseoir sous un chêne qui était à Ephra, *ville de la demi-tribu de Manassé, en deçà du Jourdain,* qui appartenait à Joas, père de la famille d'Ezri. Et Gédéon son fils était occupé alors à battre le blé dans le pressoir, pour se sauver ensuite, avec son blé, des incursions des Madianites.

11. Venit autem angelus Domini, et sedit sub quercu, quæ erat in Ephra, et pertinebat ad Joas patrem familiæ Ezri. Cumque Gedeon filius ejus excuteret atque purgaret frumenta in torcular, ut fugeret Madian (1),

12. L'ange du Seigneur apparut donc à Gédéon, et lui dit : Le Seigneur est avec vous, ô le plus fort de tous les hommes!

12. Apparuit ei angelus Domini, et ait : Dominus tecum, virorum fortissime.

13. Gédéon lui répondit : D'où vient donc, mon seigneur, je vous prie, que tous ces maux sont tombés sur nous, si le Seigneur est avec nous? où sont ces merveilles que le Seigneur a faites, que nos pères nous ont rapportées en nous disant : Le Seigneur nous a tirés de l'Egypte? Et maintenant le Seigneur nous a abandonnés, et nous a livrés entre les mains des Madianites.

13. Dixitque ei Gedeon : Obsecro, mi domine, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? ubi sunt mirabilia ejus, quæ narraverunt patres nostri, atque dixerunt : De Ægypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, et tradidit in manu Madian.

14. Alors *l'ange qui représentait* le Sei-

14. Respexitque ad eum Domi-

(1) Bible vengée, note VI. — Livres saints vengés, tome II, page 39.

---

11. *Venit autem angelus Domini.* Fortasse ille idem quem dicebamus c. superiore, n. 23, scilicet Michael Israelitici populi præses et defensor. — *Sub quercu.* LXX, *sub terebintho.* — *Quæ erat in Ephra.* Duplex Ephra : altera in tribu Benjamin, Josue 18. 23; altera hæc in Manasse. Nomen a pulvere ductum, quem Hebræi עָפָר dicunt. — *Patrem familiæ Ezri.* Caput familiæ Ezri. — *Excuteret... frumenta.* LXX habent, *virga excuteret.* — *In torcular.* In loco torcularis, ubi erat torcular. — *Ut fugeret Madian.* Ut triticum illud Madianitarum manus effugeret, qui non ita facile suspicarentur in torculari esse aliquid prædæ, cum nondum essent vindemiæ. Vel ut ipse cum tritico fugeret.

13. *Si Dominus nobiscum est.* Non sunt hæc verba negantis, aut repugnantis, aut de divina bonitate dubitantis, aut expostulantis, sed tantum de orationis ab angelo (quem viatorem sanctumque hominem putabat) veritate et intelligentia ambigentis.

14. *Respexitque.* Non oculis tantum corporis, quod assumpserat, sed multo magis amicæ voluntatis et beneficæ potentiæ. — *Dominus.* Angelus Domini legatus, ac proinde Dominum referens, licet nondum agnosceretur a Ge-

Digitized by Google

nus, et ait : Vade in hac fortitudine tua, et liberabis Israel de manu Madian : scito quod miserim te.

15. Qui respondens ait : Obsecro, mi domine, in quo liberabo Israel ? Ecce familia mea infima est in Manasse, et ego minimus in domo patris mei.

16. Dixitque ei Dominus : Ego ero tecum ; et percuties Madian quasi unum virum.

17. Et ille : Si inveni, inquit, gratiam coram te, da mihi signum quod tu sis qui loqueris ad me (1).

18. Nec recedas hinc, donec revertar ad te, portans sacrificium, et offerens tibi. Qui respondit : Ego præstolabor adventum tuum.

19. Ingressus est itaque Gedeon et coxit hædum, et de farinæ modio azymos panes, carnesque po-

gneur, le regardant, lui dit : Allez dans cette force dont vous êtes rempli, et vous délivrerez Israël de la puissance des Madianites. Sachez que c'est moi qui vous ai envoyé.

15. Gédéon lui répondit : Hélas ! mon seigneur, comment, je vous prie, délivrerai-je Israël ? Vous savez que ma famille est la dernière de Manassé, et que je suis le dernier dans la maison de mon père.

16. Le Seigneur lui dit : Je serai avec vous, et vous battrez les Madianites, comme s'ils n'étaient qu'un seul homme.

17. Sur quoi Gédéon repartit : Si j'ai trouvé grâce devant vous, faites-moi connaître par un signe que c'est vous qui parlez à moi, *et qui me parlez de la part de Dieu.*

18. Et ne vous retirez point d'ici jusqu'à ce que je retourne vers vous, et que j'apporte *quelque chose d'excellent comme pour* un sacrifice, et que je vous l'offre, *afin que vous mangiez.* L'ange lui répondit : J'attendrai votre retour.

19. Gédéon étant donc entré chez lui fit cuire un chevrau, et fit d'une mesure de farine, des pains sans levain ; et ayant

(1) Bible vengée, note VI.

---

deone. — *Vade in hac fortitudine tua.* Qua præditus es, et qua nunc auctus divino beneficio.

15. *In quo liberabo Israel ?* Qualis ego sum, aut quæ in me facultas, ut possim liberare Israelem ? — *Familia mea infima est in Manasse.* Aliarum familiarum comparatione, quæ in eadem tribu opulentiores sunt, et florentiores divitiis et numero capitum. — *Et ego minimus in domo patris mei.* Vel ætate, vel minime omnium iis facultatibus instructus, quæ ad tantum opus necessariæ sunt.

16. *Quasi unum virum.* Ac si non cum exercitu prævalido, sed cum uno tantum homine decertandum esset.

17. *Da mihi signum quod tu sis qui loqueris ad me.* Oculis auribusque percipiebat Gedeon angelum loquentem ; petit ergo ut signo aliquo monstret atque confirmet se talem esse, cui divinam opem victoriamque tam nobilem promittenti fides haberi merito debeat.

18. *Portans sacrificium.* Hebr. *portans munus.* Gedeon enim eo tantum animo fuit, ut hospiti cibum apponeret, et hoc consilio azymos panes coxit, et hædum mactavit. Vocatur autem *sacrificium,* 1. phrasi Scripturæ, in qua sacrificare interdum est idem quod simpliciter mactare. Sic, I Reg. 25. 11, ait Nabal : *Tollam ergo panes meos, et aquas meas, et carnes pecorum, quæ occidit tonsoribus meis :* in græco est, *sacrificavi,* τέθυκα. Matth. etiam 22. 4, dicitur : *Tauri mei, et altilia occisa sunt ;* græce, τεθυμένα, *sacrificata ;* 2. quia quæ Gedeon tulit in cibum, angelus vertit in sacrificium, ut videbimus in sequentibus.

Digitized by Google

mis la chair dans une corbeille, et le jus de la chair dans un pot, il apporta tout sous le chêne, et l'offrit au Seigneur,

20. Qui lui dit : Prenez la chair et les pains sans levain, mettez-les sur cette pierre, et versez dessus le jus de la chair. Ce que Gédéon ayant fait,

21. L'ange du Seigneur étendit le bout du bâton qu'il tenait en sa main, et en toucha la chair et les pains sans levain; et aussitôt il sortit un feu de la pierre, qui consuma la chair et les pains sans levain; et en même temps l'ange du Seigneur disparut de devant ses yeux.

nens in canistro, et jus carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, et obtulit ei.

20. Cui dixit angelus Domini : Tolle carnes et azymos panes, et pone supra petram illam, et jus desuper funde. Cumque fecisset ita,

21. Extendit angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu, et tetigit carnes et panes azymos : ascenditque ignis de petra, et carnes azymosque panes consumpsit : angelus autem Domini evanuit ex oculis ejus.

§ III. *Gédéon craint de mourir, parce qu'il a vu l'ange du Seigneur. Le Seigneur le rassure et lui ordonne de détruire l'autel de Baal. Gédéon obéit, et s'attire la colère de son peuple qui veut le faire mourir.*

22. Gédéon voyant que c'était l'ange du Seigneur, *et non pas un homme, comme il l'avait cru jusqu'alors,* dit : Hélas! Seigneur mon Dieu, j'ai vu l'ange du Seigneur face à face, *et je ne pourrai plus vivre.*

23. Le Seigneur lui dit : La paix soit avec vous; ne craignez point, vous ne mourrez pas.

24. Gédéon éleva donc en ce même lieu un autel au Seigneur, et l'appela la Paix du Seigneur, nom qu'il garde encore

22. Vidensque Gedeon quod esset angelus Domini, ait : Heu mi Domine Deus : quia vidi angelum Domini facie ad faciem.

23. Dixitque ei Dominus; Pax tecum : ne timeas, non morieris.

24. Ædificavit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocavitque illud, Domini Pax, usque in præsentem

---

20. *Pone supra petram.* Petram delegit, ut sacrificii hujus esset altare, quod ex rudibus lapidibus confectum erat, Exod. 20. 25. — *Jus desuper funde.* Jus, cum sit aquosæ materiæ, miraculum auget quod versiculo proximo patratum ab angelo narratur. Hæc etiam juris superfusio unctionis illius instar habuit, quo holocausti altare unctum est, Exod. 40. 10 et 11; et illud Jacob Gen. 28. 18; vel, ut vult Arias, fuit libaminis instar in sacrificiis adhiberi soliti.

* 21. *Summitatem virgæ.* Baculi quem tanquam viator gestabat. — *Ascenditque ignis de petra.* Quo igne in holocaustorum morem ea omnia absumpta sunt, quæ extemporaneo illi altari erant imposita.

22. *Heu mi Domine Deus.* Ita loquitur Gedeon, quia inter vulgares et idiotas eo tempore vigebat opinio eum qui angelum vidisset, mox interire. Ita opinandi occasionem sumebant ex eo quod dicitur in Exod. c. 33. 20 : *Non enim videbit me homo, et vivet.* Falsa tamen erat opinio, quia frequenter visi multis angeli narrantur in Scriptura, et semper innoxie.

23. *Dixitque ei Dominus.* Trepidanti Gedeoni angelus, qui jam paululum recesserat, dixit, ita ut commode exaudire posset : *Pax tecum : ne timeas, etc.*

24. *Ædificavit... altare.* Non est diversum hoc altare ab eo cujus mentio fit n. 26 sequenti. Sæpe enim in Scripturis breviter aliqua res tangitur, quæ postea uberius explicatur, et magis diserte. Ita hic breviter attingitur erexisse Gedeonem aram; quo autem modo, potestate ac loco fecerit, subjungitur enucleatius n. 25, 26, 27. — *Vocavitque illud.* Usitatum erat erectis hujusmodi aris aut titulis nomina quædam imponere, ut patet Gen. 28. 22; Exod.

Digitized by Google

diem. Cumque adhuc esset in Ephra, quæ est familiæ Ezri,

25. Nocte illa dixit Dominus ad eum: Tolle taurum patris tui, et alterum taurum annorum septem, destruesque aram Baal, quæ est patris tui : et nemus, quod circa aram est, succide:

26. Et ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ hujus, super quam ante sacrificium posuisti : tollesque taurum secundum, et offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris.

27. Assumptis ergo Gedeon decem viris de servis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris sui, et homines illius civitatis, per diem noluit id facere, sed omnia nocte complevit.

28. Cumque surrexissent viri oppidi ejus mane, viderunt destructam aram Baal, lucumque succisum, et taurum alterum impositum super altare, quod tunc ædificatum erat.

29. Dixeruntque ad invicem : Quis hoc fecit? Cumque perquirerent auctorem facti, dictum est : Gedeon filius Joas fecit hæc omnia.

30. Et dixerunt ad Joas : Produc filium tuum huc, ut moriatur : quia destruxit aram Baal, et succidit nemus.

aujourd'hui. Et lorsqu'il tenait encore à Ephra qui appartient à la famille d'Ezri,

25. Le Seigneur lui dit la nuit suivante : Prenez un taureau de votre père, et un autre taureau de sept ans; et renversez l'autel de Baal, qui est à votre père, et coupez par le pied le bois qui est autour de l'autel.

26. Dressez aussi un autel au Seigneur votre Dieu sur le haut de cette pierre, sur laquelle vous avez offert votre sacrifice; et *après avoir fait un sacrifice pacifique du premier taureau*, prenez le second taureau que vous offrirez en holocauste sur un bûcher fait des branches d'arbres que vous aurez coupées de ce bois.

27. Gédéon ayant donc pris dix de ses serviteurs fit ce que le Seigneur lui avait commandé. Il ne voulut pas néanmoins le faire le jour, parce qu'il craignait ceux de la maison de son père, et les hommes de cette ville-là; mais il fit tout pendant la nuit.

28. Les habitants de cette ville étant donc venus au matin virent l'autel de Baal détruit, le bois coupé, et le second taureau mis sur l'autel qui venait d'être élevé.

29. Alors ils se dirent les uns aux autres : Qui est-ce qui a fait cela? Et cherchant partout qui était l'auteur de cette action, on leur dit : C'est Gédéon, fils de Joas, qui a fait toutes ces choses.

30. Ils dirent donc à Joas : Faites venir ici votre fils, afin qu'il meure, parce qu'il a détruit l'autel de Baal, et qu'il en a coupé le bois.

---

17. 15.— *Domini Pax.* Scilicet est, quasi dicat : Est auctor pacis, seu salutis, * et pacem salutemque populo suo largietur. — *Usque in præsentem diem.* Scilicet stat altare illud.

* 25. *Taurum patris tui.* Qui patris tui proprius est, ejusque solius nomine destinatus sacrificio Baal. * *Alterum taurum.* Publicum, et publico totius urbis nomine in sacrificium ei Deo devotum, cujus ope jugum Madianiticæ servitutis depelli contingeret. — *Annorum septem.* Qui ætate tantus sit, quanta erat Madianitica servitus, quæ septem annos tenuerat. — *Destruesque aram Baal, quæ est patris tui.* Joas Gedeonis pater idolorum cultor erat. Gedeonem vero par est credere impietate maculatum non fuisse, a matre fortasse, vel avia in vero unius Dei cultu educatum. — *Nemus quod circa aram est.* Nota veterum consuetudo, qui lucos diis suis sacrare solebant.

26. *Offeres holocaustum.* Sacrificare sacerdotum erat : jussu tamen Dei Gedeon non sacerdos, extraordinarius sacrificii hujus minister constituitur.

Digitized by Google

31. Joas leur répondit : Est-ce à vous à prendre la vengeance de Baal, et à combattre pour lui? Que celui qui est son ennemi meure avant que le jour de demain soit venu; *mais que ce soit Baal qui le fasse mourir. En effet* si Baal est Dieu, qu'il se venge *lui-même* de celui qui a détruit son autel.

32. Depuis ce jour Gédéon fut appelé Jérobaal, à cause de cette parole que Joas avait dite : Que Baal se venge de celui qui a renversé son autel.

31. Quibus ille respondit : Numquid ultores estis Baal, ut pugnetis pro eo ? Qui adversarius est ejus, moriatur antequam lux crastina veniat : si Deus est, vindicet se de eo, qui suffodit aram ejus.

32. Ex illo die vocatus est Gedeon, Jerobaal, eo quod dixisset Joas : Ulciscatur se de eo Baal, qui suffodit aram ejus.

§ IV. *Les Madianites, les Amalécites et les peuples d'orient se joignent contre Israël. L'esprit du Seigneur remplit Gédéon, et Dieu le choisit pour sauver son peuple. Gédéon lui demande un double signe, et Dieu le lui accorde.*

33. Cependant les Madianites, les Amalécites et les peuples d'orient se joignirent ensemble ; et ayant passé le Jourdain, ils vinrent se camper dans la vallée de Jezrael, *pour piller et ravager le pays.*

34. En même temps l'esprit du Seigneur remplit Gédéon qui, sonnant de la trompette, assembla toute la maison d'Abiézer, *qui était sa famille,* afin qu'elle le suivit.

35. Il envoya aussi des gens dans toute la tribu de Manassé, qui le suivit aussi; et il en envoya d'autres dans la tribu d'Aser, de Zabulon et de Nephthali, et ceux de ces tribus vinrent au-devant de lui.

36. Alors Gédéon dit à Dieu : Si vous voulez vous servir de ma main pour sauver Israël, comme vous me l'avez dit, *permettez-moi de vous demander un signe qui en assure mes frères, et qui leur donne de la confiance en moi. Voici quel est le signe que je vous demande :*

33. Igitur omnis Madian, et Amalec, et orientales populi congregati sunt simul : et transeuntes Jordanem, castrametati sunt in valle Jezrael.

34. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina convocavit domum Abiezer, ut sequeretur se.

35. Misitque nuntios in universum Manassen, qui et ipse secutus est eum : et alios nuntios in Aser et Zabulon et Nephthali, qui occurrerunt ei.

36. Dixitque Gedeon ad Deum : Si salvum facis per manum meam Israel, sicut locutus es,

---

31. *Numquid ultores estis Baal?* Quasi dicat : Ne solliciti sitis; sacrilegum non patietur ipse Baal in crastinam usque diem vivere, sed ab eo interficietur, quisquis ille est. Magis etiam decet ut Baal, qui a potentia ac dominatu nomen habet, seipsum ulciscatur, suasque vindicet injurias.

32. *Vocatus est Gedeon Jerobaal.* Quod idem est ac *impugnans Baal*, vel *judicans*, aut *damnans Baal.*

33. *In valle Jezrael.* Fuit Jezrael Judææ tribus oppidum, Josue 15. 56, prope montem Gelboe, non procul a Jordane.

34. *Spiritus autem Domini.* Vide dicta c. 3, n. 3, n. 10. — *Domum Abiezer.* Familiam Ezri, de qua ipse erat.

35. *Occurrerunt ei.* Hebr. *ascenderunt ad occurrendum ei*, conjunxerunt se cum copiis Gedeon.

36. *Si salvum facis.* Credebat Deum posse et velle salvum facere Israel ; sed duplici signo postulat fidem suam augeri, et alacritatem magis incitari.

Digitized by Google

37. Ponam hoc vellus lanæ in area : si ros in solo vellere fuerit, et in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel.

38. Factumque est ita. Et de nocte consurgens, expresso vellere, concham rore implevit.

39. Dixitque rursus ad Deum : Ne irascatur furor tuus contra me si adhuc semel tentavero, signum quærens in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, et omnis terra rore madens (1).

40. Fecitque Deus nocte illa ut postulaverat : et fuit siccitas in solo vellere, et ros in omni terra.

37. Je mettrai dans l'aire cette toison; et si toute la terre demeurant sèche la rosée ne tombe que sur la toison, je reconnaîtrai par là que vous vous servirez de ma main, selon que vous me l'avez promis, pour délivrer Israël.

38. Ce que Gédéon avait proposé arriva; car s'étant levé de grand matin, il pressa la toison, et remplit une tasse de la rosée qui en sortit.

39. Gédéon dit encore à Dieu : Que votre colère ne s'allume pas contre moi si je fais encore une fois une épreuve, en demandant un second signe dans la toison. Je vous prie, *Seigneur*, que toute la terre soit trempée de la rosée, et que la toison seule demeure sèche.

40. Le Seigneur fit cette nuit-là même ce que Gédéon avait demandé : la rosée tomba sur toute la terre, et la toison seule demeura sèche.

CHAPITRE VII.

§ 1. *Gédéon avec tout le peuple marche à la fontaine de Harad. Dieu trouve cette armée trop nombreuse pour l'exécution de ses desseins. Il donne à Gédéon une marque pour reconnaître ceux qu'il avait choisis. Il ne s'en trouve que trois cents, et Gédéon renvoie tous les autres* (2).

L'AN DU MONDE 2759.

1. Igitur Jerobaal qui et Gedeon, de nocte consurgens, et omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad; erant autem castra Madian in valle ad septentrionalem plagam collis excelsi.

2. Dixitque Dominus ad Gedeon : Multus tecum est populus,

1. Jérobaal, qui s'appelle aussi Gédéon, se leva donc avant le jour, et vint, accompagné de tout le peuple, à la fontaine nommée Harad. Quant aux Madianites, ils étaient campés dans la vallée, vers le côté septentrional d'une colline fort élevée.

2. Alors le Seigneur dit à Gédéon : Vous avez avec vous un grand peuple. Madian

(1) Bible vengée, note VI. — (2) Ibid.

---

37. *Vellus.* Lanam ab ovibus tonsam : hoc enim significat hebr. גִּזָּה *ghizah* quod a radice גָּזַז *guz*, derivatur, quod tondere, excidere, succidere significat.

38. *Concham.* Hebr. סַפַּל *sephel*, quod concham, phialam, hydriamve significat. LXX habent, λεκάνην, *pelvim.*

Cap. VII. 1. *Ad fontem qui vocatur Harad.* Adrichomius vult fontem hunc esse in australi latere montium Gelboe. In hebræo dicitur. *Fontem Charod*, quasi dicat, *Fontem terroris,* sive *pavoris,* sive a terrore Madianitarum, quem non longe ab hoc fonte passi sunt; sive a timore formidolosorum, qui post aquæ haustum domum remissi sunt, de quibus paulo post.— *In valle.* Jezrael, de qua superiori c. n. 33. — *Collis excelsi.* Pars quædam montis Gelboe.

2. *Multus tecum est populus.* Tringinta duo millia pugnatorum habebat in

Digitized by Google

ne sera point livré entre les mains de tant de gens, de peur qu'Israël ne se glorifie contre moi, et ne dise : C'est par mes propres forces que j'ai été délivré.

3. Parlez au peuple, et faites publier ceci devant tous : Que celui qui est timide, et qui manque de cœur s'en retourne *en sa maison*. Et vingt-deux mille hommes du peuple se retirèrent de la montagne de Galaad, et s'en retournèrent; et il n'en demeura que dix mille.

4. Alors le Seigneur dit à Gédéon : Le peuple est encore en trop grand nombre. Menez-les à l'eau, et je les éprouverai là. Je vous marquerai celui que je veux qui aille avec vous, et celui que j'en empêcherai s'en retournera.

5. Le peuple étant venu en un lieu où il y avait des eaux, le Seigneur dit encore à Gédéon : Mettez d'un côté ceux qui, *en passant*, auront pris de l'eau *dans leur main pour la lécher* avec la langue, comme les chiens ont accoutumé de faire; et mettez de l'autre ceux qui auront mis les genoux en terre pour boire.

6. Il s'en trouva donc trois cents qui, prenant l'eau avec la main, la portèrent

nec tradetur Madian in manus ejus : ne glorietur contra me Israel, et dicat : Meis viribus liberatus sum.

3. Loquere ad populum, et cunctis audientibus prædica : Qui formidolosus et timidus est, revertatur. Recesseruntque de monte Galaad, et reversi sunt de populo viginti duo millia virorum, et tantum decem millia remanserunt.

4. Dixitque Dominus ad Gedeon : Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, et ibi probabo illos : et de quo dixero tibi ut tecum vadat, ipse pergat : quem ire prohibuero, revertatur.

5. Cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon : Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum : qui autem curvatis genibus biberint, in altera parte erunt.

6. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os projiciente lam-

---

castris Gedeon, ut apparet ex versiculo sequenti; numerus vero Madianitarum, ut colligitur ex c. 8, n. 10, erat centum triginta quinque millium; ita ut Israelitarum singuli haberent plusquam quatuor Madianitas oppositos, cum quibus pugnandum erat.

3. *Qui formidolosus et timidus.* Ut ita ante prælia proclamaretur, jusserat Dominus, Deuter. 20. 8; nisi Dominus monuisset, fortasse lex ista servata non fuisset, vel propter festinationem, vel quia omnes, qui ad commune periculum tam cito, tam alacres concurrissent, viros esse fortes, minimeque meticulosos credibile videbatur. — *Recesseruntque de monte Galaad.* Erant Gedeonis castra in monte Gelboe, cujus aliquam partem, vel propter similitudinem cum monte Galaad, qui est ultra Jordanem, vel ob aliquam aliam causam nobis ignotam, montem Galaad dictum esse credibile est. Abulensis q. 6. in hoc cap. ait montem Galaad, cujus hic est mentio, montem quemdam parvum esse ad occidentalem partem Jordanis circa urbem Jezrael. Cajetanus putat sermonem esse de monte Galaad, qui est ultra Jordanem, sed eum refert ad homines, hoc modo : Qui formidolosus est, etiamsi sit ex tribu Manasse, quæ Gedeonis ipsius est, et ultra Jordanem in Galaad ex parte commoratur, etiamsi sit e monte Galaad, recedat. — *Viginti duo millia virorum.* Licet enim omnes, vel plerique magno accessissent animo, cum tamen venerunt in conspectum hostilium castrorum, expaverunt, et factam discedendi potestatem amplexi sunt.

5. *Qui lingua lambuerint aquas.* Qui cava manu aquam hausissent, eamque canum more lambuissent. — *Curvatis genibus biberint.* Qui corpore prono cernui ad fluentes aquas os applicuissent more jumentorum cum bibunt.

Digitized by Google

buerant aquas, trecenti viri : omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.

7. Et ait Dominus ad Gedeon : In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, et tradam in manu tua Madian : omnis autem reliqua multitudo revertatur in locum suum.

8. Sumptis itaque pro numero cibariis et tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua : et ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle.

à leur bouche, *comme en courant;* mais tout le reste du peuple avait mis les genoux en terre pour boire.

7. Après quoi le Seigneur dit à Gédéon : C'est par ces trois cents hommes qui ont pris de l'eau avec *la main pour la lécher avec* la langue que je vous délivrerai, et que je ferai tomber Madian entre vos mains : faites donc retirer le reste du peuple.

8. Gédéon leur ayant commandé à tous de se retirer, prit des vivres, avec des trompettes, pour le nombre de gens qu'il avait, et marcha avec ces trois cents hommes pour combattre les ennemis. Or le camp de Madian était en bas, dans la vallée.

§ II. *Le Seigneur envoie Gédéon dans le camp des Madianites. Il y entend expliquer un songe qui l'assure de la victoire sur ses ennemis. Il marche contre eux avec ses trois cents hommes qu'il arme de trompettes et de pots de terre avec des lampes.*

9. Eadem nocte dixit Dominus ad eum : Surge, et descende in castra : quia tradidi eos in manu tua.

10. Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus.

11. Et eum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, et securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse et Phara puer ejus in partem castrorum, ubi erant armatorum vigiliæ.

9. La nuit suivante le Seigneur dit à Gédéon : Levez-vous, et descendez dans le camp *des ennemis*, parce que *je veux vous faire connaître que* j'ai livré les Madianites entre vos mains.

10. Que si vous craignez d'aller seul, que Phara votre serviteur y aille avec vous.

11. Et lorsque vous aurez entendu ce que les Madianites diront, vous en deviendrez plus fort, et vous descendrez ensuite avec plus d'assurance pour attaquer le camp des ennemis. Gédéon prenant donc avec lui son serviteur Phara, s'en alla à l'endroit du camp où étaient les sentinelles de l'armée.

---

7. *In trecentis viris.* Trecentos hos viros retineri jussit Dominus, quia temperantes viri, et ad sensuum voluptatem minimum inclinati, bellicis laboribus magis idonei, et in periculis animo fortiori esse solent.

* 9. *Tradidi eos in manu tua.* Hoc est, ex iis, quæ ibi audies, intelliges me tradidisse.

11. *Confortabuntur manus tuæ.* Confirmatur a Deo Gedeon, ut auctior ipsius esset fortitudo et fiducia, utque milites erectiores fierent, et fidentiores; si enim, cum triginta duo millia essent, tam multi trepidarunt, quid censendum de reliquis trecentis, nisi eis Dominus animos addidisset? — *Ipse et Phara.* Socium assumpsit, quia ita a natura comparatum est, ut in terroribus omnibus magno vel solatio vel auxilio sit aliorum, si non plurium, duorum certe, vel etiam unius tantum præsentia. * Optime quadrat Homeri locus Iliad. 10, ℣. 22, ubi Diomedes castra hostium exploraturus socium expetit, aitque : — Εἰ τίς μοι ἅνηρ ἀμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος, μᾶλλον θαλπωρὴ, καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται. *Si quis me vir simul sequatur et alius, major spes rei bene gerendæ, et audacia erit.*

Digitized by Google

12. Les Madianites, les Amalécites et tous les peuples de l'orient étaient étendus dans la vallée comme une multitude de sauterelles, avec des chameaux sans nombre, comme le sable qui est sur le rivage de la mer.

13. Et lorsque Gédéon se fut approché, il entendit un *soldat* qui contait son songe à un autre, et qui lui rapportait ainsi ce qu'il avait vu : J'ai eu un songe, *disait-il*, et il me semblait que je voyais comme un pain d'orge cuit sous la cendre, qui roulait en bas, et descendait dans le camp des Madianites; et y ayant rencontré une tente, il l'a ébranlée, renversée et jetée tout à fait par terre.

14. Celui à qui il parlait lui répondit : Tout cela n'est autre chose que l'épée de Gédéon, fils de Joas, Israélite. *Nous avons espéré de le dévorer comme un morceau de pain; et lui-même nous renversera et nous écrasera entièrement*, parce que le Seigneur lui a livré entre les mains les Madianites, avec toute leur armée.

15. Gédéon ayant entendu ce songe, et l'interprétation qui lui en avait été donnée, adora *Dieu* : et étant retourné au camp d'Israël, il dit aux siens : Allons promptement, car le Seigneur a livré entre nos mains le camp de Madian.

16. Et ayant divisé ses trois cents hommes en trois bandes, il leur donna des trompettes à la main, et des pots de terre vides, avec des lampes au milieu des pots;

12. Madian autem et Amalec, et omnes orientales populi, fusi jacebant in valle, ut locustarum multitudo : cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena quæ jacet in littore maris.

13. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo : et in hunc modum referebat quod viderat : Vidi somnium, et videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, et in castra Madian descendere : cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subvertit, et terræ funditus coæquavit.

14. Respondit is, cui loquebatur : Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Joas viri Israelitæ : tradidit enim Dominus in manus ejus Madian, et omnia castra ejus.

15. Cumque audisset Gedeon somnium, et interpretationem ejus, adoravit : et reversus est ad castra Israel, et ait : Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian.

16. Divisitque trecentos viros in tres partes, et dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum (1).

(1) Bible vengée, note VI, alinéa : *Il nous paraît que.*

13. *Ad tabernaculum.* Vel ducis exercitus, vel est synecdoche unius tabernaculi nomine, omnia exercitus tentoria significans.

14. *Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis.* Bene conjectat; nam Gedeon ex minima familia, et minimus ipse inter suos bene confertur cum pane hordeaceo, qui est inferioris notæ, quam triticeus. Subitaria etiam et properata expeditio, panis illius celeri volutatione commode refertur. Tabernaculi dejectio bene eversionem rei Madianiticæ, clademque designat.

15. *Adoravit.* Deum scilicet; gratias agens, precatusque ut porro omnia bene succederent; ut ostenso omine Dominus ipse pollicebatur.

16. *Dedit tubas in manibus eorum.* Ex aliorum enim discessu tantus quantus nunc sufficeret tubarum numerus suppetebat. Has κερατίνας, id est *corneas*, vocant LXX. — *Lagenasque vacuas.* Lagenas fictiles. LXX habent, *hydrias*; ut etiam noster interpres hoc c. n. 20. — *Lampades.* Faces quales sunt ex cera, aut quales sunt tædæ ex picea, aut aliis hujusmodi resiniferis arboribus.

Digitized by Google

17. Et dixit ad eos : Quod me facere videritis, hoc facite : ingrediar partem castrorum, et quod fecero sectamini.

17. Et il leur dit : Faites ce que vous me verrez faire. J'entrerai par un endroit du camp. Faites tout ce que je ferai.

18. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite et conclamate, Domino et Gedeoni.

18. Quand vous me verrez sonner de la trompette que j'ai à la main, sonnez de même de la trompette tout autour du camp, et criez *tous* ensemble : Vive le Seigneur ! vive Gédéon !

§ III. *Gédéon entre dans le camp des ennemis et y jette l'épouvante. Ils tournent leurs armes les uns contre les autres ; et ceux qui échappent au carnage prennent la fuite. Les Israélites les poursuivent, se saisissent de leurs chefs et les font mourir.*

19. Ingressusque est Gedeon, et trecenti viri qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, et custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, et complodere inter se lagenas.

19. Gédéon suivi de ces trois cents hommes entra donc par un endroit du camp, lorsqu'on posait les sentinelles vers le minuit. Les gardes s'étant réveillés, *Gédéon et ses gens* commencèrent à sonner de la trompette, et à heurter leurs pots de terre l'un contre l'autre.

20. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, et hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, et dextris sonantes tubas, clamaveruntque : Gladius Domini et Gedeonis :

20. Et faisant autour du camp en trois endroits différents un fort grand bruit (1), après qu'ils eurent rompu leurs pots de terre, ils tinrent leurs lampes de la main gauche, et de la droite les trompettes dont ils sonnaient, et crièrent *tous ensemble :* L'épée du Seigneur et de Gédéon !

21. Stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, et vociferantes, ululantesque fugerunt :

21. Chacun demeura en son poste autour du camp des ennemis, *sans s'avancer et sans leur donner lieu de reconnaître leur petit nombre.* Aussitôt le camp des Madianites se trouva tout en désordre : ils jetèrent de grands cris, et ils s'enfuirent tous.

22. Et nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes.

22. Les trois cents hommes continuèrent à sonner toujours de la trompette : et le

(1) Chacune des bandes du verset 16 à l'endroit où elle se trouvait.

---

18. *Domino et Gedeoni.* Quid hoc significet, colligimus ex n. 20, ubi habemus : *Gladius Domini et Gedeonis*, et ex chaldæa paraphrasi, quæ est hujusmodi : *Gladius a facie Domini procedit, et victoria per Gedeonis manus est*, id est, Deus Madianitas ulciscitur, Gedeon vero hac in re illius minister est. Jubentur clamare milites, quia editæ vociferationes alacritatem aggredientium ostendunt, animosque hostium percellunt.

19. *Incipientibus vigiliis noctis mediæ.* Noctem in horas duodecim dividebant; cuique vero vigiliæ tres horas tribuebant; quare vigiliæ nocturnæ quatuor erant. Mediæ ergo noctis custodia ea est quæ media nocte incipit, hoc est, tertia vigilia. — *Custodibus suscitatis.* Non quod custodes dormirent; nam tunc primum excubituri venerant; sed rei novitate perculsos significat.

* 21. *Stantes singuli in loco suo.* Ita factum ut hi lampades tenentes, qui loco non movebantur, crederentur a Madianitis tantummodo aliis pugnantibus facem accendere.

Digitized by Google

Seigneur tourna les épées de tous ceux du camp les unes contre les autres, et ils se tuaient mutuellement.

23. Et ceux qui échappèrent de ce carnage s'enfuirent jusqu'à Bethsetta et jusqu'au bord d'Abelméhula en Tebbath : mais les enfants d'Israël, des tribus de Nephthali et d'Aser, et tous ceux de la tribu de Manassé, *qui avaient été renvoyés avant le combat*, criant *tous* ensemble, *quand ils eurent appris cet heureux succès de Gédéon*, poursuivirent les Madianites.

24. Et *afin qu'il n'en échappât aucun*, Gédéon envoya des gens sur toute la montagne d'Ephraïm pour dire au peuple : Marchez au devant des Madianites, et saisissez-vous des eaux jusqu'à Bethbera, et de tous les passages du Jourdain. Tous ceux d'Ephraïm criant donc aux armes se saisirent des bords de l'eau et de tous les passages du Jourdain jusqu'à Bethbera.

25. Et ayant pris deux chefs des Madianites, Oreb et Zeb, ils tuèrent Oreb au rocher d'Oreb, et Zeb au pressoir de Zeb; et ils poursuivirent les Madianites, ayant à la main les têtes d'Oreb et de Zeb, qu'ils portèrent à Gédéon au delà du Jourdain, *qu'il avait passé en poursuivant les ennemis.*

Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, et mutua se cæde truncabant,

23. Fugientes usque ad Bethsetta, et crepidinem Abelmehula in Tebbath. Conclamantes autem viri Israel de Nephthali, et Azer, et omni Manasse, persequebantur Madian.

24. Misitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens : Descendite in occursum Madian, et occupate aquas usque Bethbera atque Jordanem. Clamavitque omnis Ephraim, et præoccupavit aquas atque Jordanem usque Bethbera.

25. Apprehensosque duos viros Madian, Oreb et Zeb, interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb vero in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb et Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis.

CHAPITRE VIII.

§ I. *Gédéon apaise par sa douceur les plaintes injustes des enfants d'Ephraïm. Il demande du pain aux habitants de Soccoth et de Phanuël qui lui en refusent.*

LA MÊME ANNÉE 2759.

1. Alors les enfants d'Ephraïm lui di-

1. Dixeruntque ad eum viri

---

22. *Mutua se cæde truncabant.* Cæcitate ducti, et rabie acti, dum existimant se Israelitas cædere, quos in castris esse putabant.

23. *Usque ad Bethsetta.* Loca sunt ignota, quorum alibi Scriptura non meminit. — *Conclamantes autem viri Israel.* Victoriæ enim fama percrebuerat : itaque statim tribus Nephthali, Aser, et Manasse, Madianitas persecutæ sunt.

24. *Occupate aquas.* Nam Madianitarum reliquiæ in patriam redituræ illac iter habituræ erant. — *Bethbera.* Arias putat esse eamdem cum Bethabara, quæ domum transitus significat, quæ ad ripam Jordanis erat, ubi fluvius transiri solebat. Serarius putat diversam; nam hæc dicitur *Bethbera*, et significat *domum frumenti*; illa vero Bethabara, significatque *domum transitus*, ut dixi.

25. *Oreb et Zeb.* Duces Madianitarum. — *In petra Oreb.* Cui a cæde Oreb nomen factum. — *In torculari Zeb.* Opinatur Arias *torcular* hic vocari locum aliquem inter vallem depressum, qui torcularis formam aliquam habuerit. Sed nihil vetat et petram et torcular proprie accipi.

Digitized by Google

Ephraim : Quid est hoc quod facere voluisti, ut nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? jurgantes fortiter, et prope vim inferentes.

2. Quibus ille respondit : Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer?

3. In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb et Zeb : quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, requievit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.

4. Cumque venisset Gedeon ad Jordanem, transivit eum cum trecentis viris qui secum erant : et præ lassitudine, fugientes persequi non poterant.

5. Dixitque ad viros Soccoth : Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt : ut possimus persequi Zebee et Salmana reges Madian.

rent : Pourquoi nous avez-vous traités de cette sorte, de ne nous avoir pas fait avertir lorsque vous alliez combattre les Madianites? Et ils le querellèrent fort aigrement jusqu'à en venir presque à la violence.

2. Gédéon, *au lieu de repousser avec dureté l'injure que lui faisaient les Ephraïmites*, leur répondit *avec douceur et humilité :* Que pourrais-je faire qui égalât ce que vous avez fait? n'est-il pas vrai qu'une grappe de raisin d'Ephraïm vaut mieux que toutes les vendanges d'Abiézer? *Aussi vos exploits l'emportent infiniment sur les miens, puisque vous avez rendu complète la victoire que je n'avais fait que commencer.*

3. *En effet*, le Seigneur a livré entre vos mains les princes de Madian, Oreb et Zeb. Qu'ai-je pu faire qui approchât de ce que vous avez fait? Leur ayant parlé de cette sorte, il apaisa leur colère lorsqu'elle était près d'éclater contre lui.

4. *Pour reprendre ce qui arriva après la déroute des Madianites*, Gédéon, *en les poursuivant*, étant venu sur le bord du Jourdain, le passa avec les trois cents hommes qui le suivaient, qui étaient si las qu'ils ne pouvaient plus poursuivre les Madianites qui fuyaient.

5. Il dit donc à ceux de Soccoth : Donnez, je vous prie, du pain à ceux qui sont avec moi, parce qu'ils n'en peuvent plus, afin que nous puissions poursuivre les princes des Madianites, Zébée et Salmana.

CAP. VIII. 1. *Quid est hoc quod facere voluisti?* Evocarat Gedeon, supra, c. 6. 35, ad belli hujus societatem et auxilium tribus quatuor; omiserat cum alias, tum vero tribum Ephraim. De hoc ista jam queritur et tumultuatur, quasi per contemptum fuisset præterita; aut quod illi invidisset gloriam, quam totam in suam tribum Manasse Gedeon derivare voluisset.

2. *Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis?* In hebræo et græco est, *quid feci nunc sicut vos?* qui scilicet Oreb et Zeb Madianitarum principes cepistis. — *Nonne melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer?* Adagialis locutio. Sensus est : Vos, o tribus Ephraim, adeo præstantiores estis tribu Manasse, ut vestra racematio nostram superet vindemiam. Vos, post vindemiam cæsorum Madianitarum, cepistis eorum duces : at facinus hoc pluris est quam quæ nos ex tribu Manasse (qui in cæteris etiam vobis concedimus) in hoc bello præstitisse videmur.

3. *Requievit spiritus eorum.* Ut enim ait Sapiens, Prov. 15. 1 : *Responsio mollis frangit iram.*

5. *Soccoth.* Quæ vox *tabernacula* significat; quod scilicet Jacob ex Mesopotamia rediens, suique fratris gratiam exquirens, ibi tabernacula fixerit, Genes. 33. 17. Est hæc urbs in tribu Gad.

Digitized by Google

6. Mais les principaux de Soccoth lui répondirent : C'est peut-être que vous avez déjà Zébée et Salmana en votre pouvoir; et c'est ce qui vous fait demander ainsi que nous donnions du pain à vos gens, *comme si vous étiez victorieux, et que nous dussions vous craindre.*

6. Responderunt principes Soccoth : Forsitan palmæ manuum Zebee et Salmana in manu tua sunt, et idcirco postulas ut demus exercitui tuo panes.

7. Gédéon leur répondit : Hé bien, lorsque le Seigneur aura livré entre nos mains Zébée et Salmana, je vous ferai briser le corps avec les épines et les ronces du désert.

7. Quibus ille ait : Cum ergo tradiderit Dominus Zebee et Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti.

8. Ayant passé de là, il vint à Phanuel, et il fit la même demande aux habitants du pays, qui lui firent la même réponse que ceux de Soccoth.

8. Et inde conscendens, venit in Phanuel : locutusque est ad viros loci illius similia. Cui et illi responderunt, sicut responderant viri Soccoth.

9. Gédéon leur répliqua donc de même : Lorsque je serai revenu en paix et victorieux, j'abattrai cette tour-là.

9. Dixit itaque et eis : Cum reversus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.

§ II. *Gédéon atteint Zébée et Salmana qui se reposaient avec les débris de leur armée. Il défait ce reste d'ennemis, et prend ces deux chefs qu'il fait mourir après avoir détruit Soccoth et la tour de Phanuel.*

10. Or Zébée et Salmana reprenaient haleine avec le reste de l'armée; car il n'était demeuré à ce peuple d'orient que quinze mille hommes de toutes leurs troupes, ayant perdu en cette défaite six-vingt mille hommes, tous gens de guerre, et portant armes.

10. Zebee autem et Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium.

11. Gédéon tirant donc vers ceux qui habitent dans les tentes du côté oriental

11. Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis

---

6. *Forsitan palmæ manuum.* Quasi dicerent : Inani spe tibi victoriam polliceris, atque ita loqueris, quasi jam ceperis hos reges quos bellum instauraturos putamus, timemusque ne, si vobis commeatum suppeditasse resciverint, victoriam adepti in nos sæviant.

7. *Conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti.* Spinis ac durioribus sentibus carnes vestras ad mortem usque lacerabo. Meriti sane mortis pœnam qui fatigatos milites in causa communi exiguo commeatu non modo juvare noluerunt, sed ultro etiam irriserunt, in milites fratres suos, in Gedeonem ducem, in rempublicam ac Deum peccantes.

8. *Venit in Phanuel.* Inde nomen habuit hæc urbs, quod Jacob ibi Dominum viderit, cum eoque luctatus sit, Genes. 32. 30. *Phanuel.* Aquila vertit, *faciem Dei;* LXX, *speciem Dei.* Est autem hæc urbs in eadem tribu Gad, contra torrentem Jaboc, in finibus Amorrhæorum.

9. *Destruam turrim hanc.* Quod propterea minatus est Gedeon, quia (ut ait Abulensis quæst. 11). minitanti Gedeoni responderint se ipsius minas nihil facere; sibi adversus eas turrim illam suam stare.

11. *Per viam eorum qui in tabernaculis morabantur.* Hi sunt Arabes qui a tabernaculis *Scenitæ* appellati sunt. — *Ad Orientalem partem Nobe.* Hujus

Digitized by Google

morabantur, ad orientalem partem Nobe et Jegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, et nihil adversi suspicabantur.

12. Fugeruntque Zebee et Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum.

13. Revertensque de bello ante solis ortum,

14. Apprehendit puerum de viris Soccoth : interrogavitque eum nomina principum et seniorum Soccoth, et descripsit septuaginta septem viros.

15. Venitque ad Soccoth, et dixit eis : En Zebee et Salmana, super quibus exprobrastis mihi, dicentes : Forsitan manus Zebee et Salmana in manibus tuis sunt, et idcirco postulas ut demus viris, qui lassi sunt et defecerunt, panes.

16. Tulit ergo seniores civitatis et spinas deserti ac tribulos, et contrivit cum eis, atque comminuit viros Soccoth.

7. Turrim quoque Phanuel subvertit, occisis habitatoribus civitatis.

18. Dixitque ad Zebee et Salmana : Quales fuerunt viri, quos occidistis in Thabor? Qui responderunt : Similes tui, et unus ex eis quasi filius regis.

de Nobé et de Jegbaa, défit l'armée des ennemis qui se croyaient en assurance, s'imaginant qu'ils n'avaient plus rien à craindre, *ayant passé le Jourdain.*

12. Zébée et Salmana s'enfuirent aussitôt, toutes leurs troupes étant en désordre, mais Gédéon les poursuivit et les prit tous deux.

13. Il retourna, *avant la fin du jour*, du combat *qu'il avait commencé*, avant le lever du soleil,

14. Et ayant pris un serviteur de ceux de Soccoth, il demanda les noms des principaux et des sénateurs de Soccoth, dont cet homme lui en marqua soixante-dix-sept.

15. Gédéon étant venu ensuite à Soccoth, dit aux premiers *de la ville :* Voici Zébée et Salmana, sur le sujet desquels vous m'avez insulté, en me disant : C'est peut-être que vous avez déjà Zébée et Salmana en votre pouvoir, et c'est ce qui vous fait demander ainsi que nous donnions du pain à vos gens qui sont si las qu'ils n'en peuvent plus.

16. Ayant donc pris les anciens de la ville de Soccoth, il leur brisa le corps avec les épines et les ronces du désert.

17. Il abattit aussi la tour de Phanuel, après avoir tué les habitants de la ville.

18. Il dit ensuite à Zébée et à Salmana : Comment étaient faits ceux que vous avez tués au mont Thabor, *où la crainte de vos armes les avait obligés de se retirer?* Ils lui répondirent : Ils étaient comme vous, l'un d'eux paraissait un fils de roi.

---

urbis mentio fit Num. 32, versu ultimo. — *Jegbaa.* Erat in tribu Gad, ejusque mentio fit Num. 32, n. 35. — *Securi erant, et nihil adversi suspicabantur.* Quia noctu fuerat commissum prælium, non putabant Madianitæ futurum ut nullam suis quietem daret Gedeon, præsertim cum amnis esset etiam transmittendus.

14. *Apprehendit puerum de viris Soccoth.* Descripsit nomina primariorum civium Soccoth, qui scilicet participes fuerant criminis, ne cum sontibus insontes eodem exitio involveret.

18. *Viri, quos occidistis in Thabor.* Cum Hebræi laterent in montibus et speluncis ob Madianitarum incursiones, de quibus supra, c. 6. 2, Gedeonis fratres, vel germani vel uterini, secesserant in Thabor. Hos ergo reges isti in latebra illa Thaboris repertos interemerunt. De his interrogat Gedeon. — *Similes tui, et unus ex eis quasi filius regis.* Respondent cum laudatione,

Digitized by Google

19. Gédéon ajouta : C'étaient mes frères, et les enfants de ma mère. Vive le Seigneur ; si vous leur aviez sauvé la vie, je ne vous tuerais pas maintenant, *mais je les retirerais de vos mains en vous rendant la liberté.*

20. Il dit ensuite à Jéther son fils aîné : Allez, tuez-les. Mais Jéther ne tira point son épée, parce qu'il craignait, n'étant encore qu'un enfant.

21. Zébée et Salmana dirent donc à Gédéon : Venez vous-même, et tuez-nous ; car c'est l'âge qui rend l'homme fort. Gédéon s'étant avancé tua Zébée et Salmana. Il prit ensuite tous les ornements et les bossettes qu'on met d'ordinaire au cou des chameaux des rois.

19. Quibus ille respondit : Fratres mei fuerunt, filii matris meæ ; vivit Dominus, quia si servassetis eos, non vos occiderem.

20. Dixitque Jether primogenito suo : Surge, et interfice eos. Qui non eduxit gladium : timebat enim, quia adhuc puer erat.

21. Dixeruntque Zebee et Salmana : Tu surge, et irrue in nos : quia juxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, et interfecit Zebee et Salmana : et tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari solent.

§ III. *Gédéon refuse la souveraineté que les Israélites veulent lui donner. Il fait un éphod qui fut depuis un sujet d'idolâtrie pour son peuple et la ruine de sa maison.*

22. Alors tous les enfants d'Israël dirent à Gédéon : Soyez notre prince, et commandez-nous *en qualité de roi ; nous vous reconnaîtrons pour tel,* vous, votre fils et le fils de votre fils, parce que vous nous avez délivrés de la main des Madianites.

22. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon : Dominare nostri tu, et filius tuus, et filius filii tui : quia liberasti nos de manu Madian.

---

tacita quadam adulatione Gedeonis, quod egregia esset forma, et dignitate quæ principem deceret.

19. *Non vos occiderem.* Nam alioquin eos occidere non tenebatur illius præcepti vi, quod Num. 31. 17, datum fuit. Hoc enim temporarium erat, quod in solum illud tempus valebat, ob vindictam sceleris quod admiserant, Num. 25, cum Israelitas ad scortandum cum puellis Madianitis provocarunt, et subinde ad idololatriam.

20. *Jether.* Quæ vox *præstantem* significat, sive *excellentem.* — *Surge, et interfice eos.* Volebat Gedeon ab eo reges illos perimi : 1. ut injustam patruorum suorum mortem ulcisceretur ; 2. ut disceret in Israelitici populi hostes gladium stringere ; 3. ut majori cum cruciatu et dedecore mors illis inferretur ; nam non nisi multis ictibus pueri manus invalida illos poterat conficere, et magnis viris permolestum est a tantulo puero neci dari ; 4. ut victoriæ gloriæque suæ filium participem faceret.

* 21. *Quia juxta ætatem robur est hominis.* Quia vires et robur cum ætate crescunt, atque convenit nos a te potius, qui virile robur habes, interfici, quam ab imbelli puero.

22. *Omnes viri Israel.* Plurimum facit ad Gedeonis gloriam, quod Israel universus in hoc conspiravit, ut principem illum facerent. — *Dominare nostri.* Regio more. — *Tu, et filius tuus, et filius filii tui.* Putat Serarius oblatam regiam potestatem in tertium tantum gradum posteritatis. Crediderim tamen hac phrasi offerri imperium in filios, ac deinceps in nepotes, ac posteros jure successionis perpetuo transmittendum

Digitized by Google

23. Quibus ille ait : Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus.

24. Dixitque ad eos : Unam petitionem postulo a vobis : date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueverant.

25. Qui responderunt : Libentissime dabimus. Expandentesque super terram pallium, projecerunt in eo inaures de præda :

26. Et fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, et monilibus, et veste purpurea, quibus reges Madian uti soliti erant, et præter torques aureas camelorum.

27. Fecitque ex eo Gedeon ephod, et posuit illud in civitate

23. Gédéon leur répondit : Je ne serai point votre prince, et je ne vous commanderai point, ni moi, ni mon fils, *en cette qualité;* mais ce sera le Seigneur qui sera votre prince et qui vous commandera, *et je vous gouvernerai sous son autorité.*

24. Et il ajouta : Je ne vous demande qu'une chose. Donnez-moi les pendants d'oreilles que vous avez eus de votre butin. Car les Ismaélites, *qu'ils venaient de défaire,* avaient accoutumé de porter des pendants d'oreilles d'or.

25. Ils lui répondirent : Nous vous les donnerons de tout notre cœur. Et étendant un manteau sur la terre, ils jetèrent dessus les pendants d'oreilles qu'ils avaient eus de leur butin.

26. Ces pendants d'oreilles que Gédéon avait demandés se trouvèrent peser mille sept cents sicles d'or, sans les ornements, les colliers précieux et les vêtements d'écarlate dont les rois de Madian avaient accoutumé d'user, et sans les carcans d'or des chameaux.

27. Gédéon fit de toutes ces choses précieuses *tous les vases et les ornements né-*

---

23. *Non dominabor vestri.* Scilicet, ut rex; princeps enim et rex vester est ipse Deus qui populum hunc quasi peculium et hæreditatem suam gubernat, fovet ac tuetur.

24. *Date mihi inaures.* Aureas, scilicet, quales Ismaelitæ appendere solebant auribus, ut hoc versiculo dicitur : nec tamen omnes inaures postulat, sed tantum petit ut unusquisque unam ex præda, quæ illi obtigit, inaurem dare velit; nam in hebr. est, *date mihi viri inaurem prædæ vestræ,* id est, quilibet unam det. Eumdem sensum exhibent LXX. * Mos erat ducibus aliquid eximium dare.

26. *Mille septingenti auri sicli.* Aureus siclus fere æquivalet quatuor nummis aureis nostratibus. Itaque mille et septingenti auri sicli efficiunt aureos nostros sex mille octingentos. — *Absque ornamentis, et monilibus.* Non tantum aurum illud datum est, sed etiam hæc insuper addita. — *Ornamentis.* Vox hebr. שהרנים *Saharonim,* ornamenta quædam significat, quæ lunularum figuram habent : quare LXX μηνίσκους, id est, *lunulas,* vocant : iis ornabantur equi et cameli in suis frenis, oreis, ac phaleris, etc. — *Monilibus.* Hebr. נטפות *netiphoth,* quod a verbo נטף *nataph, stillare,* derivatur, vel a nomine נטף *nataph,* quod stacten, guttam, balsamum, seu opobalsamum significat : videtur indicari monilia hæc olfactoriola fuisse myrothecia, pyxidulasve unguentarias, quibus Orientales his deliciis abundantes delectabantur. — *Præter torques aureas camelorum.* Quibus scilicet eorum cervices et colla ornabant.

27. *Fecitque ex eo Gedeon ephod.* Ephod genus vestis est, quod humeros tegit et pectus ambit, illiusque usus sacer erat, quia semper ad divinum cultum referebatur. — *Fornicatusque est omnis Israel in eo.* Quod dicitur *in*

Digitized by Google

cessaires pour offrir des sacrifices au Seigneur, avec un éphod qu'il mit dans sa ville d'Ephra. Et cet éphod devint aux Israélites un sujet de tomber dans la prostitution de l'idolâtrie, et causa la ruine de Gédéon et de toute sa maison.

28. Les Madianites furent donc humiliés devant les enfants d'Israël, et ils ne purent plus lever la tête; mais tout le pays demeura en paix pendant les quarante années du gouvernement de Gédéon.

sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israel in eo, et factum est Gedeoni et omni domui ejus in ruinam.

28. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuerunt ultra cervices elevare : sed quievit terra per quadraginta annes, quibus Gedeon præfuit.

JUSQU'EN 2759.

29. Après cela *Gédéon, appelé aussi* Jérobaal, fils de Joas, étant revenu, demeura dans sa maison :

30. Et il eut soixante-dix fils qui étaient sortis de lui, parce qu'il avait plusieurs femmes.

31. Et sa concubine qu'il avait à Sichem, eut de lui un fils nommé Abimélech.

32. Gédéon, fils de Joas, mourut enfin dans une heureuse vieillesse, et il fut enseveli dans le sépulcre de Joas son père, à

29. Abiit itaque Jerobaal filius Joas, et habitavit in domo sua :

30. Habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore ejus : eo quod plures haberet uxores.

31. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.

32. Mortuusque est Gedeon filius Joas in senectute bona, et sepultus est in sepulcro Joas patris

---

eo, hebraicus textus habet, *post eum*, ut etiam LXX; et sensus est : post mortem Gedeonis Israelitas in idololatriam lapsos. Vel sensus est : *in eo*, id est, *ephode* peccavit Israel, abutendo sacra illa veste (quam confecerat Gedeon ad divinum cultum, si forte aliquando contigisset tabernaculum divino jussu transferri in Ephra, * ad Deum consulendum per pontificem in publicis gravibusque negotiis), permittendo ut idolorum sacrificuli ea uterentur in profanis eorum ceremoniis circa idola : qua explicatione retenta, adhuc dicendum est id peccatum post Gedeonis mortem contigisse. — *Et factum est Gedeoni et omni domui ejus in ruinam.* Licet enim Gedeon non peccaverit sacrum istud instrumentum parando, quia nulla lege id facere vetabatur; tamen ejus domus et cognatio reliquos Israelitas secuta peccavit postea. Quod Gedeoni dicitur fuisse in ruinam, non quidem in se, sed in propinquis suis, cognatis, ac posteris, qui peccato Israelitarum consentientes, in magnas inciderunt ærumnas, ut aliqua ex parte cognoscetur c. 9 sequenti.

30. *Septuaginta filios.* In its numerando etiam Abimelech, de quo n. sequenti. — *Egressi sunt de femore ejus.* Vide dicta Genes. 46. 26.

31. *Concubina autem illius.* Uxor secundaria, legitima quoad matrimonii vinculum, sed familiæ Gedeonis gubernationis expers, nec materfamilias. Drumam eam vocat Josephus l. 5, c. 9.— *Quam habebat in Sichem.* Habitabat quidem Gedeon in Ephra, ibique domum habebat et uxores suas. Verum quia princeps et populi judex erat, frequenter adibat Sichem, ibique hæc illius concubina morabatur. — *Nomine Abimelech.* Quæ vox vel significat *patrem regem*, vel *patrem regis.* Nominis hujus impositione, vel spectavit Druma mariti sui dignitatem, quam in filio suo conspici voluit, vel ei nomen esse optavit omen regni ad quod eum aliquando pervenire cupiebat.

32. *In senectute bona.* Hebr. *in canitie bona*, bene senex : præterea *bona*

Digitized by Google

sui in Ephra de familia Ezri.

33. Postquam autem mortuus est Gedeon, aversi sunt filii Israel, et fornicati sunt cum Baalim. Percusseruntque cum Baal fœdus, ut esset eis in deum (1) :

34. Nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum omnium per circuitum :

35. Nec fecerunt misericordiam cum domo Jerobaal Gedeon, juxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

Ephra, qui appartenait à la famille d'Ezri.

33. Après la mort de Gédéon, les enfants d'Israël se détournèrent *encore* du culte de Dieu, et se prostituèrent *de nouveau* à l'idolâtrie de Baal : ils firent alliance avec Baal, afin qu'il fût leur dieu.

34. Et ils oublièrent leur Seigneur et leur Dieu, qui les avait délivrés des mains de tous leurs ennemis dont ils étaient environnés.

35. Ils n'usèrent point de miséricorde envers la maison de Gédéon, appelé Jérobaal, *comme ils le devaient* pour reconnaître le bien qu'il avait fait à Israël.

CHAPITRE IX.

§ I. *Abimélech, fils d'une concubine de Gédéon, tue soixante-neuf de ses frères, et se fait déclarer roi par les Sichimites.*

L'AN DU MONDE 2768 FINISANT. — AVANT J.-C. 1236.

1. Abiit autem Abimelech filius Jerobaal in Sichem ad fratres matris suæ, et locutus est ad eos, et ad omnem cognationem domus patris matris suæ, dicens :

2. Loquimini ad omnes viros Sichem : Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Jerobaal, an ut dominetur unus vir? simulque considerate, quod os vestrum et caro vestra sum.

1. Car Abimélech, fils de Jérobaal, *désirant se faire roi d'Israël*, s'en alla à Sichem, trouver les frères de sa mère, et tous ceux de la famille du père de sa mère, et il leur parla à tous en ces termes :

2. Représentez ceci, *leur dit-il*, à tous les habitants de Sichem : Lequel est le meilleur pour vous, ou d'être dominés par soixante-dix hommes, tous enfants de Jérobaal, ou de n'avoir qu'un seul homme qui vous commande? et de plus considérez que je suis votre chair et votre sang.

(1) Bible vengée, note VI, alinéa : *L'historien sacré.* — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 240.

---

senectus tranquillitatem significat, secundum famam, auctoritatem, conscientiam bonam et divinam amicitiam.

33. *Aversi sunt.* Defecerunt a Domino. — *Percusseruntque cum Baal fœdus.* Cum Baal-Berith, ut significant hebræa quæ habent, *posuerunt sibi Baal-Berith in Deum.* Vide c. 9 sequenti, n. 4.

35. *Nec fecerunt misericordiam.* Misericordia hic accipitur pro omni pene virtute quæ in alium ad ejus utilitatem, gloriam ac bonum emanat, ut est benevolentia, beneficentia, pietas, gratitudo, justitia, etc. — *Jerobaal Gedeon.* Ponuntur hic simul duo Gedeonis nomina, quod expositionis causa factum indicant LXX, qui vertunt, *cum domo Jerobaal, ipse est Gedeon.*

CAP. IX. * 1. *Abimelech.* Filius Gedeonis ex concubina, de quo dictum c. superiori, n. 31.

2. *Viros Sichem.* Viros primarios; hi enim viri in hebræo dicuntur בעלי *bahalim*, id est, domini. — *Dominetur unus vir.* Melior monarchia reliquis

Digitized by Google

3. Tous les parents de sa mère ayant donc parlé en cette manière à tous les habitants de Sichem, ils gagnèrent leur cœur et leur affection pour Abimélech, en leur disant : C'est notre frère.

4. Et ils lui donnèrent soixante-dix sicles d'argent qu'ils prirent *du trésor* du temple de Baalbérith. Abimélech, avec cet argent, leva une troupe de gens misérables et vagabonds qui le suivirent;

5. Et étant venu en la maison de son père à Ephra, il tua sur une même pierre les fils de Jérobaal, ses frères, *au nombre de soixante-neuf;* en sorte que de soixante-dix enfants de Jérobaal, il ne resta que Joatham, le plus jeune de tous, que l'on cacha.

6. Alors tous les habitants de Sichem s'étant assemblés avec toutes les familles de la ville de Mello, allèrent établir roi

3. Locutique sunt fratres matris ejus de eo ad omnes viros Sichem universos sermones istos, et inclinaverunt cor eorum post Abimelech, dicentes : Frater noster est.

4. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalberith. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes et vagos, secutique sunt eum.

5. Et venit in domum patris sui in Ephra, et occidit fratres suos filios Jerobaal septuaginta viros, super lapidem unum : remansitque Joatham filius Jerobaal minimus, et absconditus est.

6. Congregati sunt autem omnes viri Sichem, et universæ familiæ urbis Mello : abieruntque et con-

---

reipublicæ formis. Hinc argumentum petit Abimelech. — *Os vestrum et caro vestra.* Propinquus vester.

4. *Septuaginta pondo argenti.* In hebræo, chaldæo, et græco tantummodo est, *dederunt ei septuaginta argenti e domo Baalberith,* et videtur subintelligendum *talenta,* quod vulgatus noster voce *pondo* expressit. Porro talentum tria siclorum millia continebat; siclus vero unus argenteus, ut alibi diximus, quatuor argenteis regalibus Hispanicis æquivalebat. — *De fano Baalberith.* Berith significat fœdus, pactum, testamentum. Vel ergo dicitur Baalberith, quod fœderibus præesset, ut apud Græcos Ζεὺς Ὅρκιος, vel quod suo illi Baal certa aliqua ceremonia devovissent se; vel tandem quod in eo fano populus Sichem cum Abimelech fœdus pepigisset. * Secunda explicatio est genuina. Vide hoc eodem c. n. 46.

5. *Septuaginta viros.* Sexaginta octo; nam Joatham evasit, et ipse Abimelech e numero erat septuaginta. Ponitur ergo numerus rotundus, ut fere fieri solet, etiamsi unus aut alter desideretur, aut supersit. Sic dicimus passim LXX interpretes, cum tamen fuerint septuaginta duo. — *Super lapidem unum.* Id factum vult Abulensis, quia Abimelech non hostis, sed judicis personam sustinere voluit videri, atque ita tanquam facinorosos criminis alicujus compertos in loco supplicii mactari jussit. Arias Montanus putat lapidem hunc inani deo Baalberith quasi aram statutum ac dicatum : quia vero Baalis aram confregerat ac disturbarat Gedeon, c. 6. 27, et super petra araque nova in Baalis contumeliam sacrificium obtulerat, voluisse Abimelech dæmonis illius injuriam ulcisci, populique voluntatem, quia Baali addictus erat, sibi adjungere.

6. *Familiæ urbis Mello.* Est urbs seu oppidum Sichimis proximum : est etiam alius locus eodem nomine appellatus, de quo II. Reg. 5. 9 et alibi sermo est. — *Constituerunt regem Abimelech.* Non legitimo jure Abimelech regnavit, sed malis artibus principatum occupavit. Solet tamen inter populi judices censeri, quia facto rempublicam administravit, licet jure ad illius gubernationem non venerit. — *Juxta quercum quæ stabat in Sichem.* LXX

Digitized by Google

stituerunt regem Abimelech, juxta quercum quæ stabat in Sichem.

Abimélech, près du chêne qui était à Sichem.

L'AN DU MONDE 2769. —AVANT J.-C. 1235.

§ II. *Parabole que Joatham prononce contre ceux de Sichem. Il y représente leur injustice et les maux qu'elle attirera sur eux et sur Abimélech.*

7. Quod cum nuntiatum esset Joatham, ivit, et stetit in vertice montis Garizim : elevataque voce, clamavit, et dixit : Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus.

7. Joatham en ayant reçu la nouvelle s'en alla au haut de la montagne de Garizim, où se tenant debout, il cria à haute voix, et parla de cette sorte : Ecoutez-moi, habitants de Sichem, comme vous voulez que Dieu vous écoute.

8. Ierunt ligna, ut ungerent super se regem : dixeruntque olivæ : Impera nobis.

8. Les arbres s'assemblèrent un jour pour s'élire un roi, et ils dirent à l'olivier : Soyez notre roi.

9. Quæ respondit : Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua et dii utuntur et homines, et venire ut inter ligna promovear (1)?

9. L'olivier leur répondit : Puis-je abandonner mon suc et mon huile, dont les dieux et les hommes se servent, pour venir m'établir au-dessus des arbres?

10. Dixeruntque ligna ad arborem ficum . Veni, et super nos regnum accipe.

10. Les arbres dirent ensuite au figuier : Venez régner sur nous.

11. Quæ respondit eis : Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suavissimos,

11. Le figuier leur répondit : Puis-je abandonner la douceur de mon suc et l'excellence de mes fruits, pour me ve-

(1) Bible vengée, note VII.

---

etiam vocant *quercum stationis*, quæ scilicet tanto tempore stetit; asseritur enim fuisse illa eadem sub qua olim Abraham, Jacob et Josue constiterunt, Genes. c. 12. 7, et cap. 35. 4, et Josue 24. 26. * Quod non facile crediderim; vel enim dicitur quercus stationis, quia non ipsa tantum stabat, sed et collocatam olim inibi statuam stantem, de qua Josue, loco citato, adhuc habebat. Vide quæ ibi dicta sunt.

7. *In vertice montis Garizim.* Non longe aberat a Sichem mons hic, sicut et alter ei oppositus Hebal, ambo benedictionum execrationumque ceremonia celebres, Deut. 27, et Josue 8. — *Ita audiat vos Deus.* Id est, si a Deo preces vestras calamitate aliqua aut ærumna pressi admitti cupitis, et me calamitosum secundis auribus audite.

8. *Ierunt ligna, ut ungerent super se regem.* Apologus : sic Ezechielis c. 17. 24, lignis traditur scientia.

9. *Quæ respondit.* Oliva, ficus, et vitis regnum deprecantur, et bono proprio carere se posse negant, quod tamen bonum, etiamsi privatæ maneant, aliis prosit, imo plus prosit, quam si ad regnum promoveantur. — *Qua et dii utuntur et homines.* Hebr. *honorantur dii et homines.* Oleo honoratur Deus, dum ad sacrificia, Exod. 29. 23; Lev. 2. 6, 7 et alibi; ad luminaria item sacra, Exod. 25. 6, 28. 35; Num. 4, ad altarium, sacerdotum et pontificum consecrationem adhibetur. Homines vero honorantur oleo, quia illud ad regum unctiones adhibetur; quare etiam n. 8 dictum est : *Ierunt ligna, ut ungerent super se regem.* Alii usus olei inter homines quotidiani sunt, nec illos opus est recensere.

11. *Fructus suavissimos.* Hebr. *reditum optimum,* quo significatur, et ficus fertilitas, et lucrum quod ex ficetis existit.

Digitized by Google

nir établir au-dessus des arbres ?

12. Les arbres s'adressèrent encore à la vigne, et lui dirent : Venez prendre le commandement sur nous.

13. La vigne leur répondit : Puis-je abandonner mon vin, qui est la joie de Dieu *dans les sacrifices*, et des hommes *dans leurs repas*, pour venir m'établir au-dessus des arbres ?

14. Enfin tous les arbres dirent au buisson : Venez, et vous serez notre roi.

15. Le buisson leur répondit : Si vous m'établissez véritablement pour votre roi, venez vous reposer sous mon ombre : que si vous ne le voulez pas, que le feu sorte du buisson, et qu'il dévore les cèdres du Liban.

16. Considérez donc maintenant si ç'a été pour vous une action juste et innocente d'établir ainsi Abimélech pour votre prince ; si vous avez bien traité Jérobaal et sa maison; si vous avez reconnu,

et ire ut inter cætera ligna promovear ?

12. Locutaque sunt ligna ad vitem : Veni, et impera nobis.

13. Quæ respondit eis : Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum et homines, et inter ligna cætera promoveri (1) ?

14. Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum : Veni, et impera super nos.

15. Quæ respondit eis : Si vere me regem vobis constituistis, venite, et sub umbra mea requiescite; si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, et devoret cedros Libani.

16. Nunc igitur, si recte et absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, et bene egistis cum Jerobaal, et cum domo ejus, et reddidistis vicem be-

(1) Bible vengée, note VII.

---

13. *Lætificat Deum et homines.* Deus vino lætificatur, quia in sacrificiis et libaminibus adhibebatur : homines, quia in conviviis et communibus mensis ad potum illo utuntur.

14. *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum.* D. Hieronymus in Aggæi c. 2 : *Rhamnus,* inquit, *spinosus frutex et arbuscula sentibus uncinisque contexta, qua teneat quidquid attigerit, et retentum vulneret, et vulneratorum sanguine delectetur. — Veni et impera super nos.* Cum fructuosarum arborum optimæ principatum non admitterent, ad infructuosarum pessimam et nocentissimam venitur, rhamnum scilicet.

15. *Sub umbra mea requiescite.* Licet rhamni umbra quietem, protectionem, securitatemque polliceri videatur, tamen sub ea latentibus vix caput erigere, brachium porrigere licet, aut corpus commovere, quin sentibus ac spinarum aculeis compungaris, quod tyrannorum ingenium est. — *Egrediatur ignis.* Hoc etiam tyrannicum est, si non fiant omnia prompte quæ præcipiuntur, exardescunt, et iram, non in vulgares tantum homines sed in primores etiam, qui per cedros Libani significantur, expromunt.

16. *Nunc igitur, si recte.* Est apologi apodosis, circa quam notandum tribus arboribus, quæ imperium recusant, significari omnes viros bonos, qui, si ad regnum Israeliticum vocati fuissent, illud non admisissent, quod id contra divinam voluntatem esse non ignorarent. Rhamnus ambitiosos, impios, diviniquc timoris expertes, ac nominatim Abimelech tyrannum notat. Hoc posito, sententia est : Si regem eligendo, fratres meos occidendo, patri meo defuncto tanta mala inferendo bene fecistis, bene sit vobis, et regi vestro; lætamini vos cum illo, et vicissim ipse vobiscum. Sin vero male fecistis, ut certe male et pessime fecistis, ipse rex vos perdat, et vos illum ; mutua vos ira et odio conficiatis, mutuis vos ignibus in cinerem redigatis.

Digitized by Google

neficiis ejus, qui pugnavit pro vobis,

17. Et animam suam dedit periculis, ut erueret vos de manu Madian,

18. Qui nunc surrexistis contra domum patris mei, et interfecistis filios ejus septuaginta viros super unum lapidem, et constituistis regem Abimelech filium ancillæ ejus super habitatores Sichem, eo quod frater vester sit:

19. Si ergo recte et absque vitio egistis cum Jerobaal, et domo ejus, hodie lætamini in Abimelech, et ille lætetur in vobis.

20. Sin autem perverse: egrediatur ignis ex eo, et consumat habitatores Sichem, et oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, et de oppido Mello, et devoret Abimelech.

21. Quæ cum dixisset, fugit, et abiit in Bera: habitavitque ibi ob metum Abimelech fratris sui.

22. Regnavit itaque Abimelech super Israel tribus annis.

comme vous deviez, les grands services de celui qui a combattu pour vous,

17. Et qui a exposé sa vie à tant de périls pour vous délivrer des mains des Madianites;

18. Et si vous avez dû vous élever comme vous avez fait contre la maison de mon père, en tuant sur une même pierre ses soixante-dix fils, et en établissant Abimélech, fils de sa servante, pour prince sur les habitants de Sichem, parce qu'il est votre frère;

19. Si donc vous avez traité comme vous deviez Jérobaal et sa maison, et que vous ne lui ayez point fait d'injustice, qu'Abimélech soit votre bonheur; et puissiez-vous être aussi le bonheur d'Abimélech.

20. Mais si vous avez agi contre toute justice, que le feu sorte d'Abimélech, qu'il consume les habitants de Sichem et la ville de Mello; et que le feu sorte des habitants de Sichem et de la ville de Mello, et qu'il dévore Abimélech.

21. Ayant dit ces paroles, il s'enfuit, et s'en alla à Béra où il demeura, parce qu'il craignait Abimélech, son frère.

22. Abimélech fut donc prince d'Israël pendant trois ans.

JUSQU'EN L'AN DU MONDE 2771. — AVANT J.-C. 1233.

§ III. *Les Sichimites conçoivent de l'aversion contre Abimélech, et lui dressent des embûches. Abimélech les vient attaquer, prend leur ville et la détruit entièrement.*

23. Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech et habitatores Sichem, qui cœperunt eum detestari,

24. Et scelus interfectionis sep-

23. Mais le Seigneur envoya un esprit de haine *et* d'aversion entre Abimélech et les habitants de Sichem, qui commencèrent à le détester,

24. Et à imputer à Abimélech, leur

---

* 21. *In Bera.* Quem locum D. Hieronymus distare ait octo millibus ab Eleutheropoli, ad aquilonem. Hujus loci non est mentio in Scriptura; eum Bonfrerius constituit in tribu Juda.

23. *Spiritum pessimum.* D. August. et alii diabolum interpretantur. Is postea discordiarum malorumque omnium auctor et incentor fuit. Sic Ps. 77. 49, dicitur: *Misit Dominus in eos iram indignationis suæ... immissiones per angelos malos.* Quod autem dicitur misisse Dominus spiritum hunc, cum S. August. intelligendum est, *permissive,* ut scilicet, spiritum malignum ire inter eos volentem permiserit Deus ire, et pacem perturbare, etc. — *Habitatores Sichem.* Plebem intelligit, quæ scelus ab Abimelech patratum ipsi Abimelech, et primoribus Sichem civibus adscribebat, ac propterea eos oderat et aversabatur.

Digitized by Google

frère, et aux principaux Sichimites qui l'avaient soutenu, le crime du meurtre des soixante-dix fils de Jérobaal, et de la cruelle effusion de leur sang.

25. Ils lui dressèrent donc des embûches au haut des montagnes; et en attendant qu'il vînt, ils s'exerçaient à des brigandages, et volaient tous les passants. Mais Abimélech en fut averti.

26. Cependant Gaal, fils d'Obed, vint avec ses frères, et passa à Sichem; et les Sichimites à son arrivée ayant pris une nouvelle confiance,

27. Sortirent en campagne, ravagèrent les vignes *d'Abimélech et des siens*, foulèrent aux pieds les raisins; et dansant et chantant ils entrèrent dans le temple de leur dieu, où, parmi les festins et les pots, ils faisaient des imprécations contre Abimélech.

28. Et Gaal, fils d'Obed, criait à haute voix : Qui est Abimélech? et quelle est la ville de Sichem, pour être assujettie à Abimélech? n'est-il pas fils de Jérobaal? Et cependant il a établi un Zébul son serviteur pour gouverner sous lui ceux de *cette ville dont la plupart étaient de* la maison d'Hémor, père de Sichem. Pourquoi donc serons-nous assujettis à Abimélech, et *pourquoi souffrirons-nous qu'il nous domine?*

tuaginta filiorum Jerobaal, et effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, et in cæteros Sichimorum principes, qui eum adjuverant.

25. Posueruntque insidias adversus eum in summitate montium: et dum illius præstolabantur adventum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus; nuntiatumque est Abimelech.

26. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, et transivit in Sichimam. Ad cujus adventum erecti habitatores Sichem,

27. Egressi sunt in agros, vastantes vineas, uvasque calcantes: et factis cantantium choris, ingressi sunt fanum dei sui, et inter epulas et pocula maledicebant Abimelech,

28. Clamante Gaal filio Obed: Quis est Abimelech, et quæ est Sichem, ut serviamus ei? numquid non est filius Jerobaal, et constituit principem Zebul servum suum super viros Hemor patris Sichem? Cur ergo serviemus ei?

---

25. *Posueruntque insidias.* Sichimitæ qui cum Gaal conspiraverant ut Abimelech everterent. — *Dum illius præstolabantur adventum.* Scilicet Abimelech. — *Agentes prædas de prætereuntibus.* Latrocinia in eos potissimum exercentes, qui pro Abimelech stabant.

26. *Gaal filius Obed.* Vir cognatione magna, opibus viribusque potens, popularis et gratiosus, ex qua tribu aut urbe fuerit, non exprimitur in sacro textu.

27. *Vastantes vineas.* In hebræo et apud LXX est, *vindemiantes vineas.* Adventu Gaalis alacres facti Sichimitæ, quod prius facere non audebant, colligendis uvis insistunt, vinum exprimunt, et inter vulgarem vindemiatorum lasciviam Abimelechum carpunt, et lacerant dictis. — *Ingressi sunt fanum dei sui.* Ut eum laudarent, et de excusso Abimelechi jugo gratias agerent, hostiasque immolarent.

*28. *Clamante Gaal.* Palam hæc jactante. — *Quis est Abimelech?* Quam vilis, quam improbus! — *Quæ est Sichem, ut servianus ei?* E contrario, quæ et quanta est civitas Sichem! — *Numquid non est filius Jerobaal?* A patris persona vocat Abimelech in invidiam. Gedeonem etiam invidiose Jerobaal vocat, ut patratam ab illo eversionem aræ Baal, cui Sichimitæ erant addicti,

Digitized by Google

29. Utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, et veni.

30. Zebul enim princeps civitatis, auditis sermonibus Gaal filii Obed, iratus est valde,

31. Et misit clam ad Abimelech nuntios, dicens: Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, et oppugnat adversum te civitatem.

32. Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, et latita in agro:

33. Et primo mane oriente sole, irrue super civitatem; illo autem egrediente adversum te cum populo suo, fac ei quod potueris.

34. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, et tetendit insidias juxta Sichimam in quatuor locis.

35. Egressusque est Gaal filius Obed, et stetit in introitu portæ civitatis. Surrexit autem Abimelech, et omnis exercitus cum eo de insidiarum loco.

36. Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quasi capita hominum, et hoc errore deciperis.

29. Plût à Dieu, *ajoutait Baal*, que quelqu'un me donnât l'autorité sur ce peuple, pour exterminer Abimélech! Cependant on vint dire à Abimélech: Assemblez une grande armée, et venez.

30. *Ce fut* Zébul, gouverneur de la ville, *qui*, ayant entendu ces discours de Gaal, fils d'Obed, entra dans une grande colère,

31. Et envoya en secret des courriers à Abimélech, pour lui dire: Gaal, fils d'Obed, est venu à Sichem avec ses frères, et il presse la ville de se déclarer contre vous.

32. Venez donc de nuit avec les troupes qui sont avec vous; tenez-vous caché dans les champs;

33. Et au point du jour, lorsque le soleil se lèvera, venez fondre sur la ville, Gaal sortira contre vous avec ses gens, et vous serez en état de le battre.

34. Abimélech ayant donc marché de nuit avec toute son armée dressa des embuscades en quatre endroits près de Sichem.

35. Gaal, fils d'Obed, étant sorti de la ville, se tint à l'entrée de la porte; et Abimélech sortit de l'embuscade avec toute son armée.

36. Gaal ayant aperçu les gens d'Abimélech dit à Zébul: Voilà bien du monde qui descend des montagnes. Zébul lui répondit: Ce sont les ombres des montagnes qui vous paraissent des têtes d'hommes; et c'est là ce qui vous trompe.

---

revocet in memoriam. — *Constituit principem Zebul servum suum.* Præfectum constituit Zebul, clientem suum. — *Super viros Hemor.* Inducitur mentio Hemor patris Sichem, ut civitatis hujus antiqua nobilitas, libertasque in memoriam revocetur, ex Genes. 34.

* 29. *Dictumque est Abimelech.* A quopiam monitus est, fortasse a Zebul, seu ab eo quem Zebul ablegarat, ut faceret id quod sequitur.

* 31. *Oppugnat.* Munit, armat.

* 32. *Latita in agro.* Quasi in insidiis, et opportunitatem invadendi expectans.

* 33. *Illo autem egrediente.* Supponit non ausurum illum aliter facere, utpote qui sese ita jactarat, et Abimelecho insultarat.

* 34. *In quatuor locis.* Diviso exercitu in quatuor ordines, sub quatuor ducibus.

* 35. *Egressusque.* Processit, progressus est, vel domo est egressus.

36. *Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul.* Simulabat Zebul amicitiam cum Gaal; at clam illo, ut enim dicitur n. 31, Abimelech monuerat ut cum suis veniret in Sichem. — *Umbras montium vides.* Conatur Zebul

Digitized by Google

37. Gaal lui dit encore : Voilà un grand peuple qui sort du milieu de terre, et j'en vois venir une grande troupe par le chemin qui regarde le chêne.

38. Zébul lui répondit : Où est maintenant cette audace avec laquelle vous disiez : Qui est Abimélech pour nous tenir assujettis à lui? Ne sont-ce pas là les gens que vous méprisiez? Sortez donc, et combattez contre eux.

39. Gaal sortit ensuite à la vue de tout le peuple de Sichem, et combattit contre Abimélech.

40. Mais Abimélech le contraignit de fuir, le poursuivit et le chassa jusqu'à la ville; et plusieurs de ses gens furent tués jusqu'à la porte de Sichem.

41. Abimélech s'arrêta ensuite à Ruma; et Zébul chassa de la ville Gaal avec ses gens, et il ne souffrit plus qu'il y demeurât.

42. Le lendemain le peuple de Sichem se mit en campagne; et Abimélech en ayant eu nouvelle,

43. Mena son armée contre les Sichimites, la divisa en trois bandes, et leur dressa des embuscades dans les champs. Lorsqu'il vit que les habitants sortaient de la ville, il se leva de l'embuscade :

44. Il les chargea vivement avec ses troupes, et il vint assiéger la ville. Cepen-

37. Rursumque Gaal ait : Ecce populus de umbilico terræ descendit, et unus cuneus venit per viam quæ respicit quercum.

38. Cui dixit Zebul . Ubi est nunc os tuum, quo loquebaris : Quis est Abimelech ut serviamus ei? Nonne hic populus est, quem despiciebas? Egredere, et pugna contra eum.

39. Abiit ergo Gaal, spectante Sichimorum populo, et pugnavit contra Abimelech,

40. Qui persecutus est eum fugientem, et in urbem compulit: ceciderunt que ex parte ejus plurimi, usque ad portam civitatis :

41. Et Abimelech sedit in Ruma : Zebul autem, Gaal et socios ejus expulit de urbe, nec in ea passus est commorari.

42. Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cum nuntiatum esset Abimelech,

43. Tulit exercitum suum, et divisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Videnque quod egrederetur populus de civitate, surrexit, et irruit in eos.

44. Cum cuneo suo, oppugnans et obsidens civitatem : duæ autem

---

Gaalem a suspicione adventantis exercitus removere, ne imminenti malo occurreret.

* 37. *Rursumque Gaal ait.* Nimirum postquam aciem rursum intendisset, et attentius rem considerasset. — *De umbilico terræ.* Umbilicus terræ vocatur, non, ut aliquando, id quod est medium, sed quod editius est et fortius, ut sunt montes. Alii putant vocari umbilicum, quod locus esset in terræ illius medio, collisque bonus et ferax. — *Per viam quæ respicit quercum.* Illam, credo, quercum intelligit, de qua supra, n. 6.

38. *Ubi est nunc os tuum.* Jam Zebul larvam deponit et amarulenta eorum exprobratione quæ Gaal dixerat n. 28, eum ad manus cum Abimelech conferendas impellit.

40. *In urbem compulit.* Duæ erant in Sichem factiones : altera Zebul, altera Gaal sequebatur; quamvis ergo victus Gaal fususque fuisset ab Abimelech, tamen eum Zebul urbe excludere non potuit; sed cum primum potuit, expulit, ut narratur n. 41.

* 41. *In Ruma.* Quæ, ut tradit D. Hieronym. de Locis hebraicis, est in finibus Diospoleos, et a plerisque Arimathæa dicitur.

42. *Egressus est populus in campum.* Ad redintegrandum bellum.

43. *Quod egrederetur populus de civitate.* Non ut agrestibus vacaret operibus ut putavit Sabellicus l. 8. Exemplorum, c. 3, sed ut pugnaret.

Digitized by Google

turmæ palantes per campum adversarios persequebantur.

45. Porro Abimelech omni die illo oppugnabat urbem : quam cepit, interfectis habitatoribus ejus, ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret.

dant les deux autres corps de son armée poursuivaient les ennemis qui fuyaient çà et là dans la campagne.

45. Abimélech attaqua la ville pendant tout ce jour ; et l'ayant prise il en tua tous les habitants, et la détruisit d'une telle sorte, qu'il sema du sel au lieu où elle avait été.

§ IV. *Abimélech met le feu à la tour de Sichem, et y brûle mille personnes. Il attaque la ville de Thèbes, et y est tué d'une pierre que jette une femme.*

46. Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt fanum dei sui Berith, ubi fœdus cum eo pepigerant, et ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde.

47. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos,

48. Ascendit in montem Selmon cum omni populo suo : et arrepta securi, præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios : Quod me videtis facere, cito facite.

49. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur ducem. Qui circumdantes præsidium, succenderunt, atque ita factum est, ut fumo et igne mille homines necarentur, viri pariter et mulieres, habitatorum turris Sichem.

50. Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu.

46. Ceux qui habitaient dans la tour de Sichem ayant appris ceci entrèrent dans le temple de leur dieu Berith, où ils avaient fait alliance avec lui ; ce qui avait fait donner à ce lieu le nom *de Berith, c'est-à-dire alliance ;* et ce lieu était extrêmement fort.

47. Abimélech ayant appris de son côté que tous ceux de cette tour s'étaient réfugiés et renfermés tous ensemble en un seul lieu,

48. Il monta sur la montagne de Selmon avec tous ses gens, coupa une branche d'arbre, la mit sur son épaule, et dit à ses compagnons : Faites promptement ce que vous m'avez vu faire.

49. Ils coupèrent donc tous à l'envi des branches d'arbre, et suivirent leur chef ; et environnant cette forteresse, ils y mirent le feu qui y prit d'une telle force que mille personnes, tant hommes que femmes, qui demeuraient dans cette tour de Sichem, y furent tous étouffés par le feu ou par la fumée.

50. Abimélech marcha de là vers la ville de Thèbes, qu'il investit et assiégea avec son armée.

---

45. *Ita ut sal in ea dispergeret.* In perpetuæ detestationis notam, ac signum ; sal enim, ex quo nullus fructus nascitur, sterilitatem significat.

46. *Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum.* Aliqui putant turrim hanc intra civitatem sitam fuisse. Serarius existimat in loco non admodum dissito, sed non intra urbem ; alioqui non diceretur, *quod cum audissent, sed potius quod cum viderent.* Putat idem Serarius turrim hanc fuisse Mello, de qua dictum est supra, n. 6. — *Ingressi sunt fanum dei sui Berith.* Ut scilicet loci munitione ac religione se tuerentur.

48. *In montem Selmon.* Mons hic est in eadem tribu Ephraim, non procul a turri Sichem, orientem ac Jordanem versus. Densæ ibi arbores et nix quæ vix tandem liquefiebat. Psalm. 67. 16 : *Nive dealbabuntur in Selmon.*

50. *Venit ad oppidum Thebes.* Urbs est in tribu Manasse, ut ait Adrichomius n. 59.

Digitized by Google

51. Il y avait au milieu de la ville une haute tour où tous les principaux de la ville, hommes et femmes, s'étaient réfugiés : ils étaient montés sur le haut de la tour pour se défendre par les créneaux.

52. Abimélech était au pied de la tour, combattant vaillamment; et s'approchant de la porte, il tâchait d'y mettre le feu.

53. En même temps une femme jetant d'en haut un morceau d'une meule de moulin, frappa Abimélech à la tête, et lui en fit sortir la cervelle.

54. Aussitôt il appela son écuyer, et lui dit : Tirez votre épée, et tuez-moi, de peur qu'on ne dise que j'ai été tué par une femme. L'écuyer faisant ce qu'il lui avait commandé le tua.

55. Abimélech étant mort, tous ceux d'Israël qui étaient avec lui retournèrent chacun en sa maison.

56. Et Dieu rendit à Abimélech le mal qu'il avait commis contre son père, en tuant ses soixante-dix frères.

57. Les Sichimites aussi reçurent la punition qu'ils méritaient; et la malédiction que Joatham, fils de Jérobaal, avait prononcée, tomba sur eux.

51. Erat autem turris excelsa in media civitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, et omnes principes civitatis, clausa firmissime janua, et super turris tectum stantes per propugnacula.

52. Accedensque Abimelech juxta turrim, pugnabat fortiter : et appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur :

53. Et ecce una mulier fragmen molæ desuper jaciens, illisit capiti Abimelech, et confregit cerebrum ejus.

54. Qui vocavit cito armigerum suum, et ait ad eum : Evagina gladium tuum, et percute me : ne forte dicatur quod a femina interfectus sim. Qui jussa perficiens, interfecit eum.

55. Illoque mortuo, omnes qui cum eo erant de Israel, reversi sunt in sedes suas ;

56. Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.

57. Sichimitis quoque quod operati erant, retributum est, et venit super eos maledictio Joatham filii Jerobaal.

CHAPITRE X.

§ I. *Thola et Jaïr gouvernent successivement le peuple d'Israël. Ce peuple abandonne le Seigneur, et est livré aux Philistins.*

1. Après Abimélech, Thola, fils de Phua, *frère utérin de Gédéon, et* oncle paternel

1. Post Abimelech surrexit dux in Israel Thola filius Phua patrui

---

53. *Fragmen molæ.* LXX indicant fuisse fragmentum superioris molæ; habent enim κλάσμα ἐπιμύλιον. * Similis fere Pyrrho finis tegula a muliere jacta, quæ caput ejus confregit, ut auctor ait Plutarchus in ejus vita. Joab vir bello egregius ex hoc casu Abimelechi documentum dedit regibus ne oppugnationibus interessent, II. Reg. 11. 21.

54. *Ne forte dicatur quod a femina interfectus sim.* Imo dicitur, et porro semper dicetur. *Quis percussit Abimelech filium Jerobaal?* dicebat Joab. II. Reg. 11. 21 : *Nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfecit eum in Thebes?*

Cap. X. 1. *Surrexit dux in Israel.* * Solemni populi electione. In hebræo, chaldæo et græco textu dicitur, *surrexit, ut salvaret Israelem.* Salvavit autem abducendo ab idololatria, et a malis liberando, in quæ ob tyrannidem

Digitized by Google

Abimelech, vir de Issachar, qui habitavit in Samir montis Ephraim :

2. Et judicavit Israelem viginti et tribus annis, mortuusque est, ac sepultus in Samir.

d'Abimélech, qui était de la tribu d'Issachar, et qui demeurait à Samir, en la montagne d'Ephraïm, fut établi chef d'Israël;

2. Et après avoir jugé Israël pendant vingt-trois ans il mourut, et fut enseveli dans Samir.

DEPUIS 2770 JUSQU'EN 2794.

3. Huic successit Jair Galaadites, qui judicavit Israelem per viginti et duos annos,

3. Jaïr de Galaad lui succéda, et il fut juge dans Israël pendant vingt-deux ans.

DEPUIS 2794 JUSQU'EN 2816.

4. Habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, et principes triginta civitatum, quæ ex nomine ejus sunt appellatæ Havoth Jair, id est, oppida Jair, usque in præsentem diem, in terra Galaad.

5. Mortuusque est Jair, ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon.

6. Filii autem Israel peccatis veteribus jungentes nova, fecerunt malum in conspectu Domini, et servierunt idolis, Baalim et Astaroth, et diis Syriæ ac Sidonis et

4. Il avait trente fils qui montaient sur trente poulains d'ânesses, et qui étaient princes de trente villes au pays de Galaad, qui jusqu'aujourd'hui sont nommées de son nom, et sont appelées Havoth Jaïr, c'est-à-dire les villes de Jaïr.

5. Jaïr mourut depuis, et fut enseveli au lieu appelé Camon.

6. Mais les enfants d'Israël, joignant de nouveaux crimes aux anciens, firent le mal aux yeux du Seigneur, et adorèrent les idoles de Baal et d'Astaroth, et les dieux de Syrie et de Sidon, de Moab,

---

Abimelech populus incurrerat. — *Filius Phua patrui Abimelech, vir de Issachar.* Gedeon fuit e tribu Manasse; quomodo ergo Phua frater Gedeonis potuit esse de tribu Issachar? *Potuerant*, inquit D. Aug. quæst. 47, *Gedeon et Phua unam habere matrem, ex qua diversis patribus nascerentur, et fratres essent unius matris filii, non unius patris.* — *In Samir montis Ephraim.* Urbe in confinio Ephraim, licet ad tribum Issachar pertineret. Additur illud, *montis Ephraim;* est enim alia Samir in tribu Juda, Josue 15. 48.

3. *Jair.* Quod nomen *illuminans* significat : sic ille etiam vocabatur Jairus, Marci 5. 22, et Lucæ 8. 41. * Non est hic ille de quo agitur Num. 32. 41, sed alius Secubi filius, cujus mentio I Paral. 2. 22. — *Galaadites.* Quia ex ea parte tribus Manasse, quæ trans Jordanem habitabat. Tota vero illa regio aliquando dicitur terra Galaad in sacris Litteris.

4. *Sedentes super triginta pullos asinarum.* Asinis inequitabant, eosque habebant in deliciis antiqui Hebræi, vel quia eorum mollissimus est incessus, vel quia (quod D. Hieron. placet) equi Hebræis vetiti erant, quod tamen non est omnino verum, ut docui in Hieropoliticis, l. 3, c. 13. § 2. — *Principes.* Præfectos, gubernatores. — * *Ex nomine ejus.* Jair filius Manasse, occupatis vicis Galaaditis, eos appellavit *villas Jair*, ut habemus Num. 32. 41. Secundus hic Jair eosdem fortasse muris cinxit, frequentiores reddidit, in oppida erexit, ita ut firmius hæc illis adhæserit nomenclatura, nec primi tantum respectu, sed hujus etiam secundi.

6. *Baalim.* Dïis. — *Astaroth.* Deabus. — *Sidonis.* Astarthe scilicet : vide

Digitized by Google

des enfants d'Ammon et des Philistins : ils abandonnèrent le Seigneur, et cessèrent de l'adorer.

7. Le Seigneur étant en colère contre eux les livra entre les mains des Philistins et des enfants d'Ammon.

8. Et tous ceux qui habitaient au deçà du Jourdain, au pays des Amorrhéens, qui est en Galaad, furent affligés et opprimés cruellement pendant dix-huit ans.

Moab et filiorum Ammon, et Philisthiim : dimiseruntque Dominum, et non coluerunt eum.

7. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim et filiorum Ammon.

8. Afflictique sunt, et vehementer oppressi per annos decem et octo, omnes qui habitabant trans Jordanem in terra Amorrhæi, qui est in Galaad :

DEPUIS 2798 JUSQU'EN 2816.

9. De sorte que les enfants d'Ammon ayant passé le Jourdain ravagèrent les tribus de Juda, de Benjamin et d'Ephraïm; et Israël se trouva dans une extrême affliction.

9. In tantum, ut filii Ammon, Jordane transmisso, vastarent Judam et Benjamin et Ephraim : afflictusque est Israel nimis.

§ II. *Les Israélites crient au Seigneur qui leur reproche leur ingratitude et leur infidélité. Ils confessent leurs péchés, et Dieu se laisse toucher.*

10. Les Israélites crièrent donc au Seigneur et lui dirent : Nous avons péché, parce que nous avons abandonné le Seigneur notre Dieu, et que nous avons servi Baal.

10. Et clamantes ad Dominum, dixerunt : Peccavimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, et servivimus Baalim.

11. Et le Seigneur leur dit : Les Ægyptiens, les Amorrhéens, les enfants d'Ammon, les Philistins,

11. Quibus locutus est Dominus : Numquid non Ægyptii et Amorrhæi, filiique Ammon et Philisthiim,

12. Les Sidoniens, les Amalécites et les Chananéens, ne vous ont-ils pas autrefois opprimés? et quand vous avez crié vers moi, ne vous ai-je pas délivrés de leurs mains?

12. Sidonii quoque et Amalec et Chanaan, oppresserunt vos, et clamastis ad me, et erui vos de manu eorum?

13. Après cela néanmoins vous m'avez abandonné, et vous avez adoré des dieux étrangers : c'est pourquoi je ne penserai plus à l'avenir à vous délivrer.

13. Et tamen reliquistis me, et coluistis deos alienos : idcirco non addam ut ultra vos liberem :

14. Allez, et invoquez les dieux que vous vous êtes choisis; et qu'ils vous délivrent eux-mêmes de l'affliction qui vous accable.

14. Ite, et invocate deos quos elegistis : ipsi vos liberent in tempore angustiæ.

III. Reg. 11. 5 et 33. — *Moab.* Chamos : vide III. Reg. 11. 7 et 33; Num. 21. 29, et Jerem. 48, n. 7, 13, 46. — *Et filiorum Ammon.* Scilicet Moloch. III. Reg. 11. 5, 7 et 33; Jerem. 49; Amos. 1. 13 : Chamos etiam; vide c. seq. hujus libri Judic. n. 24.

7. *Philisthiim.* Dagon. Vide infra c. 16, n. 23; et I Reg. 5, n. 2 et seq.

8. *Afflictique sunt, et vehementer oppressi.* Hebr. valde significanter, *isti confregerunt et conquassarunt Israelitas.*

13. *Non addam.* Intellige, nisi resipueritis.

14. *Ite, et invocate deos quos elegistis.* Non est præceptum, sed ironia vel

Digitized by Google

15. Dixeruntque filii Israel ad Dominum : Peccavimus, redde tu nobis quidquid tibi placet : tantum nunc libera nos.

16. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola projecerunt, et servierunt Domino Deo : qui doluit super miseriis eorum.

17. Itaque filii Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria : contra quos congregati filii Israel, in Maspha castrametati sunt.

18. Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos : Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

15. Les enfants d'Israël répondirent au Seigneur : Nous avons péché, faites-nous vous-même tout le mal qu'il vous plaira; mais au moins pour cette heure délivrez-nous *de ceux qui nous oppriment.*

16. Après avoir prié de la sorte ils jetèrent hors de toutes leurs terres toutes les idoles des dieux étrangers, et ils adorèrent le Seigneur Dieu, qui se laissa toucher de leur misère.

17. Cependant les enfants d'Ammon s'étant assemblés avec de grands cris se campèrent dans le pays de Galaad; et les enfants d'Israël s'étant assemblés de leur côté pour les combattre se campèrent à Maspha.

18. Alors les princes de Galaad se dirent les uns aux autres : Le premier d'entre nous qui commencera à combattre contre les enfants d'Ammon sera le chef du peuple de Galaad. *Mais aucun d'eux n'eut le courage de l'entreprendre.*

---

sarcasmus. Respondisse videtur hæc Dominus, vel per angelum, ut c. 2 n. 1, vel potius per prophetam aliquem, ut c. 6, n. 8.

15. *Redde tu nobis.* Non reddas, obsecramus, per istos alienigenas, nimirum quia, ut postea dixit David, II. Reg. 24. 14, *melius est ut incidam in manus Domini... quam in manus hominum.* — *Tantum nunc libera nos.* Promissio est quædam constantiæ in divino cultu et obsequio, quasi dicant : Perseverabimus deinceps in te colendo : si secus faciamus, non refugimus quominus nos acerrime punias.

16. *Doluit super miseriis eorum.* Hebræus, *angustata est anima ejus in labore Israelis;* loquitur Scriptura de Deo more humano. Sic Genes. c. 6. 6, dicitur : *Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus, etc.*

17. *In Maspha.* Maspha significat *speculam;* ideoque pluribus in locis Masphæ inveniuntur. Hæc nostra est in Galaaditide, ut Abulensi videtur et Ariæ, qui in tabula terræ Chanaan eam ultra Jordanem collocat ad littus orientale Phanuelis, de qua supra, c. 8, 8.

18. *Qui primus ex nobis.* Sententia est : is noster dux sit, et populi judex, qui primus ausus fuerit contra Ammonitas arma movere. Verum quia periculosum hoc videbatur, et fieri forte poterat ut qui audax et manu promptus esset, consilio tamen destitutus : nec tanto muneri par esset, mutato consilio Jephte dilgunt, et missa legatione, de qua cap. seq. n. 5, rogant ut dux exercitus et populi judex esse velit.

Digitized by Google

des enfants d'Ammon et des Philistins : ils abandonnèrent le Seigneur, et cessèrent de l'adorer.

7. Le Seigneur étant en colère contre eux les livra entre les mains des Philistins et des enfants d'Ammon.

8. Et tous ceux qui habitaient au deçà du Jourdain, au pays des Amorrhéens, qui est en Galaad, furent affligés et opprimés cruellement pendant dix-huit ans.

Moab et filiorum Ammon, et Philisthiim : dimiseruntque Dominum, et non coluerunt eum.

7. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthiim et filiorum Ammon.

8. Afflictique sunt, et vehementer oppressi per annos decem et octo, omnes qui habitabant trans Jordanem in terra Amorrhæi, qui est in Galaad :

DEPUIS 2798 JUSQU'EN 2816.

9. De sorte que les enfants d'Ammon ayant passé le Jourdain ravagèrent les tribus de Juda, de Benjamin et d'Ephraïm; et Israël se trouva dans une extrême affliction.

9. In tantum, ut filii Ammon, Jordane transmisso, vastarent Judam et Benjamin et Ephraim : afflictusque est Israel nimis.

§ II. *Les Israélites crient au Seigneur qui leur reproche leur ingratitude et leur infidélité. Ils confessent leurs péchés, et Dieu se laisse toucher.*

10. Les Israélites crièrent donc au Seigneur et lui dirent : Nous avons péché, parce que nous avons abandonné le Seigneur notre Dieu, et que nous avons servi Baal.

11. Et le Seigneur leur dit : Les Ægyptiens, les Amorrhéens, les enfants d'Ammon, les Philistins,

12. Les Sidoniens, les Amalécites et les Chananéens, ne vous ont-ils pas autrefois opprimés ? et quand vous avez crié vers moi, ne vous ai-je pas délivrés de leurs mains?

13. Après cela néanmoins vous m'avez abandonné, et vous avez adoré des dieux étrangers : c'est pourquoi je ne penserai plus à l'avenir à vous délivrer.

14. Allez, et invoquez les dieux que vous vous êtes choisis ; et qu'ils vous délivrent eux-mêmes de l'affliction qui vous accable.

10. Et clamantes ad Dominum, dixerunt : Peccavimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, et servivimus Baalim.

11. Quibus locutus est Dominus : Numquid non Ægyptii et Amorrhæi, filiique Ammon et Philisthiim,

12. Sidonii quoque et Amalec et Chanaan, oppresserunt vos, et clamastis ad me, et erui vos de manu eorum ?

13. Et tamen reliquistis me, et coluistis deos alienos : idcirco non addam ut ultra vos liberem :

14. Ite, et invocate deos quos elegistis : ipsi vos liberent in tempore angustiæ.

III. Reg. 11. 5 et 33. — *Moab.* Chamos : vide III. Reg. 11. 7 et 33; Num. 21. 29, et Jerem. 48, n. 7, 13, 46. — *Et filiorum Ammon.* Scilicet Moloch. III. Reg. 11. 5, 7 et 33; Jerem. 49; Amos. 1. 13 : Chamos etiam; vide c. seq. hujus libri Judic. n. 24.

7. *Philisthiim.* Dagon. Vide infra c. 16, n. 23; et I Reg. 5, n. 2 et seq.

8. *Afflictique sunt, et vehementer oppressi.* Hebr. valde significanter, *isti confregerunt et conquassarunt Israelitas.*

13. *Non addam.* Intellige, nisi resipueritis.

14. *Ite, et invocate deos quos elegistis.* Non est præceptum, sed ironia vel

Digitized by Google

15. Dixeruntque filii Israel ad Dominum : Peccavimus, redde tu nobis quidquid tibi placet : tantum nunc libera nos.

16. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola projecerunt, et servierunt Domino Deo : qui doluit super miseriis eorum.

17. Itaque filii Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria : contra quos congregati filii Israel, in Maspha castrametati sunt.

18. Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos : Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

15. Les enfants d'Israël répondirent au Seigneur : Nous avons péché, faites-nous vous-même tout le mal qu'il vous plaira; mais au moins pour cette heure délivrez-nous *de ceux qui nous oppriment.*

16. Après avoir prié de la sorte ils jetèrent hors de toutes leurs terres toutes les idoles des dieux étrangers, et ils adorèrent le Seigneur Dieu, qui se laissa toucher de leur misère.

17. Cependant les enfants d'Ammon s'étant assemblés avec de grands cris se campèrent dans le pays de Galaad; et les enfants d'Israël s'étant assemblés de leur côté pour les combattre se campèrent à Maspha.

18. Alors les princes de Galaad se dirent les uns aux autres : Le premier d'entre nous qui commencera à combattre contre les enfants d'Ammon sera le chef du peuple de Galaad. *Mais aucun d'eux n'eut le courage de l'entreprendre.*

---

sarcasmus. Respondisse videtur hæc Dominus, vel per angelum, ut c. 2 n. 1, vel potius per prophetam aliquem, ut c. 6, n. 8.

15. ***Redde tu nobis.*** Non reddas, obsecramus, per istos alienigenas, nimirum quia, ut postea dixit David, II. Reg. 24. 14, *melius est ut incidam in manus Domini... quam in manus hominum.* — *Tantum nunc libera nos.* Promissio est quædam constantiæ in divino cultu et obsequio, quasi dicant : Perseverabimus deinceps in te colendo : si secus faciamus, non refugimus quominus nos acerrime punias.

16. ***Doluit super miseriis eorum.*** Hebræus, *angustata est anima ejus in labore Israelis;* loquitur Scriptura de Deo more humano. Sic Genes. c. 6. 6, dicitur : *Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus, etc.*

17. ***In Maspha.*** Maspha significat *speculam;* ideoque pluribus in locis Masphæ inveniuntur. Hæc nostra est in Galaaditide, ut Abulensi videtur et Ariæ, qui in tabula terræ Chanaan eam ultra Jordanem collocat ad littus orientale Phanuelis, de qua supra, c. 8, 8.

18. ***Qui primus ex nobis.*** Sententia est : is noster dux sit, et populi judex, qui primus ausus fuerit contra Ammonitas arma movere. Verum quia periculosum hoc videbatur, et fieri forte poterat ut qui audax et manu promptus esset, consilio tamen destitutus : nec tanto muneri par esset, mutato consilio Jephte diligunt, et missa legatione, de qua cap. seq. n. 5, rogant ut dux exercitus et populi judex esse velit.

Digitized by Google

CHAPITRE XI.

§ I. *Origine de Jephté. Ses frères le chassent de la maison de son père. Ils le choisissent ensuite pour être leur chef.*

L'AN DU MONDE 2816.

1. En ce temps-là il y avait un homme de Galaad, nommé Jephté, homme de guerre et fort vaillant, qui fut fils d'une courtisane, et qui eut pour père Galaad.

2. Galaad son père avait sa femme *légitime* dont il eut des enfants, qui étant devenus grands, chassèrent Jephté de la maison en lui disant : Vous ne pouvez pas être héritier en la maison de notre père, parce que vous êtes né d'une autre mère.

3. Jephté les fuyant donc, et évitant de les rencontrer, demeura au pays de Tob, *au nord de Galaad :* et des gens qui n'avaient rien et qui vivaient de brigandage s'assemblèrent auprès de lui, et le suivaient comme leur chef.

4. En ce même temps les enfants d'Ammon combattaient contre Israël.

5. Et comme ils le pressaient vivement, les anciens de Galaad allèrent trouver Jephté au pays de Tob, pour le faire venir à leur secours.

(1) Bible vengée, note VIII.

1. Fuit illo tempore Jephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad.

2. Habuit autem Galaad uxorem, de qua suscepit filios : qui postquam creverant, ejecerunt Jephte, dicentes : Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es.

3. Quos ille fugiens atque devitans, habitavit in terra Tob : congregatique sunt ad eum viri inopes, et latrocinantes, et quasi principem sequebantur (1).

4. In illis diebus pugnabant filii Ammon contra Israel.

5. Quibus acriter instantibus, perrexerunt majores natu de Galaad, ut tollerent in auxilium sui Jephte de terra Tob :

Cap. XI. 1. *Jephte.* Jephte significat *apertionem*, ac *januam*, ut Judææ tribus oppidum Jephta, Jos. 15. 43. — *Galaadites.* De tribu Manasse, ut cum Pererio sentit Serarius : sunt tamen qui putent fuisse de tribu Gad. Sic Abulensis et Cajetanus. — *Filius mulieris meretricis.* LXX πόρνην vocant Jephte matrem, cum nostro textu consentientes. Itaque spurius erat Jephte, non ante patris nuptias per simplicem fornicationem natus, sed per adulterium, ut colligitur ex textu, n. 2, et colligit Serarius quæst. 1.

* 2. *Postquam creverant.* Defuncto tamen patre, nam probabile non est facinus quod sequitur ausuros illo superstite. — *Ejecerunt Jephte.* Non vi manuque privata, sed publica; hoc enim ipsemet significat, cum n. 7. missis e communi gentis concilio ad se legatis ait : *Nonne vos estis qui odistis me, et ejecistis de domo patris mei? — Quia de altera matre natus es.* Quia nothus es. LXX habent, γυναικὸς ἑταίρας, *mulieris meretricis.*

3. *Habitavit in terra Tob.* Quæ secundum Abulensem, et Joseph. l. 5, c. 9, est Galaaditidis pars. — *Latrocinantes.* Qui soliti erant prius latrocinari, licet duce Jephte jam non latrocinarentur, vel certe in Israelitarum regione latrocinia non exercerent, sed vicinorum infidelium, qui Judæis erant infesti. Adde apud priscos Latinos latronis nomine milites intelligi, ut idem sit latrocinari, quod militare. Exempla suppetunt ex Plauto in milite glorioso.

* 5. *Quibus.* Ammonitis. — *Instantibus.* Contra Israelitas pugnantibus.

Digitized by Google

6. Dixeruntque ad eum : Veni et esto princeps noster, et pugna contra filios Ammon.

7. Quibus ille respondit : Nonne vos estis, qui odistis me, et ejecistis de domo patris mei, et nunc venistis ad me necessitate compulsi ?

8. Dixeruntque principes Galaad ad Jephte : Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, ut proficiscaris nobiscum, et pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad.

9. Jephte quoque dixit eis : Si vere venistis ad me, ut pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps ?

10. Qui responderunt ei : Dominus, qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa faciemus.

11. Abiit itaque Jephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Lo-

6. Ils lui dirent donc : Venez, et soyez notre prince pour combattre contre les enfants d'Ammon.

7. Jephté leur répondit : N'est-ce pas vous qui me haïssez, et qui m'avez chassé de la maison de mon père ? Et maintenant vous venez à moi, parce que la nécessité vous y contraint.

8. Les principaux de Galaad lui dirent : *C'est pour cela même, et pour réparer l'injure que nous vous avons faite, que* nous venons vous trouver, afin que vous marchiez avec nous, que vous combattiez contre les enfants d'Ammon, et que vous soyez le chef de tous ceux qui habitent dans *le pays de* Galaad.

9. Jephté leur répondit : Si c'est avec un désir sincère que vous venez m'engager à combattre pour vous contre les enfants d'Ammon, en cas que le Seigneur me les livre entre les mains, serai-je votre prince ?

10. Ils lui répondirent : Que le Seigneur qui nous entend soit entre vous et nous, et soit témoin que nous voulons accomplir ce que nous vous promettons.

11. Jephté s'en alla donc avec les principaux de Galaad ; et tout le peuple l'élut pour son prince. Jephté ayant fait d'abord

---

6. *Esto princeps noster.* Non fuit initio Jephte Israelitarum omnium creatus princeps, sed Galaaditarum tantummodo, ut patet ex c. 10, n. ult. et hoc loco, ut etiam n. 8 sequenti. Galaaditæ vero hic vocantur omnes Judæi, qui trans Jordanem habitabant.

7. *Et ejecistis de domo patris mei.* In quo passus sit injuriam non constat ex sacro textu. Fieri tamen potuit ut aliqua re donatus a patre Galaad, quam retinere jure posset, spoliatus esset ; vel quod ætate adhuc junior sit ejectus, cum necdum ad vitam idonee agendam satis esset instructus ; vel quod per calumniam et falsas criminationes domo exturbatus sit.

8. *Ob hanc igitur causam.* Vel, quia penuria ducis laboramus ; vel quia illatam tibi injuriam compensare studemus. * — *Qui habitant in Galaad.* Fuit initio princeps, et judex tribuum trans Jordanem habitantium, postea vero re bene gesta, totius Israelis.

9. *Ego ero vester princeps ?* Constituetisne me principem vestrum, si rem prospere gessero contra Ammonitas ? Honesta oratio, et modesta postulatio fuit. Petit enim id tantum quod et ipsi dare poterant, et in concilio suo se daturos ante definierant, et nunc quoque ultro ac sponte detulerunt.

10. *Nostra promissa faciemus.* LXX, *secundum verbum tuum sic faciemus*, hoc est, omnino te principem constituemus.

11. *Omnis populus.* Galaaditarum, nec victoriam expectavit, ut scilicet benevolentiam in Jephte demonstrarent ; et illi se plane fidere ostenderent, eumque alacriorem ad bellum redderent. * Itaque dispensatum est in lege

Digitized by Google

devant le Seigneur toutes ses protestations à Maspha, *et y ayant déclaré les bonnes intentions avec lesquelles il se chargeait de la conduite de son peuple, il donna ensuite des preuves de sa prudence, de sa modération et de sa justice.*

cutusque est Jephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.

L'AN DU MONDE 2817. — AVANT J.-C. 1187.

§ II. *Jephté envoie des ambassadeurs au roi des Ammonites pour lui représenter l'injustice de la guerre qu'il fait aux Israélites.*

12. Car il envoya des ambassadeurs au roi des enfants d'Ammon pour lui dire de sa part : Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi? pourquoi êtes-vous venu m'attaquer et ravager mon pays?

13. Le roi des Ammonites leur répondit : C'est parce qu'Israël venant d'Egypte m'a pris mon pays, depuis les confins d'Arnon jusqu'à Jaboc et jusqu'au Jourdain : rendez-le moi donc maintenant de vous-même, et demeurons en paix.

14. Jephté donna de nouveau ses ordres aux ambassadeurs, et leur commanda de dire au roi des Ammonites :

15. Voici ce que dit Jephté : Les Israélites n'ont pris ni le pays de Moab ni le pays des enfants d'Ammon :

16. Mais lorsqu'ils sortirent d'Egypte, ils marchèrent par le désert jusqu'à la mer Rouge, et étant venus à Cadès,

17. Ils envoyèrent des ambassadeurs au roi d'Edom, et lui firent dire : Laissez-nous passer par votre pays. Et le roi d'E-

12. Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent : Quid mihi et tibi est, quia venisti contra me, ut vastares terram meam?

13. Quibus ille respondit : Quia tulit Israel terram meam, quando ascendit de Ægypto, a finibus Arnon usque Jaboc atque Jordanem : nunc ergo cum pace redde mihi eam.

14. Per quos rursum mandavit Jephte, et imperavit eis ut dicerent regi Ammon :

15. Hæc dicit Jephte : Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon :

16. Sed quando de Ægypto conscenderunt, ambulavit per solitudinem usque ad mare Rubrum, et venit in Cades.

17. Misitque nuntios ad regem Edom, dicens : Dimitte me ut transeam per terram tuam. Qui

---

Deut. 23, ut quamvis spurius ad jura populi Israelitici admitteretur. — *Omnes sermones suos.* Consilia sua de bello contra Ammonitas, exponendo etiam summam legationis ad se missæ, ut quæ acta essent confirmarentur, et quid porro agendum esset statueretur. — *Coram Domino in Maspha.* Dicitur *coram Domino,* vel quia testis ac mediator adhibebatur Dominus; vel quia in Israeliticorum conventuum medio adesse censebatur Dominus, Deuteron. 6. 3, et 20. 4.

12. *Misit nuntios.* Qui peterent a rege Ammonitarum ut desisteret a bello, quod illius nullam justam causam haberet.

13. *Quia tulit Israel terram meam.* Mentitur rex Ammon, cum ait Israelitas partem aliquam regni Ammonitarum occupasse; nam terra illa a finibus Arnon usque ad Jaboc Amorrhæorum erat, cum illam Israel invasit; et antequam esset Amorrhæorum, Moabitarum fuerat, non autem Ammonitarum, quare nullum jus in tractum illum rex Ammon habebat. Vide Deut. 2. 19 et 37.

16. *Quando de Ægypto conscenderunt.* Tota hæc narratio perapicua est ex c. 21, Num. et Deut. 1 et 3.

Digitized by Google

noluit acquiescere precibus ejus. Misit quoque ad regem Moab, qui et ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades,

18. Et circuivit ex latere terram Edom, et terram Moab, venitque contra orientalem plagam terræ Moab, et castrametatus est trans Arnon; nec voluit intrare terminos Moab : Arnon quippe confinium est terræ Moab.

19. Misit itaque Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, et dixerunt ei : Dimitte ut transeam per terram tuam usque ad fluvium.

20. Qui et ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos : sed infinita multitudine congregata, egressus est contra eum in Jasa, et fortiter resistebat.

21. Tradiditque eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, qui percussit eum, et possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius,

22. Et universos fines ejus, de Arnon usque Jaboc, et de solitudine usque ad Jordanem.

23. Dominus ergo Deus Israel subvertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel, et tu nunc vis possidere terram ejus ?

24. Nonne ea quæ possidet Chamos deus tuus, tibi jure debentur ?

dom ne voulut point leur accorder ce qu'ils demandaient. Ils envoyèrent aussi des ambassadeurs au roi de Moab, qui les méprisa, et ne voulut point leur donner passage. Ils demeurèrent donc à Cadès;

18. Et ayant côtoyé le pays d'Edom et le pays de Moab, ils vinrent par le côté oriental du pays de Moab se camper au delà d'Arnon, sans vouloir entrer dans le pays de Moab ; car Arnon est la frontière de la terre de Moab.

19. Les Israélites envoyèrent ensuite des ambassadeurs vers Séhon, roi des Amorrhéens, qui habitait dans Hésébon, pour lui dire : Laissez-nous passer par vos terres jusqu'au Jourdain.

20. Séhon, méprisant comme les autres la demande des Israélites, leur refusa le passage par ses terres; et ayant assemblé une armée d'une multitude innombrable, il marcha contre les Israélites à Jasa, et s'opposa à leur passage de toutes ses forces.

21. Mais le Seigneur le livra entre les mains d'Israël avec toute son armée, et Israël le défit et se rendit maître de toutes les terres des Amorrhéens qui habitaient en ce pays-là,

22. Et de tout ce qui était renfermé dans leurs limites, depuis Arnon jusqu'à Jaboc, et depuis le désert jusqu'au Jourdain.

23. Ainsi le Seigneur le Dieu d'Israël a ruiné les Amorrhéens, lorsque les Israélites, qui étaient son peuple, combattaient contre eux. Et vous prétendez maintenant que les terres que possède le peuple de Dieu vous appartiennent ?

24. Ne croyez-vous pas avoir droit de posséder ce qui appartient à Chamos votre

---

* 23. *Tu nunc vis possidere ?* Quasi dicat : Dei fuit hæc victoria, quæ Amorrhæum deleri voluit, et nos ejus fines possidere : cur ergo tu nunc vis possidere terram ejus, quam Deus rerum omnium Dominus nobis tradidit, et quam jure belli nostram fecimus ?

24. *Nonne ea quæ possidet Chamos deus tuus ?* Sententia est : Quemadmodum censetis vos jure possidere quæ vobis tradidit Chamos deus vester; ita nos jure possidemus quæ a Deo nostro tradita nobis sunt. In hebræo est, *nonne quod hæreditate obtinere te fecit Chamos deus tuus, hoc hæreditate obtinebis ? — Chamos.* Aliqui eumdem putant cum Baccho, quia apud Græcos κῶμος est et commessatio et compotatio : alii, quia כוש *musc*, removere et depellere significat, deum malorum aversorem et depulsorem vocatum, ut a Latinis olim *averruncum*, et a Græcis Διὰ ἀποτρόπαιον. Alii tandem, quia

Digitized by Google

dieu? Il est de même bien juste que nous possédions ce que le Seigneur notre Dieu s'est acquis par ses victoires.

25. Est-ce que vous êtes plus considérable que Balac, fils de Séphor, roi de Moab? ou pouvez-vous faire voir qu'il ait formé contre les Israélites les plaintes que vous formez présentement? ou qu'il leur ait pour cela déclaré la guerre,

26. Tant qu'Israël a habité dans Hésébon et dans ses villages, dans Aroer et dans les villages qui en dépendent, ou dans toutes les villes qui sont le long du Jourdain, pendant trois cents ans? D'où vient que, pendant tout ce temps-là, vous n'avez fait aucune démarche pour rentrer dans ces droits prétendus?

27. Ce n'est donc point moi qui vous fais injure, mais c'est vous qui me la faites, en me déclarant une guerre injuste. Que le Seigneur soit notre arbitre, et qu'il décide aujourd'hui ce différend entre Israël et les enfants d'Ammon.

Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem (1):

25. Nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab, aut docere potes, quod jurgatus sit contra Israel, et pugnaverit contra eum,

26. Quando habitavit in Hesebon, et viculis ejus, et in Aroer, et villis illius, vel in cunctis civitatibus juxta Jordanem, per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis?

27. Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non justa. Judicet Dominus arbiter hujus diei, inter Israel et inter filios Ammon.

§ III. *Le roi des Ammonites n'a point d'égard aux remontrances de Jephté. L'esprit du Seigneur se saisit de lui. Il fait vœu au Seigneur pour obtenir la victoire, et il lui sacrifie sa fille pour l'accomplir.*

28. Mais le roi des enfants d'Ammon ne voulut point se rendre à ce que Jephté lui avait fait dire par ses ambassadeurs.

29. Après cela donc l'esprit du Seigneur

28. Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Jephte, quæ per nuntios mandaverat.

29. Factus est ergo super Jephte

(1) Bible vengée, Nombres, note XI, alinéa : *Les incrédules.* — Les Juges, note VIII, alinéa : *Nous avons réfuté.* — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 82.

---

eadem radix וזל palpare significat, ita deum illum effictum suspicantur, ut oblatas victimas quasi palpaturus et contrectaturus exprimeretur.

25. *Nisi forte melior est Balac.* Quemadmodum Balac Moabitarum rex tractum illum nunquam repetiit tanquam ad se pertinentem; ita multo minus tu, tanto post tempore, repetere jure potes, aut debes.

26. *Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis?* Cum trecentis annis hæc loca tenuerimus pacifice, æquum non est ut tanto post tempore possessionem nostram turbare velitis. Sic postea præscriptionis lex civili jure inducta est, quæ naturali innititur æquitate. Porro quod dicitur *trecentis annis, etc.*, ita intelligendum est, ut, sive ab exitu ex Ægypto, sive a devicto Amorrhæo eos computemus, semper intelligamus rotundum numerum poni; alioqui subtilius computanti, aut aliquid deerit, aut aliquid redundabit. Emmanuel Sa nodum solvit dicendo Scripturam non affirmare trecentos annos illos fuisse, sed eam referre tantum quid dixerit Jephte.

27. *Dominus arbiter hujus diei.* In hebræo est, *judicet Dominus judex diei :* qui scilicet hodie judicat, et rerum omnium arbiter est. Judicat autem Deus cum sontibus pœnam infligit, facitque per cædes et calamitates, ut omnes intelligant se damnasse eam partem cujus causa erat injusta.

29. *Factus est ergo super Jephte spiritus Domini.* Vide dicta supra, c. 3,

Digitized by Google

spiritus Domini, et circuiens Galaad, et Manasse, Maspha quoque Galaad, et inde transiens ad filios Ammon (1),

30. Votum vovit Domino, dicens : Si tradideris filios Ammon in manus meas,

31. Quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti cum pace a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino (2).

32. Transivitque Jephte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos : quos tradidit Dominus in manus ejus.

33. Percussitque ab Aroer usque dum venias in Mennith, viginti civitates, et usque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis; humiliatique sunt filii Ammon a filiis Israel.

34. Revertente autem Jephte in Maspha domum suam, occurrit ei unigenita filia sua cum tympanis

saisit Jephté, de sorte qu'allant par tout le pays de Galaad, de Manassé, et de Maspha à Galaad, il passa jusqu'aux enfants d'Ammon,

30. Et fit ce vœu au Seigneur : Seigneur, si vous livrez entre mes mains les enfants d'Ammon,

31. Je vous offrirai en holocauste le premier qui sortira de ma maison, et qui viendra au devant de moi, lorsque je retournerai victorieux du pays des enfants d'Ammon.

32. Jephté passa ensuite dans les terres des enfants d'Ammon pour les combattre; et le Seigneur les livra entre ses mains.

33. Il prit et ravagea vingt villes, depuis Aroer jusqu'à Mennith, et jusqu'à Abel, qui est planté de vignes. Les enfants d'Ammon perdirent dans cette défaite un grand nombre d'hommes, et ils furent désolés par les enfants d'Israël.

34. Mais lorsque Jephté revenait de Maspha dans sa maison, sa fille, qui était unique, parce qu'il n'avait point eu d'au-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II. page 56. — (2) Bible vengée, note XI. — Rép. crit., tome I, page 190. — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 56.

---

num. 10. — *Maspha quoque Galaad.* Vide dicta supra, cap. 10, num. 17.

31. *Quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ.* Sunt qui putent intentionem voventis fuisse rem quæ occurreret consecrare Domino, aut in holocaustum offerre, pro conditione scilicet rei quæ occurrisset : ideoque filiam immolatam negant, sed perpetuæ virginitati addictam. Alii censent divino spiritu incitatum, votum concepisse de offerendo in holocaustum eo qui primum sibi occurrisset, nihil in particulari statuens, ut docet mox secuta admiratio, et gemitus in occursu filiæ. Votum ergo hoc Jephte in mitiorem partem interpretandum, ut scilicet vel non peccaverit, vel non graviter illud concipiendo, cum nec damnetur in Scriptura, et Spiritu afflatus in illud erupisse videatur, sitque Deus vitæ ac necis Dominus, et votum etiam videatur fuisse causa victoriæ. * Ita Serarius et Salianus. Quod si Jephte hac ratione excusari non posse putemus, quod humanis victimis Deus non delectetur; certe poterit excusari, quod ignorantia et conscientiæ errore ductus, se voti reum esse crediderit. Itaque aut omnino non peccavit, aut certe non graviter.

33. *Usque dum venias in Mennith.* Quæ est urbs in finibus Ammonitarum, non procul a Rabba versus meridiem. — *Usque ad Abel, quæ est vineis consita.* Abel planitiem significat : dicitur *vineis consita*, ut ab aliis urbibus ejusdem nominis distinguatur; nam est Abel Meholac, de qua III. Reg. 4. 12; et Abel quæ Schittim, sive Nachal Haschittim dicitur : vide Joelis c. ultimo. num. 10.

34. *Filia sua cum tympanis et choris.* Solebant enim puellæ epinicia canere, ut colligitur ex Exod. c. 15, n. 20; et I. Reg. 18. 5, et aliis locis.

Digitized by Google

tres enfants qu'elle, vint au devant de lui en dansant au son des tambours.

35. Jephté l'ayant vue déchira ses vêtements, et lui dit : Hélas ! ma fille, vous m'avez trompé, et vous vous êtes trompée vous-même, *puisqu'en venant au devant de moi pour me témoigner votre joie, vous me causez, et à vous aussi, la plus horrible tristesse;* car j'ai fait vœu au Seigneur, *de lui offrir ce qui se présenterait à moi,* et je ne puis faire autre chose que ce que j'ai promis.

36. Sa fille lui répondit : Mon père, si vous avez fait vœu au Seigneur, faites de moi tout ce que vous avez promis. Après la grâce que vous avez reçue de prendre vengeance de vos ennemis, et d'en rapporter une si grande victoire, *il est juste de vous acquitter de ce que vous devez à Dieu.*

37. Accordez-moi seulement, ajouta-t-elle, la prière que je vous fais : laissez-moi aller sur les montagnes pendant deux mois, afin que je pleure ma virginité avec mes compagnes.

38. Jephté lui répondit : Allez. Et il la laissa libre pendant ces deux mois. Elle allait donc avec ses compagnes et ses amies, et elle pleurait sa virginité sur les montagnes.

39. Après les deux mois elle revint trouver son père, et il accomplit ce qu'il avait voué à l'égard de sa fille, qui en effet ne connut point d'homme, *et qui en s'immolant volontairement à Dieu fit que le vœu indiscret de son père devint un sacrifice agréable au Seigneur.* De là vint la coutume qui s'est toujours observée en Israël,

et choris; non enim habebat alios liberos.

35. Qua visa, scidit vestimenta sua, et ait : Heu me, filia mea, decepisti me, et ipsa decepta es : aperui enim os meum ad Dominum, et aliud facere non potero.

36. Cui illa respondit : Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis.

37. Dixitque ad patrem : Hoc solum mihi præsta quod deprecor : Dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes, et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.

38. Cui ille respondit : Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus.

39. Expletisque duobus mensibus, reversa est ad patrem suum, et fecit ei sicut voverat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increbuit in Israel, et consuetudo servata est (1) :

(1) Bible vengée, note IX, alinéa : *Au reste.* — Rép. crit., tome I, page 191.

---

35. *Decepisti.* Quasi dicat : Magno errore mihi obviam venisti, magnoque meo incommodo. Hebr. *depressisti,* seu *humiliasti me.* Vulgati interpretis sententia est, *decepisti,* quia cum ex te gaudium mihi pollicerer, mœroris occasionem nactus sum : *decepta es,* quia cum credideris te patri honorem choris æqualium virginum allaturam, ex meo voto mortis victima facta es.

37. *Plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.* Plangam scilicet, et lamenter sterilitatem prolisque orbitatem.

38. *Cui ille respondit : Vade.* Tantulam immolationis dilationem recte et absque omni peccato concessit filiæ pater.

39. *Et fecit ei sicut voverat.* Offerendo scilicet eam in holocaustum, quod veteres fere omnes sentiunt Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, Nazianze-

Digitized by Google

40. Ut post anni circulum conveniant in unum filiæ Israel, et plangant filiam Jephte Galaaditæ diebus quatuor.

40. Que toutes les filles d'Israël s'assemblent une fois l'année, pour pleurer la fille de Jephté de Galaad pendant quatre jours.

CHAPITRE XII.

Guerre civile entre Ephraïm et Galaad. Mort de Jephté. Abésan, Ahialon, Abdon, jugent Israël après lui.

1. Ecce autem in Ephraim orta est seditio; nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Jephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.

1. Cependant il s'excita une sédition dans la tribu d'Ephraïm; car ceux de cette tribu passant vers le septentrion dirent à Jephté: Pourquoi n'avez-vous point voulu nous appeler, lorsque vous alliez combattre les enfants d'Ammon, afin que nous y allassions avec vous? *Vous nous avez étrangement méprisés dans cette occasion.* Nous allons donc mettre le feu à votre maison, *pour nous en venger.*

2. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi et populo meo contra filios Ammon vehemens: vocavique vos, ut præberetis mihi auxilium, et facere noluistis.

2. Jephté leur répondit: Nous avions *depuis longtemps* une grande guerre, mon peuple et moi, contre les enfants d'Ammon; je vous ai priés *dès le commencement* de nous donner des secours, et vous ne l'avez pas voulu faire.

3. Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transivique ad filios Ammon, et tradidit eos Dominus in manus meas. Quid

3. Ce qu'ayant vu, j'ai exposé ma vie: j'ai marché *avec très-peu de monde* contre les enfants d'Ammon *qui avaient une armée nombreuse:* et le Seigneur me les

---

nus, Hieronymus, Epiphanius, Chrysostomus, et alii a Serario longo ordine citati, q. 16. in hoc caput. — *Quæ ignorabat virum.* Cui minus molesta fuit mors, quam sobolis orbitas. Tunc enim habebatur maledicta sterilis, Exod. 23. 26; Deut. 7. 14; Sapient. 3. 13; Genes. 30. 1; I. Reg. 1.

40. *Plangant filiam Jephte Galaaditæ diebus quatuor.* Anniversarius hic luctus statutus est, 1. in filiæ Jephte honorem, quæ se post concessum bimestre spatium tanta constantia sacrificio stetit; 2. ut ostenderetur etiam difficilia quæ vovimus facienda; 3. ut incitarentur omnes Israelis filiæ ad Dei cultum, parentum obedientiam, patriæ charitatem; 4. ut monerentur in posterum a tristibus hujusmodi votis abstinendum; 5. ut ostenderetur charorum memoriam lamentari nefas non esse.

CAP. XII. 1. *Orta est seditio.* Seditionis causa prorsus eadem fuit quæ iisdem tumultus fuerat, supra c. 8, contra Gedeonem; nimia scilicet gloriæ cupiditas, et rerum bene a Galaaditis gestarum invidia. — *Transeuntes contra aquilonem.* Jordanem in aquilonari parte transmittentes. — *Vocare nos noluisti.* Mentiuntur; nam ut patet ex versu sequenti invitati belli participes esse noluerunt. — *Incendemus domum tuam.* Et te cum ea; nam in hebræo additur *tecum*, vel *super te*, quod etiam habent LXX.

3. *Posui animam meam in manibus meis.* Vitam meam mortis periculo exposui. Hebræa phrasis, quæ etiam occurrit I. Reg. 19. 5, et alibi.

Digitized by Google

a livrés entre les mains. Qu'ai-je fait en tout cela qui mérite que vous veniez me faire la guerre?

4. *Cette excuse si juste et si raisonnable ne satisfit point les enfants d'Ephraïm, et Jephté fut obligé de recourir à la force pour repousser leur violence.* Ayant donc fait assembler tous ceux de Galaad, il combattit contre Ephraïm; et ceux de Galaad défirent ceux d'Ephraïm qui disaient, *en insultant à Jephté et à son peuple :* Galaad est un fugitif d'Ephraïm qui demeure au milieu d'Ephraïm et de Manassé, *séparé de ces deux tribus qui le regardent avec mépris.*

5. Mais ceux de Galaad *se vengèrent bien de ces insultes; car ils se* saisirent des gués du Jourdain, par où ceux d'Ephraïm devaient repasser à leur pays; et lorsque quelqu'un d'Ephraïm, fuyant de la bataille, venait sur le bord de l'eau et disait à ceux de Galaad : Je vous prie de me laisser passer, ils lui disaient : N'êtes-vous pas Ephratéen; et lui répondant que non,

6. Ils lui répliquaient : Dites donc Scibboleth, qui signifie un épi, et prononçant Sibboleth, parce qu'il ne pouvait pas bien exprimer la première lettre de ce nom, ils le prenaient aussitôt et le tuaient au passage du Jourdain. De sorte qu'il y eut quarante-deux mille hommes de la tribu d'Ephraïm qui furent tués en ce jour-là.

7. Jephté de Galaad jugea donc le peu-

commerui, ut adversum me consurgatis in prælium?

4. Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim : percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat : Fugitivus est Galaad de Ephraim, et habitat in medio Ephraim et Manasse.

5. Occupaveruntque Galaaditæ vada Jordanis, per quæ Ephraim reversurus erat. Cumque venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset : Obsecro ut me transire permittatis : dicebant ei Galaaditæ : Numquid Ephrathæus es? quo dicente : Non sum :

6. Interrogabant eum : Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibboleth : eadem littera spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum jugulabant in ipso Jordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia (1).

7. Judicavit itaque Jephte Ga-

(1) Bible vengée, note X.

---

4. *Fugitivus est Galaad de Ephraim.* Quasi dicat : Vilis respectu Ephraim : nullius animi, aut roboris, quales esse solent, qui fugiunt. Vel sensus est : Galaad fugitivus est, id est apostata et desertor, qui nos olim reliquit manens ultra Jordanem. — *Et habitat in medio Ephraim et Manasse.* Quasi dicat : Quid superbitis vos Galaaditæ, qui inter fraternas tribus duas, Ephraim scilicet et Manasse, habitatis? Nonne ab utraque tribu concludi et deleri nullo negotio potestis?

6. *Dic ergo Scibboleth.* Non poterant hanc vocem *Scibboleth* Ephraimitæ pronuntiare per s et c, id est, per ש *scin;* sed pronuntiabant tantum per s, id est, per ס *samech,* dicentes Sibboleth, ex quo agnoscebantur. Hoc passim accidit, ut nationes aliquæ aliquas voces per aliquas litteras efferre, aut non possint, aut ægre possint. — *Quod interpretatur spica.* Id additum ab interprete : alii aquarum decursum seu alveum interpretantur, et quidem utrumque significat.

7. *Judicavit... Israel.* Universum Israel; nam licet initio Galaaditarum tan-

Digitized by Google

laadites Israel sex annis: et mortuus est, ac sepultus in civitate sua Galaad.

ple d'Israël pendant six ans; et il mourut ensuite, et fut enseveli dans sa ville de Galaad.

JUSQU'EN L'AN 2823.

8. Post hunc judicavit Israel Abesan de Bethlehem:

9. Qui habuit triginta filios, et totidem filias, quas emittens foras, maritis dedit, et ejusdem numeri filiis suis accepit uxores, introducens in domum suam. Qui septem annis judicavit Israel:

8. Abésan de Bethléhem fut après lui juge d'Israël.

9. Il avait trente fils et autant de filles; il fit sortir celle-ci de sa maison en les mariant, et il fit venir autant de filles qu'il donna pour femmes à ses fils. Et après avoir jugé Israël pendant sept ans,

USQU'EN 2830.

10. Mortuusque est, ac sepultus in Bethlehem.

11. Cui successit Ahialon Zabulonites, et judicavit Israel decem annis:

10. Il mourut, et fut enseveli dans Bethléhem.

11. Ahialon, de Zabulon, lui succéda, et jugea Israël pendant dix ans:

JUSQU'EN 2840.

12. Mortuusque est, ac sepultus in Zabulon.

13. Post hunc judicavit Israel Abdon, filius Illel, Pharathonites:

14. Qui habuit quadraginta filios, et triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, et judicavit Israel octo annis:

12. Et étant mort, il fut enseveli dans Zabulon.

13. Abdon, fils d'Illel, de Pharathon, fut, après lui, juge d'Israël.

14. Il eut quarante fils, et de ceux-ci trente petits-fils, qui montaient tous sur soixante-dix poulains d'ânesse. Il jugea Israël pendant huit ans:

JUSQU'EN 2848.

15. Mortuusque est, ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

15. Et étant mort, il fut enseveli à Pharathon, au pays d'Ephraïm, sur la montagne d'Amalec.

---

tum princeps esset, postea tamen etiam reliquæ tribus illi paruisse videntur. Ita sentit D. August. q. 49.— *Mortuus est.* In beatorum numero recenset Jephtem S. Paulus ad Hebr. 11. 32. — * *In civitate sua Galaad.* In Maspha, quæ erat in regione Galaaditide.

8. *Abesan de Bethlehem.* Quæ in tribu Juda, et ita passim sentiunt omnes. Maldonatus tamen in Matth. c. 2, n. 1, putat hic agi de Bethlehem quæ erat in tribu Zabulon, cujus mentio Josue 19. 15.

9. *Introducens in domum suam.* Suæ familiæ aggregans, cum nurus illius essent, licet fortasse sub eodem tecto non habitaverint propter multitudinem.

13. *Pharathonites.* Ex urbe Pharathon in tribu Ephraim, ut dicitur n. 15 sequenti.

15. *In monte Amalec.* Quia eum ex parte adhuc incolebant Amalecitæ in orientali tractu Ephraim; unde tandem a Saule, I. Reg. 15, deleti fuerunt.* Vel certe dicitur mons Amalec, quod illum aliquando Amalecitæ possedissent.

Digitized by Google

a livrés entre les mains. Qu'ai-je fait en tout cela qui mérite que vous veniez me faire la guerre?

4. *Cette excuse si juste et si raisonnable ne satisfit point les enfants d'Ephraïm, et Jephté fut obligé de recourir à la force pour repousser leur violence.* Ayant donc fait assembler tous ceux de Galaad, il combattit contre Ephraïm; et ceux de Galaad défirent ceux d'Ephraïm qui disaient, *en insultant à Jephté et à son peuple :* Galaad est un fugitif d'Ephraïm qui demeure au milieu d'Ephraïm et de Manassé, *séparé de ces deux tribus qui le regardent avec mépris.*

5. Mais ceux de Galaad *se vengèrent bien de ces insultes; car ils se* saisirent des gués du Jourdain, par où ceux d'Ephraïm devaient repasser à leur pays; et lorsque quelqu'un d'Ephraïm, fuyant de la bataille, venait sur le bord de l'eau et disait à ceux de Galaad : Je vous prie de me laisser passer, ils lui disaient : N'êtes-vous pas Ephratéen; et lui répondant que non,

6. Ils lui répliquaient : Dites donc Scibboleth, qui signifie un épi, et prononçant Sibboleth, parce qu'il ne pouvait pas bien exprimer la première lettre de ce nom, ils le prenaient aussitôt et le tuaient au passage du Jourdain. De sorte qu'il y eut quarante-deux mille hommes de la tribu d'Ephraïm qui furent tués en ce jour-là.

7. Jephté de Galaad jugea donc le peu-

commerui, ut adversum me consurgatis in prælium?

4. Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim : percusseruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat : Fugitivus est Galaad de Ephraim, et habitat in medio Ephraim et Manasse.

5. Occupaveruntque Galaaditæ vada Jordanis, per quæ Ephraim reversurus erat. Cumque venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset : Obsecro ut me transire permittatis : dicebant ei Galaaditæ : Numquid Ephrathæus es? quo dicente : Non sum :

6. Interrogabant eum : Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibboleth : eadem littera spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum jugulabant in ipso Jordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia (1).

7. Judicavit itaque Jephte Ga-

(1) Bible vengée, note X.

4. *Fugitivus est Galaad de Ephraim.* Quasi dicat : Vilis respectu Ephraim : nullius animi, aut roboris, quales esse solent, qui fugiunt. Vel sensus est : Galaad fugitivus est, id est apostata et desertor, qui nos olim reliquit manens ultra Jordanem. — *Et habitat in medio Ephraim et Manasse.* Quasi dicat : Quid superbitis vos Galaaditæ, qui inter fraternas tribus duas, Ephraim scilicet et Manasse, habitatis? Nonne ab utraque tribu concludi et deleri nullo negotio potestis?

6. *Dic ergo Scibboleth.* Non poterant hanc vocem *Scibboleth* Ephraimitæ pronuntiare per s et c, id est, per ש *scin;* sed pronuntiabant tantum per s, id est, per ס *samech,* dicentes Sibboleth, ex quo agnoscebantur. Hoc passim accidit, ut nationes aliquæ aliquas voces per aliquas litteras efferre, aut non possint, aut ægre possint. — *Quod interpretatur spica.* Id additum ab interprete : alii aquarum decursum seu alveum interpretantur, et quidem utrumque significat.

7. *Judicavit... Israel.* Universum Israel; nam licet initio Galaaditarum tan-

Digitized by Google

laadites Israel sex annis: et mortuus est, ac sepultus in civitate sua Galaad.

ple d'Israël pendant six ans; et il mourut ensuite, et fut enseveli dans sa ville de Galaad.

JUSQU'EN L'AN 2823.

8. Post hunc judicavit Israel Abesan de Bethlehem:

9. Qui habuit triginta filios, et totidem filias, quas emittens foras, maritis dedit, et ejusdem numeri filiis suis accepit uxores, introducens in domum suam. Qui septem annis judicavit Israel:

8. Abésan de Bethléhem fut après lui juge d'Israël.

9. Il avait trente fils et autant de filles; il fit sortir celle-ci de sa maison en les mariant, et il fit venir autant de filles qu'il donna pour femmes à ses fils. Et après avoir jugé Israël pendant sept ans,

USQU'EN 2830.

10. Mortuusque est, ac sepultus in Bethlehem.

11. Cui successit Ahialon Zabulonites, et judicavit Israel decem annis:

10. Il mourut, et fut enseveli dans Bethléhem.

11. Ahialon, de Zabulon, lui succéda, et jugea Israël pendant dix ans:

JUSQU'EN 2840.

12. Mortuusque est, ac sepultus in Zabulon.

13. Post hunc judicavit Israel Abdon, filius Illel, Pharathonites:

14. Qui habuit quadraginta filios, et triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, et judicavit Israel octo annis:

12. Et étant mort, il fut enseveli dans Zabulon.

13. Abdon, fils d'Illel, de Pharathon, fut, après lui, juge d'Israël.

14. Il eut quarante fils, et de ceux-ci trente petits-fils, qui montaient tous sur soixante-dix poulains d'ânesse. Il jugea Israël pendant huit ans:

JUSQU'EN 2848.

15. Mortuusque est, ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

15. Et étant mort, il fut enseveli à Pharathon, au pays d'Éphraïm, sur la montagne d'Amalec.

---

tum princeps esset, postea tamen etiam reliquæ tribus illi paruisse videntur. Ita sentit D. August. q. 49.— *Mortuus est.* In beatorum numero recenset Jephtem S. Paulus ad Hebr. 11. 32. — * *In civitate sua Galaad.* In Maspha, quæ erat in regione Galaaditide.

8. *Abesan de Bethlehem.* Quæ in tribu Juda, et ita passim sentiunt omnes. Maldonatus tamen in Matth. c. 2, n. 1, putat hic agi de Bethlehem quæ erat in tribu Zabulon, cujus mentio Josue 19. 15.

9. *Introducens in domum suam.* Suæ familiæ aggregans, cum nurus illius essent, licet fortasse sub eodem tecto non habitaverint propter multitudinem.

13. *Pharathonites.* Ex urbe Pharathon in tribu Ephraim, ut dicitur n. 15 sequenti.

15. *In monte Amalec.* Quia eum ex parte adhuc incolebant Amalecitæ in orientali tractu Ephraim; unde tandem a Saule, I. Reg. 15, deleti fuerunt.* Vel certe dicitur mons Amalec, quod illum aliquando Amalecitæ possedissent.

Digitized by Google

CHAPITRE XIII.

§ I. *Les Israélites sont livrés de nouveau aux Philistins, en punition de leurs péchés. Naissance de Samson prédite à sa mère par un ange.*

L'AN DU MONDE 2848. — AVANT J.-C 1156.

1. Les enfants d'Israël commirent encore le mal aux yeux du Seigneur qui les livra entre les mains des Philistins pendant quarante ans, *depuis la mort d'Abdon jusqu'à celle du grand prêtre Héli.*

2. Or il y avait un homme de Saraa, de la race de Dan, nommé Manué, dont la femme était stérile.

3. Et l'ange du Seigneur apparut à sa femme et lui dit : Vous êtes stérile et sans enfants; mais vous concevrez, *par un effet de la puissance de Dieu,* et vous enfanterez un fils *qui lui sera consacré d'une manière toute particulière.*

4. Prenez donc bien garde de ne point boire de vin, ni rien de ce qui peut enivrer, et de ne manger rien d'impur, *et qui soit défendu par la loi,*

5. Parce que vous concevrez et vous enfanterez un fils sur la tête duquel le rasoir

1. Rursumque filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini : qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis.

2. Erat autem quidam vir de Saraa, et de stirpe Dan, nomine Manue, habens uxorem sterilem.

3. Cui apparuit angelus Domini, et dixit ad eam : Sterilis es et absque liberis, sed concipies et paries filium :

4. Cave ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quidquam comedas :

5. Quia concipies, et paries filium, cujus non tanget caput no-

---

CAP. XIII. 2. *De Saraa.* Urbs hæc, Josue 15. 33, et 19. 42, Esdræ etiam lib. 2, c. 11, n. 29, recensetur inter urbes terminales tribuum Juda et Dan, * ad quam etiam tribum pertinuit. Existimant plerique Samsonem non ex ipsamet urbe Saraa, sed ex saraano agro ortum, ut colligi videtur ex c. 16, n. 31, et ex c. isto 13, n. 25. Nam utroque loco videtur paterna Samsonis domus ac sepulcrum collocari inter Saraam urbem, et Esthaol. * Vide hoc c. infra, n. ult. ubi satis indicatur locum habitationis Samsonis appellatum fuisse Castra Dan. Vide etiam c. 18. 12. — *Manue.* Virum bonum fuisse Manue ex his, quæ in hac historia dicuntur, colligitur, ut ex subito ad Deum cursu et precatione, cum de filii conceptu audiit infra, n. 8; ex omnibus etiam, quæ postea cum angelo locutus est et egit; et ex iis, quæ cum Samsone filio illi acciderunt, infra, cap. 14.

4. *Cave ergo ne bibas vinum ac siceram.* * Jubet eum nazaræorum agere vitam ad tempus, ac propterea juxta leges nazaræatus, vino abstinere ac sicera, hoc est, omni potu inebriandi vim habente, hoc enim sicera significat; quam LXX propterea vocant μέθυσμα. — *Nec immundum quidquam comedas.* Hoc alioqui vi legis hebraicæ tenebatur facere, sed non est supervacanea monitio; quam multi enim leges violant, quas servare debuissent!

5. *Quia concipies et paries filium.* Voluit Dominus, ut magnæ miræque prolis magna miraque esset conceptio, in utero gestatio et nativitas. Ideo mittitur angelus, nazaræatusque imperatur ceremonia, quam Abulensi q. 10 putat matri indictam usque ad pueri ablactationem, ut scilicet Samson futurus nazaræus, nec in utero, nec post partum editus in lucem, lacte nutriretur, quod ex vino aut sicera haberet originem. Tandem tamen concludit

Digitized by Google

vacula : erit enim nazaræus Dei ab infantia sua, et ex matris utero, et ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum (1).

6. Quæ cum venisset ad maritum suum, dixit ei : Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogassem, quis esset, et unde venisset, et quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere :

7. Sed hoc respondit : Ecce concipies et paries filium : cave ne vinum bibas, nec siceram, et ne aliquo vescaris immundo : erit enim puer nazaræus Dei ab infantia sua, ex utero matris suæ usque ad diem mortis suæ.

ne passera point : car il sera nazaréen, consacré à Dieu dès son enfance et dès le ventre de sa mère, et c'est lui qui commencera à délivrer Israël de la main des Philistins.

6. Etant donc venu trouver son mari elle lui dit : Il est venu à moi un homme de Dieu, qui avait un visage d'ange et qui était terrible à voir. Je lui ai demandé qui il était, d'où il venait et comment il s'appelait, et il ne me l'a pas voulu dire.

7. Mais voici ce qu'il m'a dit : Vous concevrez et vous enfanterez un fils : prenez bien garde de ne point boire de vin, ni rien de ce qui peut enivrer, et de ne manger rien d'impur : car l'enfant sera nazaréen, consacré à Dieu dès son enfance, et depuis le ventre de sa mère jusqu'au jour de sa mort.

§ II. *Manué prie le Seigneur d'envoyer de nouveau l'homme de Dieu qui a parlé à sa femme. Dieu l'exauce. L'ange revient et monte au ciel au milieu de la flamme du sacrifice que Manué offre au Seigneur.*

8. Oravit itaque Manue Dominum, et ait : Obsecro, Domine, ut vir Dei, quem misisti, veniat iterum, et doceat nos quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est.

9. Exaudivitque Dominus deprecantem Manue, et apparuit rursum angelus Dei uxori ejus sedenti in agro. Manue autem maritus ejus non erat cum ea. Quæ cum vidisset angelum,

8. Manué pria donc le Seigneur, et lui dit : Seigneur, je vous prie que l'homme de Dieu que vous avez envoyé *à ma femme*, vienne encore, afin qu'il nous apprenne ce que nous devons faire de cet enfant qui doit naître *de nous*.

9. Le Seigneur exauca la prière de Manué, et l'ange de Dieu apparut encore à sa femme, lorsquelle était assise dans les champs. Manué, son mari, n'était pas alors avec elle.

(1) Bible vengée, note XI. — Livres saints vengés, tome II, page 52.

---

certius esse nazaræatum matris ad partum usque tenuisse.— *Cujus non tanget caput novacula.* Quæ nazaræorum nota erat, Num. 6. 5. — * *Ex matris utero.* Usque ad diem mortis suæ, ut dicitur hoc c. n. 7. — *Incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum.* Cœpit, sed non perfecit, quia in hostium manibus mortuus est, infra, 16. 30, et magis magisque postea liberatio hæc perfecta est, I. Reg. 7. 13.

6. *Vir Dei venit ad me.* Apparuerat angelus specie humana ac veneranda, quæ gravem, sanctum propheticumque hominem referret. Prophetæ autem vocantur viri Dei. — *Habens vultum angelicum.* Formosissimam et elegantissimam faciem. — *Terribilis nimis.* Reverendus et venerabilis admodum.

8. *Vir Dei... veniat iterum.* In hebr. et LXX additur, *ad me.*

9. *Apparuit... uxori ejus.* Si primo apparuisset Manue, scire non potuisset an esset ille idem qui uxori primo apparuerat; sed cur prima vice uxori potius visus est quam ipsi Manue? quia cum hanc potius quam Manue sterilitas

Digitized by Google

10. Ayant donc vu l'ange, elle courut vite à son mari, et lui dit : Voilà ce même homme que j'avais vu auparavant, qui m'est encore apparu.

11. Manué se leva aussitôt et suivit sa femme; et étant venu vers cet homme, il lui dit : Est-ce vous qui avez parlé à cette femme? Il lui répondit : C'est moi.

12. Manué lui dit : Quand ce que vous avez prédit sera accompli, que voulez-vous que je fasse de l'enfant, et de quoi se devra-t-il abstenir?

13. L'ange du Seigneur répondit à Manué : Qu'il s'abstienne de tout ce que j'ai marqué à votre femme;

14. Qu'il ne mange rien de ce qui naît de la vigne, qu'il ne boive ni vin, ni rien de ce qui peut enivrer; qu'il ne mange rien d'impur, et qu'il accomplisse et garde avec soin ce que j'ai ordonné sur son sujet.

15. Manué dit à l'ange du Seigneur : Je vous prie de m'accorder ce que je vous demande, et de nous permettre que nous vous préparions un chevreau.

16. L'ange lui répondit : Quelque instance que vous me fassiez, je ne mangerai point de votre pain. Mais si vous voulez faire un holocauste, offrez-le au Seigneur. Or Manué ne savait pas que ce fût l'ange du Seigneur.

17. Et il dit à l'ange : Comment vous appelez-vous? afin que nous vous puissions honorer *et vous marquer notre reconnaissance*, si vos paroles s'accomplissent?

18. L'ange lui répondit : Pourquoi demandez-vous à savoir mon nom qui est admirable?

10. Festinavit, et cucurrit ad virum suum : nuntiavitque ei, dicens : Ecce apparuit mihi vir, quem ante videram.

11. Qui surrexit, et secutus est uxorem suam : veniensque ad virum, dixit ei : Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit : Ego sum.

12. Cui Manue : Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis ut faciat puer? aut a quo se observare debebit?

13. Dixitque angelus Domini ad Manue : Ab omnibus, quæ locutus sum uxori tuæ, abstineat se :

14. Et quidquid ex vinea nascitur, non comedat : vinum et siceram non bibat, nullo vescatur immundo : et quod ei præcepi, impleat atque custodiat.

15. Dixitque Manue ad angelum Domini : Obsecro te ut acquiescas precibus meis, et faciamus tibi hædum de capris.

16. Cui respondit angelus : Si me cogis, non comedam panes tuos : si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quod angelus Domini esset.

17. Dixitque ad eum : Quod est tibi nomen, ut, si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?

18. Cui ille respondit : Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?

---

angeret, pro ea tollenda diutius et ardentius oraverat, ut etiam pro salute populi : *Quia mulier ista vero præstantior, ideo primo ei visio obtigit*, inquit Procop.

13. *Abstineat se.* Scilicet uxor : patet ex hebræo textu, in quo hæc omnia verba : *Abstineat, bibat, comedat, vescatur, custodiat*, sunt feminini generis.

15. *Faciamus tibi hædum de capris.* Coquamus tibi in cibum hædum parvum ac lactentem ac propterea adhuc matri adhærentem.

16. *Non comedam panes tuos.* Non enim humanis cibis vescuntur angeli, Tob. 12. 19. Panum vero nomine cibi generatim significantur ex consuetudine linguæ hebraicæ.

18. *Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?* Alii vertunt, *quod est occultum.* Sane τὸ *mirabile* non est nomen angeli, alioqui dicere debuisset *mirabilis*, sed est adjectivum substantivi *nomen*, quod præcesserat. Fortasse

Digitized by Google

19. Tulit itaque Manue hædum de capris, et libamenta, et posuit super petram, offerens Domino, qui facit mirabilia : ipse autem et uxor ejus intuebantur.

19. Manué *ayant entendu cette parole ne pensa plus qu'à faire ce que l'ange lui avait dit : il* prit donc le chevreau avec les libations, il les mit sur une pierre, et il les offrit au Seigneur, qui est l'Auteur des œuvres miraculeuses ; et il considérait lui et sa femme ce qui en arriverait.

20. Cumque ascenderet flamma altaris in cœlum, angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cum vidissent Manue et uxor ejus, proni ceciderunt in terram,

20. Alors la flamme *sortant tout d'un coup* de *la pierre qui était comme* l'autel *du sacrifice, et* montant vers le ciel, l'ange du Seigneur y monta aussi au milieu des flammes. Ce que Manué et sa femme ayant vu, ils tombèrent le visage contre terre ;

21. Et ultra eis non apparuit angelus Domini. Statimque intellexit Manue angelum Domini esse,

21. Et l'ange du Seigneur disparut de devant leurs yeux. Manué reconnut aussitôt que c'était l'ange du Seigneur;

§ III. *Manué craint de mourir. Sa femme le rassure. Elle met au monde un fils qu'elle nomme Samson, et qui est rempli de l'esprit du Seigneur.*

22. Et dixit ad uxorem suam: Morte moriemur, quia vidimus Deum.

22. Et il dit à sa femme : Nous mourrons certainement; car nous avons vu Dieu.

23. Cui respondit mulier : Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum et libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura dixisset.

23. Sa femme lui répondit : Si le Seigneur nous voulait faire mourir, il n'aurait pas reçu de nos mains l'holocauste et les libations que nous lui avons offerts ; il ne nous aurait point fait voir toutes ces choses, et il ne nous aurait point prédit ce qui doit nous arriver.

24. Peperit itaque filium, et vocavit nomen ejus Samson. Cre-

24. La femme de Manué mit donc au monde un fils qu'elle appela Samson,

---

angelus hic Michael fuit, quia rem nuntiavit quæ ad populi israelitici commodum et salutem pertinebat, ipseque Synagogæ protector erat, ut nunc est Ecclesiæ.

19. *Libamenta.* Erant oblationes accessoriæ et secundariæ, cum quibus hostiæ Domino offerebantur, ut simila, etc. — *Posuit super petram.* Quæ extemporarii altaris vicem implevit, quæ etiam propterea altare dicitur n. 20 sequenti. — *Offerens Domino.* Per angelum angelus vero proprie et immediate Deo sacrificavit.

20. *Cumque ascenderet flamma.* Quam videtur angelus e petra elicuisse, ut fecerat angelus qui Gedeoni apparuit, supra, c. 6. 21. — *Angelus Domini pariter in flamma ascendit.* Quo facto significare voluit gratissimum esse sacrificium illud Deo, seque illud in cœlum quasi deferre, et seipsum una cum holocausto isto dicare, ac quodammodo sacrificare Deo. — *Proni ceciderunt in terram.* Vel Deum adorantes, ejusque ministrum angelum cultu aliquo afficientes; vel etiam metu perculsi, et conturbati.

22. *Morte moriemur.* Vide dicta supra, c. 6, n. 22.

23. *Si Dominus.* Conjectura mariti timorem lenit, quod probabile non sit Deum illis mortem inferre velle, quibus adeo faverit ut holocaustum de manu eorum acceperit, signis exhibitis quod sacrificium illud probaret, addita etiam promissione prolis suscipiendæ.

* 24. *Vocavit.* Mater scilicet, ut patet ex hebræo textu, in quo verbum hoc

Digitized by Google

10. Ayant donc vu l'ange, elle courut vite à son mari, et lui dit : Voilà ce même homme que j'avais vu auparavant, qui m'est encore apparu.

11. Manué se leva aussitôt et suivit sa femme; et étant venu vers cet homme, il lui dit : Est-ce vous qui avez parlé à cette femme? Il lui répondit : C'est moi.

12. Manué lui dit : Quand ce que vous avez prédit sera accompli, que voulez-vous que je fasse de l'enfant, et de quoi se devra-t-il abstenir?

13. L'ange du Seigneur répondit à Manué : Qu'il s'abstienne de tout ce que j'ai marqué à votre femme;

14. Qu'il ne mange rien de ce qui naît de la vigne, qu'il ne boive ni vin, ni rien de ce qui peut enivrer; qu'il ne mange rien d'impur, et qu'il accomplisse et garde avec soin ce que j'ai ordonné sur son sujet.

15. Manué dit à l'ange du Seigneur : Je vous prie de m'accorder ce que je vous demande, et de nous permettre que nous vous préparions un chevreau.

16. L'ange lui répondit : Quelque instance que vous me fassiez, je ne mangerai point de votre pain. Mais si vous voulez faire un holocauste, offrez-le au Seigneur. Or Manué ne savait pas que ce fût l'ange du Seigneur.

17. Et il dit à l'ange : Comment vous appelez-vous? afin que nous vous puissions honorer *et vous marquer notre reconnaissance*, si vos paroles s'accomplissent?

18. L'ange lui répondit : Pourquoi demandez-vous à savoir mon nom qui est admirable?

10. Festinavit, et cucurrit ad virum suum : nuntiavitque ei, dicens : Ecce apparuit mihi vir, quem ante videram.

11. Qui surrexit, et secutus est uxorem suam : veniensque ad virum, dixit ei : Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit : Ego sum.

12. Cui Manue : Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis ut faciat puer? aut a quo se observare debebit?

13. Dixitque angelus Domini ad Manue : Ab omnibus, quæ locutus sum uxori tuæ, abstineat se :

14. Et quidquid ex vinea nascitur, non comedat : vinum et siceram non bibat, nullo vescatur immundo : et quod ei præcepi, impleat atque custodiat.

15. Dixitque Manue ad angelum Domini : Obsecro te ut acquiescas precibus meis, et faciamus tibi hædum de capris.

16. Cui respondit angelus : Si me cogis, non comedam panes tuos : si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quod angelus Domini esset.

17. Dixitque ad eum : Quod est tibi nomen, ut, si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te?

18. Cui ille respondit : Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?

---

angeret, pro ea tollenda diutius et ardentius oraverat, ut etiam pro salute populi : *Quia mulier ista vero præstantior, ideo primo ei visio obtigit*, inquit Procop.

13. *Abstineat se.* Scilicet uxor : patet ex hebræo textu, in quo hæc omnia verba : *Abstineat, bibat, comedat, vescatur, custodiat*, sunt feminini generis.

15. *Faciamus tibi hædum de capris.* Coquamus tibi in cibum hædum parvum ac lactentem ac propterea adhuc matri adhærentem.

16. *Non comedam panes tuos.* Non enim humanis cibis vescuntur angeli, Tob. 12. 19. Panum vero nomine cibi generatim significantur ex consuetudine linguæ hebraicæ.

18. *Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?* Alii vertunt, *quod est occultum.* Sane τὸ *mirabile* non est nomen angeli, alioqui dicere debuisset *mirabilis*, sed est adjectivum substantivi *nomen*, quod præcesserat. Fortasse

Digitized by Google

19. Tulit itaque Manue hædum de capris, et libamenta, et posuit super petram, offerens Domino, qui facit mirabilia : ipse autem et uxor ejus intuebantur.

19. Manué *ayant entendu cette parole ne pensa plus qu'à faire ce que l'ange lui avait dit : il* prit donc le chevreau avec les libations, il les mit sur une pierre, et il les offrit au Seigneur, qui est l'Auteur des œuvres miraculeuses ; et il considérait lui et sa femme ce qui en arriverait.

20. Cumque ascenderet flamma altaris in cœlum, angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cum vidissent Manue et uxor ejus, proni ceciderunt in terram,

20. Alors la flamme *sortant tout d'un coup* de *la pierre qui était comme* l'autel *du sacrifice, et* montant vers le ciel, l'ange du Seigneur y monta aussi au milieu des flammes. Ce que Manué et sa femme ayant vu, ils tombèrent le visage contre terre ;

21. Et ultra eis non apparuit angelus Domini. Statimque intellexit Manue angelum Domini esse,

21. Et l'ange du Seigneur disparut de devant leurs yeux. Manué reconnut aussitôt que c'était l'ange du Seigneur ;

§ III. *Manué craint de mourir. Sa femme le rassure. Elle met au monde un fils qu'elle nomme Samson, et qui est rempli de l'esprit du Seigneur.*

22. Et dixit ad uxorem suam : Morte moriemur, quia vidimus Deum.

22. Et il dit à sa femme : Nous mourrons certainement ; car nous avons vu Dieu.

23. Cui respondit mulier : Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum et libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura dixisset.

23. Sa femme lui répondit : Si le Seigneur nous voulait faire mourir, il n'aurait pas reçu de nos mains l'holocauste et les libations que nous lui avons offerts ; il ne nous aurait point fait voir toutes ces choses, et il ne nous aurait point prédit ce qui doit nous arriver.

24. Peperit itaque filium, et vocavit nomen ejus Samson. Cre-

24. La femme de Manué mit donc au monde un fils qu'elle appela Samson,

---

angelus hic Michael fuit, quia rem nuntiavit quæ ad populi israelitici commodum et salutem pertinebat, ipseque Synagogæ protector erat, ut nunc est Ecclesiæ.

19. *Libamenta.* Erant oblationes accessoriæ et secundariæ, cum quibus hostiæ Domino offerebantur, ut simila, etc. — *Posuit super petram.* Quæ extemporarii altaris vicem implevit, quæ etiam propterea altare dicitur n. 20 sequenti. — *Offerens Domino.* Per angelum angelus vero proprie et immediate Deo sacrificavit.

20. *Cumque ascenderet flamma.* Quam videtur angelus e petra elicuisse, ut fecerat angelus qui Gedeoni apparuit, supra, c. 6. 21. — *Angelus Domini pariter in flamma ascendit.* Quo facto significare voluit gratissimum esse sacrificium illud Deo, seque illud in cœlum quasi deferre, et seipsum una cum holocausto isto dicare, ac quodammodo sacrificare Deo. — *Proni ceciderunt in terram.* Vel Deum adorantes, ejusque ministrum angelum cultu aliquo afficientes ; vel etiam metu perculsi, et conturbati.

22. *Morte moriemur.* Vide dicta supra, c. 6, n. 22.

23. *Si Dominus.* Conjectura mariti timorem lenit, quod probabile non sit Deum illis mortem inferre velle, quibus adeo faverit ut holocaustum de manu eorum acceperit, signis exhibitis quod sacrificium illud probaret, addita etiam promissione prolis suscipiendæ.

* 24. *Vocavit.* Mater scilicet, ut patet ex hebræo textu, in quo verbum hoc

Digitized by Google

c'est-à-dire Soleil; marquant par là l'éclat qu'il devait avoir dans Israël, et le bien qu'il devait lui procurer. L'enfant crût et le Seigneur le bénit :

vitque puer, et benedixit ei Dominus.

L'AN DU MONDE 2849.

25. Et l'esprit du Seigneur commença à être avec Samson, *et à faire paraître sa force, lorsqu'il était dans le lieu appelé* le camp de Dan, entre Saraa et Esthaol.

25. Cœpitque spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa et Esthaol.

CHAPITRE XIV.

§ I. ***Samson allant pour épouser une fille des Philistins, déchire et met en pièces un lion qu'il rencontre.***

L'AN DU MONDE 2867. — AVANT J.-C. 1137.

1. Alors Samson descendit à Thamnatha, *ville de la tribu de Dan;* et y ayant vu une femme entre les filles des Philistins *qui s'étaient rendus maîtres de cette ville,*

1. Descendit ergo Samson in Thamnatha; vidensque ibi mulierem de filiabus Philisthiim (1),

2. Il revint trouver son père et sa mère, et dit : J'ai vu dans Thamnatha une femme d'entre les filles des Philistins; je vous prie de me la faire donner pour épouse.

2. Ascendit, et nuntiavit patri suo, et matri suæ, dicens : Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum : quam quæso ut mihi accipiatis uxorem.

3. Son Père et sa mère lui dirent : N'y a-t-il point de femme parmi toutes les filles de vos frères et parmi tout notre peuple,

3. Cui dixerunt pater et mater sua : Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, et in

(1) Bible vengée, note XII.

---

est feminini generis. — *Samson.* Quod nomen Josephus *fortem* interpretatur. S. Hieron. *solem,* seu *solem ejus.* Alii, *parvum solem,* * quæ verior esse videtur hujus nominis etymologia : alii tamen aliter. — *Benedixit ei Dominus.* Benedictio Domini semper copiam et abundantiam rei alicujus bonæ significat. Benedictus ergo est Samson, et quoad corporis vires, et quoad animi dotes, divinamque gratiam.

25. *Cœpitque spiritus Domini esse cum eo.* Vide dicta c. 3, n. 10. — *Inter Saraa et Esthaol.* Vide dicta hoc c. n. 2.

CAP. XIV. 1. *In Thamnatha.* Quæ oppidum fuit in tribuum Juda, Dan et Ephraim confinio, versus mare Mediterraneum, in via inter Ptolemaidem et Gazam, cujus mentio Gen. 38. 13; Jos. 15. 10; II. Par. 28. 10; I. Machab. 9. 50.

2. *Quam quæso ut mihi accipiatis uxorem.* Communior sententia Samsonem a peccato liberat, vel quia nolebat uxorem illam ducere, nisi fieret proselyta judaicis sacris susceptis; vel quia divina inspiratione agente illius nuptias affectabat, quæ ratio solidior est, et significatur in textu, n. 4 sequenti.

3. *Numquid non est mulier.* Postulatum Samsonis parentes ejus rejiciunt, quia Deuter. 7. 3, et Exod. 34. 10, lex erat, qua vetabantur omnia Israelitarum connubia cum Chananæis.

Digitized by Google

omni populo meo, quia vis accipere uxorem de Philisthiim, qui incircumcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum : Hanc mihi accipe : quia placuit oculis meis.

4. Parentes autem ejus nesciebant quod res a Domino fieret, et quæreret occasionem contra Philisthiim ; eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli.

5. Descendit itaque Samson cum patre suo et matre in Thamnatha. Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis sævus, et rugiens et occurrit ei (1).

6. Irruit autem spiritus Domini in Samson, et dilaceravit leonem, quasi hædum in frusta discerpens, nihil omnino habens in manu : et hoc patri et matri noluit indicare.

7. Descenditque et locutus est mulieri, quæ placuerat oculis ejus.

pour vouloir, *contre les défenses de la loi*, prendre une femme d'entre les Philistins qui sont incirconcis? Samson dit à son père : Donnez-moi celle-là, parce qu'elle m'a plu quand je l'ai vue.

4. Or son père et sa mère ne savaient pas que ceci se faisait par l'ordre de Dieu, et qu'il cherchait une occasion pour perdre les Philistins. Car en ce temps-là les Philistins dominaient sur le peuple d'Israël.

5. Samson vint donc avec son père et sa mère à Thamnatha, et lorsqu'ils furent arrivés aux vignes qui sont près de la ville, il parut tout d'un coup un jeune lion furieux et rugissant, qui vint au devant de Samson :

6. Mais l'esprit du Seigneur se saisit de Samson, qui déchira le lion comme il aurait déchiré un chevreau, et le mit en pièces, sans avoir rien dans la main, et il affecta de n'en rien dire ni à son père ni à sa mère.

7. Il vint ensuite parler à la femme qui lui avait plu, *et il lui fit des propositions de mariage qu'elle accepta.*

§ II. ***Samson trouve un essaim d'abeilles et un rayon de miel dans la gueule du lion qu'il avait tué. Il propose le jour de ses noces une énigme aux Philistins qui y avaient été conviés.***

8. Et post aliquot dies revertens ut acciperet eam, declinavit ut videret cadaver leonis, et ecce examen apum in ore leonis erat ac favus mellis (2).

8. Et quelques jours après il revint pour l'épouser. Et s'étant détourné du chemin pour voir le corps du lion qu'il avait tué, il trouva un essain d'abeilles dans la gueule du lion, et un rayon de miel *qu'elles y avaient fait.*

(1) Bible vengée, note XII. — (2) Ibid.

---

4. *Quæreret occasionem.* LXX habent, ἐκδίκησιν, *vindictam.*

5. *Cum patre suo et matre.* Qui nesciebant quidem initio Dei consilium et voluntatem, postea tamen vel interiori affatu, vel externo aliquo indicio facti illius certiores, filii postulatis annuerunt. — *Apparuit catulus leonis.* Samsoni tantum occurrit leo ; quamvis enim iter simul cum parentibus esset ingressus, tamen vel solus præcessit, vel substitit, tuncque leonem obvium habuit, quod textus indicat cum ait : *Occurrit ei*, non *eis*, et quæ secuta sunt ostendunt.

6. *Spiritus Domini.* Audaciam et fortitudinem augens. — *Et hoc patri et matri noluit indicare.* Viri enim fortes minime sunt jactabundi, nec quæ patrant facinora prædicare solent.

7. *Locutus est mulieri.* LXX in plurali, ἐλάλησαν, *locuti sunt :* Samson scilicet et parentes ejus.

8. *Examen apum in ore leonis erat.* Apes illæ fortasse ex eodem putri leonis cadavere natæ sunt, quemadmodum ex bove nasci certum est ; et quanquam apes munditiæ studiosæ sunt, et tetrum odorem refugiunt, tamen cum

Digitized by Google

9. Il prit ce rayon de miel entre ses mains, et il en mangeait en allant. Lorsqu'il fut arrivé où étaient son père et sa mère, il leur en donna une partie qu'ils mangèrent : mais il ne voulut point non plus leur découvrir qu'il avait pris le miel dans la gueule du lion mort.

10. Son père vint donc chez cette femme, et il fit un festin pour son fils Samson, selon la coutume que les jeunes gens avaient alors.

11. Les habitants de cette ville l'ayant vu lui donnèrent trente jeunes hommes pour l'accompagner *pendant la cérémonie de ses noces*,

12. Auxquels Samson dit : Je m'en vais vous proposer une énigme ; et si vous la pouvez expliquer pendant les sept jours du festin, je vous donnerai trente robes et autant de tuniques ;

13. Que si vous ne pouvez l'expliquer, vous me donnerez aussi trente robes et trente tuniques. Ils lui répondirent : Pro-

9. Quem cum sumpsisset in manibus, comedebat in via : veniensque ad patrem suum et matrem, dedit eis partem, qui et ipsi comederunt : nec tamen eis voluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat (1).

10. Descendit itaque pater ejus ad mulierem, et fecit filio suo Samson convivium ; sic enim juvenes facere consueverant.

11. Cum ergo cives loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta ut essent cum eo.

12. Quibus locutus est Samson : Proponam vobis problema : quod si solveritis mihi intra septem dies convivii, dabo vobis triginta sindones, et totidem tunicas :

13. Sin autem non potueritis solvere, vos dabitis mihi triginta sindones, et ejusdem numeri tuni-

(1) Rép. crit., tome III, page 144 *et suiv.*

---

ex eo ebulliissent, minus mirum si in ejus ore mellificarunt, præsertim si aridum jam erat cranium et carnibus nudatum.

10. *Descendit itaque pater ejus ad mulierem.* Cur solus ad sponsam descendisse dicatur pater, pu at Arias causam fuisse quod ante convivium paratum viri sponsarum domos frequentare non solerent. Abulensis putat patrem tanquam præcipuum nominari, sed cum eo etiam Samsonis matrem descendisse. — *Sic enim juvenes facere consueverant.* Pater convivium instruxerat : hic tamen quasi illius auctor exprimitur Samson, quia illius causa et nomine a patre paratum est.

11. *Dederunt ei sodales triginta ut essent cum eo.* Hi socii in Scripturis vocantur aliquando *amici*, vel etiam *filii sponsi*, Matth. 9. 15 ; Marci 2. 19 ; Joan. 3. 29. Interpres noster hoc c. n. 20 vocat *pronubos*, quos Josephus dixit νυμφοστόλους, et ἑταίρους. Hi ergo socii sponsis jungebantur, ut nuptiarum lætitiam excitarent, illisque adessent honoris causa.

12. *Problema.* Ænigma, gryphum. * Mos vetus virorum excellentium de ingenio inter se certandi propositis ænigmatibus, de quo vide Josephum lib. 1. contra Appionem : et Plutarchum in convivio septem sapientum. Sic et regina Saba venit tentare sapientiam Salomonis in ænigmatibus, III. Reg. 10. 1. — *Intra septem dies convivii.* Septem enim diebus, hoc est, hebdomada una nuptiæ celebrabantur : hæc est hebdomas illa dierum qua Liæ nuptiæ celebratæ sunt, Genes. 29. 27. — *Triginta sindones.* Singulis nimirum unam. — *Totidem tunicas.* In hebræo est, *mutationes vestium*, sive per hypallagen, *vestes mutationum*, sive *mutatorias*. De vestibus mutatoriis dixi in Œconomicis, lib. 2, c. 17, n. 2, eas esse, quas apud se habere solent nobiles viri, et elegantioris cultus studiosi, quas subinde mutant cum aliis communioribus, ne sordes contrahant. * Vel etiam vestes mutatoriæ sunt nova vestimenta quæ cum veteribus usu attritis mutantur.

Digitized by Google

cas. Qui responderunt ei : Propone problema, ut audiamus.

14. Dixitque eis : De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo; nec potuerunt per tres dies propositionem solvere.

15. Cumque adesset dies septimus, dixerunt ad uxorem Samson : Blandire viro tuo, et suade ei ut indicet tibi quid significet problema; quod si facere nolueris, incendemus te, et domum patris tui; an idcirco vocastis nos ad nuptias ut spoliaretis?

posez votre énigme, afin que nous sachions ce que c'est.

14. Samson leur dit : La nourriture est sortie de celui qui mangeait, et la douceur est sortie du fort. Ils ne purent pendant trois jours expliquer cette énigme, *ce qui les obligea, dès le quatrième, de recourir à la femme de Samson pour en découvrir le sens par son moyen. Ils ne purent y réussir pendant plusieurs jours.*

15. Mais enfin le septième jour s'approchant, ils dirent à la femme de Samson : Gagnez votre mari par vos caresses, et faites qu'il vous découvre ce que son énigme signifie; que si vous ne voulez pas le faire, nous vous brûlerons, vous et toute la maison de votre père. Est-ce que vous nous avez conviés à vos noces pour nous faire perdre nos habits?

§ III. ***La femme de Samson, par ses importunités, tire de lui l'explication de son énigme, et la découvre à ceux à qui elle avait été proposée. Samson satisfait à ce qu'il avait promis aux dépens de trente Philistins qu'il tue dans Ascalon.***

16. Quæ fundebat apud Samson lacrymas, et querebatur dicens : Odisti me, et non diligis : idcirco problema, quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit : Patri meo et matri nolui dicere : et tibi indicare potero?

17. Septem igitur diebus convivii flebat ante eum : tandemque die septimo cum ei esset molesta,

16. Cette femme pleurait *donc tous les jours* auprès de Samson, et se plaignait de lui, en disant : Vous me haïssez et vous ne m'aimez point; et c'est pour cela que vous ne voulez point m'expliquer l'énigme que vous avez proposée à ceux de mon peuple. Samson lui répondit : Je ne l'ai point voulu dire à mon père ni à ma mère, comment vous le dirai-je?

17. Elle pleura ainsi auprès de lui pendant les sept jours de festin : enfin le septième jour, vaincu par ses importunités,

---

13. *Propone problema.* Quasi dicant : Accipimus conditionem, propone ænigma.

15. *Cumque adesset dies septimus.* Tres dies nodi solutionem quæsierant; quomodo ergo dicitur cum adesset dies septimus? Respondeo diem septimum hic appellari diem sabbati : ita Lyranus, Abulensis, Vatablus, et alii : vel *ro adesset* significat *appropinquaret.* Ita idem Abulensis, et Arias. Serarius ait hebræa sic verti posse, *et fuit in diebus septem,* seu *intra dies illos septem.* Fortasse tribus diebus solutione quæsita et non inventa, desperarunt; sed cum adesset dies septimus, subiit consilium de arcano per Samsonis uxorem cognoscendo.

17. *Septem igitur diebus convivii flebat ante eum.* Omnibus qui post tertium illum nuptialis convivii diem residui erant, quarto scilicet, quinto, sexto et septimo. Sic etiam explicat Lyranus, cum ait : *Septem diebus, id est, majore septem dierum parte.* *Dici etiam potest mandatum illi inde a principio septem dierum ut solutionem expiscaretur, idque illam fecisse, sed frigidius ac

Digitized by Google

il lui découvrit l'énigme ; et elle l'alla redire aussitôt à ceux de sa ville.

18. Ces jeunes gens donc, avant que le soleil fût couché, vinrent dire à Samson : Qu'y a-t-il de plus doux que le miel, et de plus fort que le lion ? Samson leur répondit : Si vous n'eussiez pas labouré avec ma génisse, *et que vous n'eussiez pas employé ma femme pour découvrir mon secret,* vous n'eussiez jamais trouvé ce que mon énigme voulait dire : *et si vous le savez maintenant, vous en êtes redevables non à votre esprit, mais à son infidélité. Cependant je vous donnerai ce que je vous ai promis.*

19. En même temps l'esprit du Seigneur saisit Samson ; et étant venu à Ascalon, il y tua trente hommes dont il prit les habits et les donna à ceux qui avaient expliqué son énigme. Et étant dans une colère étrange *contre sa femme,* il revint dans la maison de *Manué,* son père.

20. Cependant sa femme, *se croyant abandonnée de son mari,* épousa un de ces jeunes hommes et de ces amis qui l'avaient accompagnée à ses noces.

exposuit. Quæ statim indicavit civibus suis.

18. Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum : Quid dulcius melle, et quid fortius leone ? Qui ait ad eos : Si non arassetis in vitula mea, non invenissetis propositionem meam.

19. Irruit itaque in eum spiritus Domini, descenditque Ascalonem, et percussit ibi triginta viros ; quorum ablatas vestes dedit iis qui problema solverant. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui :

20. Uxor autem ejus accepit maritum unum de amicis ejus et pronubis.

---

languidius ; post tertium vero diem, ac demum septimo ardentius illis instantibus, et minas intentantibus.

18. *Si non arassetis in vitula mea.* Locutio adagialis. Illi dicuntur aliena vitula arare, qui rebus alienis ad suum commodum utuntur. Vide Serar. hic, et Martin. del Rio, Adagial. 162.

19. *Descenditque Ascalonem.* Est urbs Philisthæorum cujus mentio non infrequens in sacris Litteris. — *Percussit ibi triginta viros.* Videtur in urbe potius ipsa palam et aperte occidisse, quam in agro, aut in via more latronum insidiantium : nec diversis vicibus singulos aut pauculos, sed simul omnes ; nam roboris adeo magni specimen non fuisset singulos interimere.

* Non peccavit Samson hac triginta virorum cæde, quia spiritu Domini impellente ab eo patrata, quem Deus judicem populi constituerat, ut Philisthæorum injurias Israelitis illatas ulcisceretur. — *Ablatas vestes dedit iis.* Sindones et tunicæ propositum fuerat victoribus præmium ; sed jam tantum tunicas dedisse videtur Samson, quod etiam clarius habetur ex textu hebraico, *et accepit,* inquit, *Samson, spolia,* seu *exuvias, et dedit mutationes iis qui explicarant ænigma.* Resp. per tunicas intelligi etiam sindonas per synecdochen ; vel certe Samsonem detraxisse iis alterum, quia non suo marte et ingenio ænigma evolverant.

20. *Unum de amicis ejus et pronubis.* Vide dicta hoc c. n. 11.

Digitized by Google

CHAPITRE XV.

§ I. ***Samson va voir sa femme, et trouve que son père l'a donnée à un autre mari. Pour se venger de cette injure, il brûle les blés des Philistins, et en fait un grand carnage.***

L'AN DU MONDE 2868. — AVANT J.-C. 1136.

1. Post aliquantulum autem temporis, cum dies triticeæ messis instarent, venit Samson invisere volens uxorem suam, et attulit ei hædum de capris. Cumque cubiculum ejus solito vellet intrare, prohibuit eum pater illius, dicens :

2. Putavi quod odisses eam, et ideo tradidi illam amico tuo : sed habet sororem, quæ junior et pulchrior illa est, sit tibi pro ea uxor.

3. Cui Samson respondit : Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos : faciam enim vobis mala.

4. Perrexitque et cepit trecentas vulpes, caudasque earum junxit

1. Peu de temps après, lorsque les jours de la moisson des blés étaient proches, Samson voulant aller voir sa femme lui apporta un chevreau ; et lorsqu'il voulait entrer en sa chambre selon sa coutume, son père l'en empêcha, en disant :

2. J'ai cru que vous aviez de l'aversion pour votre femme ; c'est pourquoi je l'ai donnée à un de vos amis ; mais elle a une sœur qui est plus jeune et plus belle qu'elle, et je vous la donnerai pour femme au lieu d'elle.

3. Samson lui répondit : Désormais les Philistins n'auront plus sujet de se plaindre de moi si je leur rends le mal qu'ils m'ont fait, *en m'ôtant ma femme et la donnant à un autre.*

4. Après cela il alla prendre trois cents renards, *qui sont très-communs dans la Pa-*

CAP. XV. 1. *Cumque cubiculum ejus solito vellet intrare.* Jam Samsonis deferbuerat ira, pristinusque effervescebat amor.

2. *Tradidi illam amico tuo.* Pronubo illi, de quo extremo c. superiore. Nulla erat soceri Samsonis excusatio, quia licet eo tempore repudium permitteretur, non tamen fas erat uxoribus libellum repudii viris dare, sed e contra. Quamvis autem Samson iratus uxorem reliquerat, adhuc tamen quærendum ab eo fuerat eamne repudiare vellet, faceretque potestatem ad alias nuptias transeundi. — *Sed habet sororem.* Videbat socer Samsonis se generum suum injuria affecisse, ac propterea sollicite illum placatum sibi reddere studet alterius filiæ nuptiis oblatis.

3. *Ab hac die.* Non accipit conditionem Samson, cum suam uxorem ei quæ offerebatur posthabere neque vellet, neque posset. Levit. 18. 18 : vide ibi notata.

4. *Cepit trecentas vulpes.* Abundat vulpibus Judæa et Palæstina, ut colligitur ex illo Cant. 2. 15 : *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas;* et Thren. 5. 18 : *Propter montem Sion, quia disperiit, vulpes ambulaverunt in eo.* Nec solus cepit Samson, sed in iis capiendis aliorum fortasse opera usus est, et Dominus etiam in ejus casses vulpium multitudinem impulit, ut quod mente agitabat posset efficere. — *Caudasque earum junxit ad caudas.* Binas et binas simul emittebat ; itaque fuerunt paria centum quinquaginta. — *Et faces ligavit in medio.* Ad caudas, seu in medio funium qui e caudis propendebant, ac trahebantur longius, faces alligabantur. Faces, sive tædæ,

Digitized by Google

lestine : il les lia *deux à deux*, l'un à l'autre par la queue, et y attacha des flambeaux;

5. Et les ayant allumés, il chassa les renards, afin qu'ils courussent de tous côtés. Les renards aussitôt allèrent courir au travers des blés des Philistins; et y ayant mis le feu, les blés qui étaient déjà en gerbe, et ceux qui étaient encore sur pied, furent tous brûlés; et le feu même se mettant dans les vignes et dans les plants d'oliviers, consuma tout.

6. Alors les Philistins dirent : Qui a fait ce désordre? On leur répondit : C'est Samson, gendre d'un homme de Thamnatha, qui a fait tout ce mal, parce que son beau-père lui a ôté sa femme, et l'a donnée à un autre. Et les Philistins étant venus chez cet homme, brûlèrent la femme *de Samson* avec son père.

7. Alors Samson leur dit : Quoique vous ayez fait *cela pour me donner satisfaction*, je ne laisserai pas néanmoins de me venger *encore* de vous, et après cela nous vivrons en paix, *si vous ne faites rien qui la puisse troubler.*

8. Il les battit ensuite, et en fit un si grand carnage, que mettant la jambe sur la cuisse ils demeuraient tout interdits. Après cela Samson demeura dans la caverne du rocher d'Etam.

ad caudas, et faces ligavit in medio (1) :

5. Quas igne succendens, dimisit, ut huc illucque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philisthinorum. Quibus succensis, et comportatæ jam fruges, et adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt, in tantum, ut vineas quoque et oliveta flamma consumeret (2).

6. Dixeruntque Philisthiim : Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est : Samson gener Thamnathæi : quia tulit uxorem ejus, et alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderuntque Philisthiim : et combusserunt tam mulierem quam patrem ejus.

7. Quibus ait Samson : Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam ultionem, et tunc quiescam.

8. Percussitque eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitavit in spelunca petræ Etam.

(1) Bible vengée, note XIV. — Rép. crit., tome I, page 192. — (2) Bible vengée, note XIV.

---

aut titiones ex lignis fortasse resiniferis fuerunt, quæ in vulpium cursu ardere, ignemque tueri possent.

5. *Quas igne succendens.* Postquam scilicet alligaverat. — *Dimisit.* Non omnes simul, nec ex eodem loco.

6. *Dixerunt Philisthiim.* Quia dicitur generatim Philisthiim hæc interrogasse, et pro nomine proprio soceri Samsonis Thamnathæus dicitur; videtur incendium late fusum, et non tantum Thamnathan, sed alias etiam circumjectas regiones populatum esse.

* 7. *Expetam ultionem.* Ex quo patet Samsonem privatarum injuriarum specie publica fuisse persectum.

8. *Ita ut stupentes suram femori imponerent.* Solent enim homines meditabundi et lassi suram unius cruris alteri femori sedentes imponere, qui habitus est præ mœrore stupentium. Plures hujus loci ex hebræo versiones et explicationes vide apud Serar. hic, quæst. 10, et apud Martin. del Rio, Adag. 164. — *In spelunca petræ Etam.* Etam vel nomen est loci vel viri, cujus mentio est I. Par. 4. 32, a quo petra illa sic dicta sit. Eam aliqui collocant in tribu Simeon ad torrentem Sorec; alii, ut Josephus, in tribu Juda. Sed hæ sententiæ fortasse non discordant; nam ex c. 19 Josue, constat tribum Simeonis in Judææ tribus partem admissam fuisse. Vide ibi dicta.

Digitized by Google

§ II. ***Les Philistins attaquent la tribu de Juda, et demandent qu'on leur livre Samson, ce qui est exécuté; mais il rompt les cordes dont on l'avait lié, et tue mille Philistins avec une mâchoire d'âne.***

9. Igitur ascendentes Philisthiim in terram Juda, castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est, Maxilla, ubi eorum effusus est exercitus.

9. *Cependant* les Philistins *résolurent de se venger de Samson et d'obliger les Juifs à le leur livrer.* Etant donc venus *pour cela* dans le pays de Juda, *ils* se campèrent au lieu qui depuis fut appelé la Mâchoire, où leur armée fut mise en fuite.

10. Dixeruntque ad eos de tribu Juda : Cur ascendistis adversum nos? Qui responderunt : Ut ligemus Samson, venimus, et reddamus ei quæ in nos operatus est.

10. Ceux de la tribu de Juda leur dirent : Pourquoi êtes-vous venus contre nous? Les Philistins leur répondirent : Nous sommes venus pour lier Samson, afin de lui rendre le mal qu'il nous a fait.

11. Descenderunt ergo tria millia virorum de Juda, ad specum silicis Etam, dixeruntque ad Samson : Nescis quod Philisthiim imperent nobis? quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait : Sicut fecerunt mihi, sic feci eis.

11. Alors trois mille hommes de la tribu de Juda vinrent à la caverne du rocher d'Etam, et dirent à Samson : Est-ce que vous ne saviez pas que nous sommes assujettis aux Philistins? pourquoi les avez-vous traités de la sorte? *Ne voyez-vous pas que cela ne peut servir qu'à augmenter leur indignation contre nous, et à rendre notre condition plus dure?* Il leur répondit : Je leur ai rendu le mal qu'ils m'ont fait. *Mais ce mal que vous leur avez rendu retombe sur nous, si nous ne leur en faisons satisfaction.*

12. Ligare, inquiunt, te venimus, et tradere in manus Philisthinorum. Quibus Samson : Jurate, ait, et spondete mihi quod non occidatis me.

12. Nous sommes *donc* venus, lui dirent-ils, pour vous lier, et pour vous livrer entre les mains des Philistins, *qui exigent cela de nous.* Jurez-moi, leur dit Samson et promettez-moi que vous ne me tuerez point, *et je vous permettrai de me lier.*

13. Dixerunt : Non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligaveruntque eum duobus novis funibus, et tulerunt eum de petra Etam.

13. Ils lui répondirent : Nous ne vous tuerons point; mais après vous avoir lié, nous vous livrerons aux Philistins. Ils le lièrent donc de deux grosses cordes neuves, et ils le tirèrent du rocher d'Etam.

14. Qui cum venisset ad locum Maxillæ, et Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus Domini in eum : et sicut solent

14. Et étant venus au lieu *qui fut depuis* appelé la Mâchoire, les Philistins vinrent au devant de lui avec de grands cris. Mais l'esprit du Seigneur ayant saisi

---

* 11. *Quare hoc facere voluisti.* Ut scilicet Philisthæos in nos exasperares. — * *Sicut fecerunt.* Id est, illatas mihi injurias vindicavi.

13. *Ligaveruntque eum duobus novis funibus.* Vox hebraica עבות *haboth,* non qualescumque funes significat, sed bene complicatos, quos italice dicimus *fune rinforzata.* LXX appellant καλωδια, *rudentes,* qui sunt nautici funes valde crassi.

* 14. *Vociferantes.* Festivo clamore, ob rem prospere gestam. — *Irruit spiritus Domini in eum.* Vires illius augens, et eum excitans, ut funibus dis-

Digitized by Google

Samson, il rompit en pièces les cordes dont il était lié, comme le lin se consume lorsqu'il sent le feu.

15. Et ayant trouvé là une mâchoire d'âne qui était à terre, il la prit, et en tua mille hommes;

16. Et il dit, *en relevant cette action par une espèce de cantique :* Je les ai défaits avec une mâchoire d'âne, avec la mâchoire d'un poulain d'ânesse, et j'ai tué mille hommes.

17. Et après qu'il eut dit ces paroles en chantant, il jeta de sa main la mâchoire, et appela ce lieu-là Ramathléchi, c'est-à-dire l'élévation de la mâchoire.

ad odorem ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt et soluta.

15. Inventamque maxillam, id est, mandibulam asini, quæ jacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros (1),

16. Et ait : In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum, delevi eos, et percussi mille viros.

17. Cumque hæc verba canens complesset, projecit mandibulam de manu, et vocavit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur elevatio maxillæ.

§ III. *Samson pressé de la soif invoque le Seigneur, qui ouvre une des grosses dents de la mâchoire d'âne, et en fait sortir un ruisseau.*

18. Il fut ensuite pressé d'une grande soif *causée par la fatigue du combat ;* et criant au Seigneur, il dit : C'est vous qui avez sauvé votre serviteur, et qui lui avez donné cette grande victoire, et maintenant je meurs de soif, et *la faiblesse où je me trouve fera que* je tomberai entre les mains de ces incirconcis.

19. Le Seigneur ouvrit donc une des grosses dents de cette mâchoire d'âne, et il en sortit un ruisseau d'eau ; et Samson en ayant bu revint de sa défaillance,

18. Sitiensque valde, clamavit ad Dominum, et ait : Tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam atque victoriam : en siti morior, incidamque in manus incircumcisorum.

19. Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, et egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis, refocillavit spiritum,

(1) Bible vengée, note XV.

---

ruptis in Philisthæos insiliret. — *Ad odorem ignis.* Quæ loquendi formula statim lina illa flammam concipere significat, et igne solvi. Sic non absimili loquendi schemate dicimus cibum aliquem facilis esse coctionis, ut satis sit, si semel ignem aspiciat.

15. *Mandibulam asini.* Satis proceri sunt asini in Palæstina : itaque non incommode mandibula hæc in teli usum converti potuit; mirum tamen tam multos illa percuti et occidi potuisse.

16. *In maxilla asini.* Canticum hoc fuit, sive illius particula, aut exordium; hæc enim cantando dixisse Samsonem patet ex n. 17 sequenti.

17. *Elevatio maxillæ.* Sic dictus locus, vel quod e terra in Philisthæos maxillam elevasset eos percussurus; vel quod illis jam stratis, eam elevarit Deo pro accepto beneficio gratias acturus.

18. *En siti morior.* Ex vehementi motu, calore, sudore nasci potuit sitis : Josephus, et illum secutus S. Ambros. ep. 76, causam sitis faciunt divinam ultionem, quod edita illa strage superbiisset Samson, et plusquam par erat, sibi irrogasset. * Quod minus probabile videtur, cum hoc eodem versiculo victoriam referat in Deum.

* 19. *Egressæ sunt ex eo aquæ.* Fluebant e terra aquæ, sed per loculamen-

Digitized by Google

et vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, fons invocantis de Maxilla, usque in præsentem diem (1).

20. Judicavitque Israel in diebus Philisthiim viginti annis.

et reprit ses forces, c'est pourquoi ce lieu a été appelé jusqu'aujourd'hui *d'un nom qui signifie* la fontaine de la Mâchoire par l'invocation de Dieu.

20. *Alors les Israélites choisirent Samson pour les gouverner;* et Samson jugea pendant vingt ans le peuple d'Israël, *sans que ce peuple cessât pour cela d'être* dominé par les Philistins.

CHAPITRE XVI.

§ I. *Samson emporte sur la montagne les portes de la ville de Gaza, que les Philistins faisaient garder afin de se saisir de lui. Il aime Dalila; et cette femme ayant su de lui d'où venait sa force, le trahit et le livre aux Philistins qui lui crèvent les yeux.*

L'AN DU MONDE 2880.

1. Abiit quoque in Gazam, et vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad eam.

2. Quod cum audissent Philisthiim, et percrebruisset apud eos, intrasse urbem Samson, circumdederunt eum, positis in porta civitatis custodibus : et ibi tota nocte cum silentio præstolantes, ut facto mane exeuntem occiderent.

3. Dormivit autem Samson usque ad medium noctis : et inde consurgens, apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis et sera, impositasque humeris suis portavit ad verticem montis, qui respicit Hebron (2).

1. Après cela Samson alla à Gaza, *ville des Philistins;* et y ayant vu une courtisane, il alla chez elle.

2. Les Philistins l'ayant appris, et le bruit s'étant répandu parmi eux que Samson était entré dans la ville, ils le firent environner, et mirent des gardes aux portes de la ville, où ils l'attendirent en silence toute la nuit, pour le tuer au matin lorsqu'il sortirait.

3. Samson dormit jusque sur le minuit; et s'étant levé alors, il alla prendre les deux portes de la ville, avec leurs poteaux et leurs serrures, les mit sur ses épaules, et les porta sur le haut de la montagne qui regarde Hébron, *se moquant ainsi des Philistins.*

(1) Bible vengée, note XV. — (2) Bible vengée, note XVI.

---

tum, seu mortariolum dentis molaris. — *Nomen loci illius.* Totus locus dictus est *elevatio maxillæ*, n. 17; peculiaris, in quo eruperant aquæ ex dente illo molari, *fons invocantis de Maxilla* est appellatus. — *Usque in præsentem diem.* Quo scilicet hæc libri auctor scribebat.

Cap. XVI. 1. *In Gazam.* Urbs est ad mare Mediterraneum ampla, munita, portuosa et celebris. Venit Gazam, vel negotii alicujus gratia, vel ut panegyrim aliquam spectaret, ut conjectat Serarius. Josephus venisse ait ex Philisthæorum contemptu, viribus suis confidentem. Abulensis, ex juvenili petulantia, et amore formosarum mulierum philisthæarum. — *Ingressusque est ad eam.* S. August. serm. 107 de Tempore, negat cum meretrice illa concubuisse; sed phrasis Scripturæ passim occurrens concubitum significat, ut Genes. 16. 2 : *Ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios;* et II. Reg. 3. 8, et alibi. Ergo a culpa Samson excusari non potest.

3. *Ad verticem montis qui respicit Hebron.* Montem hunc Gaza distare septem milliaribus germanicis affirmat Serar. q. 3.

Digitized by Google

4. Après cela il aima une femme qui demeurait dans la vallée de Sorec, et s'appelait Dalila.

4. Post hæc amavit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, et vocabatur Dalila.

ENVIRON L'AN 2885.

5. Les princes des Philistins l'ayant su, vinrent trouver cette femme, et lui dirent : Trompez Samson, et sachez de lui d'où lui vient une si grande force, et comment nous pourrions le vaincre, et le tourmenter après l'avoir lié. Que si vous faites cela, nous vous donnerons chacun onze cents pièces d'argent.

6. Dalila dit donc à Samson : Dites-moi, je vous prie, d'où vous vient cette force si grande, et avec quoi il vous faudrait lier pour vous ôter le moyen de vous sauver.

. Samson lui dit : Si on me liait avec sept grosses cordes qui ne fussent pas sèches, mais qui eussent encore leur humidité, je deviendrais faible comme les autres hommes.

8. Les princes des Philistins lui apportèrent sept cordes, comme elle avait dit, dont elle le lia :

9. Et ayant fait cacher dans sa chambre des hommes qui attendaient l'événement de cette entreprise, elle lui cria : Samson, voilà les Philistins qui fondent sur vous. Et aussitôt il rompit les cordes, comme se rompt un filet d'étoupes lorsqu'il sent le feu; et on ne connut point

5. Veneruntque ad eam principes Philisthinorum, atque dixerunt: Decipe eum, et disce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem, et quomodo eum superare valeamus, et vinctum affligere; quod si feceris, dabimus tibi singuli mille et centum argenteos.

6. Locuta est ergo Dalila ad Samson : Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, et quid sit quo ligatus erumpere nequeas?

7. Cui respondit Samson : Si septem nerviceis funibus, necdum siccis et adhuc humentibus, ligatus fuero, infirmus ero ut cæteri homines.

8. Attuleruntque ad eam satrapæ Philisthinorum septem funes, ut dixerat : quibus vinxit eum,

9. Latentibus apud se insidiis, et in cubiculo finem rei expectantibus, clamavitque ad eum : Philisthiim super te Samson. Qui rupit vincula, quomodo si rumpat quis filum de stupæ tortum putamine, cum odorem ignis acce-

---

4. *In valle Sorec.* Quæ dicitur etiam *vallis Botri;* sunt enim ibi vites multæ ac generosæ. Itaque Isaiæ 5. 2, dicitur : *Plantavit eam* (vineam scilicet) *Sorec,* ut est in hebræo, quod vulgatus vertit, *electam.* — *Dalila.* Gente philisthæa, uxor Samsonis, ut aliqui graves auctores sentiunt; sed juxta alios conditione meretrix, quæ opinio verior videtur, et graves patronos et assertores habet : דלל *Dalal,* Hebræis attenuari, arescere, pauperem esse significat. Hinc nomen Dalilæ meretrici huic apposite convenit, quæ debilitavit ac infirmavit Samsonis robur, cor et opera.

5. *Principes Philisthinorum.* Philisthæorum gens ac ditio in quinque satrapias, seu principatus distributa erat, quibus singulis a præcipua urbe sua nomen Gaza, Geth, Accaron, Azotus, Ascalon. Ili ergo quinque principes ad Dalilam venerunt.— *Singuli mille et centum argenteos.* Existimat Arias mille singularum provinciarum nomine oblatos argenteos siclos; a principibus vero adjectos suo ipsorum nomine centum alios, auctarii et honorarii causa.

7. *Nerviceis funibus.* Qui ex nervis bubulis, vaccinis, etc., in funes contortis et plexis fiunt.

9. *Filum de stupæ tortum putamine. Putamen,* ut ait Nonius, *est omne quod non a nucibus modo, sed ab aliis etiam excutitur, ac projicitur.* Significatur

Digitized by Google

perit : et non est cognitum in quo esset fortitudo ejus.

10. Dixitque ad eum Dalila : Ecce illusisti mihi, et falsum locutus es : saltem nunc indica mihi quo ligari debeas.

11. Cui ille respondit : Si ligatus fuero novis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, et aliorum hominum similis.

12. Quibus rursum Dalila vinxit eum, et clamavit : Philisthiim super te Samson, in cubiculo insidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum.

13. Dixitque Dalila rursum ad eum : Usquequo decipis me, et falsum loqueris? ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson : Si septem crines capitis mei cum licio plexueris, et clavum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero.

14. Quod cum fecisset Dalila, dixit ad eum : Philisthiim super te Samson. Qui consurgens de somno extraxit clavum cum crinibus et licio.

15. Dixitque ad eum Dalila : Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, et noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua.

16. Cumque molesta esset ei, et per multos dies jugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima ejus, et ad mortem usque lassata est.

d'où lui venait cette *grande* force.

10. Dalila lui dit : Vous vous êtes joué de moi ; découvrez-moi donc au moins maintenant avec quoi il vous faudrait lier.

11. Samson lui répondit : Si on me liait avec des cordes toutes neuves, dont on ne se serait jamais servi, je deviendrais faible et semblable aux autres hommes.

12. Dalila l'en ayant encore lié, après avoir fait cacher des gens dans sa chambre, elle lui cria : Samson, voilà les Philistins qui fondent sur vous. Et aussitôt il rompit ces cordes comme on romprait un filet.

13. Dalila lui dit encore : Jusqu'à quand me tromperez-vous et me direz-vous des choses fausses? dites-moi donc avec quoi il vous faudrait lier. Si vous faites, lui répondit Samson, une tresse de sept cheveux de ma tête avec du fil dont on fait de la toile, et que l'ayant attachée à un clou, vous enfonciez ce clou dans la terre, je deviendrai faible comme un autre.

14. Ce que Dalila ayant fait, elle lui dit : Samson, voilà les Philistins qui fondent sur vous. Et s'éveillant tout d'un coup, il arracha le clou avec ses cheveux et le fil.

15. Alors Dalila lui dit : Comment dites-vous que vous m'aimez, puisque vous ne témoignez que de l'éloignement pour moi? Vous m'avez déjà menti par trois fois, et vous ne m'avez point voulu dire d'où vous vient cette *grande* force.

16. Et comme elle l'importunait sans cesse, et qu'elle se tint plusieurs jours attachée auprès de lui sans lui donner aucun temps pour se reposer, enfin la fermeté de son cœur se ralentit, et il tomba dans une lassitude mortelle.

---

ergo filum vilissimum, minimeque compactum ac firmum. — *Cum odorem ignis acceperit.* Vide supra, c. 15, n. 14.

10. *Ligari debeas.* Ligari possis.

12. *Quasi fila telarum.* Quasi filum tenue, quo tela contexitur : LXX habent, σπαρτιον, quasi dicant *filulum.*

13. *Septem crines capitis mei.* Paulatim ad caput venit Samson *lapsuro proprior*, ait S. Ambros. epist. 70. Crines septem hic vocantur septem omnium totius capitis crinium discrimina, seu flocci, tricæ et cincinni. Italice dicimus *le treccie.* — *Cum licio.* Licitatorio ligno, seu textorio jugo.

15. *Cum animus tuus non sit mecum.* Cum facto ostendas te me non amare ex animo.

16. *Defecit anima ejus.* In hebræo est, *immunita*, vel *incisa est anima ejus*

Digitized by Google

17. Alors lui découvrant toute la vérité, il lui dit : Le rasoir n'a jamais passé sur ma tête, parce que je suis nazaréen, c'est-à-dire consacré à Dieu dès le ventre de ma mère. Si l'on me rase la tête, toute ma force m'abandonnera, et je deviendrai faible comme les autres hommes.

18. Dalila voyant qu'il lui avait confessé tout ce qu'il avait dans le cœur, envoya vers les princes des Philistins, et leur fit dire : Venez encore pour cette fois, parce qu'il m'a maintenant ouvert son cœur. Ils vinrent donc chez elle, portant avec eux l'argent qu'ils lui avaient promis.

19. Dalila fit dormir Samson sur ses genoux, et lui fit reposer la tête dans son sein ; et ayant fait venir un barbier, elle lui fit raser les sept touffes de ses cheveux, après quoi elle commença à le chasser et à le repousser d'auprès d'elle : car sa force l'abandonna au même moment :

20. Et elle lui dit : Samson, voilà les Philistins qui viennent fondre sur vous. Samson s'éveillant dit en lui-même : J'en sortirai comme j'ai fait auparavant, et je me dégagerai d'eux, car il ne savait pas que le Seigneur s'était retiré de lui.

21. Les Philistins, l'ayant donc pris, lui crevèrent aussitôt les yeux, et l'ayant mené à Gaza chargé de chaînes, ils l'enfermèrent dans une prison où ils lui firent tourner la meule d'un moulin.

17. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam : Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia nazaræus, id est, consecratus Deo, sum de utero matris meæ : si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, et deficiam, eroque sicut cæteri homines.

18. Vidensque illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philisthinorum ac mandavit : Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt, assumpta pecunia quam promiserant.

19. At illa dormire cùm fecit super genua sua, et in sinu suo reclinare caput. Vocavitque tonsorem, et rasit septem crines ejus, et cœpit abigere eum, et à se repellere : statim enim ab eo fortitudo discessit :

20. Dixitque : Philisthiim super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo : Egrediar sicut ante feci, et me excutiam, nesciens quod recessisset ab eo Dominus.

21. Quem cum apprehendissent Philisthiim, statim eruerunt oculos ejus, et duxerunt Gazam vinctum catenis, et clausum in carcere molere fecerunt.

---

ad moriendum. * Quia nimirum nec tutum putaret rei veritatem ei aperire, nec amplius ejus preces importunas ferre posset. Itaque fatigatus supra modum in hac lucta tristis factus est.

17. *Tunc aperiens veritatem rei.* In hebræo et græco est, *omne cor suum.* * A Deo ita permissum in libidinis ejus ultionem. — *Si rasum fuerit caput meum.* Erat enim in Samsonis capillo robur, tanquam in signo gratiæ hujus gratis datæ, seu in symbolo mutui cujusdam fœderis inter ipsum, et Deum, ut scilicet Samson nazaræus esset, et prolixa coma nazaræatum profiteretur : Deus vero ei adesset, et vires daret ingentes, quæ tandiu permanerent, quandiu coma illa permansisset intonsa.

19. *Dormire eum fecit super genua sua.* Propinata fortassis soporifera aliqua potione, quæ rationis sensum auferret, quod etiam in aliis experimentis a Dalila captis, factum fuisse probabile est. — *Septem crines ejus.* Septem illos crinium cincinnos, de quibus dictum n. 13, totum scilicet caput, abrasis capillis omnibus.— * *Abigere eum, et a se repellere.* Ut eum a somno excitaret, illud fortasse pronuntiando : *Philisthiim super te, Samson.*

20. *Nesciens quod recessisset ab eo Dominus.* Quoad gratiæ gratis datæ effectum, robur scilicet ac fortitudinem.

21. *Molere fecerunt.* Molam versare trusatilem ac manuariam. * Oculorum

Digitized by Google

§ II. *La force de Samson étant revenue avec ses cheveux, il se venge des Philistins, et il en fait mourir, en mourant lui-même, un plus grand nombre qu'il n'en avait tué durant sa vie.*

22. Jamque capilli ejus renasci cœperant,

23. Et principes Philisthinorum convenerunt in unum ut immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, et epularentur, dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras.

24. Quod etiam populus videns, laudabat deum suum, eademque dicebat: Tradidit deus noster adversarium nostrum in manus nostras, qui delevit terram nostram, et occidit plurimos.

25. Lætantesque per convivia, sumptis jam epulis, præceperunt ut vocaretur Samson, et ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas.

26. Qui dixit puero regenti

22. Ses cheveux commençaient déjà à revenir,

23. Lorsque les princes des Philistins firent une grande assemblée pour immoler des hosties solennelles à leur dieu Dagon, et pour faire un festin de réjouissance, en disant : Notre Dieu nous a livré entre les mains Samson notre ennemi.

24. Ce que le peuple ayant aussi vu, il publiait les louanges de son dieu, en disant comme eux : Notre Dieu nous a livré entre nos mains notre ennemi qui a ruiné notre pays, et qui en a tué plusieurs.

25. Ils firent ensuite des festins avec de grandes réjouissances; et après le dîner, ils commandèrent que l'on fît venir Samson, afin qu'il jouât devant eux. Samson ayant été amené de la prison, jouait devant les Philistins, et ils le firent tenir entre deux colonnes.

26. Alors Samson dit au garçon qui le

---

tamen lumen prius ademerunt, ne vertigo labori obstaret; qua de causa, et servis lac versantibus, et vas, in quo lac erat, circumcursantibus, ademptos oculos narrat Herodotus in Melpomene.

22. *Jamque capilli ejus renasci cœperant.* In hebræo est, *et cœpit capillus capitis ejus germinare sicut cum tondebatur*, vel *sicut cum tonsus est.* Per aliquot ergo menses, tres nimirum aut quatuor, fuit in carcere, neque enim citius ita renasci potuerunt capilli, ut diffusioris et prolixioris nazaræorum come speciem præ se ferrent. Porro interim dum carcere clauderetur Samson, oculis orbatus, pœnitentia culpas suas eluit, ut passim tradunt interpretes.

23. *Dagon deo suo.* Putant aliqui dictum esse deum hunc a דָּגָן *dagan*, quod frumentum significat; quare illum Eusebius lib. 1. Evang. præparationis appellat Δία ἀρότριον, *Jovem aratrium*, sive *aratorium*. Alii deducunt a דָּג *dag*, quæ vox piscem significat, quod piscis forma effingeretur, * quæ vera est hujus vocis originatio.

24. *Tradidit deus noster.* Ex quo patet sacrificium et epulum Eucharisticum fuisse pro Samsone capto.

25. *Ante eos luderet.* Arias putat saltasse eum ridicule et turpiter Lyranus ait eum, cæcorum more, illic impegisse in parietes et columnas, interdumque cecidisse, sicque risum excitasse. Serarius putat Philisthæos Samsonem ludum suum fecisse, eum variis modis vexando et percutiendo, quod indicant LXX, qui licet dicant, ut in vulgata nostra, *ludebat ante eos*, addunt tamen, καὶ ἐῤῥάπιζον αὐτὸν, *colaphis cædebant, alapas ei dabant.*

Digitized by Google

conduisait : Laissez-moi toucher les colonnes qui soutiennent toute la maison, afin que je m'appuie dessus, et que je prenne un peu de repos.

27. Or la maison était toute pleine d'hommes et de femmes : tous les princes des Philistins y étaient; et il y avait bien trois milles personnes de l'un et de l'autre sexe, qui, du haut de la maison, regardaient jouer Samson.

28. Samson ayant donc invoqué le Seigneur, lui dit : O Seigneur mon Dieu, souvenez-vous de moi : mon Dieu, rendez-moi maintenant ma première force, afin que je me venge en une seule fois de mes ennemis pour la perte de mes deux yeux, *et pour l'outrage qu'ils font à votre saint nom.*

29. Et prenant les deux colonnes sur lesquelles la maison était appuyée, tenant l'une de la droite et l'autre de la gauche,

30. *Et faisant un sacrifice de sa vie pour la délivrance de son peuple,* il dit : Que je meure avec les Philistins. Et ayant fortement ébranlé les colonnes, la maison tomba sur tous les princes et sur tout le reste du peuple qui était là; et il en tua beaucoup plus en mourant, qu'il n'en avait tué pendant sa vie.

31. Ses frères et tous ses parents étant venus en ce lieu, enlevèrent son corps et l'ensevelirent entre Saraa et Esthaol dans

gressus suos : Dimitte me, ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, et recliner super eas, et paululum requiescam.

27. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, et erant ibi omnes principes Philisthinorum, ac de tecto et solario circiter tria millia utriusque sexus spectantes ludentem Samson.

28. At ille, invocato Domino, ait: Domine Deus, memento mei, et redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, et pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam.

29. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, et alteram læva tenens,

30. Ait : Moriatur anima mea cum Philisthiim; concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, et cæteram multitudinem quæ ibi erat : multoque plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat (1).

31. Descendentes autem fratres ejus et universa cognatio tulerunt corpus ejus, et sepelierunt inter

(1) Bible vengée, note XVII.

---

26. *Columnas quibus omnis imminet domus.* Ipsum scilicet Dagonis templum. Solebant enim idololatræ illi in ipsis templis epulas instruere. Sic in fano dei Berith inter epulas et pocula maledicebant Abimelech Sichimitæ, supra, c. 9, n. 27.

27. *De tecto et solario circiter tria millia.* Amplum admodum oportet fuisse templum hoc, e cujus tecto tria spectatorum millia ludum Samsonis spectare potuerunt; quanto plures caperet reliqua tecti planities, ex qua in inferiorem aream prospectus non erat! Quot in inferioribus contignationinibus, quot in subjecta area erant Philisthæi! Porro tecta in Palæstina plana erant, ut in illis commode consistere et ambulare liceret. Vide dicta lib. Josue c. 2, n. 4.

30. *Moriatur anima mea cum Philisthiim.* Non peccavit Samson se communi illi ruinæ exponendo, sibique modo illo mortem consciscendo; peculiari enim Dei afflatu, ut ita faceret, excitatus est. Nec Samson directe, primario, ac per se suam ipsius mortem spectavit, sed hostium suorum et populi Israelitici : itaque mortem suam indirecte tantum voluit, qua ratione eum excusant Cajetan. Abulensis quæst. 54, Serar. quæst. 31, et alii.

31. *Fratres ejus.* * Et fratres proprie dicti, et ejus cognati et proinqui.

Digitized by Google

Sara et Esthaol in sepulcro patris sui Manue : judicavitque Israel viginti annis.

le sépulcre de son père Manué, après avoir été juge d'Israël pendant vingt ans, *depuis l'an du monde* 2867, *jusqu'en* 2887 *qu'il mourut.*

CHAPITRE XVII

§ II. ***Michas ayant rendu à sa mère une somme d'argent qu'il lui avait prise, elle en emploie une partie à faire faire une idole. Michas fait bâtir un temple pour cette idole, et établit un de ses fils prêtre.***

ENVIRON L'AN DU MONDE 2585.

1. Fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas,

2. Qui dixit matri suæ : Mille et centum argenteos, quos separaveras tibi, et super quibus me audiente juraveras, ecce ego habeo, et apud me sunt. Cui illa respondit : Benedictus filius meus Domino.

3. Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei : Consecravi et vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, et faciat sculptile atque conflatile : et nunc trado illud tibi.

1. En ce temps-là il y eut un homme de la montagne d'Ephraïm nommé Michas,

2. Qui dit à sa mère : Les onze cents pièces d'argent que vous aviez mises à part, et sur le sujet desquelles vous aviez fait devant moi tant d'imprécations, afin qu'on vous les rendit, sont entre mes mains, et je les ai présentement. Sa mère lui répondit : Que le Seigneur vous comble, mon fils, de ses bénédictions.

3. Michas rendit donc ces pièces d'argent à sa mère. Et sa mère lui dit : J'ai consacré cet argent au Seigneur, et j'en ai fait vœu, afin que mon fils le reçoive de ma main, et qu'il en fasse faire une image de sculpture et une jetée en fonte. C'est pour cela même que je vous le donne maintenant.

CAP. XVII. **1.** *Eo tempore.* Vide infra, hoc c. n. 6. — *De monte Ephraim* Mons dicitur pro montosa regione, seu pro parte illa tribus Ephraim, quæ montibus pluribus constabat. Adrichomius in Ephraim n. 39, montana hæc novem millia passuum circiter tenuisse affirmat.

2. *Qui dixit matri suæ.* Nullus hic mulieris. Hujus maritus proditur : itaque vidua fuisse videtur, et etiam anus, quippe quæ ex filio nepotes habuit, quorum unus sacerdos domesticus constitui potuit. — *Mille et centum argenteos.* Siclos scilicet, qui fere quingentos efficiunt coronatos, ut notat Salianus. — *Quos separaveras tibi.* Seposueras, vel in usum incertum, si quis casus incideret; vel certum et definitum, ido orum scilicet fabricam. — *Me audiente juraveras.* Illos numini addicens, addita jurisjurandi religione. — *Ecce ego habeo.* Apud me depositi sunt. Tu quid ex illis fieri velis statue. — *Benedictus filius meus Domino.* Propterea filio benedicit, quod pecuniam repræsentet fideliter : quod vero dicitur in vulgata, *Domino*, in hebræo est *Jehovah*, quæ vox licet sit veri Dei nomen, ea tamen superstitiosa mulier abutebatur ad falsos deos honorandos, quibus erat addicta.

3. *Faciat sculptile atque conflatile.* Duplex idolum, alterum sculptum ex marmore, ex argento alterum arte fusoria. — *Et nunc trado illud tibi.* Volunt aliqui esse verba filii restituentis matri nummos, quia sequitur : *Reddidit igitur eos matri suæ.* Alii malunt esse verba matris, ut sensus sit : Trado

Digitized by Google

4. Après donc que Michas eut rendu cet argent à sa mère, elle en prit deux cents pièces d'argent qu'elle donna à un ouvrier, afin qu'il en fît une image de sculpture et une jetée en fonte, qui demeura dans la maison de Michas.

5. Michas fit aussi un petit temple pour le dieu, avec un éphod et des théraphins, c'est-à-dire le vêtement sacerdotal et les idoles, et il remplit *d'offrandes* la main d'un de ses fils, *comme pour le consacrer, quoiqu'il ne fût point de la race sacerdotale*, et il devint *ainsi* son prêtre.

6. *Ce changement fait dans la religion par quelques particuliers, sans que personne s'y opposât, ne doit pas surprendre :* en ce temps-là il n'y avait point de roi dans Israël; mais chacun faisait tout ce qui lui semblait bon.

4. Reddidit igitur eos matri suæ : quæ tulit ducentos argenteos, et dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ (1).

5. Qui ædiculam quoque in ea deo separavit, et fecit ephod, et theraphim, id est, vestem sacerdotalem, et idola : implevitque unius filiorum suorum manum, et factus est ei sacerdos.

6. In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

§ II. *Un jeune lévite qui cherchait à s'établir, étant venu chez Michas, il le retient auprès de lui pour servir de prêtre au lieu de son fils.*

7. En ce même temps il y eut aussi un autre jeune homme de Bethléhem en Juda,

7. Fuit quoque alter adolescens de Bethlehem Juda, ex cognatione

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 236.

---

tibi, dono tibi, retine, si eos haberem, jam tibi redderem; vel eo tamen tibi reddam, et sic LXX qui habent, ἀποδώσω, *restituam.*

4. *Quæ tulit ducentos argenteos.* Reliqua pecuniæ summa in ædicula construenda, ephod, reliquoque idoli sacro instrumento videtur insumpta.

5. *Ephod.* Vide dicta supra, c. 8, n. 27. — *Theraphim.* Idola. LXX vocem hebraicam modo vertunt, εἴδωλα, idola; modo, γλυπτὰ, *sculptilia.* Rabbini passim explicant theraphim esse imagines futura prænuntiantes. — *Implevitque unius filiorum suorum manum.* Implere manum est sacerdotio initiare : implentur autem vel oleo, quo consecrantur, vel victima, aut re oblata, quam dum manu apprehendebant, Deoque offerebant, sacerdotes fiebant. — *Factus est ei sacerdos.* Ut superstitiosus erat iste cultus, et idololatricus, sic sacerdos male et non legitime promotus.

6. *In diebus illis non erat rex in Israel.* Hæc accidisse putat Serarius q. 14 in hoc caput, post Samsonis mortem, antequam Heli ad reip. gubernationem esset admotus. Salianus vero hæc refert in tempus quod Josue mortem consecutum est, quæ opinio est etiam Lyrani, Abulensis, Masii et Riberæ, quos citat Serarius loco indicato. — *Unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Quod propterea dicitur, ut intelligatur mirum non fuisse, si anarchiæ tempore inventi sint qui talia impune auderent.

7. *Alter adolescens.* Dicitur *alter*, propter adolescentem Michæ filium sacerdotem, cujus paulo ante facta est mentio n. scilicet 5. Is vero, de quo hic agitur, non hoc tantum loco, sed etiam c. sequenti, n. 3 et 15, adolescens dicitur, et a LXX hoc quidem loco ἐνανίας, sequenti vero νεανίσκος, quæ voces juvenem significant. Videtur fuisse cælebs; quia cum de stipendio ipsius agitur n. 10, ejus tantum sustentationis ac vestitus mentio fit, non autem uxoris, aut filiorum. Postea vero apud Danitas uxorem duxit, filiosque pro-

Digitized by Google

ejus : eratque ipse levites, et habitabat ibi.

8. Egressusque de civitate Bethlehem, peregrinari voluit ubicumque sibi commodum reperisset. Cumque venisset in montem Ephraim, iter faciens, et declinasset parumper in domum Michæ,

9. Interrogatus est ab eo unde venisset. Qui respondit : Levita sum de Bethlehem Juda, et vado ut habitem ubi potuero, et utile mihi esse perspexero.

10. Dixitque Michas : Mane apud me, et esto mihi parens ac sacerdos : daboque tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, et quæ ad victum sunt necessaria.

11. Acquievit, et mansit apud hominem, fuitque illi quasi unus de filiis;

12. Implevitque Michas manum ejus, et habuit puerum sacerdotem apud se,

13. Nunc scio, dicens quod be-

qui était lévite, *mais* de la tribu de Juda, *par sa mère*, et qui demeurait là.

8. Il était sorti de Bethléhem dans le dessein de s'aller établir ailleurs, partout où il trouverait son avantage. Et étant venu en la montagne d'Ephraïm, lorsqu'il était en chemin, il se détourna un peu pour aller en la maison de Michas.

9. Michas lui demanda d'où il venait. Il lui répondit : Je suis lévite de Bethléhem de Juda; je cherche à m'établir où je pourrai et où je verrai qu'il me sera le plus utile.

10. Michas lui dit : Demeurez chez moi; vous me tiendrez lieu de père et de prêtre. Je vous donnerai chaque année dix pièces d'argent, deux habits et ce qui est nécessaire pour la vie.

11. Le lévite y accéda, et il demeura chez lui, où il fut traité comme l'un de ses enfants.

12. Michas lui remplit la main *d'offrandes, comme pour le consacrer* (1), et il retint ce jeune homme chez lui en qualité de prêtre.

13. Car maintenant, disait-il, je sais

(1) L'expression de l'original signifie qu'il l'établit, l'installa dans les fonctions sacerdotales.

---

creavit, c. 18, n. 30. — *De Bethlehem Juda, ex cognatione ejus.* In hebræo est, *de Bethlehem, de cognatione,* seu *familia Juda,* de ea nimirum Bethlehem, quæ est in cognatione, familia, seu tribu Juda. Alia enim Bethlehem est in tribu Zabulon, Josue 19. 15. — *Eratque ipse levites.* Imo Mosis ipsius nepos quippe filius Gersam filii Mosis, ut patet ex c. 18. sequenti n. 30, nomenque illi erat Jonathan.

8. *Peregrinari voluit.* Pauper erat, quia cum levitis nulli essent agri, et populi pietas ac religio in Deum refrixisset, pauci etiam erant reditus quibus sustentarentur levitæ, qui alioqui, vigente pietate, non sufficientes tantum erant, sed abundantes. Ingenio levi et inconstanti, et quod deterius est, a suorum pietate ac religione degenerans levites hic fuit.

10. *Esto mihi parens ac sacerdos.* Levita isto senior erat Michas; cum tamen parentem vocat honoris causa : sic religiosi sacerdotes *patres* appellantur. — *Decem argenteos.* Siclos nimirum. Non semel dixi siclum unum argenteum quatuor argenteis regalibus hispanicis æquivalere. — *Vestem duplicem.* Quarum altera hiemali tempori, altera æstivo conveniens sit; vel quarum altera domi utaris, altera cum domo est prodeundum, præsertim diebus festivis, ac proinde elegantior et pretiosior.

13. *Nunc scio, dicens quod benefaciet mihi Deus.* Contrarium potius timendum, peccata sua, si saperet, reputanti; nam erat idololatra; sacerdotem filium nullo jure, imo contra leges constituerat; levitam invitaverat ut sibi esset sacerdos, quod fas non erat, cum non esset de filiis Aaron, sed Mosis;

Digitized by Google

que Dieu me fera du bien, puisque j'ai chez moi un prêtre de la race de Lévi.

nefaciet mihi Deus habenti levitici generis sacerdotem.

CHAPITRE XVIII.

§ I. *La tribu de Dan envoie des espions pour reconnaître le pays qui lui était échu, et dont elle n'avait pu se mettre en possession. Ces espions reviennent trouver leurs gens, et leur promettent une entière victoire.*

VERS L'AN DU MONDE 2586.

1. En ce temps-là il n'y avait point de roi dans Israël, et la tribu de Dan cherchait des terres pour y habiter; car jusqu'alors elle n'avait pu se mettre en possession de ce qui lui était échu comme aux autres tribus.

2. Les enfants de Dan ayant donc choisi de Saraa et d'Esthaol cinq hommes de leur race et de leur famille, qui étaient très-vaillants, ils les envoyèrent pour reconnaître le pays *qui leur était échu*, et peur y remarquer tout avec grand soin; et ils leur dirent : Allez et reconnaissez bien le pays. S'étant donc mis en chemin, ils vinrent à la montagne d'Ephraïm, et entrèrent chez Michas, où ils se reposèrent.

3. Ils reconnurent à la parole *que* le jeune homme lévite *n'était pas de la tribu d'Ephraïm;* et demeurant avec lui, ils lui dirent : Qui vous a amené ici? qu'y faites-vous, et quel est le sujet qui vous a porté à y venir?

4. Il leur répondit : Michas a fait pour moi telle et telle chose, et il m'a donné des gages, afin que je lui tienne lieu de prêtre.

5. Ils le prièrent donc de consulter le

1. In diebus illis non erat rex in Israel, et tribus Dan quærebat possessionem sibi, ut habitaret in ea: usque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat.

2. Miserunt ergo filii Dan, stirpis et familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa et Esthaol, ut explorarent terram, et diligenter inspicerent : dixerumtque eis : Ite, et considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem Ephraim, et intrassent domum Michæ, requieverunt ibi :

3. Et agnoscentes vocem adolescentis levitæ, utentesque illius diversorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit ? quid hic agis ? quam ob causam huc venire voluisti ?

4. Qui respondit eis : Hæc et hæc præstitit mihi Michas, et me mercede conduxit, ut sim ei sacerdos.

5. Rogaverunt autem eum, ut

---

tandem levitam hunc ad idola colenda, dato pretio, traduxerat : quæ omnia gravissima erant crimina, et quæ divinam vindictam provocarent.

CAP. XVIII. 1. *Non erat rex in Israel.* Vide dicta c. superiori, n. 6. — *Sortem non acceperat.* Hoc est, non satis amplam, tantæque multitudini capiendæ parem * obtinuerant, nondum plane ejectis Chananæis, qui terras sortis illorum occupabant. Vel certe non existimabant Danitæ eam satis amplam et idoneam esse.

2. *De Saraa et Esthaol.* Vide dicta c. 13, n. 2. — * *Ut explorarent terram.* Num qua sedes, veteribus colonis expulsis, commoda sese offerret.

3. *Agnoscentes vocem adolescentis.* Peregrinitatem quamdam in pronuntiatione adolescentis agnoscentes; fit enim passim ut intra eamdem provinciam, quæ eadem lingua utitur diversa tamen sit vicinarum etiam civitatum pronuntiatio.

Digitized by Google

consuleret Dominum, ut scire possent an prospero itinere pergerent, et res haberet effectum.

6. Qui respondit eis : Ite in pace : Dominus respicit viam vestram, et iter quo pergitis.

7. Euntes igitur quinque viri venerunt Lais : videruntque populum habitantem in ea absque ullo timore, juxta consuetudinem Sidoniorum, securum et quietum, nullo ei penitus resistente, magnarumque opum, et procul a Sidone atque a cunctis hominibus separatum (1).

8. Reversique ad fratres suos in Saraa et Esthaol, et quid egissent sciscitantibus responderunt :

9. Surgite, ascendamus ad eos : vidimus enim terram valde opulentam et uberem : nolite negligere, nolite cessare; eamus, et possideamus eam, nullus erit labor.

10. Introbimus ad securos, in regionem latissimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria, eorum quæ gignuntur in terra.

Seigneur pour savoir si leur voyage serait heureux, et s'ils viendraient à bout de leur entreprise.

6. Il leur répondit : Allez en paix, le Seigneur favorise votre voyage.

7. Ces cinq hommes s'en étant donc allés vinrent à Laïs, et ils trouvèrent le peuple de cette ville comme ont accoutumé d'être les Sidoniens, sans aucune crainte, en paix et en assurance, n'y ayant personne qui le troublât, extrêmement riche, trop éloigné de Sidon *pour en être promptement secouru*, et séparé de tous les autres hommes, *n'ayant ni alliance ni commerce avec eux, selon la coutume de cette nation.*

8. Ils revinrent ensuite trouver leurs frères à Saraa et à Esthaol; et lorsqu'ils leur demandèrent ce qu'ils avaient fait, ils leur répondirent :

9. Marchons vers ces gens-là. Le pays que nous avons vu est très-riche et très-fertile. Ne négligez rien; ne perdez point de temps : allons nous mettre en possession de cette terre; nous le ferons sans peine :

10. Nous trouverons des gens en une pleine assurance, une contrée fort étendue; et le Seigneur nous donnera ce lieu si fertile où il ne manque rien de tout ce qui croît sur la terre.

§ II. *Six cents hommes de la tribu de Dan marchent vers Laïs. Ils entrent chez Michas et lui enlèvent son prêtre et ses idoles. Ils surprennent et saccagent la ville de Laïs. Ils y établissent en même temps l'idolâtrie.*

11. Profecti igitur sunt de cog- | 11. Il partit donc alors de la tribu de

(1) Bible vengée, note XVIII.

6. *Ite in pace : Dominus respicit viam vestram.* Vel idolum locutum est, aut alia ratione dæmonis arte respondit; vel levita quod illis gratum sciebat, ut illis gratificaretur, locutus est.

7. *Venerunt Lais.* Urbs est septentrionem versus in extrema promissæ terræ parte, ad Libanum montem, quæ etiam appellata est *Lesem*, Josue 19. 47, et *Dan*, postquam a Danitis occupata fuit, hic n. 29, et Josue loco citato. — *Juxta consuetudinem Sidoniorum.* Vel quia hi Sidoniorum moribus ac institutis utebantur; vel quia illis erant alta pace ac securitate similes. — *Nullo ei penitus resistente.* Hebraice est, *et non erat pudefaciens verbo in terra*, id est, non erat qui illa de re pudorem ruboremve ullum injiceret, solo etiam verbo; adeo erat nemo qui ei obsisteret. Sunt tamen qui ad magistratus ignaviam, morumque licentiam id referant, quasi diceretur : Nullus erat magistratus qui peccantes castigare, aut objurgando pudefacere, sicque pravis moribus resistere auderet, aut vellet.

Digitized by Google

Dan, c'est-à-dire de Saraa et d'Esthaol, *un corps de six* cents hommes bien armés,

12. Qui étant venus à Cariathiarim, de la tribu de Juda, y campèrent; et ce lieu depuis ce temps-là s'appela le Camp de Dan, qui est derrière Cariathiarim.

13. Ils passèrent de là en la montagne d'Ephraïm, et étant venus en la maison de Michas,

14. Ces cinq hommes qui avaient été envoyés auparavant pour reconnaître le pays de Laïs dirent à leurs autres frères : Vous savez qu'en cette maison-là il y a un éphod, des théraphins, une image de sculpture et une jetée en fonte, *il nous serait peut-être avantageux de les enlever et de les emporter avec nous.* Voyez sur cela ce qu'il vous plaît de faire.

15. S'étant donc un peu détournés, ils entrèrent dans le logis du jeune lévite qui était dans la maison de Michas, et le saluèrent civilement.

16. Cependant les six cents hommes demeurèrent à la porte sous les armes;

17. Et ceux qui étaient entrés où logeait le jeune homme tâchaient d'emporter l'image de sculpture, l'éphod, les théraphins, et l'image jetée en fonte, *espérant que cela leur porterait bonheur dans leur expédition,* et le prêtre se tenait à la porte *où on l'amusait, afin qu'il ne vît pas ce qui se passait dans la maison,* pendant que ces six cents hommes fort vaillants attendaient non loin de là les cinq autres.

18. Ceux donc qui étaient entrés emportèrent l'image de sculpture, l'éphod, les idoles et l'image jetée en fonte. Le prêtre leur dit : Que faites-vous?

19. Ils lui répondirent : Taisez-vous,

natione Dan, id est, de Saraa et Esthaol, sexcenti viri accincti armis bellicis,

12. Ascendentesque manserunt in Cariathiarim Judæ : qui locus, ex eo tempore, Castrorum Dan nomen accepit, et est post tergum Cariathiarim.

13. Inde transierunt in montem Ephraim. Cumque venissent ad domum Michæ,

14. Dixerunt quinque viri, qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, cæteris fratribus suis : Nostis quod in domibus istis sit ephod, et theraphim, et sculptile, atque conflatile : videte quid vobis placeat.

15. Et cum paululum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis levitæ, qui erat in domo Michæ : salutaveruntque eum verbis pacificis.

16. Sexcenti autem viri ita ut erant armati, stabant ante ostium.

17. At illi qui ingressi fuerant domum juvenis, sculptile, et ephod, et theraphim, atque conflatile tollere nitebantur, et sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus.

18. Tulerunt igitur qui intraverant, sculptile, ephod, et idola, atque conflatile. Quibus dixit sacerdos : Quid facitis?

19. Cui responderunt : Tace, et

---

14. *Fratribus suis.* Reliquis Danitis commilitionibus et contribulibus suis. — * *Videte quid vobis placeat.* Considerate quid vobis faciendum sit : an expediat tentare hæc omnia, etiam vi tollere et nobiscum auferre ; an vero expediat nihil tentari.

* 15. *Cum paululum declinassent.* Scilicet a via, jam capto consilio ut in domum venirent. — * *Domum adolescentis levitæ.* Partem domus in qua habitabat levita.

17. *Stabat ante ostium.* Sed mox in domum reversus reperit quinque viros idola et apparatum sacrum convasantes.

Digitized by Google

pone digitum super os tuum : venique nobiscum, ut habeamus te patrem, ac sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius viri, an in una tribu et familia in Israel ?

20. Quod cum audisset, acquievit sermonibus eorum, et tulit ephod, et idola, ac sculptile, et profectus est cum eis.

21. Qui cum pergerent, et ante se ire fecissent parvulos ac jumenta, et omne quod erat pretiosum,

22. Et jam a domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes secuti sunt,

23. Et post tergum clamare cœperunt. Qui cum respexissent, dixerunt ad Micham : Quid tibi vis ? cur clamas ?

24. Qui respondit : Deos meos, quos mihi feci, tulistis, et sacerdotem, et omnia quæ habeo, et dicitis : Quid tibi est ?

25. Dixeruntque ei filii Dan : Cave ne ultra loquaris ad nos, et veniant ad te viri animo concitati, et ipse cum omni domo tua pereas.

26. Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas, quod fortiores se essent, reversus est in domum suam.

27. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, et quæ supra diximus : veneruntque in Lais ad populum quiescentem atque securum, et percusserunt eos in ore gladii : urbemque incendio tradiderunt,

28. Nullo penitus ferente præsidium, eo quod procul habitarent

n'ouvrez pas seulement la bouche, venez avec nous, afin que vous nous teniez lieu de père et de prêtre. Lequel vous est le plus avantageux, ou d'être prêtre dans la maison d'un particulier, ou de l'être dans une tribu et dans toute une famille d'Israël ?

20. Le lévite les ayant entendus parler ainsi se rendit à ce qu'ils disaient ; et prenant *de leurs mains* l'éphod, les idoles et l'image de sculpture *pour les porter lui-même*, il s'en alla avec eux.

21. Lorsqu'ils étaient en chemin, ayant fait marcher devant eux les petits enfants, les bestiaux et tout ce qu'ils avaient de plus précieux,

22. Et étant déjà loin de la maison de Michas, ceux qui demeuraient chez Michas les suivirent avec grand bruit,

23. Et commencèrent à crier après eux. Ces gens s'étant retournés pour voir ce que c'était, ils dirent à Michas : Que demandez-vous ? pourquoi criez-vous de la sorte ?

24. Il leur répondit : Vous m'emportez mes dieux que je me suis faits, et vous m'emmenez mon prêtre et tout ce que j'avais ; et après cela vous me dites : Qu'avez-vous à crier ?

25. Les enfants de Dan lui dirent : Prenez garde de ne nous parler pas davantage, de peur qu'il ne vienne des gens qui s'emportent de colère contre vous, et que vous ne périssiez avec toute votre maison.

26. Ils continuèrent ensuite leur chemin ; et Michas voyant qu'ils étaient plus forts que lui s'en retourna à sa maison.

27. Cependant les six cents hommes emmenèrent le prêtre avec ce que nous avons dit auparavant ; et étant venus à Laïs ils trouvèrent un peuple qui se tenait en assurance et dans un plein repos. Ils firent passer au fil de l'épée tout ce qui se trouva dans la ville : ils y mirent le feu et la brûlèrent,

28. Sans qu'il se trouvât personne pour les secourir, parce qu'ils demeuraient loin

---

19. *Quid tibi melius est.* Argumentis ab lucro et dignitate majore petitis persuadent.

24. *Omnia quæ habeo.* Hebr. *et quid mihi adhuc*, vel *ultra*. Videtur cætera præ idolis suis contemnere.

Digitized by Google

de Sidon, et qu'ils n'avaient aucune société ni aucun commerce avec qui que ce soit. Or la ville était située au pays de Rohob, *au pied du mont Liban*. Et l'ayant rebâtie, ils y demeurèrent.

29. Ils l'appelèrent Dan, du nom de leur père qui était fils d'Israël, au lieu qu'auparavant elle s'appelait Laïs.

30. Ils s'approprièrent donc l'image de sculpture, et ils établirent Jonathan, fils de Gersam, qui était fils de Moïse, pour servir de prêtre, lui et ses fils, dans la tribu de Dan, jusqu'au jour qu'ils furent *vaincus par les Philistins, que l'arche fut prise, et que plusieurs d'entre eux furent* emmenés captifs.

31. Et l'idole de Michas demeura parmi eux pendant que la maison de Dieu fut à Silo. En ce temps-là il n'y avait point de roi dans Israël *qui s'opposât à ces désordres, ni de chef qui pût y remédier.*

a Sidone, et cum nullo hominum haberent quidquam societatis ac negotii. Erat autem civitas sita in regione Rohob : quam rursum extruentes habitaverunt in ea,

29. Vocato nomine civitatis Dan, juxta vocabulum patris sui, quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur.

30. Posueruntque sibi sculptile et Jonathan filium Gersam filii Moysi, ac filios ejus sacerdotes in tribu Dan, usque ad diem captivitatis suæ (1).

31. Mansitque apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo; in diebus illis non erat rex in Israel (2).

CHAPITRE XIX.

Outrage fait à la femme d'un lévite par ceux de Gabaa. Ce lévite coupe le corps de sa femme en douze parts qu'il envoie aux douze tribus, afin de les exciter à la vengeance d'un crime si énorme (3).

ENVIRON L'AN DU MONDE 2586.

1. Un lévite qui demeurait au côté de la montagne d'Ephraïm ayant pris une femme de Bethléhem, qui est en Juda, *et lui ayant donné quelque chagrin*,

2. Sa femme le quitta, et étant retour-

1. Fuit quidam vir levites habitans in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Juda :

2. Quæ reliquit eum, et reversa

(1) Bible vengée, note XIX. — (2) Ibid. — Lettres de quelques Juifs, tome I, page 257. — (3) Bible vengée, note XX.

---

28. *Procul... a Sidone.* Cui fortasse Lais subdita erat. — *In regione Rohob.* Quæ erat pars Syriæ Traconitidis, ut patet ex lib. II. Reg. c. 10, n. 6 et 8.

29. *Juxta vocabulum patris sui.* Erant enim Danitæ omnes et filii Dan.

30. *Usque ad diem captivitatis suæ.* Hoc aliqui explicant de captivitate Israelitarum sub Salmanasar, cujus mentio IV. Reg. 17; ita Lyranus. Alii de captivitate arcæ, cum capta est a Philisthæis, magna edita Israelitarum strage, I. Reg. 4. Alii putant sermonem esse de peculiari quadam captivitate urbis Dan, quæ alibi scripta non sit. Serarius qu. 7, secundæ explicationi subscribit, quam etiam plures alii secuti sunt; * Bonfrerius vero primæ.

31. *Omni tempore quo fuit domus Dei in Silo.* Quousque scilicet capta est a Philisthæis, ut dicebamus n. præcedenti.

CAP. XIX. 1. *Montis Ephraim.* Vide dicta c. 17, n. 1.

2. *Quæ reliquit eum.* Abulensis quæst. 5 putat significari eam matrimonii

Digitized by Google

est in domum patris sui in Bethlehem, mansitque apud eum quatuor mensibus.

3. Secutusque est eam vir suus, volens reconciliari ei, atque blandiri, et secum reducere, habens in comitatu puerum et duos asinos : quæ suscepit eum, et introduxit in domum patris sui. Quod cum audisset socer ejus, eumque vidisset, occurrit ei lætus,

4. Et amplexatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo et bibens familiariter.

5. Die autem quarto de nocte consurgens, proficisci voluit ; quem tenuit socer, et ait ad eum : Gusta prius pauxillum panis, et conforta stomachum, et sic proficisceris.

6. Sederuntque simul, ac comederunt et biberunt. Dixitque pater puellæ ad generum suum : Quæso te ut hodie hic maneas, pariterque lætemur.

7. At ille consurgens, cœpit velle proficisci. Et nihilominus obnixe cum socer tenuit, et apud se fecit manere.

née à Bethléhem en la maison de son père, elle demeura chez lui pendant quatre mois.

3. Son mari, voulant se réconcilier avec elle, vint la trouver, pour lui témoigner de l'amitié, et la ramener avec lui, étant suivi d'un serviteur avec deux ânes. Sa femme le reçut bien, et l'introduisit dans la maison de son père. Son beau-père l'ayant appris, et le voyant venir, alla au devant de lui avec joie,

4. Et l'embrassa. Il demeura dans la maison de son beau-père pendant trois jours, mangeant et buvant avec lui avec beaucoup de familiarité.

5. Le quatrième jour le lévite se levant avant le jour, voulut s'en aller; mais son beau-père le retint, et lui dit : Mangez un morceau auparavant, pour vous fortifier, et après cela vous vous mettrez en chemin.

6. Ils s'assirent donc, et ils mangèrent et burent ensemble. Le beau-père dit ensuite à son gendre : Je vous prie de demeurer encore ici aujourd'hui, afin que nous le passions dans la joie.

7. Le lévite se levant voulut s'en aller; mais son beau-père le conjura avec tant d'instance qu'il le retint, et le fit demeurer chez lui.

---

fidem fallendo maritum reliquisse. Lyranus, aut ejectam a marito flagitii compertam, aut ipsam cum adultero, marito interim totius rei ignaro, profugisse. Arias non censet mœchatam, sed discessisse ut suo viveret arbitratu. Josephus ait eam a viro ob pulchritudinem eximiam adamatam, adeo ut in eam semper esset intentus, vicissim vero illam virum suum dilexisse; inde ortas utrinque suspiciones et offensiones, quæ discessui causam dederunt. Serarius putat illam alteri nubere voluisse marito offensam; adulterium commisisse, non facile concedendum existimat.

3. *Secutusque est eam vir suus, volens reconciliari ei.* In hebræo est, *ivit post eam, ut loqueretur ad cor illius*, quæ dicendi formula blande alloqui significat, aut blandiri, ut noster vertit interpres. Si mulieris adulterium intercessisset, eaque alteri viro nupsisset, juxta Deut. legem, c. 24. 3 et 4, non fuisset fas levitæ iterum illam revocare, sive vivus esset posterior maritus, sive mortuus. — *Suscepit eum.* Bene ac sapienter fecit levitæ uxor, quæ offensionum oblita marito suo reconciliata est. Aliæ arrogantes et iracundæ quo se quæri magis, et ad reconciliationem invitari vident, eo difficiliores et asperiores sunt.

5. *De nocte consurgens.* Primo scilicet diluculo, quod *manicare* Scriptura dicit aliquando, Lucæ 21. 38.

7. *Obnixe eum socer tenuit.* Hebr. et græce est, *coegit eum*, ἐβιάσατο αὐτὸν. Pulchrum humanitatis amicæque hospitalitatis exemplum, quale discipulorum

Digitized by Google

8. Le lendemain au matin le lévite se préparait à s'en aller; mais son beau-père lui dit : Je vous prie de manger un morceau auparavant, afin qu'ayant pris des forces vous vous en alliez quand le jour sera plus avancé. Ils mangèrent donc ensemble :

9. Et le jeune homme se levant voulait s'en aller avec sa femme et son serviteur; mais son beau-père lui dit encore : Considérez que le jour est fort avancé, et que le soir approche : demeurez encore chez moi pour aujourd'hui, et réjouissons-nous. Vous partirez demain pour retourner en votre maison.

10. Son gendre ne voulut point se rendre à ses prières; mais il partit aussitôt, et vint proche de Jébus qui s'appelait autrement Jérusalem, menant avec lui ses deux ânes chargés et sa femme.

11. Et lorsqu'ils étaient déjà proche de Jébus, et que le jour finissant, la nuit commençait, le serviteur dit à son maître : Allons, je vous prie, à la ville des Jébuséens, et y demeurons.

12. Son maître lui répondit : Je n'entrerai point dans une ville d'un peuple étranger qui n'est point des enfants d'Israël, mais je passerai jusqu'à Gabaa :

13. Et quand je serai arrivé là, nous y demeurerons, ou au moins en la ville de Rama.

14. Ils passèrent donc à Jébus; et continuant leur chemin, ils se trouvèrent au coucher du soleil près de Gabaa qui est dans la tribu de Benjamin.

8. Mane autem facto, parabat levites iter. Cui socer rursum : Oro te, inquit, ut paululum cibi capias, et assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul.

9. Surrexitque adolescens, ut pergeret cum uxore sua et puero. Cui rursum locutus est socer : Considera quod dies ad occasum declivior sit, et propinquat ad vesperum : mane apud me etiam hodie, et duc lætum diem, et cras proficisceris ut vadas in domum tuam.

10. Noluit gener acquiescere sermonibus ejus; sed statim perrexit, et venit contra Jebus, quæ altero nomine vocatur Jerusalem, ducens secum duos asinos onustos, et concubinam.

11. Jamque erant juxta Jebus, et dies mutabatur in noctem, dixitque puer ad dominum suum : Veni, obsecro, declinemus ad urbem Jebusæorum, et maneamus in ea.

12. Cui respondit dominus : Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel, sed transibo usque Gabaa :

13. Et cum illuc pervenero, manebimus in ea, aut certe in urbe Rama.

14. Transierunt ergo Jebus, et cœptum carpebant iter, occubuitque eis sol juxta Gabaa, quæ est in tribu Benjamin :

---

euntium in Emmaus, qui *coegerunt eum*, ut dicitur Lucæ 24. 29, Christum scilicet.

8. *Donec increscat dies.* Hebr. *inclinet dies*, se scilicet æstus frangat, et ad iter paulo sit aura commodior.

* 10. *Contra Jebus.* Scilicet Jerusalem, quæ sic appellata est a Jebusæis habitatoribus, et prius Salem dicebatur Melchisedech ibi regnante.

12. *Usque Gabaa.* Gabaa est urbs in tribu Benjamin ut dicitur n. 14 sequenti. Sunt tamen qui duplicem in Benjamin Gabaam constituant, unam montanam, campestrem aliam; nam sequenti c. 20, n. 31, in hebræo dicitur *Gabaa in agro*, ut scilicet distinguatur a montana quæ illi propinqua est, et ad quam divertisse Levitam sentit Serarius q. 6.

* 13. *Aut certe in urbe Rama.* Urbs est priori vicina in eadem tribu Ben-

Digitized by Google

15. Diverteruntque ad eam, ut manerent ibi. Quo cum intrassent, sedebant in platea civitatis, et nullus eos recipere voluit hospitio.

15. Ils allèrent donc à cette ville pour y demeurer. Et y étant entrés, ils s'assirent en la place de la ville, sans qu'il y eût personne qui voulût les retirer et les loger chez lui (1).

16. Et ecce, apparuit homo senex, revertens de agro et de opere suo vesperi, qui et ipse de monte erat Ephraim, et peregrinus habitabat in Gabaa; homines autem regionis illius erant filii Jemini.

16. Mais sur le soir on vit venir un vieillard qui retournait des champs après son travail, qui était lui-même de la montagne d'Ephraïm, et qui demeurait comme étranger en la ville de Gabaa. Or les hommes de ce pays-là étaient des enfants de Jémini, *très-injustes et très-méchants.*

17. Elevatisque oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea civitatis, et dixit ad eum: Unde venis? et quo vadis?

17. Ce vieillard levant les yeux vit le lévite assis dans la place de la ville avec son petit bagage, et s'adressant à lui, il lui dit: D'où venez-vous? et où allez-vous?

18. Qui respondit ei: Profecti sumus de Bethlehem Juda, et pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem: et nunc vadimus ad domum Dei, nullusque sub tectum suum nos vult recipere,

18. Le lévite lui répondit: Nous sommes partis de Bethléhem, qui est en Juda, et nous retournons en notre maison, qui est au côté de la montagne d'Ephraïm, d'où nous étions allés à Bethléhem. Nous allons maintenant en la maison de Dieu, *en Silo*, et personne ne nous veut recevoir chez lui,

19. Habentes palcas et fœnum in asinorum pabulum, et panem ac vinum in meos et ancillæ tuæ usus, et pueri qui mecum est: nulla re indigemus nisi hospitio.

19. Quoique nous ayons de la paille et du foin pour les ânes, avec du pain et du vin pour moi et pour votre servante, et pour le serviteur qui est avec moi. Nous n'avons besoin de rien, sinon qu'on nous loge.

20. Cui respondit senex: Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantum, quæso, ne in platea maneas.

20. Le vieillard répondit: La paix soit avec vous; je vous donnerai tout ce qui vous sera nécessaire; je vous prie seulement de ne point demeurer dans cette place.

21. Introduxitque eum in domum suam, et pabulum asinis præbuit: ac postquam laverunt pedes suos, recepit eos in convivium.

21. Il les fit donc entrer dans sa maison: il donna à manger aux ânes; et pour eux, après qu'ils eurent lavé leurs pieds, il les fit mettre à table, et leur fit festin.

22. Illis epulantibus, et post

22. Pendant qu'ils étaient à table, et que

(1) Les peuples voluptueux sont en même temps inhumains. Comp. Ezéch. 16, 49.

---

* 16. *Peregrinus.* Quia scilicet non habitabat inter contribules suos Ephraimitas, sed inter Benjamitas. — *Erant filii Jemini.* Filii Benjamin; qui enim dictus fuit *Benjamin*, Genes. 35. 18, idem quandoque vocatur *Jemini*, ut supra c. 3. 15, et 1. Reg. 9. 1, et alibi sæpe.

Dieu prend soin aussi de récompenser la vertu de cette étrangère, et il lui rend au centuple tout ce qu'elle avait quitté. Elle avait abandonné son pays, ses proches et ses dieux ; et il l'établit dans la terre qu'il a choisie pour sa demeure ; il l'associe à son peuple bien-aimé, et veut être lui-même son protecteur et son Dieu. Elle avait renoncé à l'espérance d'avoir un mari et des enfants, et il lui donne un époux de qui doit naître un jour le Messie, et la rend elle-même une des mères de ce divin Sauveur.

Enfin Dieu fait mettre l'histoire de cette Moabite au rang des Livres saints, fait écrire son nom dans la généalogie de son Fils, fait passer sa mémoire dans tous les siècles, et la comble de gloire pour toute l'éternité.

Cette magnificence avec laquelle Dieu récompense la générosité d'une femme étrangère fait voir aux chrétiens, qui sont ses enfants, ce qu'ils doivent attendre de sa bonté, s'ils renoncent à tout, comme elle, pour le servir avec un parfait détachement, et une entière fidélité.

Digitized by Google

RUTH [1].

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Famine dans le pays d'Israël qui oblige Elimélech d'en sortir avec sa femme et ses enfants, et d'aller chez les Moabites. Mort d'Elimélech. Mariage de ses enfants. Leur mort. Départ de Noémi, leur mère, pour retourner en la terre d'Israël avec ses deux belles-filles.*

ENVIRON L'AN DU MONDE 2706. — AVANT J.-C. 1298.

1. Dans le temps qu'Israël était gouverné par les juges, il arriva, sous le gouvernement de l'un d'eux, une famine dans le pays, pendant laquelle un homme de Bethléhem, ville de Juda, s'en alla faire un voyage au pays des Moabites avec sa femme et ses deux fils, *pour y trouver de quoi subsister.*

2. Cet homme s'appelait Elimélech, et sa femme Noémi. L'un de ses fils s'appelait Mahalon, et l'autre Chélion, et ils étaient d'Ephrata de Bethléhem de Juda. Etant donc venus au pays des Moabites, ils y demeurèrent.

3. Elimélech, mari de Noémi, mourut quelque temps après, et elle demeura avec ses deux fils,

1. In diebus unius judicis, quando judices præerant, facta est fames in terra. Abiitque homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur in regione Moabitide, cum uxore sua ac duobus liberis;

2. Ipse vocabatur Elimelech, et uxor ejus Noemi: et duo filii, alter Mahalon, et alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Juda. Ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi.

3. Et mortuus est Elimelech maritus Noemi; remansitque ipsa cum filiis.

(1) Bible vengée, Ruth. note unique.

CAP. I. 1. *In diebus unius judicis.* Quis fuerit judex hic, non exprimit sacer extus. Interpretes in varias abeunt sententias. Alii Heli pontificem, alii Abesanem, alii Gedeonem, alii Barac et Debboram, alii Aod aut Abimelechum statuunt: certi nihil. Vide Serar. in c. 4. Ruth. quæst. 18. — *Facta est fames in terra.* Chaldæus, *in terra Israel.* Tenuit autem fames hæc annos decem, ut ex n. 4 sequenti colligunt auctores, nec ex causis naturalibus orta, sed ad plectenda Israelitarum peccata, qui judicum tempore frequenter in idololatriam labebantur. Ita censent passim loci hujus interpretes. *In regione Moabitide.* Quæ est terræ sanctæ ad orientem, transito Jordane.

2. *Ipse vocabatur Elimelech.* Quæ vox *deus rex,* vel *dei rex,* vel *dei mei rex,* significat. Aiunt rabbini fuisse Elimelech fratrem Salmonis illius, qui cum Josue promissam terram ingressus est, ideoque et Nahassonis, de quo infra, c. 4. n. 20, filium. — *Uxor ejus Noemi.* Quod nomen significat pulchram, suavem et amœnam. Rabbini docent fuisse eam Nahassonis in Judæ tribu principis neptem, filiamque fratris Salomonis, de quo infra, c. 4. — *Mahalon.* Quæ vox significat ægrum, infirmum, aut qui chorum agitat, et fistulam inflat. — *Chelion.* Aut consummatum et perfectum significat aut eum qui totus columbinus est. — *Ephrathæi de Bethlehem Juda.* Non una tantum erat Bethlehem, ut supra etiam dixi, lib. Judic. c. 17, n. 7: ut ergo intelligatur sermonem esse de Bethlehem tribus Judæ, additur vox *Ephrathæi* et vox *Juda;* nam hæc Bethlehem etiam Ephrata dicebatur, ut patet ex Genes. 35. 19, et 48. 7; I Paral. 2 et 4; Michææ 5, et hoc libro Ruth, c. 4, n. 2.

Digitized by Google

4. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera vero Ruth. Manseruntque ibi decem annis,

5. Et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet et Chelion : remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito.

6. Et surrexit ut in patriam pergeret, cum utraque nuru sua, de regione Moabitide : audierat enim quod respexisset Dominus populum suum, et dedisset eis escas.

7. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ, cum utraque nuru, et jam in via revertendi posita in terram Juda,

4. Qui prirent pour femmes des filles de Moab, dont l'une s'appelait Orpha, et l'autre Ruth. Après avoir passé dix ans en ce pays-là,

5. Ils moururent tous deux, savoir : Mahalon et Chélion; et Noémi demeura seule, ayant perdu son mari et ses deux enfants.

6. Elle résolut donc de retourner en son pays avec ses deux belles-filles, qui étaient de Moab, parce qu'elle avait appris que le Seigneur avait regardé son peuple, et qu'il leur avait donné de quoi se nourrir.

7. Après être sortie avec ses deux belles-filles de cette terre étrangère, et étant déjà en chemin pour retourner au pays de Juda,

§ II. *Noémi exhorte ses belles-filles à retourner dans la maison de leurs parents, et à prendre d'autres maris. Orpha embrasse sa belle-mère et s'en retourne; mais Ruth s'attache à elle, et ne la veut point quitter.*

8. Dixit ad eas : Ite in domum matris vestræ, faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis et mecum;

9. Det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos sorti-

8. Elle leur dit : Allez en la maison de votre mère; que le Seigneur use de sa bonté envers vous, comme vous en avez usé envers ceux qui sont morts et envers moi;

9. Qu'il vous fasse trouver le repos dans la maison des maris que vous prendrez

---

4. *Una vocabatur Orpha, altera vero Ruth.* Orpha Chelion uxor fuit, Ruth vero Mahalon, ut patet ex c. 4, n. 10, cum ait Booz : *Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in conjugium sumpserim.* Orpha potest exponi *cervicosa*, vel *ore nudata*, et *excitata* : Ruth, *madefacta*, vel *irrigata*; metaphorice vero *inebriata*, vel *saturata*. Aliqui peccasse putant par hoc fratrum gentiles uxores ducendo, patriis erroribus non abjuratis, ut colligitur ex n. 15 sequenti, et docet Serar. hic. q. 11. Idem tamen Serarius eos excusat necessitate, quod Israelitidas ibi ducere non possent. Idem docet Rupertus lib. 1. in Matth.

5. *Ambo mortui sunt.* Nullis relictis liberis, quod licet Scriptura non expresserit, tamen ex tota narratione colligitur. Vide Serar. q. 14.

7. *Egressa est itaque... cum utraque nuru.* Ad aliquam itineris partem abeuntes amicos prosequi humanitatis semper fuit, Genes. 18. 16; 31. 27; Act. 20. 38; Rom. 15. 24. At istæ duæ nurus, socrus suæ prudentia et suavitate ductæ, Bethlehem usque comitari, et apud illam esse perpetuo volebant.

8. *Ite in domum matris vestræ.* Ita loquitur, vel quia patre carebant, vel quia filiæ cum matribus et frequentius et suavius versantur, vel quia feminæ in gynecæo seorsim a viribus habitabant, filiæ cum matribus et sororibus, etc. — *Misericordiam, sicut fecistis cum mortuis.* Misericordiam facere, est benefacere. Fecerant misericordiam duæ istæ Moabitides cum viris suis : 1. illis peregrinis nubendo, et cum illis placide et officiose convivendo; 2. post mortem justa funeris curando, eorum memoriam retinendo et celebrando, et illorum etiam amore cum Noemi perpetuum vivere statuendo.

9. *Invenire requiem in domibus virorum.* Ut scilicet immunes sint a moles-

Digitized by Google

Elle les baisa ensuite; et ses deux belles-filles se mirent à éclater en pleurs, et à dire :

10. Nous irons avec vous vers ceux de votre peuple.

11. Noémi leur répondit : Retournez, mes filles; pourquoi venez-vous avec moi? ai-je encore des enfants dans mon sein, pour vous donner lieu d'attendre de moi des maris?

12. Retournez, mes filles, et allez-vous en; car dans le grand âge où je suis, je ne suis plus capable du mariage. Quand je pourrais même concevoir cette nuit et mettre au monde des enfants,

13. Si vous vouliez attendre qu'ils fussent grands et en âge de se marier, vous seriez devenues vieilles avant de pouvoir les épouser. Non, mes filles, ne faites point cela; car votre affliction ne fait qu'accroître la mienne, et la main du Seigneur s'est appesantie sur moi.

14. Elles élevèrent donc encore leur voix, et recommencèrent à pleurer. *Mais Noémi continuant de les exhorter à retourner chez leurs parents,* Orpha baisa sa belle-mère et s'en retourna. *Pour* Ruth, *elle* s'attacha à Noémi, sans la vouloir quitter.

turæ estis. Et osculata est eas. Quæ elevata voce flere cœperunt,

10. Et dicere : Tecum pergemus ad populum tuum.

11. Quibus illa respondit : Revertimini, filiæ meæ, cur venitis mecum? num ultra habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis?

12. Revertimini, filiæ meæ, et abite : jam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo conjugali; etiamsi possem hac nocte concipere parere filios,

13. Si eos expectare velitis, donec crescant, et annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ quam nubatis. Nolite, quæso, filiæ meæ : quia vestra angustia magis me premit, et egressa est manus Domini contra me.

14. Elevata igitur voce, rursum flere cœperunt : Orpha osculata est socrum, ac reversa est : Ruth adhæsit socrui suæ.

§ III. *Noémi exhorte de nouveau sa belle-fille à suivre l'exemple de sa sœur qui s'en est retournée. Fermeté de Ruth à demeurer attachée à sa belle-mère. Elles arrivent ensemble à Bethléhem.*

15. Noémi lui dit : Voilà votre sœur qui est retournée à son peuple et à ses dieux; allez-vous en avec elle.

15. Cui dixit Noemi : En reversa est cognata tua ad populum suum, et ad deos suos, vade cum ea.

---

tiis, litibus, querelis, laboribus, lacrymis, quæ conjugia comitari solent, propter quam causam S. Paulus *tribulationem carnis* habere conjugatos affirmat, I. Cor. 7. 28. Habent etiam requiem uxores, viris rem familiarem curantibus, et negotia tractantibus quæ ad tuendam familiam pertinent, quo præsidio destitutæ viduæ magnis curarum et molestiarum fluctibus agitantur.

11. *Num ultra habeo filios in utero meo.* Sumitur ratio hæc ex ea lege quæ ante Mosen fuit, Gen. 38. 11 et 14, et quæ per Mosen postea sancita est, Deut. 25. 5, ut scilicet fratres fratrum, qui absque liberis decessissent, uxores ducerent, fratribusque mortuis semen suscitarent.

* 13. *Si eos exspectare velitis.* Non quod Deuteronomii lege, quæ habetur c. 25, n. 5, obligandi essent, sed quod hoc quoque meritæ viderentur. — *Vestra angustia magis me premit.* Valde angor, quod discessum hunc meum adeo ægre feratis, ac propterea a me divelli nolitis; dolor vester, quia impense vos amo, me valde cruciat. — *Egressa est manus Domini contra me.* Ad alias molestias, quibus me Dominus exercuit, hæc etiam addita est, ut a vobis discedere et vestra carere consuetudine cogar.

15. *Ad populum suum et ad deos suos.* Ex quo patet idololatriæ deditam Orpham judaica sacra nunquam suscepisse.

Digitized by Google

16. Quæ respondit : Ne adverseris mihi ut relinquam te et abeam : quocumque enim perrexeris, pergam : et ubi morata fueris, et ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, et Deus tuus Deus meus (1).

17. Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar : ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, et hæc addat, si non sola mors me et te separaverit.

18. Videns ergo Noemi, quod obstinato animo Ruth decrevisset secum pergere, adversari noluit, nec ad suos ultra reditum persuadere :

19. Profectæque sunt simul, et venerunt in Bethlehem. Quibus urbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebruit : dicebantque mulieres : Hæc est illa Noemi.

20. Quibus ait : Ne vocetis me Noemi (id est, pulchram), sed vocate me Mara (id est amaram); quia amaritudine valde replevit me Omnipotens.

21. Egressa sum plena, et vacuam reduxit me Dominus. Cur

16. Ruth lui répondit : Ne vous opposez point à moi, en me portant à vous quitter et à m'en aller; car en quelque lieu que vous alliez, j'irai avec vous; et partout où vous demeurerez, j'y demeurerai aussi. Votre peuple sera mon peuple, et votre Dieu sera mon Dieu.

17. La terre où vous mourrez me verra mourir, et je serai ensevelie où vous le serez. *Je veux bien* que Dieu me traite dans toute sa rigueur, si jamais rien me sépare de vous que la mort seule.

18. Noémi voyant donc Ruth dans une résolution si ferme et si déterminée d'aller avec elle, ne voulut plus s'y opposer, ni lui persuader d'aller retrouver sa famille.

19. Et étant parties ensemble, elles arrivèrent à Bethléhem. Sitôt que Noémi y fut entrée, le bruit en courut de toutes parts; et les femmes disaient : Voilà cette Noémi, *que sa beauté avait rendue si illustre parmi nous.*

20. Noémi leur dit : Ne m'appelez plus Noémi (c'est-à-dire, belle); mais appelez-moi Mara (c'est-à-dire, amère), parce que le Tout-Puissant m'a toute remplie d'amertume.

21. *En effet* je suis sortie d'ici pleine *de joie et de consolation, ayant un mari et*

(1) Bible vengée, note unique.

---

16. *Deus tuus Deus meus.* Patriæ superstitioni valefaciam, tibique adhærebo.

* 17. *Hæc mihi faciat Dominus, et hæc addat.* Mala ipsa jurans expressit quæ sibi est imprecata, si fidem falleret, puta famem, pestem, mortem, quæ exprimere sacer scriptor necesse non habuit.

18. *Obstinato animo.* In bonam partem sumitur pro constanti voluntate. — *Nec ad suos ultra reditum persuadere.* Suaserat ut manerent urbanitatis causa, ne sineret eas patriam, propinquos, amicos, et notos sua causa relinquere; et si forte ipsæ significaverant se judaica sacra suscepturas, voluit earum experiri constantiam, verita ne postea cum suo mœrore et dedecore a recta religione deficerent : cognita ergo Ruth voluntate constanti, non amplius suadet ut redeat.

19. *Venerunt in Bethlehem.* Si ex Petra Moabitidis urbe, quam multi et graves auctores Ruth patriam fuisse volunt, venerunt, iter ferme erat quatridui : plures posuisse credibile est imbecilles feminas, cum præsertim Noemi jam esset anus.— *Velox apud cunctos fama percrebruit.* In Hebr. est, *resonuit tota urbs.* — *Hæc est illa Noemi.* Dicebant hoc, vel cum gaudio et gratulatione, vel cum admiratione et contemptu, quod ad paupertatem esset redacta.

21. *Egressa sum plena, et vacuam reduxit me Dominus.* Vacuam se appellat, quia mortuus maritus, exstincti filii, ipsa ad paupertatem redacta.

Digitized by Google

deux fils, et le Seigneur m'y ramène vide, *ayant perdu mon mari et mes enfants.* Pourquoi donc m'appelez-vous Noémi, puisque le Seigneur m'a humiliée, et que le Tout-Puissant m'a comblée d'affliction?

22. C'est ainsi que Noémi étant retournée de la terre étrangère où elle avait demeuré avec Ruth, Moabite, sa belle-fille, revint à Bethléhem, lorsqu'on commençait à couper les orges.

ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliavit, et afflixit Omnipotens?

22. Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reversa est in Bethlehem, quando primum hordea metebantur.

CHAPITRE II.

§ I. *Ruth va glaner dans le champ de Booz, proche parent d'Elimélech son beau-père.*

1. Or il y avait un homme puissant et extrêmement riche, appelé Booz, qui était de la famille d'Elimélech.

2. Ruth, Moabite, dit à sa belle-mère: Si vous l'agréez, j'irai dans quelque champ, et je ramasserai les épis qui seront échappés aux moissonneurs, partout où je trouverai quelque père de famille qui me témoigne de la bonté. Noémi lui répondit: Allez, ma fille.

3. Ruth s'en alla donc, et elle recueillait les épis derrière les moissonneurs. Or il se trouva que le champ où elle était appartenait à Booz, proche parent d'Elimélech.

4. En ce même temps il arriva que Booz venait de Bethléhem, et qu'il dit à ses moissonneurs: Le Seigneur soit avec vous. Et

1. Erat autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, et magnarum opum, nomine Booz.

2. Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si jubes, vadam in agrum, et colligam spicas, quæ fugerint manus metentium, ubicumque clementis in me patris familias reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade, filia mea.

3. Abiit itaque et colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.

4. Et ecce, ipse veniebat de Bethlehem, dixitque messoribus: Dominus vobiscum. Qui respon-

---

22. *Quando primum hordea metebantur.* Quæ messis in Palæstina fieri solet mense nisan, qui respondet partim martio nostro, partim aprili.

CAP. II. 1. *Elimelech consanguineus.* Quomodo Booz fuerit ejus consanguineus non expressit Scriptura. Rabbi Josue citatus a Serario, quæst. 1, ait Elimelech, Salmon et Job fratres fuisse; Booz autem filium fuisse Salmon fratris Elimelech; hic ergo patruus; Booz vero ex fratre nepos. Quod rabbinus hic docet, ait Serarius, falsi convinci non posse; nec aliud certius ab auctoribus affertur. — *Nomine Booz.* Quæ vox vel significat *in fortitudine*, vel in *eo fortitudo.*

2. *Colligam spicas.* Apud Hebræos enim concessum non erat spicilegium ipsis agrorum dominis, sed tantum pauperibus tam indigenis quam advenis. Præceptumque erat in lege veteri, ut dum segetes demeterent, earum domini spicarum aliquid relinquerent. Levitici 19. 9, et 23. 22; Deuter. 24. 19. Ruth ergo ut pauper ad colligendas spicas egreditur.

4. *Ipse veniebat de Bethlehem.* Servabat Booz id quod Cato de Re rustica lib. 1, c. 1, præcipit, cum ait: *Ne opera parcas visere.* — *Dominus vobiscum.* Dominus vobis adsit. Fausta precatio; quid enim deesse possit iis, qui sub

Digitized by Google

derunt ei : Benedicat tibi Dominus.

5. Dixitque Booz juveni, qui messoribus præerat : Cujus est hæc puella (1) ?

6. Cui respondit : Hæc est Moabitis, quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide,

7. Et rogavit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia : et de mane usque nunc stat in agro, et ne ad momentum quidem domum reversa est.

ils lui répondirent : Le Seigneur vous bénisse.

5. Alors Booz dit au jeune homme qui veillait sur les moissonneurs : A qui est cette fille ?

6. Il lui répondit : C'est cette Moabite qui est venue avec Noémi du pays de Moab :

7. Elle nous a priés de trouver bon qu'elle suivît les moissonneurs, pour recueillir les épis qui seraient demeurés ; et elle est dans le champ depuis le matin jusqu'à cette heure sans être retournée un moment chez elle.

§ II. *Booz reçoit Ruth, et lui parle avec bonté. Il la loue de son attachement pour sa belle-mère, et il prie le Seigneur de la bénir.*

8. Et ait Booz ad Ruth : Audi, filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco : sed jungere puellis meis,

9. Et ubi messuerint, sequere. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi : sed etiamsi sitieris, vade ad sarcinulas, et bibe aquas, de quibus et pueri bibunt.

10. Quæ cadens in faciem suam et adorans super terram, dixit ad eum : Unde mihi hoc, ut invenirem gratiam ante oculos tuos, et nosse me dignareris peregrinam mulierem ?

8. Booz dit à Ruth : Ecoutez, ma fille, n'allez point dans un autre champ pour glaner, et ne bougez point de ce lieu ; mais joignez-vous à mes filles,

9. Et suivez partout où on aura fait la moisson : car j'ai commandé à mes gens que nul ne vous fasse aucune peine : et quand même vous aurez soif, allez où sont les vaisseaux, et buvez de l'eau dont mes gens boivent.

10. Ruth se prosternant le visage contre terre, adora, et elle dit à Booz : D'où me vient ce bonheur que j'aie trouvé grâce devant vos yeux, et que vous daigniez me traiter favorablement, moi qui suis une femme étrangère ?

(1) Bible vengée, note unique.

---

divino præsidio latent ? Merito ergo Ecclesia et in missæ sacro, et in horariis precibus hanc salutationem frequenter usurpat. * Mos erat bene precari opus facientibus. Vide Psal. 128. 8.

5. *Juveni qui messoribus præerat.* In hebræo est נַעַר *nahar*, quæ vox puerum aut ministrum significat : in græco est, παιδάριον, quia et ætate et viribus erat bonis et integris. Eum Josephus ἀγροκόμον vocat, vel, ut alii legunt, ἀγρονόμον, eadem tamen significatione, hoc est, agri curatorem.

8. *Sed jungere puellis meis.* Apparet Boozi prudentia, gravitas et castimonia, quæ puellæ suadet, ut puellis adhæreat, quod honestius erat, et pudori tutius, quam si cum viris versata esset.

9. *Bibe aquas.* Magna in orientalibus calidisque locis aquarum penuria est, ut ex Genes. 26 et 28 ; Exod. 2 ; Num. 20 ; Deuter. 2, aliisque locis patet ; et messis erat tempus, quod torridum et siticulosum est, itaque aquæ haustus inter beneficia merito annumeratur.

10. *Adorans super terram.* Frequens mentio in sacris litteris harum adorationum viris exhibitarum in reverentiæ argumentum, aut gratiarum actio

Digitized by Google

11. Booz lui répondit : On m'a rapporté tout ce que vous avez fait à l'égard de votre belle-mère après la mort de votre mari, et de quelle sorte vous avez quitté vos parents et le pays où vous étiez née, pour venir parmi un peuple qui vous était inconnu auparavant.

12. Que le Seigneur vous rende le bien que vous avez fait; et puissiez-vous recevoir une pleine récompense du Seigneur le Dieu d'Israël, vers lequel vous êtes venue, et sous les ailes duquel vous avez cherché votre refuge.

13. Ruth lui répondit : J'ai trouvé grâce devant vos yeux, mon seigneur, de m'avoir ainsi consolée, et d'avoir parlé au cœur de votre servante qui ne mérite pas d'être l'une des filles qui vous servent.

11. Cui ille respondit : Nuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui : et quod reliqueris parentes tuos, et terram in qua nata es, et veneris ad populum, quem antea nesciebas.

12. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem recipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, et sub cujus confugisti alas.

13. Quæ ait : Inveni gratiam apud oculos tuos, domine mi, qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis unius puellarum tuarum.

§ III. *Booz fait manger Ruth avec ses moissonneurs, et leur ordonne de laisser tomber des épis, afin qu'elle en ramasse plus abondamment. Ruth rapporte à sa belle-mère trois boisseaux d'orge qu'elle avait recueillis.*

14. Booz lui dit : Quand l'heure du manger sera venue, venez ici et mangez du pain, et trempez votre morceau dans le vinaigre, *avec mes gens.* Elle s'assit donc au côté des moissonneurs, *lorsque l'heure du manger fut venue,* et elle prit de la

14. Dixitque ad eam Booz, Quando hora vescendi fuerit, veni huc, et comede panem, et intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, et congessit polentam sibi, comedit-

---

nem, exempla habes Genes. 23. 7 et 12, c. 27. 29, c. 33. 3 et 7, c. 42. 6, c. 43. 26, c. 49. 8, c. 50. 18; Exod. 18. 7.

11. *Veneris ad populum quem antea nesciebas.* Ejusdem etiam populi religione suscepta.

12. *Sub cujus confugisti alas.* Chald. *venisti ut proselyta fieres, et te ipsam abderes sub umbra majestatis gloriæ ipsius.*

13. *Locutus est ad cor ancillæ tuæ.* Loqui ad cor, hebraica phrasi, est loqu verba consolatoria. Exempla passim occurrunt, II. Paral. 30. 22; et 32. 6; Isa. 40. 2; Osee. 2. 14. — *Quæ non sum similis.* Quæ vilior sum.

14. *Comede panem.* Potum ipsi Ruth ante concesserat, nunc addit et cibum; gradatim enim ascendit virtus. Pro pane, phrasi hebraica, intelligitur quilibet cibus. — *Intinge buccellam tuam in aceto.* Videtur sermo esse de acetariis quibus, qui æstu laborant, valde recreantur. Alioqui etiam usus rusticorum est, ut in messem utantur oxycrato, hoc est, aceto aqua diluto, quod genus potionis refrigerandi vim habet, ut universim acetum, de quo Plinius lib. 23, c. 1. *Vini etiam vitium,* inquit, *transit in remedia; aceto summa vis est in refrigerando.* — *Ad messorum latus.* Non e regione, ne in ejus faciem oculos conjicere possent. — *Et congessit polentam sibi.* Polenta est far tostum et contusum, et in farinam redactum. Hæc materia erat parabilis eduliorum, addito aliquo genere condimenti, jure, caseo, etc. Quod dicitur Ruth *sibi congessisse,* significat affatim et largiter illi ex cibis tributum, quos cum ipsa omnes non absumeret, quasi eorum cumulum ante se habebat. — *Et saturata est. Disce,* inquit Seneca, epist. 110, *parvo esse contentus, et illam*

Digitized by Google

que et saturata est, et tulit reliquias.

15. Atque inde surrexit, ut spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens : Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam :

16. Et de vestris quoque manipulis projicite de industria, et remanere permittite, ut absque rubore colligat, et colligentem nemo corripiat.

17. Collegit ergo in agro usque ad vesperam : et quæ collegerat virgâ cædens et excutiens, invenit hordei quasi ephi mensuram, id est, tres modios.

18. Quos portans reversa est in civitatem, et ostendit socrui suæ, insuper protulit, et dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat.

19. Dixitque ei socrus sua : Ubi hodie collegisti, et ubi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicavitque ei apud quem fuisset operata, et nomen dixit viri, quod Booz vocaretur.

20. Cui respondit Noemi : Benedictus sit a Domino : quoniam eamdem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit et mortuis. Rursumque ait : Propinquus noster est homo.

bouillie pour elle; elle en mangea, elle en fut rassasiée, et garda le reste *pour le porter à sa belle-mère.*

15. Elle se leva de là pour continuer à recueillir les épis. Or Booz donna cet ordre à ses gens : Quand elle voudrait couper l'orge avec vous, vous ne l'empêcherez point.

16. Mais *comme apparemment elle ne le fera pas,* vous jetterez exprès des épis de vos javelles, et vous en laisserez sur le champ, afin qu'elle n'ait point de honte de les recueillir, et qu'on ne lui parle jamais de ce qu'elle aura ramassé.

17. Elle amassa donc dans le champ jusqu'au soir; et ayant battu avec une baguette les épis qu'elle avait recueillis, et en ayant tiré le grain, elle trouva environ la mesure d'un éphi d'orge, c'est-à-dire trois boisseaux.

18. S'en étant retournée chargée à la ville, elle les montra à sa belle-mère; elle lui présenta aussi et lui donna des restes de ce qu'elle avait mangé, dont elle avait été rassasiée.

19. Sa belle-mère lui dit : Où avez-vous glané aujourd'hui, et où avez-vous travaillé; béni soit celui qui a eu pitié de vous. Ruth lui marqua celui dans le champ duquel elle avait glané, et lui dit que cet homme s'appelait Booz.

20. Noémi lui répondit : Qu'il soit béni du Seigneur; car il a gardé pour les morts la même volonté qu'il a eue pour les vivants. Et elle ajouta : Cet homme est notre proche parent.

---

vocem magnus atque animosus exclama : Habeamus aquam, habeamus polentam. Jovi ipsi de felicitate controversam faciamus. — Tulit reliquias. LXX habent, κατέλιπε, *reliquit :* vulgatus noster significat collegisse eam reliquias, et asservasse, quod ita fuisse patet ex n. 18, ubi dicitur eam dedisse socrui Noemi de ciborum suorum reliquiis.

17. *Quasi ephi mensuram.* Ephi continens tres modios continebat uncias 960, ut probat Alcazar libro de Mensuris, et ex eo Cornelius a Lapide, in opusculo ejusdem argumenti addito ad Pentateuchum.

20. *Gratiam, quam præbuerat vivis, servavit et mortuis.* Benevolentia complexus est Elimelech maritum meum, et filios meos, dum essent in vivis; nunc pergit nobis benefacere eorum respectu, sibi semper similis. — *Propinquus noster est homo.* Additur in hebræo, *e redemptoribus nostris ipse est,* seu, *e vindicibus,* id est, ex iis, ad quos pertinet jus liberandi nos ab orbitate, et vindicandi nomen filiorum meorum, maritique tui ab interitu et oblivione semen iis ac posteritatem dando, juxta legem Levit. 25. 25; Deuter. 25. 5.

Digitized by Google

21. Ruth lui dit : Il m'a donné ordre encore de me joindre à ses moissonneurs jusqu'à ce qu'il eût recueilli tous ses grains.

22. Sa belle-mère lui répondit : *Vous ferez bien d'accepter cette offre;* car il vaut mieux, ma fille, que vous alliez moissonner parmi les filles de cet homme-là, de peur que quelqu'un ne vous fasse de la peine dans le champ d'un autre.

23. Elle se joignit donc aux filles de Booz, et continua d'aller avec elles à la moisson, jusqu'à ce que les orges et les blés eussent été mis dans les greniers.

21. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, ut tamdiu messoribus ejus jungerer, donec omnes segetes meterentur.

22. Cui dixit socrus : Melius est, filia mea, ut cum puellis ejus exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi.

23. Juncta est itaque puellis Booz : et tandiu cum eis messuit, donec hordea et triticum in horreis conderentur.

CHAPITRE III.

§ I. *Ruth, par le conseil de Noémi, va se coucher aux pieds de Booz.*

1. Ruth étant revenue retrouver sa belle-mère, Noémi lui dit : Ma fille, je pense à vous mettre en repos; et *si ce que je pense réussit,* je vous pourvoirai d'une telle sorte que vous serez bien.

2. Booz, aux filles duquel vous vous êtes jointe dans le champ, est notre proche parent, et il vannera cette nuit son orge dans l'aire.

3. Lavez-vous donc, parfumez-vous d'huile de senteur, et prenez vos plus beaux habits, et allez à son aire : que Booz ne vous voie point, jusqu'à ce qu'il ait achevé de boire et de manger.

4. Quand il s'en ira pour dormir, remarquez le lieu où il dormira, et y étant venue, vous découvrirez la couverture

1. Postquam autem reversa est ad socrum suam, audivit ab ea : Filia mea, quæram tibi requiem, et providebo ut bene sit tibi.

2. Booz iste, cujus puellis in agro juncta es, propinquus noster est, et hâc nocte aream hordei ventilat.

3. Lavare igitur, et ungere, et induere cultioribus vestimentis, et descende in aream; non te videat homo, donec esum potumque finierit.

4. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat : veniesque et discoope-

---

22. *Ad metendum.* Ad spicilegium, quod parva quædam messis est, sicut racematio parva vindemia. — *Ne in alieno agro quispiam resistat tibi.* Booz benevolum experta es, in ejus agro nullus tibi resistit; favent omnes : perge igitur eo ire : non enim meliorem alibi conditionem invenies.

Cap. III. 1. *Quæram tibi requiem.* A laboribus et ærumnis, quas egestas, et peregrinitas attulit, et ab orbitate liberorum quæ animum tuum cruciat, nec quiescere sinit. Vide dicta c. 1, n. 9.

2. *Propinquus noster est.* Vide dicta c. 2, n. 20. — *Aream hordei ventilat.* Id est, ventilare parat.

3. *Lavare.* Suggerit Noemi nurui suæ, quæ ad corporis munditiem, honestumque cultum pertinent; in hoc enim magnum feminis telum : ideoque et a Judith adversus Holophernem adhibitum, Judith. 10. 3. — *Ungere.* Unctionibus utebantur frequentibus orientales mulieres. Sic Judith *unxit se myro optimo,* Judith. 10. 3. — *Non te videat homo.* Non te videat Booz.

4. *Nota locum in quo dormiat.* Moris tum fuit ut patresfamilias, etiam divi-

Digitized by Google

ries pallium, quo operitur a parte pedum, et projicies te, et ibi jacebis : ipse autem dicet tibi quid agere debeas.

dont il sera couvert du côté des pieds; et vous vous jetterez-là, et y dormirez. Après cela il vous dira lui-même ce que vous devez faire. *Et vous pourrez sûrement lui obéir; car c'est un homme de bien qui ne vous dira rien qui ne soit conforme à la loi du Seigneur.*

5. Quæ respondit : Quidquid præceperis faciam.

5. Ruth lui répondit : Je ferai tout ce que vous me commanderez.

6. Descenditque in aream, et fecit omnia quæ sibi imperaverat socrus.

6. Elle alla donc à l'aire de Booz, et elle fit tout ce que sa belle-mère lui avait commandé.

7. Cumque comedisset Booz, et bibisset, et factus esset hilarior, issetque ad dormiendum juxta acervum manipulorum, venit abscondite, et discooperto pallio a pedibus ejus, se projecit.

7. Et lorsque Booz, après avoir bu et mangé, étant devenu plus gai, s'en alla dormir près d'un tas de gerbes, elle vint tout doucement; et ayant découvert sa couverture du côté des pieds, elle se coucha là.

§ II. *Booz effrayé de voir une femme couchée à ses pieds apprend que c'est Ruth, et lui parle avec bonté. Il lui promet de l'épouser, et lui donne six boisseaux d'orge qu'elle porte à sa belle-mère.*

8. Et ecce, nocte jam media expavit homo, et conturbatus est : viditque mulierem jacentem ad pedes suos,

8. Sur le minuit Booz fut effrayé et se troubla, voyant une femme couchée à ses pieds;

9. Et ait illi : Quæ es? Illaque respondit : Ego sum Ruth ancilla tua; expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.

9. Et il lui dit : Qui êtes-vous? Elle lui répondit : Je suis Ruth votre servante. Etendez votre couverture sur votre servante, *et ne me refusez pas de me prendre pour votre épouse. Je m'adresse à vous pour vous demander cette grâce,* parce que vous êtes le proche parent *de mon mari, qui est mort sans enfants, et que c'est à vous à lui en donner qui conservent son nom dans Israël.*

---

tes, urgentibus præsertim negotiis rusticanis, in areis etiam ipsis quietem caperent, ut usurpari possit illud Ovidii Fast. 1 :

Non pudor in stipula placidam cepisse quietem,
Nec fœnum capiti supposuisse suo.

— *Ipse autem dicet tibi quid agere debeas.* Sperat Noemi Ruthæ nuptias, easque tunc transigi posse confidit, sed legitime, modo bono, et a divinis præceptis non abhorrente.

7. *Factus esset hilarior.* Citra temulentiam tamen, ut quæ secuta sunt satis ostendunt.

9. *Expande pallium tuum super famulam tuam.* Chald. *vocetur nomen tuum super ancillam tuam, ad accipiendum me in uxorem.* Pro pallio est in hebr. et LXX, *extende alam tuam super ancillam tuam.* Est adagialis formula loquendi, qua exponitur auxilii, tutelæ ac defensionis petitio. Hic tamen non qualiscumque tutelæ petitio est, sed ejus quæ uxori a viro debita est. Itaque est modesta et verecunda matrimonii petitio, et sensus est : extende

Digitized by Google

10. **Booz lui dit : Ma fille**, que le Seigneur vous bénisse. Cette dernière bonté que vous témoignez passe encore la première : car, *étant jeune comme vous êtes*, vous n'avez point été chercher des jeunes gens, ou pauvres ou riches : *mais vous attachant à ce que la loi ordonne, vous leur avez préféré un vieillard comme moi.*

11. Ne craignez donc point : je ferai tout ce que vous m'avez dit, *et je le ferai sans rougir;* car tout le peuple de cette ville sait que vous êtes une femme de vertu.

12. Pour moi, je ne désavoue pas que je sois parent *de feu votre mari, et qu'en cette qualité je ne sois tenu de vous épouser;* mais il y en a un autre plus proche que moi, *et je ne le puis faire qu'à son refus.*

13. Reposez-vous *donc* cette nuit : et aussitôt que le matin sera venu, *nous lui en ferons la proposition; et* s'il veut vous retenir par son droit de parenté, à la bonne heure : que s'il ne le veut pas, je vous jure par le Seigneur qu'indubitablement je vous prendrai. Dormez là jusqu'au matin.

14. Elle dormit donc à ses pieds jusqu'à ce que la nuit fût passée, et elle se leva le matin avant que les hommes pussent s'entre-connaître. Booz lui dit encore : Prenez bien garde que personne ne sache que vous soyez venue ici.

15. Et il ajouta : Etendez le manteau que

10. **Et ille, Benedicta, inquit, es a Domino filia**, et priorem misericordiam posteriore superasti : quia non es secuta juvenes, pauperes sive divites.

11. Noli ergo metuere, sed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierem te esse virtutis.

12. Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior.

13. Quiesce hac nocte : et facto mane, si te voluerit propinquitatis jure retinere, bene res acta est : sin autem ille noluerit, ego te absque ulla dubitatione suscipiam, vivit Dominus; dormi usque mane.

14. Dormivit itaque ad pedes ejus, usque ad noctis abscessum. Surrexit itaque antequam homines se cognoscerent mutuo, et dixit Booz : Cave ne quis noverit quod huc veneris.

15. Et rursum, Expande, in-

---

stragulum tuum, ut me tegas, et intra eumdem thorum tecum recipias.

10. *Priorem misericordiam.* Quam in maritum et socrum hactenus contulisti. — *Posteriore superasti.* Quam nunc studes in maritum conferre, filios ei excitando, nomenque illius ad posteros propagando. — *Quia non es secuta juvenes, pauperes sive divites.* Laudat Rutham, quod femina juvenis non virum aliquem, defuncto Mahalone marito suo, quæsiverit in patria juvenem, sive divitem, sive pauperem; sed, relictis omnibus, in Judæam venerit, ibidemque non cuilibet se matrimonio jungere voluerit, sed ei a quo restitui posset in familia extinctum defuncti illius nomen.

11. *Mulierem te esse virtutis.* Eadem hebraica phrasis quæ hic habetur, Prov. 31. 10, vertitur, *mulier fortis.* Itaque mulier fortis sive virtutis, illa est quam italice dicimus *donna de valore.*

13. *Vivit Dominus.* Juramenti formula frequens in Scripturis sacris. Chaldæus habet, *juratus coram Domino, dico me, quidquid tibi dixi, facturum.*

14. *Antequam homines se cognoscerent mutuo.* Summo mane, antequam dilucesceret. — *Cave ne quis noverit quod huc veneris.* Oportet enim, ut monet Apostolus I. Thess. 5. 22, ut *ab omni specie mala* abstineamus, etiamsi ab omni peccato alioqui integri simus; sic Booz suæ et Ruth famæ consuluit.

15. *Expande... pallium tuum.* Succinctorium, seu semicinctum linteum,

Digitized by Google

quit, pallium tuum quo operiris, et tene utraque manu. Qua extendente, et tenente, mensus est sex modios hordei, et posuit super eam. Quæ portans ingressa est civitatem.

16. Et venit ad socrum suam. Quæ dixit ei : Quid egisti, filia? Narravitque ei omnia, quæ sibi fecisset homo;

17. Et ait : Ecce sex modios hordei dedit mihi, et ait : Nolo vacuam te reverti ad socrum tuam.

18. Dixitque Noemi : Expecta, filia, donec videamus quem res exitum habeat; neque enim cessabit homo, nisi compleverit quod locutus est.

vous avez sur vous, et tenez-le bien des deux mains. Ruth l'ayant étendu, et le tenant, il lui mesura six boisseaux d'orge, et les mit dedans; elle, s'en chargeant, retourna à la ville,

16. Et vint trouver sa belle-mère, qui lui dit : Ma fille, qu'avez-vous fait? Elle lui raconta tout ce que Booz avait fait pour elle.

17. Et lui dit : Voilà six boisseaux d'orge qu'il m'a donnés, en me disant : Je ne veux pas que vous retourniez les mains vides vers votre belle-mère.

18. Noémi lui dit : Attendez, ma fille, jusqu'à ce que nous voyions à quoi se terminera cette affaire. Car Booz étant ce qu'il est, *c'est-à-dire un homme droit et sincère*, n'aura point de repos qu'il n'ait accompli tout ce qu'il a dit.

CHAPITRE IV.

§ I. ***Booz propose au plus proche parent de Ruth d'acheter son champ et de l'épouser. Ce parent refuse de le faire, et cède son droit à Booz. Cérémonie de cette cession.***

1. Ascendit ergo Booz ad portam, et sedit ibi. Cumque vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum : Declina paulisper, et sede hic : vocans eum nomine suo. Qui divertit, et sedit.

1. Booz alla donc à la porte *de la ville où se tenaient les assemblées publiques, et où se rendaient les jugements*, et il s'y assit; et voyant passer ce parent *de Ruth*, dont il a été parlé auparavant, il lui dit, en l'appelant par son nom : Venez un peu, et asseyez-vous ici. Ce parent vint à lui, et s'assit.

---

quo sub pectore præcinctæ mulieres, domi præsertim utuntur. LXX vocant περίζωμα, alii, ὑπόζωμα. Itali vocant *grembiale*. — *Quæ portans ingressa est civitatem.* Mirum videtur quibusdam rabbinis mulierem tantum pondus ferre potuisse, ideoque ad allegoricas interpretationes confugiunt : sex modii juxta ea quæ dixi c. superiori, n. 17, libras conficiunt 160, quod pondus grave non diffiteor : puto tamen illi gestando, mulierem parem esse potuisse. Vidi sæpius mulieres capite aut hydrias, aut alia vasa, aut pondera gestantes tantæ molis et gravitatis, ut obstupescerem.

Cap. IV. 1. *Ascendit... ad portam.* In judaicarum enim urbium portis celebrioribus exerceri solebant judicia, magnique et publici contractus. — *Sedit ibi.* Quod ibi aliqua de re tractanctibus sedere moris esset. — *Vocans eum nomine suo.* In hebræo est פלני אלמני, *peloni almoni*, quod in Bibliis Pagnini ab Aria recognitis vertitur, *o quidam singularis.* Respondet phrasi italicæ nostræ *o tale.* Hispani dicunt, *fulano*, quod cum prima voce *peloni* affinitatem videtur habere.

Digitized by Google

2. Et Booz prenant à part dix hommes des anciens de la ville leur dit : Asseyez-vous ici.

3. Après qu'ils furent assis, il parla à son parent de cette sorte : Noémi, qui est revenue du pays de Moab, doit vendre une partie du champ d'Elimélech notre parent.

4. J'ai désiré que vous sussiez ceci, et vous l'ai voulu dire devant tous ceux des anciens de mon peuple qui sont ici. Si vous voulez l'acquérir par le droit de parenté, achetez-le, et qu'il soit à vous : que si vous n'y avez pas d'inclination, déclarez-le-moi, afin que je sache ce que j'ai à faire. Car il n'y a point d'autre parent plus proche que vous qui êtes le premier, et moi qui suis le second. Il lui répondit : J'achèterai le champ.

5. Booz ajouta : Quand vous aurez acheté le champ de Noémi, il faudra aussi que vous épousiez Ruth, Moabite, qui a été la femme du défunt, afin que vous fassiez revivre le nom de votre parent dans son héritage.

6. Il lui répondit : Je vous cède mon droit de parenté; car je ne dois pas éteindre moi-même la postérité de ma famille.

2. Tollens autem Booz decem viros de senioribus civitatis, dixit ad eos : Sedete hic.

3. Quibus sedentibus; locutus est ad propinquum : Partem agri fratris nostri Elimelech vendet Noemi, quæ reversa est de regione Moabitide :

4. Quod audire te volui, et tibi dicere coram cunctis sedentibus, et majoribus natu de populo meo. Si vis possidere jure propinquitatis : eme, et posside; sin autem displicet tibi, hoc ipsum indica mihi ut sciam quid facere debeam; nullus enim est propinquus, excepto te, qui prior es, et me, qui secundus sum. At illi respondit : Ego agrum emam.

5. Cui dixit Booz : Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ uxor defuncti fuit, debes accipere, ut suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.

6. Qui respondit : Cedo juri propinquitatis : neque enim posteritatem familiæ meæ delere de-

---

2. *Decem viros de senioribus.* Qui agendorum testes essent, vel arbitri, ut colligitur etiam n. 9 et 11.

3. *Fratris nostri.* Propinqui, cognati nostri. — *Vendet Noemi.* Poterant agri uxoribus superstitibus relinqui a maritis morientibus, ex quorum fructibus dum viverent, alerentur. Hoc jus suum jam vendere volebat Noemi, ut sentit Lyranus. Abulensis putat hunc usum fructum iis tantum legari potuisse, quæ nubere vellent propinquo demortui, et illi semen suscitare, qualis erat Ruth, non Noemi. Hujus tamen fit mentio, ne proximo illi suboleret matrimonii necessitas, et quia Ruth junior Noemi senioris, et socrus suæ consiliis regebatur.

5. *Ruth quoque... debes accipere.* Viduæ quæ marito suscitare semen volebant, de quibus dixi, statim post viri mortem hæreditatem capiebant. Deinde qui eas uxores duxissent, ea hæreditate fruebantur, donec ad primogenitum ex hac natum tandem perveniret; sicque ad illud tantummodo temporis vendi, vel ab uxore, vel a posteriori marito poterat, dum eam adire posset iste primogenitus. Generalis enim lex erat ut si bonorum immobilium quid a quoquam Judæo venditum esset, id vel ab ejus propinquis, vel ab ipsomet vendente postea redimi posset. Porro ipsam Ruth in uxorem propinquus ille accipere debebat, si agrum habere volebat, quia hæreditas, si vidua nuberet alicui, eam debebat comitari, et ad maritum ejus pervenire. Vide Serar. in hoc c. qu. 6, et Abulensem a qu. 30 usque ad 61. — *Ut suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua.* Gignas filium, qui legis vi et auctoritate mortui illius filius censeatur, et legalis illius parentis sui hæreditatem accipiat.

6. *Neque enim posteritatem familiæ meæ delere.* In hebræo est, *ne forte cor-*

Digitized by Google

beo ; tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

7. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo juri cedebat, ut esset firma concessio, solvebat homo calceamentum suum, et dabat proximo suo ; hoc erat testimonium cessionis in Israel.

8. Dixit ergo propinquo suo Booz : Tolle calceamentum tuum. Quod statim solvit de pede suo (1).

Usez vous-même du privilége qui m'est acquis, dont je déclare que je me déporte volontiers.

7. Or c'était une ancienne coutume dans Israël entre les parents, que s'il arrivait que l'un cédât son droit à l'autre, afin que la cession fût valide, celui qui se démettait de son droit ôtait son soulier, et le donnait à son parent ; c'était là la forme et le témoignage de cette cession en Israël.

8. Booz dit donc à son parent : Otez votre soulier. Et lui, l'ayant aussitôt ôté de son pied,

§ II. ***Booz épouse Ruth en présence de tout le peuple. Bénédiction qu'on souhaite à cette femme étrangère. Elle donne un fils à Booz, nommé Obed, qui fut aïeul de David.***

9. At ille majoribus natu, et universo populo, Testes vos, inquit, estis hodie, quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech, et Chelion, et Mahalon, tradente Noemi,

10. Et Ruth Moabitidem, uxorem Mahalon, in conjugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum ejus de familia sua ac fratribus et populo deleatur. Vos, inquam, hujus rei testes estis.

11. Respondit omnis populus, qui erat in porta, et majores natu : Nos testes sumus : faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel et Liam, quæ ædificaverunt domum Israel : ut sit exemplum

9. Booz dit devant les anciens et devant tout le peuple : Vous êtes témoins aujourd'hui que j'acquiers tout ce qui a appartenu à Elimélech, à Chélion et à Mahalon, l'ayant acheté de Noémi,

10. Et que je prends pour femme Ruth, Moabite, femme de Mahalon, afin que je fasse revivre le nom du défunt dans son héritage, et que son nom ne s'éteigne pas dans sa famille parmi ses frères et parmi son peuple. Je vous en prends, dis-je, à témoins.

11. Tout le monde qui était à la porte, et les anciens répondirent : Nous en sommes témoins. Que le Seigneur rende cette femme, qui entre dans votre maison, comme Rachel et Lia, qui *ont abandonné leur pays, et qui, en donnant des enfants à Jacob*, ont établi la maison d'Israël, afin

(1) Cette cérémonie doit être distinguée de celle dont il est parlé au Deut. 25, 9. Là, c'est la veuve qui, pour couvrir de honte le parent de son mari défunt qui refuse de l'épouser, lui ôte son soulier et lui crache au visage : ici c'est le parent qui, cédant son droit à un autre qui l'accepte, ôte lui-même son soulier.

---

rumpam hæreditatem meam : quod accideret, si plures ex Ruth filios gignerem ; quamvis enim primogenitus Mahalonis filius censeretur, et illius hæreditatem adiret, alii tamen mei essent, et cum filiis, quos jam habeo, hæreditem partirentur.

7. *Solvebat homo calceamentum suum.* Is scilicet, qui jure suo cedebat, quanquam sunt qui sentiant eum calceamentum solvisse, cui fiebat cessio ; sed quod dixi verius est.

9. *Omnia quæ fuerunt Elimelech, et Chelion, et Mahalon.* Quia Chelione mortuo absque liberis, et Orpha ad suos reversa nec curante suscitare semen Chelioni, omnia ad Mahalonem seu Mahalonis hæredem devolvebantur.

10. *Vocabulum ejus.* Nomen ejus.

11. *Sicut Rachel et Liam.* Nominantur hæ, 1. quia etiam ipsæ, patria re-

Digitized by Google

qu'elle soit *comme elles* un exemple de vertu dans Ephrata, et que son nom soit célèbre dans Bethléhem.

12. Que votre maison devienne comme la maison de Pharès que Thamar enfanta à Juda, par la postérité que le Seigneur vous donnera de cette femme.

13. Booz prit donc Ruth et l'épousa. Et après qu'elle fut mariée, le Seigneur lui fit la grâce de concevoir et d'enfanter un fils.

14. Sur quoi les femmes dirent à Noémi : Béni soit le Seigneur qui n'a point permis que votre famille fût sans successeur, et qui a voulu que son nom se conservât dans Israël :

15. Afin que vous ayez une personne qui soit la consolation de votre âme et le soutien de votre vieillesse; car il vous est né un enfant de votre belle-fille qui vous aime, et qui vous vaut beaucoup mieux que si vous aviez fait sept fils.

16. Noémi ayant pris l'enfant, le mit dans son sein, et elle le portait et lui tenait lieu de nourrice.

17. Les femmes ses voisines s'en conjouissaient avec elle, en disant : Il est né un fils à Noémi. Et elles appelèrent l'enfant Obed : c'est lui qui fut père d'Isaï, père de David.

18. Voici la suite de la postérité de la famille de Pharès. Pharès fut père d'Esron;

19. Esron, d'Aram; Aram, d'Aminadab;

20. Aminadab, de Nahasson; Nahasson de Salmon,

21. Salmon, de Booz; Booz, d'Obed;

22. Obed, d'Isaï, et Isaï fut père de David.

virtutis in Ephrata, et habeat celebre nomen in Bethlehem :

12. Fiatque domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Judæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella.

13. Tulit itaque Booz Ruth, et accepit uxorem : ingressusque est ad eam, et dedit illi Dominus ut conciperet, et pareret filium.

14. Dixeruntque mulieres ad Noemi : Benedictus Dominus, qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, et vocaretur nomen ejus in Israel;

15. Et habeas qui consoletur animam tuam, et enutriat senectutem; de nuru enim tua natus est, quæ te diligit : et multo tibi melior est, quam si septem haberes filios.

16. Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, et nutricis ac gerulæ fungebatur officio.

17. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, et dicentes : Natus est filius Noemi : vocaverunt nomen ejus Obed : hic est pater Isai, patris David.

18. Hæ sunt generationes Phares : Phares genuit Esron,

19. Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab,

20. Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon,

21. Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed,

22. Obed genuit Isai, Isai genuit David.

---

licta, Jacob secutæ sunt; 2. quia et ipsæ a marito suo Jacob prolem petierunt, Genes. 30. 1 et 16. — *In Ephrata.* In Bethlehem.

12. *Sicut domus Phares.* Ex quinque familiis, quæ ex Juda præseminatæ sunt, familia Phares ex qua erant Bethlehemitæ præcipua censebatur. Optant ergo Booz parem gloriam ex matrimonio quod nunc init.

17. *Vocaverunt nomen ejus Obed.* Noemi hoc illi nomen imposuit, ut censet Serar. quæst. 14, aliis mulieribus vicinis suadentibus; parentum enim est filiis nomina imponere. Obed significat *serviens,* cujus nominis causas alii alias assignant : ea verissima esse videtur, quod anui Noemi omne obsequium ac servitutem exhibiturus esset, et senectutem illius curaturus, idque dicere et ominari videntur vicinæ mulieres, dum dicunt n. 15 : *Qui consoletur animam tuam, et enutriat senectutem.*

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

Les deux premiers livres des Rois n'en faisaient qu'un autrefois chez les Hébreux. Ils portent le nom de Samuel dans leurs exemplaires : les Grecs les appellent les livres des règnes ou des Royaumes, et les Latins leur donnent le titre de Livres des Rois, parce qu'ils contiennent l'histoire de l'établissement de la royauté parmi les Juifs, et les actions principales des deux premiers rois qui les ont gouvernés.

Ils furent d'abord écrits par les prophètes Samuel, Nathan et Gad, comme il paraît par le premier livre des Paralipomènes; mais on n'a plus cet original, et l'on voit par plusieurs endroits de ces livres mêmes qu'ils sont l'ouvrage d'un auteur postérieur. On croit communément que c'est Esdras, qui ayant eu les mémoires que ces prophètes avaient laissés, en a composé l'histoire des rois, telle que nous l'avons aujourd'hui.

Le dessein de cet auteur, ou plutôt du Saint-Esprit qui conduisait sa plume, n'a pas été de satisfaire notre curiosité en nous faisant un récit exact de ce qui arriva chez les Juifs, lorsqu'ils passèrent du gouvernement des juges à celui des rois; mais de nous instruire et de nous édifier, en nous rapportant les faits les plus propres à nous montrer que c'est Dieu qui dispose absolument de toutes choses, qui règle tous les évènements selon les conseils de sa sagesse, et qui fait servir à l'exécution de ses justes desseins les passions les plus injustes des hommes.

Cet auteur nous représente le Seigneur comme un Dieu juste, saint, tout-puissant, sensible aux misères de son peuple, compatissant à leurs faiblesses, et toujours prêt à leur pardonner leurs fautes, lorsqu'ils ont la confiance de retourner à lui avec un sincère repentir. Il nous le fait envisager comme le rémunérateur magnifique de la vertu, le puissant protecteur de l'innocence, et le sévère vengeur des crimes. Il nous fait sentir partout que l'unique voie pour arriver au bonheur que nous désirons avec tant d'ardeur, et que nous cherchons avec tant d'empressement, est l'humble soumission aux ordres du Seigneur, et la parfaite obéissance à ses volontés.

Voilà les premières instructions que nous fournit cette histoire. Elle nous propose aussi des exemples touchants des vertus que nous devons suivre, et elle nous trace des images sensibles des vices que nous devons éviter.

Digitized by Google

Les femmes chrétiennes trouvent dans la mère de Samuel un modèle parfait de patience, de douceur et d'humilité. Elles apprennent de cette sainte femme à recourir à Dieu dans leurs peines, et à mettre en lui seul toute leur confiance. Elles voient, dans l'éducation qu'elle donne à son fils, le soin qu'elles doivent avoir de regarder leurs enfants comme des dépôts que Dieu leur a confiés, et dont elles doivent lui rendre compte. Elles voient, dans les grâces dont Dieu comble cet enfant, qu'elles ne peuvent rien faire de plus avantageux pour ceux qu'elles ont mis au monde, que de les consacrer au Seigneur. Il rend Samuel le chef de son peuple, le juge de Saül, le protecteur de David, et l'un de ses plus grands prophètes.

Les pères chrétiens voient aussi, dans le grand prêtre Héli, que c'est véritablement perdre leurs enfants que de ne les pas reprendre avec toute la sévérité qu'ils méritent; et que rien ne leur est plus funeste que de tolérer en eux des défauts qui attirent sur eux la colère de Dieu.

Les Israélites, qui engagent les enfants d'Héli à apporter l'arche de Dieu dans leur camp, sont l'image de ceux qui forcent les dispensateurs des mystères de Dieu de les leur donner, lors même qu'ils sont indignes de les recevoir. Ils se flattent que par là ils attireront la protection de Dieu sur eux; mais ils s'attirent bien plutôt sa terrible vengeance, et Dieu ne leur fait jamais sentir plus vivement sa juste colère, qu'en se livrant ainsi lui-même à leurs injustes désirs. Ces chrétiens impénitents se réjouissent, comme les Philistins, d'avoir en leur possession l'arche de Dieu; mais cette arche sainte, bien loin de leur donner la vie qu'ils désirent, leur donne la mort qu'ils craignent, parce qu'elle trouve dans leur cœur l'idole de leurs passions, qu'ils n'ont pas eu soin de détruire.

Saül est l'image de ceux qui entrent dans les dignités de l'Eglise par une vocation légitime, qui y apportent un cœur doux, simple et obéissant comme un enfant, mais qui s'y perdent ensuite par l'orgueil, l'envie et l'avarice : passions furieuses qui les portent à la cruauté, à l'injustice et à l'impiété.

David, dans son enfance, est un modèle parfait d'innocence, de douceur et d'humilité : il devient dans un âge plus avancé un exemple éclatant de vertu, de force et de courage; mais d'un courage qui naît de la confiance qu'il a en Dieu, et du zèle dont il brûle pour la gloire de son nom, et pour le salut de son peuple. Appelé à la royauté, il demeure dans sa première simplicité; persécuté par Saül, il conserve pour lui le même respect et la même fidélité; éprouvé par les peines les plus sensibles, il demeure toujours ferme dans sa foi et dans son amour pour la justice. Enfin cet homme selon le cœur de Dieu tombe dans le crime; et après avoir été un modèle parfait de toutes sortes

Digitized by Google

de vertus, il devient un exemple terrible de la corruption du cœur de l'homme. Dieu permet sa chute pour apprendre aux justes ce qu'ils doivent craindre de leurs propres faiblesses, et aux pécheurs ce qu'ils peuvent espérer de son infinie miséricorde.

Cette miséricorde vient chercher David dans le profond abîme où son crime l'avait précipité, elle lui inspire les plus vifs sentiments d'une sincère pénitence. Ce grand roi reçoit avec douceur les remontrances d'un de ses sujets, il confesse sa faute avec humilité, et il en accepte le châtiment avec soumission, il envisage son crime avec horreur, mais sans perdre la confiance; il reçoit les outrages les plus sanglants sans plainte et sans murmure; il conserve un amour tendre pour son fils rebelle, et il reconnaît que c'est avec justice que Dieu se sert de l'ambition du fils pour punir l'infidélité du père.

Tels sont les exemples que nous propose cette histoire; on y trouve aussi des figures très-expresses de JÉSUS-CHRIST et de son Eglise.

Cette épouse du Fils de Dieu nous est admirablement représentée en la personne d'Anne, mère de Samuel. Elle a été d'abord stérile, insultée par les Juifs figurés par Phénenna, aimée néanmoins de son époux auquel elle donne enfin plusieurs enfants qu'elle obtient de la toute-puissance de Dieu, par ses larmes et par ses prières.

David est aussi une figure très-claire de JÉSUS-CHRIST. Ses travaux, ses combats et ses victoires sont une image des souffrances de ce divin Sauveur et de la gloire dont elles ont été suivies. On a laissé à ceux qui savent découvrir sous ces voiles obscurs la vérité qui y est cachée le soin et le mérite de l'y chercher : on s'est uniquement appliqué dans le commentaire à rendre la traduction du texte claire, nette, suivie; à concilier les contradictions apparentes qui s'y rencontrent, et à en éclaircir les principales difficultés.

Ces deux livres contiennent l'histoire d'environ cent quarante et un ans, savoir : cent un ans depuis la première année d'Héli jusqu'à la mort de Saül, et quarante ans depuis la mort de Saül jusqu'à la fin du règne de David.

Digitized by Google

LES ROIS (1).

LIVRE PREMIER.

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Origine d'Elcana. Ses deux femmes Anne et Phénenna. Anne affligée de sa stérilité, et insultée par Phénenna, est consolée par Elcana son mari* (2).

L'AN DU MONDE 2848. —AVANT J.-C. 1156.

1. Il y avait dans la montagne d'Ephraïm un homme *de la ville* de Ramatha, *surnommée* Sophim, *parce qu'elle était habitée par les enfants de Suph, l'un des descendants de Caath : cet homme* s'appelait Elcana, et était fils de Jéroham, fils d'Héliu, fils de Thohu, fils de Suph, *de la tribu de Lévi; et il demeurait dans la tribu* d'Ephraïm.

2. Il avait deux femmes, dont l'une s'appelait Anne et la seconde Phénenna. Phénenna avait des enfants, et Anne n'en avait point.

3. Cet homme allait de sa ville à Silo aux jours solennels pour y adorer le Sei-

1. Fuit vir unus de Ramathaimsophim, de monte Ephraim, et nomen ejus Elcana, filius Jeroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus :

2. Et habuit duas uxores, nomen uni Anna, et nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filii : Annæ autem non erant liberi.

3. Et ascendebat vir ille de civitate sua statutis diebus, ut adora-

(1) Bible vengée, I Rois, note I. — (2) Ibid., note II.

CAP. I. 1. *Ramathaimsophim.* Non una fuit Rama, sed duæ saltem, quod vox dualis *Ramathaim* significat; quasi diceret sacer textus, ex duabus Ramat, illa quæ Sophim dicitur patria fuit Elcanæ. Saligniacus tamen, c. 3, tit. 6, quinque hujus nominis civitates facit. Dicebatur hoc oppidum etiam Ramatha, ut patet infra, n. 19, et aliqui volunt esse eamdem cum Arimathia, ex qua Joseph, qui Christum de cruce deposuit. — *Sophim.* Quæ vox *speculam* significat : ita dicta urbs, vel quod in edito esset loco, juxta vocis rama interpretationem, quæ *excelsam* significat; vel quod turris aliqua ibi exstructa esset, e qua dissita longe loca speculari liceret : * vel certe urbis Rama, de qua hic est sermo, duæ fuerunt partes, quarum altera edito esset loco et superiori, altera vero inferiori. Significatur ergo Elcanam ad illam urbis partem pertinuisse, quæ superior erat, ac propterea a sublimitate situs dicebatur *Sophim.* — *De monte Ephraim.* Vide dicta Judic. c. 17, n. 1. Habitabat Elcana in monte Ephraim, sed ipse alioqui erat de tribu Levi, ex filiis Core : vide I Paralip. 6. 34.

2. *Nomen uni Anna.* Duas habuit uxores; illo enim ævo licita erat polygamia. Anna primaria erat et materfamilias, Phenenna thori tantum consors, uxorque secundaria, quales uxores Scriptura vocat concubinas.

3. *Ascendebat vir ille.* Tribus anni temporibus a lege constitutis, Deut. 16.

Digitized by Google

ret et sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni et Phinees, sacerdotes Domini (1).

4. Venit ergo dies, et immolavit Elcana, deditque Phenennæ uxori suæ, et cunctis filiis ejus, et filiabus partes.

5. Annæ autem dedit partem unam tristis, qui Annam diligebat. Dominus autem concluserat vulvam ejus.

6. Affligebat quoque eam æmula ejus, et vehementer angebat, in tantum, ut exprobraret quod Dominus conclusisset vulvam ejus :

7. Sicque faciebat per singulos annos, cùm redeunte tempore ascenderent ad templum Domini : et sic provocabat eam ; porro illa flebat, et non capiebat cibum.

gneur des armées, et pour lui offrir des sacrifices. Les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées, prêtres du Seigneur, y étaient alors.

4. Un jour donc Elcana ayant offert son sacrifice, il donna à Phénenna sa femme, et à tous ses fils, et à toutes ses filles, *chacun* leur part *de l'hostie ; ce qui faisait onze parts, car Phénenna avait dix enfants.*

5. *Au contraire* il n'en donna qu'une à Anne, et en la lui donnant il était triste, parce qu'il l'aimait, *et qu'il était fâché de ce qu'elle n'avait point d'enfants.* Mais le Seigneur l'avait rendue stérile.

6. *Phénenna* sa rivale l'affligeait aussi et la tourmentait excessivement, jusqu'à lui insulter de ce que le Seigneur l'avait rendue stérile.

7. Elle en usait de même tous les ans, lorsque le temps était venu de monter au temple du Seigneur, *elle lui insultait* et la piquait ainsi de jalousie. Et Anne se mettait à pleurer et ne mangeait point.

(1) Bible vengée, note II.

---

16. *In solemnitate Azymorum.* (hoc est, Paschate), *in solemnitate Hebdomadarum* (hoc est, Pentecoste) *et in solemnitate Tabernaculorum*, quæ etiam dicebatur Scenopegia. — *Sacrificaret.* Non per se, sed per sacerdotes. — *In Silo.* Qui ex Adrichomio mons est altissimus terræ sanctæ : quare merito dicitur eo ascendisse Elcana de Ramatha, quæ licet excelsa esset, adhuc tamen Silo tabernaculi locus altior erat. Porro tabernaculum fuit in Silo a Josue temporibus usque ad tempus Heli, quando arca a Philisthæis capta est, annis fere 360.

4. *Venit ergo dies.* Festus aliquis ex tribus memoratis n. 3. — *Immolavit Elcana.* Hostias pacificas, cujus bona pars ad offerentem post immolationem redibat, ex quibus offerens cum domesticis suis vesci poterat. Vide Levit. 3 et 7, et Deut. 12, et c. 16, n. 11. — *Partes.* Ciborum, immolatarum carnium.

5. *Partem unam tristis...* In hebr. pro *tristis* est, *facierum*, id est, *honorabilem*, ut reddit rabbi David, vel *electam*, ut habet Chald. Verum quia vox hebraica etiam *furorem, iram tristitiamque* significat, pars ista sic diceretur, quod significatione illa benevolentiæ electo illo cibo exhibita, tristitia iraque Annæ leniri posset. — *Dominus autem concluserat vulvam ejus.* Qua phrasi Hebræi sterilitatem significant. Sic de se Sara, Gen. 16. 2, ait : *Conclusit me Dominus, ne parerem.*

6. *Affligebat quoque eam æmula ejus.* Quotidiano convicio sterilitatem exprobrans.

7. *Cum redeunte tempore ascenderent ad templum Domini.* Occasio eo tempore exprobrandi duplex videtur fuisse : altera, quod Phenenna sciret Annam, ut in votis habebat fœcunditatem, ita illam a Domino postulare tunc potissimum, cum ascenderet ad locum tabernaculi. Exprobrabat ergo, quasi Deus illi iratus, quod postulabat concessurus non esset. Altera frequentius Annam incessendi causa erat, quod occasione itineris cum marito Elcana simul ipsæ

Digitized by Google

8. Elcana, son mari, lui dit donc : Anne, pourquoi pleurez-vous? pourquoi ne mangez-vous point? et pourquoi votre cœur s'afflige-t-il? Ne vous suis-je pas plus que ne vous seraient dix enfants? *et l'affection que j'ai pour vous ne doit-elle pas vous consoler de votre stérilité?*

8. Dixit ergo ei Elcana vir suus : Anna, cur fles? et quare non comedis? et quam ob rem affligitur cor tuum? Numquid non ego melior tibi sum, quàm decem filii?

§ II. *Anne va prier le Seigneur. Elle répand beaucoup de larmes en sa présence, et lui demande un fils. Le grand prêtre Héli croit qu'elle a bu avec excès. Elle répond avec douceur, et s'excuse avec modestie. Le grand prêtre souhaite que Dieu l'exauce, et elle se trouve consolée.*

9. Après qu'Anne eut mangé et bu à Silo elle se leva. Et dans le même temps que le grand prêtre Héli était assis sur son siége devant la porte du temple du Seigneur,

10. Anne, qui avait le cœur plein d'amertume, vint prier le Seigneur, en répandant beaucoup de larmes *en sa présence :*

11. Et elle fit un vœu en ces termes : Seigneur des armées, si vous daignez regarder l'affliction de votre servante, si vous vous souvenez de moi, si vous n'oubliez point votre servante, et que vous donniez à votre esclave un enfant mâle, je vous l'offrirai pour tous les jours de sa vie, et le rasoir ne passera point sur sa tête.

9. Surrexit autem Anna postquam comederat et biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini (1),

10. Cùm esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter,

11. Et votum vovit dicens : Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, et recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ tuæ sexum virilem : dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, et novacula non ascendet super caput ejus.

(1) Bible vengée, note II.

---

fere semper agere cogerentur, cujusmodi necessitatem domi non habebant, ubi cum in diversis conclavibus habitarent, commodius Phenennæ exprobrationes Anna poterat declinare.

8. *Numquid non ego melior tibi sum, quam decem filii?* Illa femina fortunata creditur, quæ virum habet honestum, nobilem, et sui amantem, et cum quo illi bene convenit. Talis erat Elcana qui, hinc petit argumentum ut probet se vivente et sospite non debere Annam tanto prolis desiderio se conficere. * In concordi matrimonio plus boni esse videtur, quam in ipsa fœcunditate.

9. *Postquam comederat et biberat.* Obsecuta ergo est suasionibus mariti. — *In Silo.* Vel in privata aliqua domo, vel coram Domino, id est in vestibulo atrii. Vide dicta Deut. 12. 17; vide etiam Deut. 16. 11. — *Heli sacerdote... ante postes templi.* Ut ad se venire volentibus facultas esset. Nomine templi intelligitur atrium quod circa tabernaculum erat; nondum enim erat exstructum templum.

11. *Dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus.* Levitæ ante 30 ætatis annum non cogebantur interesse templo, et anno 50 a ministerio vacationem habebant, Num. 4. 3. Anna vero suo hoc voto nasciturum prolem perpetuo addicit tabernaculi ministerio. — *Novacula non ascendet super caput ejus.* Erit perpetuo nazaræus, quorum præcipuum erat institutum, ut capillum nazaræatus tempore nunquam tonderent. Vide Num. 6. 5 et 7, et ibi notata.

Digitized by Google

12. Factum est autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli observaret os ejus.

13. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius movebantur, et vox penitus non audiebatur. Æstimavit ergo eam Heli temulentam,

14. Dixitque ei : Usquequo ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades.

15. Respondens Anna : Nequaquam, inquit, domine mi : nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque et omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini.

16. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial : quia ex multitudine doloris et mœroris mei, locuta sum usque in præsens.

17. Tunc Heli ait ei : Vade in pace : et Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.

18. Et illa dixit : Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, et comedit, vultusque illius non sunt ampliùs in diversa mutati.

12. Comme Anne demeurait ainsi longtemps en prière devant le Seigneur, Héli observa le mouvement de ses lèvres :

13. Car Anne parlait dans son cœur, et l'on voyait seulement remuer ses lèvres, sans qu'on entendît aucune parole. Héli crut donc qu'elle avait bu avec excès :

14. Et il lui dit : Jusqu'à quand serez-vous ainsi ivre? laissez un peu reposer le vin qui vous trouble.

15. Anne lui répondit : Pardonnez-moi, mon seigneur : je suis une femme comblée d'afflictions ; je n'ai bu ni vin ni rien qui puisse enivrer ; mais j'ai répandu mon âme en la présence du Seigneur.

16. Ne croyez pas que votre servante soit comme l'une des filles de Bélial, *plongée dans la débauche et dans la dissolution*, car il n'y a que l'excès de ma douleur et de mon affliction qui m'ait fait parler jusqu'à cette heure.

17. Alors Héli lui dit : Allez en paix : et que le Dieu d'Israël vous accorde la demande que vous lui avez faite *avec tant d'ardeur*.

18. Anne lui répondit : Plût à Dieu que votre servante trouvât grâce devant vos yeux ; *et que vous daignassiez prier pour elle :* elle *espérerait d'être exaucée. Anne* s'en alla ensuite retrouver son mari, prit de la nourriture, et ne porta plus, comme auparavant, un visage abattu, *parce qu'elle demeura pleine de confiance que le Seigneur lui accorderait sa demande.*

---

13. *Labia illius movebantur.* Naturale est, ut iis, qui commoto sunt animo, sive ira, sive timore, sive dolore, labia moveantur, et quasi tremant.

14. *Diligere paulisper vinum.* Quasi ebriam monet ut abeat, non enim decebat temulentam cum sobriis in orationis loco versari.

15. *Effudi animam meam.* Orationem, votum, ac desiderium animæ meæ.

16. *Quasi unam de filiabus Belial.* Belial idem est, ac *sine jugo.* Ait ergo Anna, ne putes me ex earum numero esse, quæ legis jugum et disciplinæ pati non possunt, quales sunt qui sibi omnia indulgent, lege neglecta, aut etiam spreta, in quos convenit illud Jerem. 2. 20 : *A sæculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti : Non serviam.*

17. *Vade in pace.* Fausta imprecatio, qua abeuntes prosequebantur. Apud Hebræos vero voce hac, *pacis,* bonorum omnium cumulus significatur.

18. *Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.* Ut scilicet pro me ores. — *Vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati.* Adeo post orationem et votum sedato fuit animo, quippe spei plena, ut placido deinceps semper fuerit vultu.

Digitized by Google

§ III. *Anne est exaucée, et met au monde un fils qu'elle consacre au Seigneur; ainsi qu'elle le lui avait promis.*

19. Après cela *Elcana, ses femmes et ses enfants,* s'étant levés dès le matin, adorèrent le Seigneur, se remirent en chemin, et arrivèrent à leur maison à Ramatha. Elcana connut sa femme; et le Seigneur se souvint d'elle *et de la prière qu'elle lui avait faite.*

20. *Ainsi,* quelque temps après, elle conçut et mit au monde un fils qu'elle appela Samuel, parce qu'elle l'avait demandé au Seigneur.

21. Elcana son mari vint ensuite avec toute sa maison pour immoler au Seigneur l'hostie ordinaire, et pour accomplir son vœu.

22. Mais Anne n'y alla point, ayant dit à son mari : Je n'irai point au temple, jusqu'à ce que l'enfant soit sevré, et que je le mène, afin que je le présente au Seigneur, et qu'il demeure toujours devant lui, *comme je l'ai promis.*

23. Elcana son mari lui dit : Faites comme vous le jugerez à propos, et demeurez jusqu'à ce que vous ayez sevré l'enfant. Je prie le Seigneur qu'il accomplisse sa parole, *et qu'il exécute ses desseins sur vous et sur l'enfant.* Anne demeura donc au logis, et elle nourrit son fils de son lait, jusqu'à ce qu'elle l'eût sevré.

19. Et surrexerunt mane, et adoraverunt coram Domino : reversique sunt, et venerunt in domum suam Ramatha. Cognovit autem Elcana Annam uxorem suam : et recordatus est ejus Dominus (1).

20. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, et peperit filium, vocavitque nomen ejus Samuel : eo quòd a Domino postulasset eum.

21. Ascendit autem vir ejus Elcana, et omnis domus ejus, ut immolaret Domino hostiam solemnem, et votum suum,

22. Et Anna non ascendit : dixit enim viro suo : Non vadam, donec ablactetur infans, et ducam eum, ut appareat ante conspectum Domini, et maneat ibi jugiter.

23. Et ait ei Elcana vir suus : Fac quod bonum tibi videtur, et mane donec ablactes eum : precorque ut impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier, et lactavit filium suum, donec amoveret eum a lacte.

(1) Bible vengée, note III.

---

19. *Recordatus est ejus Dominus.* Humano more loquitur Scriptura, ut sæpe alibi.

20. *Post circulum dierum.* Post aliquot dies, evolutis aliquot diebus. — *Eo quod a Domino postulasset eum.* Nam verbum שאל *saal,* postulare significat; sed ut monet Vatablus, mulier hebræi verbi primam tantum litteram retinuit. * Vel certe dicitur Samuel quasi *Samou el* שמו אל, id est, *posuit ipsum Deus,* scilicet in rerum natura, *eo quod a Domino postulasset eum.*

21. *Ascendit autem vir ejus Elcana.* Anno vertente, et recurrente eo festo quo ante annum ascenderat cum uxoribus in Silo. — *Hostiam solemnem.* Hebr. *hostiam dierum,* qualis nimirum statutis a lege diebus immolari solet. — *Et votum suum.* Fortasse susceptum simul cum Anna ad prolem ex ea impetrandam.

22. *Donec ablactetur infans.* Triennio fere lac infantibus eo tempore dabatur. Vide II. Machab. 7. 27 : nunc eos citius nutrices a lacte depellunt.

23. *Impleat Dominus verbum suum. Verbum* in Scriptura idem est quod *res.* Sensus ergo est : impleat Dominus, ac perficiat quod cœptum est. Natus est infans, adolescat, confirmetur, ut gaudium nostrum inchoatum perfectum esse possit.

Digitized by Google

24. Et adduxit eum secum, postquam ablactaverat, in vitulis tribus, et tribus modiis farinæ, et amphora vini, et adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus :

25. Et immolaverunt vitulum, et obtulerunt puerum Heli.

26. Et ait Anna : Obsecro, mi domine, vivit anima tua, domine : ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum.

27. Pro puero isto oravi, et dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulavi eum.

28. Idcirco et ego commodavi eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adoraverunt ibi Dominum. Et oravit Anna, et ait :

24. Lorsqu'elle l'eut sevré, elle prit avec elle trois veaux, trois boisseaux de farine, et un vaisseau plein de vin, et amena son fils à Silo en la maison du Seigneur. Or l'enfant était encore tout petit, *n'ayant que trois ans.*

25. Ils le présentèrent à Héli, après avoir immolé un veau.

26. Et Anne lui dit : Il est vrai, mon seigneur, comme il l'est que vous vivez, que je suis cette femme que vous avez vue ici prier le Seigneur.

27. Je le suppliais de me donner cet enfant, et le Seigneur m'a accordé la demande que je lui ai faite, *avec promesse de le lui consacrer pour tous les jours de sa vie.*

28. C'est pourquoi, *l'ayant reçu de lui,* je le lui remets entre les mains, afin qu'il soit à lui tant qu'il vivra. Ils adorèrent donc le Seigneur en ce lieu; et Anne, *pénétrée de reconnaissance et remplie de l'esprit de Dieu,* fit sa prière en ces termes :

CHAPITRE II.

§ I. *Cantique d'Anne en action de grâces pour la naissance de Samuel. Dieu lui donne encore depuis trois fils et deux filles.*

1. Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo : dilatatum est

1. Mon cœur *abattu et humilié* à tressailli d'allégresse dans le *secours* que *j'ai reçu du* Seigneur, et ma gloire, *obscurcie*

---

24. *In vitulis tribus.* Quorum unus tantum immolatus est, ut patet n. 25 sequenti; reliquos duos aut sacerdoti dedit, cui filium commendavit, aut pro statis atque solemnibus victimis reliquit in templo. Vitulus videtur immolatus fuisse ritu hostiæ pacificæ, cui farina addebatur, et vinum, ut habemus Num. 15; sacrificiumque oblatum est in actionem gratiarum pro suscepta prole. — *Et tribus modiis farinæ.* Tres modii faciunt unum ephi. In immolatione autem vituli in hostiam pacificam ephi unum farinæ simul offerre oportebat. Ezech. 46. 7, dicitur : *Ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium.* — *Adhuc infantulus.* Triennis scilicet.

26. *Obsecro.* Vox ista interjectionis attentionem excitantis vim obtinet. — *Vivit anima tua.* Juramentum Hebræis familiare, quasi dicat : Ita vivas. Itali dicunt, *per vita vostra.*

28. *Commodavi eum Domino.* Voto nuncupato, quantum in me est, sacro ministerio toto vitæ tempore mancipavi. — *Cunctis diebus, quibus fuerit commodatus.* Quantum ipsius vita, aut voluntas tulerit; neque enim tenentur hujusmodi vota parentum filii implere. — *Oravit Anna.* Canticum sequens cecinit.

Cap. II. 1. *Exultavit cor meum in Domino.* A quo beneficium susceptæ prolis agnosco. — *Exaltatum est cornu meum.* Cornu potentiam significat,

Digitized by Google

par ma stérilité, a été rélevée par *la fécondité que j'ai reçue de la puissance de* mon Dieu : *de sorte que* ma bouche, *auparavant réduite au silence*, s'est ouverte pour répondre à mes ennemis ; *et cela m'est arrivé*, parce que j'ai mis ma joie *et ma confiance* dans votre *grâce* salutaire, *ô mon Dieu.*

os meum super inimicos meos : quia lætata sum in salutari tuo.

2. *Ainsi j'ai éprouvé que* nul n'est saint, comme l'est le Seigneur. *Non, mon Dieu*, il n'y en a point d'autre semblable à vous *en sainteté, en justice, en bonté ;* et nul n'a une force pareille à celle de notre Dieu *qui fait tout ce qu'il lui plaît dans le ciel et sur la terre.*

2. Non est sanctus, ut est Dominus : neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut Deus noster.

3. Cessez donc, *orgueilleuse Phénenna*, de vous glorifier *à l'avenir, et de me traiter* avec des paroles insolentes, *comme vous faites depuis si longtemps.* Que votre ancien langage ne sorte plus de votre bouche. *L'orgueil qui en est la source, ne peut être caché au Seigneur*, parce que le Seigneur est le Dieu de toute connaissance, et qu'il pénètre les pensées *les plus secrètes des cœurs. Il punit la malignité des superbes, et récompense la simplicité des justes.*

3. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes : recedant vetera de ore vestro : quia Deus scientiarum, Dominus est, et ipsi præparantur cogitationes.

4. *Ainsi, par un effet admirable de cette*

4. Arcus fortium superatus est,

---

pulchritudinem et gloriam. Exaltatur ergo cornu, cum decus alicujus, potentia, aut gloria capit incrementum. — *Dilatatum est os meum.* Nam prius mutire non audebam. — *Super inimicos meos.* Contra Phenennam æmulam meam, vel etiam illud *super* idem est ac *magis*, quasi dicat : Plus ego possum unico Samuele nato, quem Phenenna multiplici sua prole gloriari. — *In salutari tuo.* In te, Domine, qui vera salus es, vel in salute quam cum nato Samuele adepta sum.

2. *Non est sanctus, ut est Dominus.* Idem videtur esse cum eo, quod ait David psalm. 85. 8 : *Non est similis tui in diis, Domine.—Neque enim est alius extra te.* Qui videlicet sit sanctus, id est, Deus, qui talia præstare possit. — *Non est fortis sicut Deus noster.* Τὸ *fortis* in hebræo est צוּר *tzur*, quæ vox *petram rupemve* significat, ac per metaphoram eum ad quem tanquam ad munitum locum perfugium est, et sæpe Deo tribuitur. Ps. 17. 2; Deut. 32. 15, et alibi.

3. *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.* Noli, o Phenenna, adhuc gloriari, et magnifice de te loqui. — *Recedant vetera de ore vestro.* Jam aliter de te senti et loquere, quam prius solebas. — *Deus scientiarum Dominus.* Omniscius, cui omnia patent. — *Et ipsi præparantur cogitationes.* Est etiam omnipotens, quia quæ cogitat et vult, effecta dat. Cogitatio ergo hic accipitur pro re cogitata ; vel etiam sensus est : ipsi omnes hominum cogitationes apertæ sunt et expositæ. Prior explicatio magis est genuina.

4. *Arcus fortium.* Arcus arma significat, et generatim id in quo quis præsidium suum constituit. Arcus Phenennæ fœcunditas. — *Infirmi accincti sunt*

Digitized by Google

et infirmi accincti sunt robore.

5. Repleti prius, pro panibus se locaverunt : et famelici saturati sunt donec sterilis peperit plurimos : et quæ multos habebat filios, infirmata est.

6. Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.

7. Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat.

8. Suscitat de pulvere egenum, et de stercore elevat pauperem : ut sedeat cum principibus, et solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, et posuit super eos orbem.

conduite pleine de justice et de miséricorde, l'arc des forts a été brisé, et les faibles ont été remplis de force.

5. Ceux qui étaient auparavant comblés de biens *ont été réduits à une telle misère qu'ils* se sont loués pour avoir du pain; et ceux qui étaient pressés de la faim ont été rassasiés. Celle qui était stérile est devenue mère de beaucoup d'enfants; et celle qui avait beaucoup d'enfants est tombée dans la défaillance, *Dieu les lui ayant enlevés par la mort.*

6. *Car* le Seigneur ôte et donne la vie, *quand il lui plaît :* il conduit aux enfers, et il en retire, *selon sa volonté.*

7. Le Seigneur fait le pauvre et le riche; il abaisse et il élève.

8. Il tire, *quand il veut*, le pauvre de la poussière, et l'indigent du fumier, pour le faire asseoir entre les princes, et lui donner un trône de gloire. C'est au Seigneur qu'appartiennent les fondements de la terre, et c'est lui qui, *par sa toute-puissance*, a posé sur eux le monde.

---

robore. Quasi dicat : Ego prius infirma, jam vero divino munere roborata, et quasi armis munita, instructa et accincta.

5. *Repleti*. Divites, abundantes. — *Pro panibus se locaverunt*. Operas suas vilissimo pretio locarunt, scilicet pro diurno cibo. Italice dicimus, *s'accordarono per le spese*. — *Et famelici saturati sunt. Esurientes* enim *implevit bonis*, ut in suo cantico cecinit B. Virgo, Luc. 1. 53. Remota allegoria, eadem est sententia : Phenenna filiis abundans et superbiens; ego sterilis, ac propterea despecta : jam ego etiam fœcunditatem adepta, et prolem, quæ hæres erit in domo viri mei, Phenennam ad paupertatem redactam video. Bene dicit *pro panibus se locaverunt*, quia qui prius jus habebant ad paternam hæreditatem, jam filio ex primaria uxore Anna nato, munera tantum a patre habituri erant, ut filii concubinæ; hæreditas vero ad primariæ uxoris Annæ filium pertinebat. Imo pro panibus se locare, hoc est, industria sua victum sibi quærere debebant. Vide Genes. 26. 6. — *Donec* Hebr. עַד *had*, LXX vertunt, ὅτι *quia*. — *Sterilis peperit plurimos*. Unum Samuel, qui multorum sit instar. * In hebræo est; *peperit septem*, qui numerus in Scripturis multitudinem significat. Vide Prov. 24. 16; Psal. 118. 164; Levit. 26. 18. — *Infirmata est*. Infirmior apparuit, succubuit.

6. *Dominus mortificat et vivificat*. Deus vitæ et mortis Dominus est. — *Deducit ad inferos et reducit*. Eos qui mortui sunt, si velit, excitat et vitæ restituit. Remota allegoria, significatur Deum infelices et miseros felicitati et florenti statui pro sua voluntate restituere, ut sequenti versiculo clarius repetit.

8. *Suscitat de pulvere*. Sedere in pulvere est mœrentium habitus; itaque suscitare de pulvere, aut de stercore, est excitare a misero statu et conditione ad felicem. Hæc eadem sententia iisdem prope verbis reperitur Psalm. 112. 7 et Luc. 1. 52. — *Domini enim sunt cardines terræ*. Universæ terræ

Digitized by Google

9. Il gardera, *par la même puissance*, les pieds de ses saints; et les impies seront, *par son ordre*, réduits au silence dans leurs ténèbres, *sans qu'ils puissent lui résister*, parce que l'homme, avec toute sa force, ne sera que faiblesse *devant lui*.

9. Pedes sanctorum suorum servabit, et impii in tenebris conticescent : quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

10. *Ainsi* les ennemis du Seigneur trembleront *en sa présence, lorsqu'il* tonnera sur eux du haut des cieux, *et qu'il viendra les juger selon leurs œuvres. Car* le Seigneur jugera *les hommes qui sont répandus par* toute la terre, il fera régner *sur eux* celui qu'il a établi *leur* roi, et il relèvera la gloire et la puissance de son Christ, *en l'élevant au-dessus de toutes les autres puissances*.

10. Dominum formidabunt adversarii ejus : et super ipsos in cœlis tonabit : Dominus judicabit fines terræ, et dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu Christi sui.

11. Après cela Elcana s'en retourna en sa maison à Ramatha : et l'enfant servait en la présence du Seigneur devant le grand prêtre Héli.

11. Et abiit Elcana Ramatha, in domum suam : puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis.

Dominus est ab uno ad alterum polum; ipse enim ejusdem auctor est, fabricator et gubernator.

9. *Pedes sanctorum suorum servabit.* Diriget eorum gressus, ne impingant, nec incurrant in offendicula quæ illis parant impii. — *Et impii in tenebris conticescent.* Angulo aliquo, aut carcere retrusi, mœrentes et afflicti conticescent; quia jam magnifice et gloriose de se loqui non audebunt, ut prius faciebant. — *Quia non in fortitudine sua roborabitur vir.* To *vir* idem est ac *quilibet*, quasi dicat : Nemo viribus suis, aut suæ felicitati confidere debet, sed tota spes et fiducia in Deo locanda est.

10. *Dominum formidabunt adversarii ejus.* Ostendit quam tutum sit præsidium in Domino locatum argumento a divina potentia sumpto, quam de cœlo tonantem, et contra rebelles pugnantem timent adversarii ejus. Peculiariter verum hoc fuit in Samuele, de quo infra dicitur, c. 7. 10 : *Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim iniere prælium contra Israel : intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt a facie Israel.* — *Dominus judicabit fines terræ.* Quippe illius princeps ac Dominus. — *Et dabit imperium regi suo.* Christo Domino, de quo ista passim accipiunt interpretes, ab Anna scilicet prophetice dicta. *Et sublimabit cornu.* Vide dicta n. 1 hujus capitis. Cornu Christi prius depressum et abjectum (ipse enim se vermem appellat et non hominem, opprobrium hominum et plebis abjectionem) sublimatum est resurrectione, in cœlos ascensione, etc., et judiciaria potestate, de qua hic agitur. Possunt etiam hæc accommodari regi Sauli, qui a Domino per Samuelem inungentem imperium adeptus est et sublimatus, ut esset christus Domini.

11. *Erat minister in conspectu Domini.* Cum scilicet crescente ætate factus est grandiusculus. In conspectu Domini idem est ac in ministerio tabernaculi. — *Ante faciem Heli.* Cui assistebat ministrabatque sub disciplina et imperio Heli.

Digitized by Google

§ II. ***Impiété des enfants d'Héli. Ils détournent les hommes du sacrifice du Seigneur, et corrompent les femmes qui veillaient à l'entrée du tabernacle.***

12. Porro filii Heli, filii Belial, nescientes Dominum (1),

13. Neque officium sacerdotum ad populum : sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, et habebat fuscinulam tridentem in manu sua,

14. Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sive in cacabum : et omne quod levabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi; sic faciebant universo Israeli venientium in Silo.

15. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, et dicebat immolanti : Da mihi carnem, ut coquam sacerdoti : non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam.

16. Dicebatque illi immolans : Incendatur primum juxta morem hodie adeps, et tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei : Nequaquam : nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

12. Or les enfants d'Héli étaient des enfants de Bélial, *des impies et des méchants* qui ne connaissent point le Seigneur,

13. Ni le devoir des prêtres à l'égard du peuple. Car qui que ce soit qui eût immolé une victime, le serviteur du prêtre venait, pendant qu'on en faisait cuire la chair, et tenant à la main une fourchette à trois dents,

14. Il la mettait dans la chaudière ou dans le chaudron, dans la marmite ou dans le pot, et tout ce qu'il pouvait enlever avec la fourchette était pour le prêtre, *qui ne se contentait pas de la portion de la victime qui lui était destinée par la loi.* Ils traitaient ainsi tout le peuple qui venait à Silo.

15. Avant qu'on fît aussi brûler la graisse de l'hostie, le serviteur du prêtre venait, et disait à celui qui immolait : Donnez-moi de la chair, afin que je la fasse cuire pour le prêtre, car je ne recevrai pas de vous de chair cuite ; mais *j'en veux* de crue, *afin de l'accommoder selon son goût.*

16. Celui qui immolait lui disait : Qu'on fasse auparavant brûler la graisse de l'hostie, selon la coutume, *afin de commencer par rendre ce qu'on doit au Seigneur;* et après cela prenez de la chair autant que vous en voudrez. Mais le serviteur lui répondait : Non; vous en donnerez présentement, ou j'en prendrai par force.

(1) Bible vengée, note IV.

---

12. *Filii Belial.* Vide dicta supra, n. 16, c. 1.—*Nescientes Dominum.* Non reverentes, non parentes Domino, ut illi faciunt, qui superiorem non agnoscunt. Sic Pharao, Exod. 5. 2, dicebat : *Nescio Dominum, et Israel non dimittam.*

13. *Neque officium sacerdotum ad populum.* Violabant enim leges sacerdotibus a Domino præscriptas, et cum populo hostias offerente servandas. — *Puer sacerdotis.* Famulus aliquis sacerdotis, minister aut filius. — *Dum coquerentur carnes.* Dum elixarentur : nam, ut notat Abul. in hoc c. quæst. 8, offerentes coquebant carnes sacrificiorum, quæ ipsis debebantur, et sacerdotibus. Cum autem ex sacrificiis pacificis, de quibus hic sermo esse videtur, tantum pectusculum et armus ad sacerdotes pertinerent, ipsi *omne, quod levabat fuscinula, tollebant,* offerentibusque hoc pacto injuriam faciebant.

15. *Etiam antequam adolerent adipem.* Tam in victimis pacificis quam in victimis pro peccato adeps Domino adolebatur. Hoc ergo peccabant sacerdotes, quod, antequam Domino adoleretur adeps, ipsi carnes cum adipe, repugnantibus iis, qui offerebant, accipiebant minitabundi, et non tam in Deum

Digitized by Google

17. Et ainsi le péché de ces enfants d'Héli était très-grand devant le Seigneur, parce qu'ils détournaient les hommes du sacrifice du Seigneur.

18. Cependant l'enfant Samuel servait devant le Seigneur, vêtu d'un éphod de lin.

19. Et sa mère lui faisait une petite tunique, qu'elle lui apportait aux jours solennels, lorsqu'elle venait avec son mari pour offrir le sacrifice ordinaire.

20. *Or la piété de cette femme ne demeura pas sans récompense ;* Héli bénit Elcana et sa femme, et *le même jour qu'ils lui amenèrent leur enfant,* il dit à Elcana : Que le Seigneur, pour l'enfant que vous avez mis *aujourd'hui* en dépôt entre ses mains, vous en rende d'autres de cette femme. Après quoi ils s'en retournèrent chez eux, *pleins de confiance que le Seigneur leur donnerait une nombreuse postérité.*

21. Le Seigneur visita donc Anne, *selon la parole d'Héli,* et elle conçut et enfanta trois fils et deux filles : et l'enfant Samuel croissait devant le Seigneur.

22. Quant à Héli qui était extrêmement vieux, ayant appris la manière dont ses enfants se conduisaient à l'égard de tout le peuple d'Israël, et qu'ils dormaient avec

17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino : quia retrahebant homines a sacrificio Domini.

18. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo,

19. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnem.

20. Et benedixit Heli Elcanæ et uxori ejus : dixitque ei : Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum.

21. Visitavit ergo Dominus Annam, et concepit, et peperit tres filios, et duas filias : et magnificatus est puer Samuel apud Dominum.

22. Heli autem erat senex valde, et audivit omnia quæ faciebant filii sui universo Israeli, et quomodo dormiebant cum mulieribus

---

inurbani, cui primum quasi ferculum ex convivio offerendum erat, sed irreligiosi etiam et impii qui leges sacrificiorum violabant.

17. *Quia retrahebant homines a sacrificio Domini.* Cum enim viderent non servari ritus solitos sacrificiorum, ab oblationibus abstinebant.

18. *Accinctus ephod lineo.* Ephod genus est vestis, quod humeros tegit et pectus ambit; et si usum ejus spectemus, semper sacer est ac religiosus : si vero personas quæ illud induebant, vel ecclesiasticus erat, vel politicus. Ecclesiastico induebantur pontifices, sacerdotes, levitæ; politico laici, quale fuit illud quo David indutum legimus II. Reg. 6. 14, et 1. Paral. 15. 27. Ergo ephod Samuelis levitæ hoc sensu leviticum erat; vel, quia per ætatem nondum poterat esse in levitam consecratus, politicum.

19. *Tunicam.* Hebr. est מְעִיל *mehil,* quam vocem interpres noster vertit hoc loco *tunicam,* alibi *pallium* aut *vestem.* — *Statutis diebus.* Hebr. *a diebus in dies,* annuatim, singulis annis. — *Ascendens cum viro suo.* Vide dicta c. 1, n. 3 et 21.

20. *Benedixit Heli Elcanæ.* Ea fortasse formula quæ habetur Num. 6. 24 ; *Benedicat tibi Dominus, etc.,* additis quæ sequuntur n. proximo. — *Reddat tibi Dominus.* Tu filium unum commodasti Domino, vicissim tibi Dominus cum fœnore multiplicet prolem. Vere Domino fœneratur, qui aliquid in illius honorem et obsequium facit.

22. *Cum mulieribus quæ observabant ad ostium tabernaculi.* Virgines erant

Digitized by Google

quæ observabant ad ostium tabernaculi :

les femmes qui venaient veiller à l'entrée du tabernacle ;

§ III. *Héli reprend ses enfants de leurs crimes détestables, mais avec trop d'indulgence. Dieu l'en reprend par un prophète, et lui fait prédire la ruine de sa maison.*

23. Et dixit eis : Quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo ?

23. *Au lieu de les châtier avec sévérité,* il leur dit *seulement :* Pourquoi faites-vous toutes ces choses que j'apprends, ces crimes détestables dont parle tout le peuple ?

24. Nolite, filii mei : non enim est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Domini.

24. Ne faites plus cela, mes enfants, car il est bien fâcheux que l'on publie de vous que vous portez le peuple du Seigneur à violer ses commandements.

25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus : si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo ? Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos.

25. Si un homme pèche contre un homme, on lui peut rendre Dieu favorable : mais si un homme pèche contre le Seigneur, qui priera pour lui ? Les enfants d'Héli n'écoutèrent point la voix de leur père, parce que le Seigneur, *qui* les voulait perdre *en punition de leurs crimes, ne les rendit point sensibles à ces avis qui les auraient sauvés.*

26. Puer autem Samuel proficie-

26. Or l'enfant Samuel s'avançait et

---

aut viduæ tabernaculo deservientes texendis sacris vestibus, abluendis, sarciendis, aliisque hujusmodi ministeriis, quæ muliebrem artem et industriam requirunt, vel perpetuo, vel ad tempus addictæ : * observabant autem nutus et imperia sacerdotum, quid nempe per ipsas curari vellent. Cum his ergo mulieribus filii Heli turpem consuetudinem habebant.

23. *Quare facitis res hujuscemodi.* Mollis nimis ac remissa reprehensio. * Qui puniendi jus habent, ii monendo tantum eos, quos minime corrigi animadvertunt, officio proprio non defunguntur.

24. *Ut transgredi faciatis populum Domini.* Vel legibus sacrificiorum non servatis, de quo dictum supra, n. 12 et 13, populum inducendo, ut consensu suo peccati particeps esset, vel pravorum morum exemplo.

25. *Si peccaverit vir in virum.* Loquitur Heli juxta ea quæ inter homines accidunt ; multo enim difficilius ut quis sequester intercedat apud judicem ; cum ipse judex injuria violatus est, quam si alicui privato fuerit illata. Porro Scriptura refert tantum quid Heli filiis dixerit, cum eos objurgaret, nec necesse est verba illa anxie interpretari, et ad theologicam normam, quasi divinæ fidei pondus haberent exigere, ut notat Sanchez in hunc locum. Sensus etiam esse potest : Si vos sacerdotes, qui Deum aliis per sacrificia placatum redditis, eum offenditis et irritatis, quis alius eum vobis propitiabit ? Huic expositioni favent LXX qui pro *placari ei potest Deus,* habent, *orabunt pro ipso Dominum.* Tandem sensus esse potest : si ita peccatis, ut sacrificia tollatis, quis reliquus restat modus placandi Dominum ? — *Quia voluit Dominus occidere eos.* Quia Dominus extraordinaria eis auxilia gratiæ non tribuit, quibus destituti, vitio tamen suo, perierunt. Vel etiam particula *quia* sumitur pro *idcirco.* Non audierunt, idcirco voluit Dominus perdere illos : ita Emmanuel Sa explicat illud, Osee 9. 15 : *Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos.*

Digitized by Google

croissait *en âge et en piété*, et il était agréable à Dieu et aux hommes.

27. *En ce temps-là* un homme de Dieu vint trouver Héli, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Ne me suis-je pas fait connaître visiblement à la maison de votre père, lorsqu'ils étaient en Egypte sous la domination de Pharaon?

28. Je l'ai choisi entre toutes les tribus d'Israël pour être mon prêtre, pour monter à mon autel, pour m'offrir des parfums, et porter l'éphod en ma présence; et j'ai donné part à la maison de votre père à tous les sacrifices des enfants d'Israël.

29. Pourquoi avez-vous foulé aux pieds mes victimes et les dons que j'ai commandé qu'on m'offrit dans le temple, *en les profanant comme vous avez fait?* et pourquoi avez-vous plus honoré vos enfants que moi, *en ne les chassant pas d'un ministère où ils me déshonoraient si visiblement? et comment avez-vous été assez lâche et assez infidèle* pour manger avec eux, *contre ma défense*, les prémices de tous les sacrifices de mon peuple d'Israël, *et la portion même qui devait être consumée sur mon autel*?

30. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : J'avais déclaré et promis que votre maison et la maison de votre père servirait pour jamais devant ma face : mais maintenant je suis bien éloigné de cette pensée, dit le Seigneur.

bat, atque crescebat, et placebat tam Domino quam hominibus.

27. Venit autem vir Dei ad Heli, et ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me : et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel.

29. Quare calce abjecistis victimam meam, et munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo : et magis honorasti filios tuos quam me, ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Israel : Loquens locutus sum, ut domus tua, et domus patris tui, ministraret in conspectu meo, usque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc a

---

27. *Venit autem vir Dei ad Heli.* Propheta aliquis cujus nomen Scriptura non exprimit. — *Revelatus sum domui patris tui.* Aaroni, a quo Heli per Ithamar trahebat originem. Tunc autem hoc accidisse verisimile est, cum, Exod. 4, n. 27, Deus Aaronem allocutus est, eumque Mosis interpretem constituit.

28. *Omnia de sacrificiis.* Ex omnibus sacrificiis aliquid; nam etiam ex holocaustis pellis cedebat sacerdoti, Levit. 7. 8.

29. *Quare calce abjecistis victimam meam.* Ignominiose impediendo sacras religiones sacrificiorum, et quasi calce impacto, impediendo ne populus victimas offerret et munera. — *Magis honorasti filios tuos.* Quos impune peccare in me passus es, ne illis molestiam creares. — *Ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel.* Quasi e sacro ministerio id unum, aut præcipue spectandum esset, ut optimum quodque vobis e sacrificiorum primitiis vindicaretis. Hebr. *impinguaretis vos primitiis;** primitiæ ergo hoc loco significant præcipua, optima, pinguissima.

30. *Loquens locutus sum.* Quando hoc peculiariter promissum fuerit Heli, non habetur in sacris Litteris; erat tamen generatim factum in prima sacerdotii institutione, Exod. 28. 43, et 29. 9.—*Absit hoc a me.* Non mutat consi-

Digitized by Google

me : sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

31. Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum, et brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua.

32. Et videbis æmulum tuum in templo, in universis prosperis Israel : et non erit senex in domo tua omnibus diebus.

33. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo : sed ut deficiant oculi tui, et tabescat anima tua : et pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit.

34. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni et Phinees : In die uno morientur ambo.

35. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet : et ædifi-

Car je glorifie quiconque m'aura rendu gloire, et ceux qui me méprisent tomberont dans le mépris : *c'est ce que je ferai à votre égard.*

31. Il va venir un temps que je couperai vos bras, et le bras de la maison de votre père : *j'en ôterai la souveraine sacrificature;* en sorte qu'il n'y aura point *à l'avenir* de vieillard *ni de souverain pontife* dans votre maison.

32. Et lorsque tout Israël sera dans la prospérité, vous verrez dans le temple un homme qui sera l'objet de votre envie; et il n'y aura jamais de vieillard *ni de souverain pontife* dans votre maison.

33. Néanmoins je n'éloignerai pas entièrement de mon autel tous ceux de votre race; mais je ferai que vos yeux seront obscurcis, et que votre âme séchera de langueur : et une grande partie de ceux de votre maison mourront lorsqu'ils seront venus en âge d'homme.

34. La marque que vous en aurez est ce qui arrivera à vos deux fils, Ophni et Phinées, qui mourront tous deux en un même jour.

35. Et je me susciterai un prêtre fidèle, qui agira selon mon cœur et selon mon âme; je lui établirai une maison fidèle,

---

lium Deus, quia promissio eam conditionem tacite saltem habuit, si Heli et ejus posteri bene se gererent et officium facerent. — *Erunt ignobiles.* Contemptibiles. Hebr. et LXX, *contemnentur.*

31. *Præcidam brachium.* Id est, robur, quasi dicat, dignitatem summi sacerdotis et judicis populi auctoritatem. — *Ut non sit senex.* Summus sacerdos, qui senex dignitate potius dicitur quam ætate, ut nostri temporis sacerdotes *presbyteri* dicuntur.

32. *Videbis.* Non tu, sed posteri tui. Tu, in posteris tuis. — *Æmulum tuum.* Summum alium pontificem ex filiis Eleazar, qui Heli et reliquis ex Ithamar invidebant, quia ipsi summo exciderant sacerdotio quo isti potiebantur. — *In universis prosperis Israel.* Quæ summam pontificalem dignitatem et auctoritatem comitabantur. Translatum est sacerdotium ad filios Eleazar sub Salomone, III. Reg. 2. 27, pro Abiathar substituto Sadoc. — *Et non erit senex.* Summus sacerdos, ut explicavi n. 31.

33. *Non auferam penitus virum ex te ab altari meo.* Erunt posteri tui minores sacerdotes, non vero pontifices. — *Deficiant oculi tui.* Invidia scilicet tabescant. — *Pars magna.* Non omnes, sed plerique.

34. *Hoc autem erit tibi signum.* Quod scilicet non mentiar, sed divino spiritu plenus vaticiner, et absque dubitatione ventura sint omnia quæ prædixi.

35. *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* Aliqui volunt esse Samuelem qui tamen de filiis Aaron non erat. Alii, quod est verius, Sadoc de quo dixi n. 32. Alii de Christo Domino intelligunt.— *Qui juxta cor meum et animam meam*

Digitized by Google

qui jouira d'une constante prospérité; et il marchera toujours devant mon christ. *Il exercera toute sa vie ses fonctions en présence du roi que j'aurai établi.*

36. Alors quiconque restera de votre maison, *réduit à une extrême misère,* viendra, afin que l'on prie pour lui; et il offrira, *non des veaux et des taureaux, mais* une pièce d'argent *de la moindre valeur* et un morceau de pain, *comme les plus pauvres,* en disant : Donnez-moi, je vous prie, une portion sacerdotale, afin que j'aie une bouchée de pain à manger.

cabo ei domum fidelem, et ambulabit coram christo meo cunctis diebus.

36. Futurum est autem, ut quicumque remanserit in domo tua, veniat ut oretur pro eo, et offerat nummum argenteum, et tortam panis, dicatque : Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

CHAPITRE III.

§ I. *Samuel dormant dans le temple est appelé quatre fois par le Seigneur.*

L'AN DU MONDE 2861. — AVANT J.-C. 1143.

1. Or le jeune Samuel servait le Seigneur auprès d'Héli : et la parole du Seigneur était alors *rare et* précieuse; on ne connaissait plus guère de vision ni de prophétie.

2. Les yeux d'Héli s'étaient obscurcis, *selon que le Seigneur le lui avait prédit;* et il ne pouvait plus voir. Il arriva un jour, lorsqu'il était couché en son lieu ordinaire,

3. Que Samuel dormant dans *l'appartement d'Héli, qui était proche* le temple

1. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli : et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.

2. Factum est ergo in die quadam, Heli jacebat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre :

3. Lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat

---

faciet. Id est, juxta voluntatem meam, quod fecit Sadoc, de quo nihil in Scriptura narratur quod quis jure reprehendat. — *Ædificabo ei domum.* Prolem dando, et ad filios ejus summum sacerdotium transmittendo. — *Coram christo meo.* Salomone rege, * qui propter solemnem unctionem christus appellatur, id est, unctus.

36. *Offerat nummum argenteum.* Quo, ut pauper, tortam panis, et pauperem victimam paret, quæ pro illo offeratur. — *Dimitte me.* Ut pauper ac famelicus optabit fieri particeps sacrificatarum carnium, et eorum quæ sacerdotibus cedunt, ut saturari possit.

CAP. III. 1. *Sermo Domini erat pretiosus.* Rari erant eo tempore prophetæ. — *Non erat visio manifesta.* Prophetia publice nota, ad eum modum, quo fuit cum Isaias, Elias aut Elisæus prophetarunt, qui passim ab omnibus prophetæ habebantur.

2. *Jacebat in loco suo.* Cubiculum et cubile habebat in loco aliquo a tabernaculo non longe dissito. Post ædificatum templum erant aliqua pro sacerdotibus sepositа loca, in quibus diversarentur, templo adjacentia : simile aliquid credibile est fuisse ante constructionem illius, præsertim postquam tabernaculum fixam aliquo in loco sedem habuit.

3. *Lucerna Dei antequam exstingueretur.* Sententia est : Samuel dormiebat

Digitized by Google

in templo Domini, ubi erat arca Dei,

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait : Ecce ego (1).

5. Et cucurrit ad Heli, et dixit : Ecce ego : vocasti enim me. Qui dixit : Non vocavi : revertere, et dormi. Et abiit, et dormivit.

6. Et adjecit Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, et dixit : Ecce ego : quia vocasti me. Qui respondit : Non vocavi te, fili mi : revertere, et dormi.

7. Porro Samuel necdum sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini.

8. Et adjecit Dominus, et vocavit adhuc Samuelem tertio. Qui consurgens, abiit ad Heli.

9. Et ait : Ecce ego : quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum : et ait ad Samuelem : Vade, et dormi : et si deinceps vocaverit te, dices : Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, et dormivit in loco suo.

10. Et venit Dominus, et stetit : et vocavit, sicut vocaverat secundo, Samuel, Samuel. Et ait Samuel : Loquere, Domine, quia audit servus tuus.

(1) Bible vengée, note V.

du Seigneur, où était l'arche de Dieu, avant que la lampe qui brûlait dans le temple de Dieu fût éteinte, *c'est-à-dire avant que l'aurore commençât à paraître*,

4. Le Seigneur appela Samuel. Et Samuel lui répondit : Me voici.

5. Il courut aussitôt à Héli et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui dit : Je ne vous ai point appelé ; retournez et dormez. Samuel s'en alla, et se rendormit.

6. Le Seigneur appela encore une fois Samuel. Et Samuel s'étant levé, s'en alla à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui répondit : Mon fils, je ne vous ai point appelé ; retournez et dormez.

7. Or Samuel ne connaissait point encore les voies du Seigneur *ni les signes par lesquels il fait sentir sa présence aux prophètes quand il leur parle ;* car jusque alors la parole du Seigneur ne lui avait point été révélée.

8. Le Seigneur appela donc encore Samuel pour la troisième fois. Et Samuel se levant, s'en alla à Héli,

9. Et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli reconnut alors que le Seigneur appelait l'enfant ; et il dit à Samuel : Allez, et dormez : et si l'on vous appelle encore une fois, répondez : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur *vous* écoute. Samuel s'en retourna donc en son lieu, et s'endormit *de nouveau*.

10. Le Seigneur vint encore ; et étant près de Samuel, il l'appela, comme il avait fait les autres fois : Samuel, Samuel. Samuel lui répondit : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur *vous* écoute.

---

in templo, in quo noctu lampades collucebant, quæ in aurora de more exstinguebantur. Antequam ergo tempus esset lucernas exstinguendi, vocavit illum Dominus. — *Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.* In tabernaculo, aut loco illi adjuncto, ex quo videre posset quid opus esset, et curare ne quid minus ornatum esset aut decens, sanctoque loco conveniens.

7. *Necdum sciebat Dominum.* Quod statim sequentibus verbis explicatur : *Neque revelatus fuerat ei sermo Domini.* Nondum cum illo locutus fuerat Dominus, nec tanquam prophetæ suo quidquam adhuc revelaverat.

10. *Sicut vocaverat secundo.* Secundo vocare est bis idem nomen inclamando repetere, *Samuel, Samuel.* Vel significat vocare iterum atque iterum, sæpius vocare.

Digitized by Google

§ II. *Le Seigneur déclare à Samuel qu'il va exercer ses jugements contre Héli et contre sa maison. Ce grand prêtre l'oblige à lui découvrir ce que le Seigneur lui avait révélé. Samuel le fait, et Héli se soumet à la justice de Dieu.*

11. Et le Seigneur dit à Samuel : Je vais faire une chose dans Israël que nul ne pourra entendre sans être frappé d'un profond étonnement.

12. En ce jour-là je vérifierai tout ce que j'ai dit contre Héli et contre sa maison ; je commencerai et j'achèverai.

13. Car je lui ai prédit que j'exercerais mon jugement contre sa maison pour jamais, à cause de son iniquité, parce que sachant que ses fils se conduisaient d'une manière indigne *de leur ministère*, il ne les a point punis.

14. C'est pourquoi j'ai juré à la maison d'Héli que l'iniquité de cette maison ne sera jamais expiée ni par des victimes ni par des présents; *mais qu'elle portera toute la peine qu'elle mérite.*

15. Or Samuel ayant dormi jusqu'au matin alla ouvrir les portes de la maison du Seigneur, et il craignait de dire à Héli la vision qu'il avait eue.

16. Héli appela donc Samuel, et lui dit : Samuel, mon fils. Il lui répondit : Me voici.

17. Héli ajouta : Qu'est-ce que le Seigneur vous a dit? Ne me le cachez point, je vous prie. Que le Seigneur vous traite avec toute sa sévérité, si vous me cachez rien de toutes les paroles qui vous ont été dites.

11. Et dixit Dominus ad Samuelem : Ecce ego facio verbum in Israel : quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus.

12. In die illa suscitabo adversum Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus : incipiam et complebo.

13. Prædixi enim ei quod judicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios suos, et non corripuerit eos.

14. Idcirco juravit domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in æternum.

15. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuelem, et dixit : Samuel fili mi? Qui respondens, ait : Præsto sum.

17. Et interrogavit eum : Quis est sermo, quem locutus est Dominus ad te? oro te ne celaveris me; hæc faciat tibi Deus, et hæc addat, si absconderis a me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

---

11. *Facio verbum.* Rem, patrabo quiddam. — *Tinnient ambæ aures ejus.* Quæ phrasis magnum significat terrorem. Eadem formula dicendi habetur Jerem. 19. 3, et IV. Reg. 21. 12.

12. *Suscitabo.* Exsequar. — *Incipiam et complebo.* Jam aggrediar effectui dare, quæ comminatus sum, nec desistam, priusquam perfecero, quæ prædixi.

13. *Judicaturus.* Pœnas sumpturus. — *Non corripuerit eos.* Vox hebr. כהה *chiha*, significat rugata, et præ ira exasperata fronte corripere. Supra vidimus Heli remissum animum, et reprehensionem felle aculeoque carentem.

14. *Iniquitas.* Pœna iniquitatis. Sic peccatum sæpe pœnam peccato debitam significat. — *Muneribus.* Oblationibus.

15. *Dormivit autem Samuel usque mane.* Id est, cubavit; neque enim probabile videtur exiguo illo tempore, quod usque ad lucem intercedebat, post horribiles illas minas, somnum iterum capere potuisse.

17. *Hæc faciat tibi Deus, et hæc addat.* Quasi dicat : Male tibi contingat,

Digitized by Google

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, et non abscondit ab eo. Et ille respondit : Dominus est : quod bonum est in oculis suis faciat.

19. Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et nôn cecidit ex omnibus verbis ejus in terram (1).

20. Et cognovit universus Israel a Dan, usque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israeli.

18. Samuel lui dit donc tout ce qu'il avait entendu, sans lui en rien cacher. Héli répondit : Il est le Seigneur, qu'il fasse ce qui est agréable à ses yeux; *il ne fera rien qui ne soit infiniment juste.*

19. Or Samuel croissait en âge; le Seigneur était avec lui, et nulle de ses paroles ne tomba par terre.

20. Et tout Israël connut, depuis Dan jusqu'à Bersabée, que Samuel était le fidèle prophète du Seigneur.

21. Le Seigneur apparut de nouveau à Samuel dans Silo, car ce fut à Silo qu'il se découvrit à Samuel, *et que,* selon *qu'il lui avait fait entendre* sa parole *la première fois, il la lui fit entendre de même dans la suite.* Et tout ce que Samuel dit à tout le peuple d'Israël, *de la part du Seigneur,* fut accompli.

(1) Bible vengée, note V.

---

vel puniat te Deus : ita solebant Hebræi sibi, aut aliis imprecari mala, ut etiam nunc vulgo dicitur : Hoc mihi accidat et hoc, si mentior, aut quid simile.

* 18. *Dominus est.* Laudabile exemplum patienter se submittentis Deo punienti. Laudabile et infra, quod sensu publicæ calamitatis magis quam privatæ tangitur.

19. *Dominus erat cum eo.* Illi favens, et donis suis augens. — *Non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.* Omnia enim ad unguem impleta sunt.

20. *A Dan usque Bersabee.* Duæ sunt civitates in extremis terræ Israelitidis finibus, Dan ad aquilonem, Bersabee ad meridiem.

21. *Juxta verbum Domini.* Id est, eo modo quo verbum suum prophetis revelare consueverat aliquando Dominus. Sanchez putat sententiam esse, verbo duntaxat, nulla autem specie sensibili corporis exhibita se Dominum illi revelasse. — *Et evenit sermo Samuelis universo Israeli.* Hebr. *et fuit sermo, etc.* Et videtur sensus esse : manavit sermo, et vulgatus est per totum Israelem. Sanchez putat alia prophetasse Samuelem ad universum Israelem spectantia, quæ evenerint. Fortasse illud ipsum, quod Samuel de Heli prædixit Domino revelante, non incommode universo Israeli evenisse dicitur, quia quæ pontificibus et principibus accidunt ad totum reip. corpus pertinent, cujus capita sunt. Adde ex iis, quæ deinceps narrantur, hanc explicationem confirmari; nam Israel a Philisthæis cæsus est, et alia mala passus, quæ Heli e filiorum ejus peccatis accepta referri debent.

Digitized by Google

CHAPITRE IV.

§ I. *Les Israélites, après avoir été battus par les Philistins, font venir l'arche dans leur camp, se promettant une victoire assurée de la protection du Seigneur ; mais ils sont défaits une seconde fois. L'arche est prise, et les deux fils d'Héli sont tués.*

L'AN DU MONDE 2888. — AVANT J.-C. 1116.

1. Or il arriva dans ce temps-là que les Philistins, *irrités des maux que leur avait faits Samson pendant sa vie et à sa mort,* s'assemblèrent pour faire la guerre *aux Israélites.* Le peuple d'Israël se mit aussi en campagne pour aller combattre les Philistins, et l'armée *d'Israël* campa près de la pierre *qui depuis fut appelée la pierre* du Secours. Les Philistins vinrent à Aphec, *dans la tribu de Juda,*

2. Et se disposèrent à combattre Israël. La bataille s'étant donnée, les Israélites s'enfuirent, et les Philistins *les poursuivirent* au travers des champs, et en tuèrent environ quatre mille dans ce combat.

3. Lorsque le peuple fut revenu dans le camp, les plus anciens d'Israël dirent : Pourquoi le Seigneur nous a-t-il frappés aujourd'hui de cette plaie devant les Philistins? Amenons ici de Silo l'arche de l'alliance du Seigneur, et qu'elle vienne au milieu de nous, afin qu'elle nous sauve de la main de nos ennemis, *comme elle en a toujours sauvé nos pères.*

4. Le peuple ayant donc envoyé à Silo, on en fit venir l'arche de l'alliance du Seigneur des armées assis sur les chérubins; et les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées,

1. Et factum est in diebus illis convenerunt Philisthiim in pugnam : et egressus est Israel obviam Philisthiim in prælium, et castrametatus est juxta lapidem Adjutorii. Porro Philisthiim venerunt in Aphec,

2. Et instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel Philisthæis : et cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum.

3. Et reversus est populus ad castra : dixeruntque majores natu de Israel : Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, et veniat in medium nostri, ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum.

4. Misit ergo populus in Silo, et tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim : erantque duo filii Heli

---

CAP. IV. 1. *Juxta lapidem Adjutorii.* Est prolepsis; sic enim postea a Samuel locus ille appellatus est, infra, c. 7, n. 12.

3. *Afferamus ad nos de Silo arcam.* Non est damnanda Israelitarum spes, quam collocabant in Domino, et arcæ præsentia, si adesset in castris; insistebant enim Mosis vestigiis, qui cum castra moverentur, et arca præiret, dicebat : *Surge, Domine, et dissipentur inimici tui, et fugiant, qui oderunt te, a facie tua.* Num. 10. 35.

4. *Tulerunt inde arcam.* Non licebat ordinarie sedem fixam habente tabernaculo arcam e Sancto Sanctorum efferre; videntur tamen Israelitæ persuasisse sibi tanti discriminis casum exceptum esse, præsertim cum Josue principe circa mœnia Jericho felici eventu, Deo jubente, circumlata esset. Abulens. q. 6. in hoc caput licuisse putat, *quia egerunt* inquit, *illud non ex aliqua curiositate, sed ex necessitate.*

Digitized by Google

cum arca fœderis Dei, Ophni et Phinees.

5. Cùmque venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, et personuit terra.

6. Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntque : Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognoverunt quod arca Domini venisset in castra.

7. Timueruntque Philisthiim, dicentes : Venit Deus in castra. Et ingemuerunt, dicentes :

8. Væ nobis : non enim fuit tanta exultatio heri et nudiustertius : væ nobis. Quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum? Hi sunt Dii qui percusserunt Ægyptum omni plaga, in deserto.

9. Confortamini, et estote viri, Philisthiim : ne serviatis Hebræis, sicut et illi servierunt vobis : confortamini, et bellate.

10. Pugnaverunt ergo Philisthiim, et cæsus est Israel, et fugit unusquisque in tabernaculum suum, et facta est plaga magna nimis, et ceciderunt de Israel triginta millia peditum.

11. Et arca Dei capta est : duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees.

accompagnaient l'arche de l'alliance de Dieu.

5. Lorsque l'arche de l'alliance du Seigneur fut venue dans le camp, tout le peuple d'Israël jeta un grand cri dont la terre retentit.

6. Les Philistins l'ayant entendu, s'entredisaient : Que veut dire ce grand bruit dans le camp des Hébreux? Et ils apprirent que l'arche du Seigneur était venue dans le camp.

7. Les Philistins eurent donc peur, et ils dirent : Dieu est venu dans *leur* camp.

8. Malheur à nous, ajoutèrent-ils en soupirant, car ils n'étaient point dans une si grande joie ni hier ni avant-hier! malheur à nous! Qui nous sauvera de la main de ce Dieu puissant? C'est ce Dieu qui frappa toute l'Egypte d'une si grande plaie, *et qui a nourri ce peuple durant quarante ans* dans le désert.

9. Mais prenez courage, Philistins, et comportez-vous en gens de cœur. Gardez-vous de devenir les esclaves des Hébreux, comme ils ont été les vôtres *pendant quarante ans;* prenez courage, et combattez vaillamment.

10. Les Philistins donnèrent donc la bataille; et *malgré la présence de l'arche du Seigneur,* Israël, *qui s'était rendu indigne de sa protection,* fut défait. Tous s'enfuirent *non-seulement* dans leurs tentes, *mais jusque dans leurs maisons;* et la défaite fut si grande du côté des Israélites qu'il demeura trente mille hommes de pied sur la place.

11. L'arche de Dieu fut prise, et les deux fils d'Héli, Ophni et Phinées, furent tués.

§ II. *Héli, apprenant la prise de l'arche de Dieu, tombe à la renverse et se tue de sa chute. Sa belle-fille, qui était grosse, accouche, et meurt aussitôt.*

12. Currens autem vir de Ben- | 12. Le jour même un homme de la tribu

---

5. *Vociferatus est.* Clamore jubilationis, ut indicant hebr. et chaldæus.

7. *Venit Deus in castra.* Ita loquuntur, quia audierant Deum super arcam residere, ut super solium. Vel quia putabant divinam virtutem arca inclusam, aut affixam.

8. *Heri et nudiustertius.* Familiaris Hebræis formula loquendi, quæ *ante* significat. — *Deorum sublimium.* Hebr. *fortium,* sive *illustrium* אדירים *adirim.* — *In deserto.* Id est, in mari Rubro.

Digitized by Google

de Benjamin, échappé du combat, vint en courant à Silo. Il avait ses habits déchirés, et la tête couverte de poudre.

13. Dans le temps que cet homme arrivait, Héli était assis sur son siége et tourné vers le chemin; car son cœur tremblait de crainte pour l'arche de Dieu. Cet homme étant donc entré dans la ville, et ayant dit les nouvelles du combat, il se fit parmi tout le peuple des cris lamentables.

14. Héli, ayant entendu le bruit de ces clameurs, dit: Qu'est-ce que ce bruit confus que j'entends? Sur cela, cet homme vint à Héli en grande hâte, et lui dit cette nouvelle.

15. Héli avait alors quatre-vingt-dix-huit ans: ses yeux s'étaient obscurcis, et il ne pouvait plus voir.

16. Cet homme dit à Héli: C'est moi qui reviens de la bataille, et qui suis échappé du combat. Héli lui dit: Qu'est-il arrivé, mon fils?

17. Cet homme qui avait apporté la nouvelle lui répondit: Israël a fui devant les Philistins, une grande partie du peuple a été taillée en pièces; vos deux fils, Ophni et Phinées, ont été tués; et l'arche de Dieu a été prise.

18. Lorsqu'il eut nommé l'arche de Dieu, Héli tomba de son siége à la renverse près de la porte; et s'étant cassé la tête, il mourut. Il était vieux, et fort avancé en âge, et il avait jugé Israël pendant quarante ans, *ayant eu pour collègue, durant les vingt dernières années, Samson qui jugea Israël avec lui.*

19. La femme de Phinées, belle-fille d'Héli, était alors grosse et près d'accoucher; et ayant appris la nouvelle que l'arche de Dieu avait été prise, et que son beau-père et son mari étaient morts, et se trouvant surprise tout d'un coup par la douleur, elle se baissa et accoucha;

20. Et comme elle allait mourir, les

jamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste, et conspersus pulvere caput.

13. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiavit urbi: et ululavit omnis civitas.

14. Et audivit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus hujus? At ille festinavit, et venit, et nuntiavit Heli.

15. Heli autem erat nonaginta et octo annorum, et oculi ejus caligaverant, et videre non poterat.

16. Et dixit ad Heli: Ego sum que veni de prælio, et ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est, fili mi?

17. Respondens autem ille, qui nuntaibat: Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, et ruina magna facta est in populo: insuper et duo filii tui mortui sunt, Ophni et Phinees; et arca Dei capta est.

18. Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum juxta ostium, et fractis cervicibus mortuus est. Senex enim erat vir et grandævus; et ipse judicavit Israel quadraginta annis.

19. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui; et audito nuntio quod capta esset arca Dei, et mortuus esset socer suus, et vir suus, incurvavit se et peperit; irruerant enim in eam dolores subiti.

20. In ipso autem momento

---

18. *Mortuus est.* Æternam tamen mortem evasisse graves auctores sentiunt et non leves suadent conjecturæ. Vide Sanchez in præfatione ad libros Regum a n. 7 usque ad finem.

19. *Incurvavit se et peperit.* Gravis enim aliquis et repentinus timor, aut dolor animum percellens partum accelerat. Sic cervas aiunt nonnunquam parere, cum tonat cœlum; quo modo passim explicant illud Ps. 28. 9: *Vox Domini præparantis cervos,* id est, tonitru parere facientis.

Digitized by Google

mortis ejus, dixerunt ei quæ stabant circa eam : Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque animadvertit.

21. Et vocavit puerum, Ichabod, dicens : Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei, et pro socero suo et pro viro suo;

22. Et ait : Translata est gloria ab Israel, eo quod capta esset arca Dei.

femmes qui étaient auprès d'elle lui dirent : Ne craignez point, car vous avez enfanté un fils. Elle ne leur répondit rien, n'y faisant pas même attention, *tant elle était pénétrée de douleur.*

21. Mais elle appela son fils Ichabod, en disant : Israël a perdu sa gloire, *ce qu'elle dit* à cause que l'arche de Dieu avait été prise, et à cause de la mort de son beau-père et de son mari;

22. Et elle dit qu'Israël avait perdu sa gloire, parce que l'arche de Dieu avait été prise.

CHAPITRE V.

§ I. ***Les Philistins ayant pris l'arche de Dieu la transportent dans le temple de Dagon. Ils la placent auprès de cette idole qu'ils trouvent le lendemain renversée par terre devant l'arche. Ils relèvent Dagon, et le remettent à sa place; mais ils le trouvent le jour suivant par terre, ayant la tête et les mains coupées.***

LA MÊME ANNÉE 2888.

1. Philisthiim autem tulerunt arcam Dei, et asportaverunt eam a lapide Adjutorii in Azotum.

2. Tuleruntque Philisthiim arcam Dei, et intulerunt eam in templum Dagon, et statuerunt eam juxta Dagon.

3. Cumque surrexissent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini : et tulerunt Dagon, et restituerunt eum in locum suum.

4. Rursumque mane die altera consurgentes, invenerunt Dagon jacentem super faciem suam in terra coram arca Domini : caput autem Dagon, et duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant super limen :

1. Les Philistins ayant donc pris l'arche de Dieu l'emmenèrent de la pierre du Secours à Azot.

2. Ils mirent l'arche de Dieu, qu'ils avaient prise, dans le temple de Dagon, et la placèrent auprès de Dagon.

3. Le lendemain ceux d'Azot s'étant levés dès le point du jour, trouvèrent Dagon qui était tombé le visage contre terre devant l'arche du Seigneur; ils le relevèrent, et le remirent à sa place.

4. Le jour suivant, s'étant encore levés dès le matin, ils trouvèrent Dagon tombé par terre sur le visage devant l'arche du Seigneur; mais la tête et les deux mains en ayant été coupées étaient sur le seuil de la porte.

---

21. *Ichabod.* Ex eventu non infrequenter nomina imponuntur : significat hæc vox *ubi gloria?* vel *væ gloriæ!* Josephus vertit, ἀδοξία, *non gloria.* Arcam dicit gloriam Israel, quia super eam Deus gloriose apparere solebat.

CAP. V. 1. *Lapide Adjutorii.* De lapide Adjutorii dixi supra, c. 4, n. 1.

2. *In templum Dagon.* De Dagon vide dicta Judic. 16. 23. — *Statuerunt eam juxta Dagon.* Vel ut honorarent arcam, qui magnum Numen inesse arbitrabantur : vel ut eam quasi trophæum quoddam statuerent de hostibus suis Dagonis beneficio superatis.

3. *Jacebat pronus.* Qui adorantis habitus est, ut intelligerent Azotii quanto præstantior esset Hebræorum Deus.

4. *Caput autem Dagon.* Gravius secunda vice mulctatur Dagon, ut vel sic

Digitized by Google

5. Et le tronc seul de Dagon était demeuré en sa place, *c'est-à-dire par terre devant l'arche du Seigneur*. C'est pour cette raison que jusqu'aujourd'hui les prêtres de Dagon, et tous ceux qui entrent en son temple dans Azot ne marchent point sur le seuil de la porte, *le croyant sanctifié par l'attouchement des mains et de la tête de leur dieu.*

5. Porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, et omnes qui ingrediuntur templum ejus, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem (1).

§ II. *Le Seigneur frappe ceux d'Azot de plaies honteuses, et il les tourmente par une multitude de rats. Ils prennent la résolution de faire porter l'arche de ville en ville. Partout où elle passe, le Seigneur y tue un grand nombre d'hommes. C'est pourquoi ils prennent le parti de la renvoyer.*

6. Cependant la main du Seigneur s'appesantit sur ceux d'Azot, et les réduisit à une extrême désolation. Il frappa ceux de la ville et de la campagne de maladie dans les parties secrètes du corps. Et il sortit tout d'un coup des champs et des villages une multitude de rats *qui causaient de grands désordres*, et l'on vit dans toute la ville une confusion de mourants et de morts.

6. Aggravata est autem manus Domini super Azotios, et demolitus est eos : et percussit in secretiori parte natium Azotum, et fines ejus. Et ebullierunt villæ et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnæ in civitate.

7. Ceux d'Azot voyant cette plaie s'entredirent : Que l'arche du Dieu d'Israël ne demeure point parmi nous, parce que sa main nous frappe, nous et notre dieu Dagon, d'une manière insupportable.

7. Videntes autem viri Azotii hujuscemodi plagam, dixerunt : Non maneat arca Dei Israel apud nos : quoniam dura est manus ejus super nos, et super Dagon deum nostrum.

8. Et ayant envoyé quérir tous les princes des Philistins, ils leur dirent : Que ferons-nous de l'arche du Dieu d'Israël? Ceux de Geth répondirent : Qu'on la mène de ville en ville, *pour voir si c'est elle qui cause*

8. Et mittentes congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum ad se, et dixerunt : Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderuntque Gethæi : Circumducatur arca

(1) Bible vengée, note VII.

---

intelligerent Azotii veri numinis potentiam, et idoli sui vanitatem.

5. *Remanserat in loco suo.* Quem in terram delatus semel occupaverat.

6. *Demolitus est eos.* Attrivit morbis, de quibus paulo post, aliisque malis multis morte e medio sublatis. — *In secretiori parte natium.* Hæmorrhoidibus immissis mariscis, hoc est, tuberculis in ano ad fici similitudinem; marisca enim proprie insipidam ficum significat. Theodoretus et Procopius φαγέδαιναν interpretantur, hoc est, ulcus rodens et exedens. — *Nati sunt mures.* Agris infesti, omnia arrodentes, et spem frugum auferentes. Itaque dicitur c. seq. n. 5 : *Facietis similitudines murium, qui demoliti sunt terram.* — *Facta est confusio mortis magnæ.* Plurimi promiscue mortui sunt.

8. *Satrapas Philisthinorum.* In quot satrapias distributa esset Philisthinorum ditio, et quænam essent eorum nomina, diximus Judic. 16. 5. — *Responderuntque Gethæi.* Geth erat una ex præcipuis Philisthæorum præfecturis. — *Circumducatur arca Dei Israel.* Quod eo consilio factum volunt Procopius et Lyranus, ut certius cognoscerent casune mala illis evenissent, ex aeris, v. g., corrupti intemperie, an vero ab Hebræorum Dei manu vindice.

Digitized by Google

Dei Israel. Et circumduxerunt arcam Dei Israel.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis : et percutiebat viros uniuscujusque urbis, a parvo usque ad majorem, et computrescebant prominentes extales eorum. Inieruntque Gethæi consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas.

10. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumque venisset arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ, dicentes : Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, ut interficiat nos et populum nostrum.

11. Miserunt itaque et congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum : qui dixerunt : Dimittite arcam Dei Israel, et revertatur in locum suum, et non interficiat nos cum populo nostro.

12. Fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus, et gravissima valde manus Dei; viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium : et ascendebat ululatus uniuscujusque civitatis in cœlum.

ces maux. Ils commencèrent donc à mener l'arche du Dieu d'Israël, d'un lieu en un autre.

9. Et pendant qu'ils la menaient de cette sorte, le Seigneur étendait sa main sur chaque ville, et y tuait un grand nombre d'hommes. Il en frappait de maladies tous les habitants, depuis le plus petit jusqu'au plus grand; et les intestins sortant hors du conduit naturel se pourrissaient. C'est pourquoi ceux de Geth ayant consulté ensemble, se firent des siéges de peaux, *pour s'asseoir plus commodément*.

10. Ils envoyèrent ensuite l'arche de Dieu à Accaron; et lorsqu'elle y fut venue, ceux de la ville commencèrent à crier : Ils nous ont amené l'arche du Dieu d'Israël afin qu'elle nous tue, nous et *tout* notre peuple.

11. Ils envoyèrent donc à tous les princes des Philistins, qui, s'étant assemblés, leur dirent : Renvoyez l'arche du Dieu d'Israël, et qu'elle retourne au lieu où elle était, afin qu'elle ne nous tue *plus*, nous et notre peuple.

12. Car chaque ville *où elle allait* était remplie de frayeur et de mort, et la main de Dieu s'y faisait sentir effroyablement. Ceux qui n'en mouraient pas étaient frappés de maladies dans les secrètes parties du corps, et les cris de chaque ville montaient jusqu'au ciel.

Si enim alii ad quos arca deferretur, iisdem aut similibus malis affligerentur jam constaret Deo immittente illis evenire.

9. *Fiebat manus Domini.* Fieri manum Domini super aliquem est divinam potentiam in aliquem ostendi, sive illi benefaciendo, sive malis vexando et deprimendo. Exemplum utriusque significationis suppeditat Ezechiel, favoris quidem et spiritus prophetici, c. 1, n. 3, cum dicitur : *Et facta est super eum ibi manus Domini;* ultionis vero et vindictæ, c. 13, n. 9, cum ait : *Et erit manus mea super prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium.* — *Prominentes extales.* Mariscæ. — *Gethæi.* Ad quos ab Azotiis arca transierat. — *Fecerunt sibi sedes pelliceas.* Ut mollius in eis sederent et acquiescerent.

10. *In Accaron.* Quæ una erat ex quinque Philisthæorum satrapiis.

12. *Viri quoque, qui mortui non fuerant.* Ex his verbis fit verisimile plurimos ex illa regione ad aspectum arcæ mortem subiisse repentinam, quod etiam viris Bethsamitibus c. sequenti narratur accidisse.

Digitized by Google

CHAPITRE VI.

§ 1. *Les Philistins, selon le conseil de leurs prêtres, renvoient l'arche avec une cassette où ils avaient mis cinq rats d'or et cinq figures d'or qui représentaient la partie du corps où ils avaient été frappés. Ils mettent le tout sur un chariot neuf attelé de deux vaches qui nourrissaient encore leurs veaux.*

LA MÊME ANNÉE 2888.

1. L'arche du Seigneur ayant été dans le pays des Philistins pendant sept mois,

2. Les Philistins firent venir leurs prêtres et leurs devins, et leur dirent : Que ferons-nous de l'arche du Seigneur? Dites nous comment nous la renverrons au lieu où elle était. Ils leur répondirent :

3. Si vous renvoyez l'arche du Dieu d'Israël, ne la renvoyez point vide; mais rendez-lui ce que vous lui devez pour *l'expiation de* votre péché, et alors vous serez guéris; et vous saurez pourquoi sa main ne se retire point de dessus vous.

4. Ils leur demandèrent ensuite : Qu'est-ce que nous lui devons rendre pour notre péché? Les prêtres répondirent :

5. Faites cinq anus d'or et cinq rats d'or, selon le nombre des provinces des Philistins, parce que vous avez tous été frappés, vous et vos princes, d'une même plaie. Vous ferez donc des images de la partie qui a été malade, et des images des rats qui ont ravagé la terre *où vous habitez;* et vous rendrez gloire au Dieu d'Israël, *en reconnaissant par ces dons que vous lui*

1. Fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus.

2. Et vocaverunt Philisthiim sacerdotes et divinos, dicentes : Quid faciemus de arca Domini? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt :

3. Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, et tunc curabimini : et scietis quare non recedat manus ejus a vobis.

4. Qui dixerunt : Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi :

5. Juxta numerum provinciarum Philisthinorum, quinque anos aureos facietis, et quinque mures aureos : quia plaga una fuit omnibus vobis, et satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, et similitudines murium, qui demoliti sunt terram; et dabitis Deo Israel gloriam : si

---

CAP. VI. 2. *Vocaverunt Philisthiim sacerdotes.* Quia ad scientiam sacerdotalem, seu auguralem quæstionem hanc pertinere arbitrabantur, in qua de re sacra ambigebatur.

3. *Nolite dimittere eam vacuam.* Muneribus eam prosequimini; hic enim omnium gentium sensus est, ut Deum existiment oblationibus honorari. Ipsis etiam Hebræis præceptum fuerat : *Non apparebis in conspectu meo vacuus,* Exod. 23. 15. — *Reddite ei pro peccato.* Hebr. *reddite ei peccatum.* Sacrificium scilicet, aut munus pro peccato. Peccatum intercessisse facile sacerdotes conjiciunt ex accepta plaga et agrorum vastitate, quam passi fuerant. — *Et scietis quare non recedat manus ejus a vobis.* Septem jam mensibus affligebantur gravissimis malis Philisthæi; et tamen quod erant mentis stupore, non plane intelligebant quis plagarum auctor, et quænam illarum causa.

5. *Dabitis Deo Israel gloriam.* Agnoscentes ab eo morbos et mortem immitti, et ab eo salutem exspectantes. Vide Josue 7. 19. — *Et a diis vestris.* Probabile enim est non Dagon tantum simulacrum, de quo dictum est c. su-

Digitized by Google

forte relevet manum suam a vobis, et a diis vestris, et a terra vestra.

offrirez, que c'est lui qui vous a frappés, et que c'est de lui seul que vous attendez votre guérison. Vous rendrez, dis-je, cette gloire au Dieu d'Israël, pour voir si, *touché de cet aveu que vous lui ferez, et de cet hommage que vous lui rendrez*, il retirera sa main de dessus vous, de dessus vos dieux et de dessus votre terre.

6. Quare aggravatis corda vestra, sicut aggravavit Ægyptus, et Pharao cor suum? Nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, et abierunt?

6. *Et parce que plusieurs Philistins, attribuant les maux dont ils avaient été frappés à une cause naturelle plutôt qu'à l'arche, avaient peine à la renvoyer, les devins ajoutèrent :* Pourquoi appesantissez-vous vos cœurs, comme l'Egypte et comme Pharaon appesantit son cœur? Ne renvoya-t-il pas enfin les Israélites, après avoir été frappé *de diverses plaies?* et ne les laissa-t-il pas aller? *N'attendez pas, comme lui, à la dernière extrémité.*

7. Nunc ergo arripite et facite plaustrum novum unum : et duas vaccas fœtas, quibus non est impositum jugum, jungite in plaustro, et recludite vitulos earum domi.

7. Prenez donc *maintenant* un chariot que vous ferez faire tout neuf, *par respect pour l'arche;* et attelez-y deux vaches qui nourrissent leurs veaux, auxquelles on n'aura point encore imposé le joug, et renfermez leurs veaux dans l'étable.

8. Tolletisque arcam Domini, et ponetis in plaustro, et vasa aurea, quæ exsolvistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus ejus : et dimittite eam ut vadat.

8. Prenez *ensuite* l'arche du Seigneur, et mettez-la sur le chariot; et ayant mis à côté, dans une cassette, les figures d'or que vous lui aurez payées pour votre péché, laissez-la aller :

9. Et aspicietis : et si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsan est, ipse fecit nobis hoc malum grande : sin

9. Et vous verrez *ce qui en arrivera.* Si elle va par le chemin qui mène en son pays vers Bethsamès, ce sera le Dieu d'Israël qui nous aura fait tous ces grands maux :

---

periori, sed alia etiam idola in aliis satrapiis constituta arcæ adventu corruisse.

6. *Sicut aggravavit Ægyptus.* Nota erat Palæstinis historia, sive ex majorum traditione, sive ex narratione Hebræorum.

7. *Plaustrum novum.* Indignum enim judicabant arcam plaustro imponere, quod rusticis usibus deservisset. Idem fecit David, qui plaustro item novo arcam imposuit, cum illam ex Cariathiarim transtulit in domum Obededom, II. Reg. 6. 3. — *Et duas vaccas fœtas.* Hæc omnia eo spectant ut explorent an ab offenso Deo plagam ipsi, et agri vastitatem acceperint. Vaccæ fœtæ dicuntur quæ jam vitulos enixæ sunt.

8. *Vasa aurea.* Anos et mures aureos. Vas enim apud Hebræos latissimam habet significationem, * et arma, aut quælibet instrumenta significat. Vide Genes. 49. 5; Exod. 31. 7; Num. 1. 50.

9. *Et si quidem.* Usitatum fuit antiquis illis sæculis ut homines certum inter se signum constituerent, ut ex eo cognoscerent quid facto opus esset.

Digitized by Google

que si elle n'y va pas, nous reconnaîtrons que ce n'a pas été sa main qui nous a frappés, mais que ces maux sont arrivés par hasard.

10. Ils firent donc ce que leurs prêtres leur avaient conseillé; et prenant deux vaches qui nourrissaient leurs veaux de leur lait, ils les attelèrent au chariot, après avoir renfermé leurs veaux dans l'étable.

11. Et ils mirent l'arche de Dieu sur le chariot, avec la cassette où étaient les rats d'or et les cinq figures des anus.

autem, minimè : sciemus quia nequaquam manus ejus tetigit nos, sed casu accidit.

10. Fecerunt ergo illi hoc modo : et tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserunt domi.

11. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, et capsellam, quæ habebat mures aureos et similitudines anorum.

§ II. *Les vaches qui traînaient le chariot où était l'arche vont droit à Bethsamès. Les princes des Philistins les suivent jusque sur les terres des Bethsamites qui mettent en pièces le bois du chariot, et offrent les deux vaches en holocauste au Seigneur.*

12. Les vaches ayant commencé d'aller, marchèrent tout droit par le chemin qui mène à Bethsamès, et avançaient toujours d'un même pas, en meuglant, sans se détourner ni à droite ni à gauche. Les princes des Philistins, *pour s'assurer par eux-mêmes de la vérité du fait*, les suivirent jusqu'à ce qu'elles fussent arrivées sur les terres de Bethsamès.

13. Les Bethsamites sciaient alors le blé dans une vallée; et levant les yeux, ils aperçurent l'arche, et en eurent une grande joie en la voyant.

14. Le chariot vint se rendre dans le champ de Josué, Bethsamite, et s'arrêta là. Il y avait au même lieu une grande pierre; et les Bethsamites ayant coupé en pièces le bois du chariot, mirent les vaches dessus, et les offrirent au Seigneur en holocauste.

15. Les lévites descendirent l'arche de Dieu avec la cassette qui était auprès, où étaient les figures d'or, et ils les mirent

12. Ibant autem in directum vaccæ, per viam quæ ducit Bethsames, et itinere uno gradiebantur, pergentes et mugientes : et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram : sed et satrapæ Philisthiim sequebantur usque ad terminos Bethsames.

13. Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle : et elevantes oculos suos, viderunt arcam, et gavisi sunt cùm vidissent.

14. Et plaustrum venit in agrum Josue Bethsamitæ, et stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, et conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.

15. Levitæ autem deposuerunt arcam Dei, et capsellam quæ erat juxta eam, in qua erant vasa

---

Juxta illud nonnunquam aperuit Deus quid fieri vellet, ut locum hic habeat illud Proverb. 16. 33 : *Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur.*

13. *Metebant triticum in valle.* Quæ messis illis in regionibus fiebat circa Pentecostis festum mense maio; in eo enim festo primæ anni illius fruges offerebantur, Levit. 23. 16. Cum arca fuerit in Philisthæorum regione menses septem, oportet illam captam mense novembri.

14. *Lapis magnus.* Qui altaris vicem implevit.

15. *Levitæ autem deposuerunt arcam.* Facile fuit advocare levitas; nam Bethsames ipsa una erat ex civitatibus sacerdotalibus, ut patet Josue 21. 16.

Digitized by Google

aurea, et posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, et immolaverunt victimas in die illa Domino.

16. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, et reversi sunt in Accaron in die illa.

17. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philisthiim pro delicto, Domino : Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unum :

18. Et mures aureos secundum numerum urbium Philisthiim, quinque provinciarum, ab urbe murata usque ad villam quæ erat absque muro, et usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat usque in illum diem in agro Josue Bethsamitis.

sur *cette* grande pierre. Les Bethsamites offrirent alors des holocaustes *devant l'arche*, et immolèrent des victimes au Seigneur *par les mains des prêtres qui se trouvèrent parmi eux.*

16. Les cinq princes des Philistins ayant vu ceci, retournèrent le même jour à Accaron.

17. Voici *les noms des villes qui offrirent* les cinq anus d'or que les Philistins rendirent au Seigneur pour leur péché : Azot, Gaza, Ascalon, Geth et Accaron en donnèrent chacun un.

18. Avec autant de rats d'or qu'il y avait de villes *capitales* dans les cinq provinces des Philistins; *et cette offrande se fit au nom et aux frais de tous les habitants*, tant des villes murées que des villages sans murs *qui sont depuis la mer* jusqu'à *la pierre nommée depuis* le grand Abel, *ou le grand Deuil*, sur laquelle ils mirent l'arche du Seigneur, qui est encore aujourd'hui dans le champ de Josué, Bethsamite.

— *Obtulerunt holocausta.* Putat Abulensis, quæst. 19, Bethsamitas peccasse horum sacrificiorum oblatione. Rationes tres afferri possunt : 1. quod vaccas sacrificaverint, cum tamen victimæ e masculis tantum offerri deberent; 2. quod ipsi, non sacerdotes obtulerint; 3. quod eo loco fas non esset offerre, sed tantum in Silo, ubi tabernaculum. Possunt tamen non difficile argumenta hæc dilui, si dicamus ad primum, tunc masculas victimas exigi, cum aliud aut necessitas, aut rei adjuncta non suadebant. Hæ autem vaccæ divinitus actæ necessitatis illo articulo ad sacrificium aptæ visæ sunt. Ad secundum dicimus sacerdotes ex Bethsames urbe sacerdotali adfuisse. Ad tertium non semel ibi sacrificatum ubi tabernaculum non erat, cujus rei exempla attulimus alibi. Adde ibi fuisse arcam, cujus causa sacrificia fiebant coram tabernaculo. Nec hujus sacrificii causa aut reprehensos Bethsamitas, aut plexos habemus ex Scriptura.

18. *Secundum numerum urbium.* Quinque tantum aurei mures oblati sunt id enim fecerunt Philisthæi, quod eorum sacerdotes et divini præceperant; hi autem quinque fieri jusserant, ut habemus n. 5. — *Ab urbe murata usque ad villam.* Significatur tam muratas urbes, quam villas aliquid contulisse, ut mures et ani aurei fierent. — *Usque ad Abel magnum.* Lapis ille dictus videtur Abel quia אבל *Abel*, luctum, tristitiam, planctumque significat : quia ergo ibi magnus luctus excitatus est propter Bethsamitarum stragem, ideo loco אבל *Abel* nomen factum est. Sic Genes. 50. 11, locum ubi Ægyptii Jacob sepulturam funebri planctu prosecuti sunt אבל *Abel*, appellarunt. *Idcirco vocatum est loci illius planctus Ægypti.* — *Quæ erat.* Pro *qui lapis erat :* τὸ *quæ*, licet sit feminini generis, refert lapidem, quia vox אבל *Abel* generis est feminini. — *Usque in illum diem.* Putat D. Hieronymus ex Hebræorum traditione super lapidem hunc Abraham sacrificasse, ideoque notatum esse a sacri textus auctore lapidem illum post tot sæcula adhuc extitisse.

Digitized by Google

§ III. *Le Seigneur punit de mort soixante-dix personnes des principaux des Bethsamites, et cinquante mille hommes du menu peuple, parce qu'ils avaient regardé dans l'arche avec curiosité.*

19. *Or ce qui fit donner ce nom à cette pierre, c'est que le* Seigneur punit de mort les habitants de Bethsamès *et des villes voisines*, parce qu'ils avaient vu *avec curiosité* l'arche du Seigneur, *et qu'ils avaient regardé dedans contre la défense de la loi; et pour cette faute* il fit mourir soixante-dix personnes des principaux de la ville, et cinquante mille hommes du petit peuple; et ils pleurèrent tous de ce que le Seigneur avait frappé le peuple d'une si grande plaie.

19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini : et percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quod Dominus percussisset plebem plaga magna (1).

20. Alors les Bethsamites dirent : Qui pourra subsister en la présence de ce Seigneur et de ce Dieu si saint? et chez qui d'entre nous pourra-t-il demeurer?

20. Et dixerunt viri Bethsamitæ : Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus? et ad quem ascendet a nobis?

21. Ils envoyèrent donc des gens aux habitants de Cariathiarim, *ville plus grande et plus forte que Bethsamès*, et leur firent dire : Les Philistins ont ramené l'arche du Seigneur : venez et emmenez-la chez vous, *afin qu'elle y soit avec plus de décence et de sûreté.*

21. Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicentes : Reduxerunt Philisthiim arcam Domini, descendite, et reducite eam ad vos.

CHAPITRE VII.

§ I. *L'arche est conduite dans la maison d'Abinadab à Gabaa. Les Juifs retournent au Seigneur, et abandonnent le culte des idoles par les exhortations de Samuel.*

LA MÊME ANNÉE 2888.

1. Ceux de Cariathiarim étant venus ra- | 1. Venerunt ergo viri Caria-

(1) Bible vengée, note VIII. Rép. crit., tome I, page 196. Lettres de quelques Juifs, tome 1, page 242. Livres saints vengés, tome II, page 75.

---

19. *Eo quod vidissent arcam.* Quam scilicet velis detractis, quibus obvolutam a Philisthæis acceperant, viderunt, quod a Domino vetitum fuerat, Num. 4. 15, 19 et 20. Imo Emman. Sa et Mariana in ipsam arcam inspexisse putant; nam hebræa habent, *eo quod aspexerant in arcam Domini*, vel, ut Pagninus vertit, *quia aspexerant quæ erant in arca Domini.* Id vero ab illis factum, vel ex curiositate, ut tabulas legis viderent; vel studio cognoscendi num Philisthæi aliquid in arcam posuissent, sicut ad ejus latus aurea illa munera collocaverant, vel an aliquid sustulissent. — *De populo septuaginta viros.* Textus hebraicus sic habet, *et percussit de populo septuaginta viros quinquaginta millia virorum;* et sensus videtur esse ex quinquaginta millibus qui aderant, septuaginta cecidisse, quam explicationem sequitur Josephus lib. 6, c. 11, Lyranus et alii. Itaque cum dicitur, *et quinquaginta millia plebis,* supplendum, *aderant,* aut ad hunc sensum aliqua alia ratione Vulgata nostra versio explicanda est; communior tamen, magisque recepta sententia est septuaginta supra quinquaginta millia percussos interiisse.

Digitized by Google

thiarim, et reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

2. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, (erat quippe jam annus vigesimus) et requievit omnis domus Israel post Dominum.

3. Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim et Astaroth: et præparate corda vestra Domino, et servite ei soli, et eruet vos de manu Philisthiim.

4. Abstulerunt ergo filii Israel Baalim et Astaroth, et servierunt Domino soli.

5. Dixit autem Samuel: Congregate universum Israel in Masphath, ut orem pro vobis Dominum (1).

menèrent *chez eux* l'arche du Seigneur, et la mirent dans la maison d'Abinadab, *située* dans *le lieu le plus élevé de la ville, appelé pour sa hauteur,* Gabaa; et ils consacrèrent son fils Eléazar, afin qu'il gardât l'arche du Seigneur.

2. Or il arriva que, dès le *premier* jour que l'arche du Seigneur demeura à Cariathiarim, les jours *heureux d'Israël* se multiplièrent; car il eut la paix durant vingt ans; et *durant tout ce temps* toute la maison d'Israël mit son repos *et sa confiance* dans le Seigneur.

3. Car Samuel, *qui avait succédé à Héli,* dit à toute la maison d'Israël, *incontinent après le retour de l'arche :* Si vous revenez au Seigneur de tout votre cœur, ôtez du milieu de vous les dieux étrangers, Baal et Astaroth, *qui ont causé votre ruine;* tenez vos cœurs prêts *à obéir* au Seigneur, et ne servez que lui seul, et il vous délivrera de la main des Philistins.

4. Les enfants d'Israël rejetèrent donc Baal et Astaroth, et ne servirent que le Seigneur.

5. Et Samuel leur dit : Assemblez tout Israël à Masphath, afin que je prie le Seigneur pour vous.

(1) Rép. crit., tome IV, page 120.

CAP. VII. 1. *In domum Abinadab.* Qui erat e levitico genere, ut ait Josephus, et opinione religionis et justitia celeber. — *In Gabaa.* Gabaa hebraice collem significat, ideoque LXX pro Gabaad habent, βουνὸν, id est, *collem.* Sensus ergo est positam arcam in domo Abinadab in colle, intra tamen civitatem Cariathiarim, quod patet ex I. Paral. 13. 6, ubi legimus : *Ascendit David, et omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Juda, ut afferret inde arcam Domini... de domo Abinadab.* — * *Eleazarum autem filium.* Abinadab jam descripti. — *Sanctificaverunt.* Destinarunt, addixerunt, vel consecrarunt, chald. *præfecerunt.*

2. *Multiplicati.* Quasi dicat : Multis diebus illic mansit, scilicet per viginti annos. — *Requievit.* Hebr. *luxit,* id est, pœnitentiam egit. LXX, *reversa est* Chald. *quieta fuit.* — *Post Dominum.* Sequendo Dominum.

3. *Auferte deos alienos.* Hæc causa, propter quam requievit domus Israel, quia scilicet adhortante Samuele, et populo monita faciente, cultus idolorum sublatus. — *Baalim et Astaroth.* Vide dicta Jud. 2. n. 11 et 12. Hisce nominibus idolorum, quæ in Syria et Palæstina erant frequentissima, deos deasque omnes infidelium intelligit.

5. *In Masphath.* Convocatus est populus in Masphath, quia eo ex omnibus Israelis partibus commode conveniri poterat. — *Ut orem pro vobis Dominum.* Oravit, et sacrificavit Samuel, licet non esset ex ordine sacerdotali, Deo ita inspirante. Vide dicta Lev. c. 17. n. 3.

Digitized by Google

6. Et ils s'assemblèrent à Masphath, *ville de la tribu de Juda :* ils puisèrent de l'eau qu'ils répandirent devant le Seigneur, *comme pour lui rendre leurs hommages, et pour lui marquer le désir qu'ils avaient de se purifier de leurs péchés. Dans cette vue* ils jeûnèrent ce jour-là, et dirent : Nous avons péché devant le Seigneur. Or Samuel jugea *pour la première fois* les enfants d'Israël à Masphath, *et il continua dans la suite d'y venir de temps en temps y rendre la justice.*

6. Et convenerunt in Masphath : hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini, et jejunaverunt in die illa, atque dixerunt ibi : Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Israel in Masphath (1).

§ II. *Les Philistins marchent contre les Israélites, les combattent et sont défaits. Ils rendent aux enfants d'Israël tous les pays qu'ils avaient conquis sur eux.*

7. Les Philistins ayant appris que les enfants d'Israël s'étaient assemblés à Masphath, leurs princes marchèrent contre Israël. Ce que les enfants d'Israël ayant appris, ils eurent peur des Philistins,

8. Et ils dirent à Samuel : Ne cessez point de crier pour nous au Seigneur notre Dieu, afin qu'il nous sauve de la main des Philistins.

9. Samuel prit un agneau qui tétait encore ; il l'offrit tout entier en holocauste au Seigneur, *sans le couper par morceaux, parce que le temps pressait :* il cria au Seigneur pour Israël ; et le Seigneur, *par le mouvement duquel il avait offert ce sacrifice,* l'exauça.

7. Et audierunt Philisthiim quod congregati essent filii Israel in Masphath, et ascenderunt satrapæ Philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filii Israel, timuerunt a facie Philisthinorum,

8. Dixeruntque ad Samuelem : Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philisthinorum.

9. Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino : et clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, et exaudivit eum Dominus.

(1) Rép. crit., tome IV, page 120. — Cette action symbolique témoignait leur humble soumission et le repentir, la douleur de leurs cœurs, comme s'ils avaient dit à Dieu : Nous sommes devant vous comme des eaux répandues.

---

6. *Hauserunt aquam, et effuderunt in conspectu Domini.* Quæ cæremoniæ videntur significare voluisse affectum cordis et adhærendi Deo desiderium, quod in conspectu Domini orantes effundebant, vel detestationem idololatriæ quam penitus abjicere volebant, ita ut illius nullum superesset vestigium, nullæ reliquiæ, quod apte effusio aquæ significat, cujus effusæ nihil vasi, quæ continebatur, adhæret; secus ac fit in oleo, melle, aliisque hujusmodi liquoribus. Emmanuel Sa putat esse modum juramenti, quasi diceret : Ita pereamus, ut aqua e vase fusa, si pactum cum Deo violaverimus. — *Judicavitque Samuel filios Israel.* Cum suprema potestate, ut reliqui judices, de quibus in libro Judicum.

7. *Ascenderunt... ad Israel.* Contra Israel.

9. *Obtulit illum holocaustum.* Vel per sacerdotem, vel per seipsum ex divina inspiratione, vel ut sacerdos extra ordinem vulgarium sacerdotum. Vide dicta Lev. 17, n. 3, et Serar. hoc c. 7. q. 1. — *Integrum.* Angustiæ temporis, quas imminens hostis afferebat, tantæ fuerunt, ut agnum non diviserint in partes, ut moris erat, sed integrum, et fortasse cum pelle, pedibus et intestinis in flammas injecerint. Ita Salianus.

Digitized by Google

10. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthiim iniere prælium contra Israel : intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, et exterruit eos, et cæsi sunt a facie Israel.

11. Egressique viri Israel de Masphath, persecuti sunt Philisthæos, et percusserunt eos, usque ad locum qui erat subter Bethchar.

12. Tulit autem Samuel lapidem unum, et posuit eum inter Masphath et inter Sen : et vocavit nomen loci illius, lapis Adjutorii. Dixitque : Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.

13. Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt ultra ut venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis.

14. Et redditæ sunt urbes, quas tulerant Philisthiim ab Israel, Israeli, ab Accaron usque Geth, et terminos suos : liberavitque Israel de manu Philisthinorum, eratque pax inter Israel et Amorrhæum.

15. Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ;

16. Et ibat per singulos annos circuiens Bethel, et Galgala, et

10. *En effet*, lorsque Samuel offrait son holocauste, les Philistins commencèrent le combat contre Israël : mais en même temps le Seigneur tonna avec un bruit épouvantable sur les Philistins, et il les frappa de terreur : ainsi ils furent défaits par Israël.

11. Les Israélites étant sortis de Masphath poursuivirent les Philistins, en les taillant en pièces jusqu'au lieu qui est au-dessous de Bethchar.

12. Et Samuel prit une pierre qu'il mit entre Masphath et Sen, et il appela ce lieu la pierre du Secours, en disant : Le Seigneur est venu jusqu'ici à notre secours.

13. Les Philistins furent alors humiliés, et ils n'osèrent plus venir sur les terres d'Israël; car la main du Seigneur fut sur les Philistins tant que Samuel gouverna le peuple.

14. Les villes que les Philistins avaient prises sur Israël, depuis Accaron jusqu'à Geth, furent rendues, avec toutes leurs terres, au peuple d'Israël : ainsi Samuel délivra les Israélites de la main des Philistins, et il y avait paix entre les Amorrhéens et Israël.

15. Samuel ne cessa de juger Israël durant tout le reste de sa vie; *et quoique dans la suite, Saül eût été élu roi, Samuel conserva toujours néanmoins une grande autorité.*

16. Il allait tous les ans à Béthel, et de là à Galgala, et ensuite à Masphath, et

---

13. *Nec apposuerunt ultra.* Longo nimirum tempore; nam postea iterum cum Philisthæis pugnæ, de quibus infra.

14. *Redditæ sunt urbes.* Vel vi ablatæ, vel a Philisthæis sibi ab Israelitis timentibus redditæ. — *Liberavitque Israel de manu Philisthinorum.* Jugum levius fecit tyrannidis eorum, adhuc tamen tributum Philisthæis pendebant, quod tandem sustulit David, de quo dicitur II. Reg. 8. 1 : *Percussit David Philisthiim, et humiliavit eos, et tulit David frenum tributi de manu Philisthiim.*

15. *Cunctis diebus vitæ suæ.* Ex quo colligitur eum post depositam reip administrationem, novo rege inducto, non diu fuisse superstitem; vel dicitur judicasse toto tempore vitæ, quia vel solus judicavit, vel cum filiis vel cum Saule novo rege.

16. *Bethel, et Galgala, et Masphath.* Hasce obibat civitates, et in illis diutius quam in aliis subsistebat, ut jus diceret, omnesque ad officium facien-

Digitized by Google

parcourant ainsi tout le pays, il y rendait la justice à *tout* Israël.

17. Il retournait *de là* à Ramatha qui était le lieu de sa demeure *ordinaire*, et où il jugeait *aussi* le peuple. Il y bâtit même un autel au Seigneur *pour le consulter*.

Masphath, et judicabat Israelem in supradictis locis.

17. Revertebaturque in Ramatha : ibi enim erat domus ejus, et ibi judicabat Israelem : ædificavit etiam ibi altare Domino.

CHAPITRE VIII.

§ I. * *Samuel étant fort âgé établit ses enfants pour juges d'Israël. Leur avarice leur fait rendre des jugements injustes.* ** *et porte le peuple à demander un roi. Cette demande déplaît à Samuel et irrite le Seigneur.*

* L'AN DU MONDE 2908. — ** L'AN DU MONDE 2909.

1. Samuel étant devenu vieux établit ses enfants pour juges sur Israël.

2. Son fils aîné s'appelait Joël, et le second Abia. Ils exerçaient la charge de juges dans Bersabée, *conjointement avec leur père*.

3. Mais ils ne marchèrent point dans ses voies, *et n'imitèrent point sa sage conduite*. Ils se laissèrent corrompre par l'avarice, reçurent des présents et rendirent des jugements injustes.

4. Tous les anciens d'Israël s'étant donc assemblés, vinrent trouver Samuel à Ramatha,

5. Et lui dirent : Vous voyez que vous êtes devenu vieux (*car il avait alors soixante ans*) et que vos enfants ne marchent point dans vos voies : établissez donc sur nous un roi comme en ont les autres nations, afin qu'il nous juge *et qu'il nous gouverne justement*.

1. Factum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos judices Israel.

2. Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joel : et nomen secundi Abia, judicum in Bersabee.

3. Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus; sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt judicium.

4. Congregati ergo universi majores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha.

5. Dixeruntque ei : Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis : constitue nobis regem, ut judicet nos, sicut et universæ habent nationes (1).

(1) Bible vengée, note IX.

---

dum, retinendamque veram religionem incitaret; commodius enim in illis urbibus populi conventus agere poterat, et ad eum Israelitæ facilius confluere.

17. *Ædificavit etiam ibi altare Domino.* Ut in eo hostias immolaret, cum usus ferret. Hoc, ut sæpius dictum, ex divina dispensatione factum videtur.

CAP. VIII. 2. *In Bersabee.* Quæ est in finibus Israelis in parte australi. Filiorum gubernationi hanc partem attribuit, ut, quandoquidem ille circuire, ut prius, non poterat provinciam senio impeditus, illi populo jus dicendo in partem oneris venirent.

3. *Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus.* Nulla Samuelis culpa, sed suo ipsorum vitio : quare nec a Domino, ut Heli, reprehensus, aut plexus est Samuel.

* 4. *Majores natu.* Tribuum primores.

5. *Sicut et universæ habent nationes.* Hac forma loquendi leges illas res-

Digitized by Google

6. Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent : Da nobis regem, ut judicet nos. Et oravit Samuel ad Dominum.

6. Cette proposition déplut à Samuel, voyant qu'ils lui disaient : Donnez-nous un roi afin qu'il nous juge ; *ne paraissant pas contents de son gouvernement ni de celui de Dieu, sous l'autorité duquel il les avait toujours jugés. Cependant* il offrit sa prière au Seigneur, *pour connaître sur cela sa volonté.*

7. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi ; non enim te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos.

7. Et le Seigneur lui dit : Ecoutez la voix de ce peuple dans tout ce qu'ils vous disent ; *et ne vous en fâchez point, comme d'une injure particulière qu'ils vous font ;* car ce n'est point vous, mais c'est moi qu'ils rejettent, afin que je ne règne point sur eux.

8. Juxta omnia opera sua, quæ fecerunt a die qua eduxi eos de Ægypto usque ad diem hanc : sicut dereliquerunt me, et servierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi.

8. C'est ainsi qu'ils ont toujours fait depuis le jour que je les ai tirés de l'Egypte, jusqu'aujourd'hui. Comme ils m'ont abandonné, et qu'ils ont servi des dieux étrangers, ils vous traitent aussi de même, *ils vous abandonnent et veulent être gouvernés par un roi, comme les autres peuples.*

9. Nunc ergo vocem eorum audi : verumtamen contestare eos, et prædic eis jus regis, qui regnaturus est super eos.

9. Ecoutez donc ce qu'ils vous disent : mais auparavant faites-leur bien comprendre et déclarez-leur quel sera le droit du roi qui doit régner sur eux, *et ce qu'il se croira permis quand il aura la souveraine autorité.*

§ II. *Samuel rapporte aux enfants d'Israël tout ce que le Seigneur lui avait dit. Il leur représente le droit du roi. Ils persistent néanmoins à en demander un.*

10. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat à se regem,

10. Samuel rapporta au peuple qui lui avait demandé un roi tout ce que le Seigneur lui avait dit :

---

puisse videntur, quas regibus Israelitis Dominus indixit, Deut. 17, et barbaricum illum circumjectorum regum dominatum elegisse.

6. *Displicuit sermo in oculis Samuelis.* Merito displicuit : 1. quia cum Dominus populi Israelitici rex et immediatus princeps esse vellet, ipsi contra Dominum quodammodo repudiabant ; 2. quia regiam inducere conabantur potestatem, quam reges nimiam et immodicam facturi erant, ut ex iis, quæ n. 11 sequenti dicentur, apparebit ; 3. quia ipse de rep. optime meritus redigebatur in ordinem ; electo enim regi subditus erat futurus. — *Et oravit Samuel ad Dominum.* Videtur senioribus respondisse se consulturum Dominum, et quod tulisset responsum, se illis cum fide relaturum.

* 7. *Audi vocem populi.* Aliud est velle ut aliquid fiat, aliud sinere fieri. — *Non enim te abjecerunt, sed me.* Utrumque abjecerunt, sed non tam te quam me.

8. *Juxta omnia opera sua.* Consolatur Dominus Samuelem, docens postulatum populi non inde ortum, quod ipse creditum sibi munus minus diligenter, aut fideliter impleverit, sed ab innata ingenii levitate a die qua de Ægypto educti sunt multis experimentis cognita.

9. *Contestare.* Testans prius Deum et homines. — *Jus regis.* Non hic significatur quid reges jure possint, sed quid audeant.

Digitized by Google

11. Et il ajouta : Voici quel sera le droit du roi qui vous gouvernera : il prendra vos enfants pour conduire ses chariots ; il s'en fera des gens de cheval, et il les fera courir devant son char ;

12. Il en fera ses officiers pour commander, les uns mille hommes et les autres cent : il prendra les uns pour labourer ses champs et pour recueillir ses blés, les autres pour lui faire des armes et des chariots.

13. Il se fera de vos filles des parfumeuses, des cuisinières et des boulangères.

14. Il prendra aussi ce qu'il y aura de meilleur dans vos champs, dans vos vignes et dans vos plants d'oliviers, et le donnera à ses serviteurs.

15. Il vous fera payer la dîme de vos blés et du revenu de vos vignes, pour avoir de quoi donner à ses eunuques et à ses officiers.

16. Il prendra vos serviteurs, vos servantes et les jeunes gens les plus forts, avec vos ânes, et il les fera travailler pour lui.

17. Il prendra aussi la dîme de vos troupeaux ; et vous serez ses serviteurs, *obligés de lui payer les tributs et de faire les corvées qu'il voudra exiger de vous.*

18. Vous crierez alors contre votre roi que vous vous serez élu ; et le Seigneur ne vous exaucera point, parce que c'est vous-mêmes qui avez demandé d'avoir un roi.

19. Le peuple ne voulut point écouter ce discours de Samuel. Non, lui dirent-ils, nous voulons avoir un roi qui nous gouverne, *et nous ne nous en dégoûterons point,*

11. Et ait : Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis : Filios vestros tollet, et ponet in curribus suis, facietque sibi equites et præcursores quadrigarum suarum,

12. Et constituet sibi tribunos, et centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetum, et fabros armorum et curruum suorum.

13. Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, et focarias, et panificas.

14. Agros quoque vestros, et vineas, et oliveta optima tollet, et dabit servis suis.

15. Sed et segetes vestras, et vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis et famulis suis.

16. Servos etiam vestros, et ancillas, et juvenes optimos, et asinos auferet, et ponet in opere suo.

17. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.

18. Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis : et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.

19. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt : Nequaquam : rex enim erit super nos,

---

11. *Ponet in curribus suis.* Aurigas faciet curruum suorum.

12. *Tribunos, et centuriones.* Prætorianos milites ad corporis sui custodiam destinatos.

13. *Focarias.* Coquinarias ; nam LXX habent, μαγειρίσσας.

15. *Eunuchis.* Aulæ ministri eunuchi vocabantur, etiamsi secti non essent.

16. *Juvenes optimos.* Hebr. *bonos*, sed per bonos pulchros intellige, eleganti scilicet forma.

17. *Vosque eritis ei servi.* Ad summam servitutem redigemini.

18. *A facie regis vestri.* Propter regem vestrum ; et tyrannidem, qua vos opprimet, clamabitis. Chald. habet, *ab ante regem vestrum*, id est, clam eo ; neque enim gemitus liber erit.

19. *Noluit autem populus audire.* Vulgus capitur inanibus, et mutationes amat.

Digitized by Google

20. Et erimus nos quoque sicut omnes gentes : et judicabit nos rex noster, egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis.

21. Et audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini.

22. Dixit autem Dominus ad Samuelem : Audi vocem eorum, et constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel : Vadat unusquisque in civitatem suam.

20. Nous voulons être comme les autres nations *qui sont gouvernées par des rois.* *Ainsi* notre roi nous jugera, il marchera à notre tête, et il combattra pour nous dans toutes nos guerres, *et nous lui obéirons.*

21. Samuel ayant entendu la réponse du peuple la rapporta au Seigneur.

22. Et le Seigneur lui dit : Faites ce qu'ils vous disent, et donnez-leur un roi qui les gouverne. Samuel dit donc au peuple d'Israël : Que chacun retourne en sa ville, *et soyez assurés que vous aurez un roi.*

CHAPITRE IX.

§ I. *Saül cherchant les ânesses de son père va trouver Samuel pour lui en demander des nouvelles. Dieu avait révélé à ce prophète qu'il lui enverrait le lendemain à la même heure celui qu'il avait choisi pour roi d'Israël.*

LA MÊME ANNÉE 2909.

1. Et erat vir de Benjamin nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.

2. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus et bonus : et non erat vir de filiis Israel melior illo ; ab humero et sursum eminebat super omnem populum.

3. Perierant autem asinæ Cis patris Saul, et dixit Cis ad Saul

1. *Voici comme s'accomplit cette parole de Samuel :* Il y avait un homme de la tribu de Benjamin qui s'appelait Cis : il était fils d'Abiel, fils de Séror, fils de Béchorath, fils d'Aphia, fils d'un homme de la race de Benjamin. Cis était un homme puissant et fort.

2. Il avait un fils appelé Saül qui était parfaitement bien fait ; et de tous les enfants d'Israël il n'y en avait point de mieux fait que lui : il était plus grand qu'aucun du peuple de toute la tête.

3. Or les ânesses de Cis, père de Saül, s'étant égarées, il dit à Saül son fils : Pre-

---

20. *Egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra.* Hæc etiam fuit Israelitis occasio régis postulandi, ut scilicet eum in bello ducem haberent, præsertim cum bellum Ammoniticum instaret, ut patet ex c. 12 sequenti, n. 12, ubi Samuel sic populum alloquitur : *Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi : Nequaquam, sed rex imperabit nobis.*

21. *Locutus est ea in auribus Domini.* Dominum consulens quid deinceps facto opus esset.

CAP. IX. 1. *Jemini.* Id est, de tribu Benjamin. Chald. *ex tribu domus Benjamin.*

2. *Electus et bonus.* Animi et corporis dotibus egregie ornatus. * In græco est, εὐμεγέθης, procera corporis statura. — *Ab humero et sursum.* Facit proceritas corporis ad pulchritudinem et majestatem ; nam parvi concinni et elegantuli esse possunt, pulchri non possunt. Vide Arist. 4. Ethic. c. 3.

3. *Asinæ Cis.* Illo ævo multus erat asinorum usus in Palæstina ; itaque ut

Digitized by Google

nez avec vous un serviteur, et allez chercher ces ânesses. Ayant passé par la montagne d'Ephraïm,

4. Et par le pays de Salisa, sans les avoir trouvées, ils parcoururent encore le pays de Salim, sans les rencontrer, et le pays de Jémini, sans en avoir des nouvelles.

5. Lorsqu'ils furent venus sur la terre de *Ramatha, habitée par les descendants de* Suph, *de la tribu de Lévi*, Saül dit au serviteur qui était avec lui : Allons, retournons-nous-en, de peur que mon père ne commence à oublier ses ânesses, et ne soit plus en peine que de nous.

6. Le serviteur lui dit : Voici une ville où il y a un homme de Dieu qui est fort célèbre : tout ce qu'il dit arrive infailliblement. Allons donc le trouver présentement, peut-être qu'il nous donnera quelque lumière sur le sujet qui nous a fait venir ici.

7. Saül dit à son serviteur : Allons-y; mais que porterons-nous à l'homme de Dieu? *Il serait fort malhonnête à nous de nous présenter devant lui sans avoir quelque chose à lui donner. Or* le pain qui était dans notre sac nous a manqué, et nous n'avons ni argent ni quoi que ce soit pour donner à l'homme de Dieu.

8. Le serviteur répondit à Saül : Voici le quart d'un sicle d'argent que j'ai trouvé sur moi par hasard : donnons-le à l'homme

filium suum : Tolle tecum unum de pueris, et consurgens vade, et quære asinas. Qui cùm transissent per montem Ephraim,

4. Et per terram Salisa, et non invenissent, transierunt etiam per terram Salim, et non erant : sed et per terram Jemini, et minimè repererunt.

5. Cùm autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo : Veni et revertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis.

6. Qui ait ei : Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis : omne quod loquitur, sine ambiguitate venit; nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de via nostra, propter quam venimus.

7. Dixitque Saul ad puerum suum : Ecce ibimus : quid feremus ad virum Dei? Panis defecit in sitarciis nostris : et sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

8. Rursum puer respondit Sauli, et ait : Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti,

---

boum armenta, ita asinorum alebantur, quorum multiplex erat usus et proventus. — *De pueris.* Famulis.

4. *Salisa.* Hæc, Gen. 14. 8, dicitur Bale et Segor. Vide Hier. in Gen.

5. *In terram Suph.* In qua erat Ramathsophim.

6. *Vir nobilis.* Inclytus, cujus sapientiæ et prophetiæ fama vulgata est. In hebr. et chald. est, *honorabilis.* LXX, *gloriosus*, seu *illustris*, ἔνδοξος. — *Sine ambiguitate.* Certissime. — *De via.* De causa viæ.

7. *Quid feremus ad virum Dei?* Non tanquam divinationis pretium, sed ut munusculum in signum observantiæ. — *In sitarciis.* Sitarcia proprie est annona, et illa præsertim quæ militibus datur stipendii loco. Hic tamen sitarcium est pera in qua panem, caseolos, et hujusmodi ad victum in itinere necessaria ferebant : quare hebr. chald. et LXX habent, *in vasis.* — *Sportulam.* Sportula proprie fiscellam, aut cistam parvam significat : quia tamen in sportula de mensa mittebantur diarii cibi clientulis et salutatoribus, hinc sportula diurnum victum significat, et simpliciter accipitur pro munere; quia fere munuscula, quæ inter amicos missitantur, de rebus sunt ad victum, et, ut sic dicam, ad sportulam pertinentibus.

8. *Quarta pars stateris argenti.* In hebr. est, *quarta pars sicli*, quæ regali uni Hispanico æquivalet.

Digitized by Google

demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram (1).

9. (Olim in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum : Venite, et eamus ad Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.)

10. Et dixit Saul ad puerum suum : Optimus sermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in civitatem, in qua erat vir Dei.

11. Cùmque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, et dixerunt eis : Num hìc est Videns?

12. Quæ respondentes, dixerunt illis : Hic est : ecce ante te, festina nunc : hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso.

13. Ingredientes urbem, statim invenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum; neque enim comesurus est populus donec ille veniat : quia ipse benedicit hostiæ, et deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum.

14. Et ascenderunt in civitatem. Cùmque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum.

de Dieu, afin qu'il nous découvre ce que nous devons faire, *et il nous le découvrira sans doute, puisque c'est un Voyant.*

9. (Autrefois dans Israël tous ceux qui allaient consulter Dieu s'entre-disaient : Venez, allons au Voyant. Car celui qui s'appelle aujourd'hui Prophète s'appelait alors le Voyant, *parce qu'il voyait les choses de Dieu, et qu'il les découvrait aux hommes.*)

10. Saül répondit à son serviteur : Vous dites très-bien. Venez, allons-y. Et ils allèrent dans la ville *de Ramatha* où était *ordinairement* l'homme de Dieu.

11. Lorsqu'ils montaient par le coteau qui mène à la ville, ils trouvèrent des filles qui en sortaient pour aller puiser de l'eau, et ils leur dirent : Le Voyant est-il ici?

12. Elles leur répondirent : Il y est; le voilà devant vous. Allez vite le trouver; car il est venu aujourd'hui dans la ville, parce que le peuple doit offrir un sacrifice sur le lieu haut *consacré au Seigneur.*

13. Vous ne serez pas plutôt entrés dans la ville que vous le trouverez, avant qu'il monte au lieu haut pour manger : et le peuple ne mangera point jusqu'à ce qu'il soit venu, parce que c'est lui qui bénit l'hostie; et après cela ceux qui y ont été appelés commencent à manger. Montez donc présentement, car aujourd'hui vous le trouverez.

14. Ils montèrent donc à la ville. Et en y entrant ils virent Samuel qui venait au devant d'eux, prêt à monter au lieu haut.

(1) Bible vengée, note X.

---

* 11. *Puellas.* Mos illius ævi et illius gentis, ut puellæ aquatum irent. Vide Genes. 24. 11, 15, 43, 45; Exod. 2. 16.

12. *In excelso.* Quia quo tempore hæc agebantur nullus erat locus in quo tabernaculum esset, aut domus Dei; quia, licet structura antiquí tabernaculi adhuc staret, erat tamen ab arca vacuum, quæ erat quasi forma et vita tabernaculi; arca vero a tabernaculo separata domus Dei appellari non poterat; hinc fiebat ut nullus esset sacrificiis destinatus locus, sed in locis sublimibus sacrificarent, quæ Scriptura excelsa vocat : quæ consuetudo tenuit usque ad Salomonem, qui templum ædificavit. Itaque III. Reg. 3. 2, legimus : *Attamen populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.*

13. *Benedicit hostiæ.* Gratias agit Deo ante prandium de hostia pacifica factum, et solita aliqua formula mensam consecrat. De qua consuetudine benedicendi mensæ diximus in nostris Œconomicis.

Digitized by Google

15. Or le Seigneur avait révélé à Samuel la venue de Saül, le jour de devant qu'il fût arrivé, en lui disant :

16. Demain, à la même heure, je vous enverrai un homme de la tribu de Benjamin, que vous sacrerez pour être le chef de mon peuple d'Israël : et il sauvera mon peuple de la main des Philistins, *qui commencent à l'opprimer de nouveau, ce que je ne souffrirai point*, parce que j'ai regardé mon peuple *d'un œil favorable*, et que leurs cris sont venus jusqu'à moi.

15. Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem quam veniret Saul, dicens:

16. Hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Benjamin, et unges eum ducem super populum meum Israel: et salvabit populum meum de manu Philisthinorum : quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.

§ II. *Le Seigneur découvre à Samuel que Saül est celui qu'il a choisi pour régner sur son peuple. Samuel le retient, l'oblige de manger chez lui et d'y passer la nuit.*

17. Samuel ayant donc envisagé Saül, le Seigneur lui dit : Voici l'homme dont je vous avais parlé; c'est celui-là qui règnera sur mon peuple, *et qui le délivrera des mains des Philistins.*

18. Saül *étant entré* dans la ville, s'approcha de Samuel et lui dit : Je vous prie de me dire où est la maison du Voyant.

19. Samuel répondit à Saül : C'est moi qui suis le Voyant; montez avant moi au lieu haut, car vous mangerez aujourd'hui avec moi, et demain matin je vous renverrai : je vous dirai tout ce que vous avez dans le cœur :

20. Et pour les ânesses que vous avez perdues il y a trois jours, n'en soyez point en peine, parce qu'elles sont retrouvées. Et à qui sera tout ce qu'il y a de meilleur dans Israël, sinon à vous et à toute la maison de votre père, *que Dieu a choisie pour la combler d'honneur?*

17. Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei : Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.

18. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, et ait: Indica, oro, mihi, ubi est domus Videntis.

19. Et respondit Samuel Sauli dicens: Ego sum Videns; ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie, et dimittam te mane : et omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi.

20. Et de asinis, quas nudiustertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Et cujus erunt optima quæque Israel? nonne tibi et omni domui patris tui?

---

15. *Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis.* Revelare aurem hebraica phrasi idem est quod revelare, aperire, indicare; sic c. 20 hujus lib. n. 13, Jonathas ad David : *Revelabo,* inquit, *aurem tuam, et dimittam te.*

16. *Clamor eorum.* Populi mei; Israelitarum. * Superiori c. n. 18, negaverat Dominus se auditurum populi clamorem, cum clamaret *a facie regis*, scilicet duri nimis ac violenti; sed non negavit se populo suo ab externis hostibus oppresso adfuturum, quod nunc facit.

18. *Portæ.* Urbis.

19. *Omnia quæ sunt in corde tuo.* Quæcumque optas, et ex me quærere vis.

20. *Optima quæque.* Regnum intelligit, quod hominum opinione optimum existimatur et summum. — *Tibi et omni domui patris tui.* Promissio hæc regni Sauli et familiæ ejus facta, cum hac intelligenda est conditione : si divinis paruerit præceptis, quod ita accipiendum esse patet ex c. 13, n. 13,

Digitized by Google

21. Respondens autem Saul, ait: Numquid non filius Jemini ego sum, de minima tribu Israel, et cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

21. Saül lui répondit : Ne suis-je pas de la tribu de Benjamin, qui est la plus petite d'Israël? et ma famille n'est-elle pas la moindre de toutes celles de cette tribu? Pourquoi donc me parlez-vous de cette sorte ?

22. Assumens itaque Samuel Saulem, et puerum ejus, introduxit eos in triclinium, et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati; erant enim quasi triginta viri.

22. Samuel ayant pris Saül et son serviteur, les mena dans la salle, et les ayant fait asseoir au-dessus de tous les conviés qui étaient environ trente personnes,

23. Dixitque Samuel coco : Da partem, quam dedi tibi, et præcepi ut reponeres seorsum apud te.

23. Il dit au cuisinier : Servez ce morceau de viande que je vous ai donné et que je vous ai commandé de mettre à part.

24. Levavit autem cocus armum, et posuit ante Saul. Dixitque Samuel : Ecce quod remansit, pone ante te, et comede : quia de industria servatum est tibi, quando populum vocavi. Et comedit Saul cum Samuele in die illa.

24. Le cuisinier prit donc une épaule et la servit devant Saül. Samuel lui dit : Voilà ce qui est demeuré; mettez-le devant vous et mangez, parce que je vous l'ai fait garder exprès, lorsque j'ai invité le peuple. Et Saül mangea ce jour-là avec Samuel.

25. Et descenderunt de excelso in oppidum, et locutus est cum Saule in solario : stravitque Saul in solario, et dormivit.

25. Après cela ils descendirent du lieu haut dans la ville. Samuel parla à Saül sur la terrasse du logis, et il fit préparer un lit où Saül dormit.

26. Cùmque mane surrexissent

26. S'étant levé au matin, lorsqu'il fai-

---

cum ait Samuel : *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.*

21. *Filius Jemini.* Idem est quod Benjamita, de tribu Benjamin. — *De minima tribu Israel.* Minima non solum, quia orta ex Benjamin, qui minimus erat inter filios Jacob, sed multo magis quia propter bellum cum aliis tribubus, de quo Judic. 20, ad paucitatem erat redacta. — *Novissima.* Hebr. *miñima.* Chald. *infirmissima.* LXX, *paucissima.*

22. *Triclinium.* Cœnaculum, locum convivio destinatum.

24. *Levavit.* LXX, ἤψησεν, *elixavit, coxit.* Alii cum vulgato nostro consentientes habent, ἦρεν, *levavit, tulit.* — *Armum.* De industria armum servari jusserat Samuel, et Sauli apponi, ut hoc symbolo intelligeret principum esse fulcire rempublicam : armus enim ea pars est corporis, quæ oneri supponi solet. * Videtur fuisse armus sinister; nam dexter erat sacrificantis, Lev. 7. 32. Hic ergo armus portio erat ejus qui in convivio præcipuæ esset dignitatis, ac proinde regis, ubi is aderat : itaque hanc partem Josephus βασιλικὴν μερίδα, *regiam portionem,* appellavit.

25. *In solario.* In suprema ædium parte, quæ solarium dicitur, quia soli exposita. Ea fere plana erat, ut in ea diversari, fabulari, deambulare commode liceret. — *Stravitque Saul in solario, et dormivit.* Fortasse tempus æstivum fuit, nec sine conopæi, aut papilionis alicujus velamento; nisi dicere velimus rusticanis laboribus duratum Saul majores delicias respuisse, et sub dio, quod alias non semel fecisset, cubare voluisse.

Digitized by Google

sait déjà jour, Samuel appela Saül qui était sur la terrasse, et lui dit : Venez, que je vous renvoie. Saül étant allé à lui, ils sortirent tous deux, lui et Samuel.

27. Et lorsqu'ils descendaient au bas de la ville, Samuel lui dit : Dites à votre serviteur qu'il passe et qu'il aille devant nous; pour vous, demeurez un peu, afin que je vous fasse savoir ce que le Seigneur m'a dit *de vous, et ce qu'il m'a ordonné à votre sujet.*

et jam elucesceret, vocavit Samuel Saulem in solario, dicens : Surge, et dimittam te. Et surrexit Saul : egressique sunt ambo, ipse videlicet, et Samuel.

27. Cumque descenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul : Dic puero ut antecedat nos, et transeat : tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi verbum Domini.

CHAPITRE X.

§ I. *Samuel sacre Saül roi d'Israël, et lui donne des signes pour lui faire connaître que c'est Dieu même qui l'élève à cette dignité. Ces signes lui arrivent le même jour* (1).

LA MÊME ANNÉE 2909.

1. En même temps Samuel prit une petite fiole d'huile, qu'il répandit sur la tête de Saül; et il le baisa, et lui dit : C'est le Seigneur qui, par cette onction, vous sacre pour prince sur son héritage : et vous délivrerez son peuple de la main de ses ennemis qui l'environnent. Voici la marque que vous aurez que c'est Dieu qui vous a sacré pour prince.

2. Lorsque vous m'aurez quitté aujourd'hui, vous trouverez deux hommes près du *chemin qui conduit au* sépulcre de Rachel sur la frontière de Benjamin, vers le midi, qui vous diront : Les ânesses que vous étiez allé chercher sont retrouvées :

1. Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput ejus, et deosculatus est eum, et ait : Ecce, unxit te Dominus super hæreditatem suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus, qui in circuitu ejus sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem.

2. Cùm abieris hodie a me, invenies duos viros juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in meridie, dicentque tibi : Inventæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas : et intermissis pater tuus

(1) Bible vengée, note XI.

---

27. *Transeat.* Aliquantulum ante nos pergat. LXX, *transeat ante nos.*

CAP. X. 1. *Lenticulam.* Est vas olearium in eam figuram conformatum, ut granum lentis referat. LXX vocant φακὸν, ex quo noster interpres videtur lenticulam appellasse, quia alioqui vox hæc vas apud Latinos non significat. Vox hebr. פַּךְ *phac,* sono consentit cum φακὸν, et guttum, seu gutturnium significat, sive vas quodcumque, ex quo liquor exit; nam radix פָּכָה *phaca,* exire significat. — *Deosculatus est eum.* Osculum potius ex benevolentia ortum, quam a lege, sive consuetudine, quæ servari soleret cum reges inaugurabantur.

2. *Juxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin.* Rachel sepulta est in via quæ ducit Ephratam, quæ est Bethlehem : quamvis autem Bethlehem sit in tribu Juda, fieri tamen potuit ut illius sepulcrum non longe distans a Bethlehem esset in finibus Benjamin. Vel etiam dici potest τὸ *in finibus Benjamin* significare locum illum tribus Juda, ubi sese duarum tribuum termini con-

Digitized by Google

asinis, sollicitus est pro vobis, et dicit : Quid faciam de filio meo?

3. Cumque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hædos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagenam vini.

4. Cumque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum.

5. Post hæc venies in collem Dei, ubi est statio Philisthinorum : et cum ingressus fueris ibi urbem, obvium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, et ante eos psalterium et tympanum, et tibiam, et citharam, ipsosque prophetantes.

votre père n'y pense plus; mais il est en peine de vous, et il dit : Que ferai-je pour retrouver mon fils?

3. Lorsque vous serez sorti de là, et qu'ayant passé outre vous serez arrivé au chêne de Thabor, vous rencontrerez là trois hommes qui iront adorer Dieu à Béthel, dont l'un portera trois chevreaux, l'autre trois tourteaux, et l'autre un bouteille de vin.

4. Après qu'ils vous auront salué, ils vous donneront deux pains, et vous les recevrez de leurs mains.

5. Vous viendrez après à la colline de Dieu, *près de Gabaa*, où il y a une garnison de Philistins. Lorsque vous serez entré dans la ville, vous rencontrerez une troupe de prophètes qui descendront du lieu haut précédés de personnes qui ont des lyres, des tambours, des flûtes et des harpes, et ces prophètes prophétiseront.

---

tingunt, id est, in ipso duarum tribuum confinio. — *In meridie.* Circa meridiem tribui Benjamin. — *Quid faciam de filio meo?* Quasi dicat : Timeo ne mali aliquid illi acciderit.

3. *Ad quercum Thabor.* Non est mons Thabor; hic enim est in tribu Zabulon; sed aut nomen est viri, qui quercus illius erat dominus, aut loci nomen est, in quo sita erat quercus. Quidam pro quercu quercetum habent, alii planitiem, quia hebræa vox אלון *elon*, utrumque significat. Sed D. Hieronymo consentiunt et LXX, et magis pertinet ad prophetiæ certitudinem unicam arborem præmonstrari. — *Ascendentes ad Deum in Bethel.* Ut enim dixi c. superiori, n. 12, sacrificabatur eo tempore in excelsis, et Bethel jam inde a tempore Jacob locus religiosus censebatur, ut nomen ipsum ostendit, quod domum Dei significat. — *Tres tortas panis.* Videntur fuisse panes vel in extremitate contorti, vel aliqua alia ratione. Isidor. 20. Etymol. c. 2, declarans crustulum diminutivum nomen a crusta, qui sit panis oleo conspersus, in medio concavus et tortus, *hæc*, ait, *est torta panis.* Videtur torta panis esse Isidoro id quod appellamus italice *ciambella.*

5. *In collem Dei.* Probabilior sententia est collem hunc Dei esse Gabaa, nam supra diximus Gabaa collem significare. Videtur *collis Dei* appellata, quod in ea esset collegium prophetarum, de quo mox dicetur. — *Ubi est statio Philisthinorum.* Militare præsidium Philisthinorum ad continendos in officio Israelitas institutum. In conditionibus enim pacis nuper inter Hebræos et Philisthæos initæ, ita urbes restitutæ sunt Hebræis, ut præsidium in Gabaa et fortasse in aliis etiam locis relinqueretur. — *Gregem prophetarum.* Prophetæ in sacris Litteris illi vocantur aliquando, qui divinis laudibus decantandis addicti sunt, ut patet ex I. Paral. 15, 22 et 24, eodemque lib. c. 25, n. 1. Horum autem cantorum quædam erant instituta collegia; ut in illis ad Dei laudes concinendas exercerentur, quale collegium fuit in colle Dei, sive Gabaa. — *Psalterium.* Heb. est *nablum*, נבל; sic et chald. et LXX, quanquam psalterium non vento pulsatur, ut nablum, sed digitis, plectrove. Vide Pagninum in radice נבל. — *Prophetantes.* Cantantes.

Digitized by Google

6. En même temps l'esprit du Seigneur se saisira de vous, vous prophétiserez avec eux, et vous serez changé en un autre homme.

7. Lors donc que tous ces signes vous seront arrivés, faites *hardiment* tout ce qui se trouvera à faire, parce que le Seigneur sera avec vous.

8. Vous irez avant moi à Galgala où j'irai vous trouver, afin que vous offriez un sacrifice *au Seigneur*, et que vous lui immoliez des victimes pacifiques. Vous m'attendrez pendant sept jours, jusqu'à ce que je vienne vous trouver, et que je vous déclare ce que vous aurez à faire.

9. Aussitôt donc que Saül se fut retourné, en quittant Samuel, Dieu lui changea le cœur, et lui en donna un autre; et tous ces signes lui arrivèrent le même jour.

6. Et insiliet in te spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alium.

7. Quando ergo evenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcumque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est.

8. Et descendes ante me in Galgala (ego quippe descendam ad te), ut offeras oblationem, et immoles victimas pacificas : septem diebus expectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias.

9. Itaque cum avertisset humerum suum ut abiret a Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hæc in die illa.

§ II. *Saül prophétise avec les prophètes, comme Samuel le lui avait prédit. Il est élu roi par le sort : mais il ne se trouve point dans l'assemblée. Dieu le découvre. On l'amène. Il est reconnu par tout le peuple, et suivi par une partie de l'armée.*

10. *En effet,* lorsqu'il fut venu avec son serviteur à la colline qui lui avait été marquée, il rencontra une troupe de prophètes; l'esprit du Seigneur se saisit de lui, et il prophétisa au milieu d'eux.

11. Tous ceux qui l'avaient connu peu auparavant, voyant qu'il était avec les prophètes et qu'il prophétisait, s'entredisaient *avec étonnement :* Qu'est-il donc arrivé au fils de Cis? Saül est-il aussi prophète?

12. Et d'autres leur répondaient : *Qu'y a-t-il en cela d'étonnant?* Qui est le père des autres prophètes? *N'est-ce pas Dieu*

10. Veneruntque ad prædictum collem, et ecce cuneus prophetarum obvius ei : et insiliit super eum spiritus Domini, et prophetavit in medio eorum.

11. Videntes autem omnes qui noverant eum heri et nudiustertius, quod esset cum prophetis, et prophetaret, dixerunt ad invicem : Quænam res accidit filio Cis? num et Saul inter prophetas?

12. Responditque alius ad alterum, dicens : Et quis pater eorum? Propterea versum est in

---

6. *Spiritus Domini.* Sensus quidam pietatis a Deo immissus quo movearis, et facultas qua possis divinas laudes cum prophetis illis canendo exsequi. — *Mutaberis in virum alium.* Ex rustico scilicet, et pecudum custode psaltes factus, qui non incongrue prophetantium choro possis adjungi.

7. *Quæcumque invenerit manus tua.* Quidquid ex usu esse cognoveris, ut creditum tibi munus principis impleas.

9. *Cum avertisset humerum suum.* Ut ii faciunt qui jam abeunt. — *Immutavit ei Deus cor.* Animum regium, et principis muneribus parem inspiravit, confirmans illum *spiritu principali,* ut loquitur David.

10. *Insiliit super eum spiritus Domini.* Explicatum est hoc n. 6.

11. *Qui noverant eum heri.* Qui antea illum noverant. — *Num et Saul inter prophetas?* Quasi dicerent : Res plane admirabilis, et prodigio similis.

12. *Et quis pater eorum.* Quis eorum magister? magistri enim Scriptu-

Digitized by Google

proverbium : Num et Saul inter prophetas?

13. Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum.

14. Dixitque patruus Saul ad eum, et ad puerum ejus : Quo abistis? qui responderunt : Quærere asinas : quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem.

15. Et dixit ei patruus suus : Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16. Et ait Saul ad patruum suum : Indicavit nobis quia inventæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicavit ei quem locutus fuerat ei Samuel.

17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maspha :

18. Et ait ad filios Israel : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ego eduxi Israel de Ægypto, et erui vos de manu Ægyptiorum, et de manu omnium regum qui affligebant vos.

19. Vos autem hodie projecistis

qui l'est aussi de Saül, et qui peut lui donner aussi le même esprit? C'est pourquoi cette parole passa en proverbe : Saül est-il devenu aussi prophète?

13. Saül ayant cessé de prophétiser vint au haut lieu :

14. Et son oncle lui dit à lui et à son serviteur : D'où venez-vous donc? Ils lui répondirent : Nous avions été chercher des ânesses, et ne les ayant pas trouvées, nous nous sommes adressés à Samuel.

15. Son oncle lui dit : Dites-moi, je vous prie, ce que Samuel vous a dit.

16. Saül répondit à son oncle : Il nous a appris que les ânesses étaient retrouvées. Mais il ne découvrit rien à son oncle de ce que Samuel lui avait dit touchant sa royauté.

17. *Après cela* Samuel fit assembler tout le peuple devant le Seigneur à Maspha :

18. Et il dit aux enfants d'Israël : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : C'est moi qui ai tiré Israël de l'Egypte, et qui vous ai délivrés de la main des Egyptiens, et de la main de tous les rois qui vous affligeaient.

19. Mais, *au lieu de reconnaître ses*

---

rarum phrasi Patres dicuntur); quasi dicat : Quemadmodum ergo reliqui Deo magistro in laudes Dei, et aliquando in prophetiam rerum occultarum divinatricem erumpunt, ita Saul eodem doctore idem potest. Vel sensus est : non mirum si Saul rusticanis parentibus natus in prophetarum choro canit, cum et ipsi prophetæ non nobilioribus aut doctioribus parentibus, quam Saul orti sint, quia scilicet prophetandi spiritus et facultas ab alio, quam a parente derivatur.

13. *Ad excelsum.* In Gabaa.

16. *De sermone autem regni non indicavit.* Veritus ne forte aliqua invidia tangeretur, etiamsi consanguineus esset, ut notat Josephus, et assentitur Abulens. Alii tacuisse volunt ex humilitate; alii, ut fidem secreti Samueli servaret.

17. *Convocavit Samuel populum.* Ut jam divina voluntate explorata super negotio regis constituendi responsum daret. Dicitur convocasse ad Dominum, non quod ibi arca esset, sed quia omnis locus in quo aliquis specialis cultus Deo exhibetur, vel ad quem aliqui religionis causa adibant, dicebatur esse coram Domino, ut ait Abulens. q. 17. — *In Maspha.* Quem in locum populum de re aliqua deliberaturum convenisse non semel habemus ex sacris Litteris. Vide Judic. 20. 1. Eo in loco celebre oratorium fuisse discimus ex I. Machab. 3. 46, *quia,* inquit, *locus orationis erat in Maspha ante in Israel.* Bene autem locus orationis eligitur ad peragenda comitia, quæ divino spiritu dirigente indigent. Porro Maspha sita erat in confinio Benjamin et Judæ, non longe a Cariathiarim, ut ait D. Hier., cui consentiens Adrichomius trium horarum iter interjicit.

Digitized by Google

bienfaits, vous avez aujourd'hui rejeté votre Dieu qui seul vous a sauvés de tous les maux et de toutes les misères qui vous accablaient. Nous ne vous écouterons point, m'avez-vous répondu; mais établissez un roi sur nous. Maintenant donc présentez-vous devant le Seigneur, chacun dans le rang de sa tribu et de sa famille.

20. Et Samuel ayant jeté le sort sur toutes les tribus d'Israël, il tomba sur la tribu de Benjamin.

21. Il le jeta ensuite sur les familles de la tribu de Benjamin, et il tomba sur la famille de Métri, et enfin jusque sur la personne de Saül, fils de Cis. On le chercha aussitôt, mais il ne se trouva point.

22. Et ayant consulté le Seigneur, pour savoir s'il viendrait en ce lieu-là, le Seigneur leur répondit : A l'heure qu'il est, il est caché dans sa maison.

23. Ils y coururent donc, le prirent, et l'emmenèrent; et lorsqu'il fut au milieu du peuple, il parut plus grand que tous les autres de toute la tête.

24. Samuel dit à tout le peuple : Vous voyez quel est celui que le Seigneur a choisi, et qu'il n'y en a point dans tout le peuple qui lui soit semblable. Alors tout le peuple s'écria : Vive le roi!

25. Samuel prononça ensuite devant le peuple la loi du royaume, qu'il écrivit

Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis et tribulationibus vestris; et dixistis : Nequaquam; sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras, et per familias.

20. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors tribus Benjamin.

21. Et applicuit tribum Benjamin et cognationes ejus, et cecidit cognatio Metri, et pervenit usque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, et non est inventus.

22. Et consuluerunt post hæc Dominum, utrumnam venturus esset illuc. Responditque Dominus : Ecce absconditus est domi.

23. Cucurrerunt itaque et tulerunt eum inde : stetitque in medio populi, et altior fuit universo populo ab humero et sursum.

24. Et ait Samuel ad omnem populum : Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo, Et clamavit omnis populus, et ait : Vivat rex!

25. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scrip-

---

19. *Projecistis Deum vestrum.* Quomodo hoc intelligendum sit patet ex supra dictis c. 8, n. 6 et 7. — *State coram Domino.* Modus hic loquendi aut orationem significat, aut religiosum aliquod opus, quod ab eo suæ voluntatis significationem imploret. — *Per tribus vestras, et per familias.* Sic. Jos. c. 7, n. 14 : *Accedetisque mane singuli per tribus vestras; et quacumque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domos, domusque per viros.*

* 20. *Cecidit sors.* Dei providentia sortes gubernavit. Mos fuit aliquarum gentium ut magistratus et sacerdotia sorte obvenirent. Virg. 2. Æneid.

Laocoon lectus Neptuno sorte sacerdos.

22. *Consuluerunt post hæc Dominum.* Qua ratione non explicatur. Fortasse id factum est per summum sacerdotem (quem adfuisse par est credere in tanti momenti negotio), applicato ephod, de qua re dicetur infra, c. 23, n. 9. — *Absconditus est domi.* Hebræa habent, *inter vasa*, hoc est, inter domesticam suppellectilem. Modeste et prudenter, ut appareret vocante Domino, non malis artibus et ambitu ad regnum venisse.

24. *Certe videtis.* Laudat Samuel novum regem ab externa specie, quæ in omnium incurrebat oculos : nam animi dotes latebant. — * *Vivat rex!* Vivere hic et alibi est prospere agere.

25. *Legem regni.* Qua tam regi quam populo reip. forme proponeretur.

Digitized by Google

sit in libro, et reposuit coram Domino : et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam.

26. Sed et Saul abiit in domum suam in Gabaa : et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

27. Filii verò Belial dixerunt : Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera : ille verò dissimulabat se audire.

dans un livre, et il le mit en dépôt *dans le tabernacle*, devant le Seigneur. Après cela Samuel renvoya tout le peuple chacun chez soi.

26. Saül s'en retourna aussi chez lui à Gabaa, accompagné d'une partie de l'armée *composée* de ceux dont Dieu avait touché le cœur, *pour les rendre soumis au roi qu'il venait de leur donner.*

27. Les enfants de Bélial commencèrent à dire au contraire : Comment celui-ci nous pourrait-il sauver? Et ils le méprisèrent, et ne lui firent point de présents, *comme ils auraient dû faire, pour lui rendre leurs hommages et pour lui marquer leur soumission et leur respect.* Mais Saül faisait semblant de ne les entendre pas.

CHAPITRE XI.

§ I. *Les Ammonites assiégent Jabès. Saül assemble tout Israël pour l'aller secourir* (1).

L'AN DU MONDE 2909. — AVANT J.-C. 1095.

1. Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare cœpit adversum Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas : Habeto nos fœderatos, et serviemus tibi.

2. Et respondit ad eos Naas Ammonites : In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque

1. Environ un mois après, Naas, roi des Ammonites, se mit en campagne, et attaqua Jabès en Galaad. Et tous les habitants de Jabès lui dirent : Recevez-nous à composition, et nous vous serons assujettis.

2. Naas, roi des Ammonites, leur répondit : La composition que je ferai avec vous sera de vous arracher à tous l'œil droit, et de vous rendre l'opprobre de tout

(1) Bible vengée, note XII.

Vel qua mutua regis et subditorum officia continerentur. Vel etiam lex regni vocantur acta ipsa comitiorum, quibus ad regnum Saul evectus est. — *Scripsit in libro.* Qui jam non exstat. — *Reposuit coram Domino.* In tabernaculo, in quo etiam asservabantur pondera et mensuræ, quæ leges quodammodo sunt, quæ rerum quantitatem explorant.

26. *Pars exercitus.* Qui necessarius erat propter ingruens Ammoniticum bellum. — *Quorum tetigerat Deus corda.* Quos divinus spiritus ad obsequium illud novo regi exhibendum impulit; alioqui enim Saul nondum in regni possessione confirmatus, cogere recusantes non facile poterat.

27. *Filii... Belial.* Vide supra dicta c. 1, n. 16. — *Dissimulabat se audire.* Prudenter, ne scilicet cogeretur ab illis sumere supplicium, quod eo tempore sine turbis, quæ multum reip. incommodarent, fieri non poterat.

CAP. XI. 2. *Eruam omnium vestrum oculos dextros.* Id eo consilio faciebat barbarus, ut ad bellum omnino fere essent inepti; sinistra enim clypeum gestabant, cujus objectu oculi sinistri usum minus habebant expeditum;

Digitized by Google

Israël, *en vous mettant ainsi hors d'état de combattre et de vous servir de bouclier.*

3. Les anciens de Jabès lui répondirent : Accordez-nous sept jours, afin que nous envoyions des courriers dans tout Israël ; et s'il ne se trouve personne pour nous défendre, nous nous rendrons à vous.

4. Les courriers étant venus à Gabaa où Saül demeurait, firent ce rapport devant le peuple. Et tout le peuple élevant la voix se mit à pleurer.

5. Saül retournait alors de la campagne, en suivant ses bœufs, et il dit : Qu'a donc le peuple, pour pleurer de cette sorte ? On lui raconta ce que les habitants de Jabès avaient envoyé dire.

6. Aussitôt qu'il eut entendu ces paroles, l'esprit du Seigneur se saisit de lui, et il entra dans une grande colère.

7. Il prit ses deux bœufs, les coupa en morceaux, et les envoya par les courriers de Jabès dans toutes les terres d'Israël, en disant : C'est ainsi qu'on traitera les bœufs de tous ceux qui ne se mettront point en campagne pour suivre Saül et Samuel. Alors *tout* le peuple fut frappé de la crainte

vos opprobrium in universo Israel.

3. Et dixerunt ad eum seniores Jabes : Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad universos terminos Israel : et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

4. Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saulis, et locuti sunt verba hæc, audiente populo : et levavit omnis populus vocem suam, et flevit.

5. Et ecce Saul veniebat, sequens boves de agro, et ait : Quid habet populus quod plorat ? et narraverunt ei verba vivorum Jabes.

6. Et insilivit spiritus Domini in Saul, cùm audisset verba hæc, et iratus est furor ejus nimis.

7. Et assumens utrumque bovem, concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nuntiorum, dicens : Quicumque non exierit, et secutus fuerit Saul et Samuel, sic fiet bobus ejus. Invasit ergo timor Domini popu-

---

itaque effossis dexteris oculis perinde erat ac si essent cæci. Nolebat omnino cæcos facere, quia oneri tantum, nec ad servorum ministeria utiles fuissent. Ita Josephus, Theodoretus, et alii. Videtur etiam Naas voluisse oculos dextros eruere, ut effossio illa oculorum oris esset dehonestamentum, sic enim ait : *Ponamque vos opprobrium in universo Israel.*

3. *Ad universos terminos Israel.* Nulla regis fit mentio, ut putat Abulensis, quod Saul ut rusticanus contemneretur. Vel quia melius videbatur consilium mentionem regis non inducere, ut Naas facilius improvida securitate lactarent, quasi negotium esset cum ovibus pastore destitutis. — *Egrediemur ad te.* Ut in tua simus potestate.

5. *Sequens boves de agro.* Olim ipsorum etiam imperatorum manibus agri colebantur. Videtur potius Saul aratorem egisse, quam bubulum, cujus rei conjecturam habemus ex ipso textu, n. 7, ubi dicitur : *Et assumens utrumque bovem.* Videtur enim absoluto rustico opere cum bobus aratoribus rediisse domum.

6. *Insilivit spiritus Domini in Saul.* Zelus pro patriæ defensione, et fortitudinis a Domino immissus.

7. *Concidit in frusta.* Factum levitæ imitatur, qui cadaver uxoris in duodecim partes dissectum ad tribus miserat, Judic. 19. 29. Erat hoc Sauli domesticum exemplum ; nam factum illud fuerat in Gabaa patria Saulis, in qua tunc degebat. — *Sic fiet bobus ejus.* Additæ minæ iis qui bellum detrectassent, ut vel amor patriæ, vel privatum damnum omnes commoveret. — *Invasit ergo timor Domini populum.* Dominus spiritum timoris, obedientiæ et obsequii erga principem populis immisit, quo eorum inclinavit animos,

Digitized by Google

lum, et egressi sunt quasi vir unus.

8. Et recensuit eos in Bezech : fueruntque filiorum Israel trecenta millia : virorum autem Juda triginta millia (1).

9. Et dixerunt nuntiis, qui venerant : Sic dicetis viris, qui sunt in Jabes Galaad : Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, et annuntiaverunt viris Jabes : qui lætati sunt.

10. Et dixerunt : Mane exibimus ad vos : et facietis nobis omne quod placuerit vobis.

du Seigneur, et ils sortirent tous *en même temps et dans le même dessein*, comme s'ils n'eussent été qu'un seul homme.

8. *Saül* en ayant fait la revue à Bézech, il se trouva dans son armée trois cent mille hommes *de toutes les tribus* des enfants d'Israël, et trente mille de la tribu de Juda.

9. Et ils firent cette réponse aux courriers qui étaient venus de Jabès : Vous direz ceci aux habitants de Jabès en Galaad : Vous serez secourus demain lorsque le soleil sera dans sa force. Les courriers portèrent cette nouvelle aux habitants de Jabès, qui la reçurent avec grande joie.

10. Et ils dirent *aux Ammonites* : Demain nous nous rendrons vers vous, et vous nous traiterez comme il vous plaira.

§ II. *Saül attaque les ennemis par trois endroits, et les taille en pièces. Il est de nouveau reconnu à Galgala.*

11. Et factum est, cum dies crastinus venisset, constituit Saul populum in tres partes : et ingressus est media castra in vigilia matutina, et percussit Ammon usque dum incalesceret dies : reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter.

12. Et ait populus ad Samuelem : Quis est iste qui dixit : Saul

11. Le lendemain Saül divisa son armée en trois corps, entra dès la pointe du jour dans le camp des Ammonites, et ne cessa de les tailler en pièces jusqu'à ce que le soleil fût dans sa force. Ceux qui en échappèrent furent dispersés çà et là, sans qu'il en demeurât seulement deux ensemble.

12. Alors le peuple dit à Samuël : Qui sont ceux qui ont dit : Saül sera-t-il notre

(1) Comme tous les Israélites en état de porter les armes étaient soldats, il n'est pas étonnant que Saül ait réuni une armée si nombreuse, surtout dans un moment où la république était dans un si grand danger.

---

ut jussa regis facerent. — *Quasi vir unus.* Unanimi consensu, vel omnes ad unum.

8. *In Berech.* Civitas est in qua Adonibezech ille regnavit cujus mentio Judic. 1. n. 5. Idem enim est Adonibezech quod *dominus Bezech.*

9. *Et dixerunt.* Saul scilicet, et Samuel qui erat in castris, ut patet ex versu 7. — *Cras erit vobis salus.* Significant se adfuturos cum exercitu die consequenti reditum nuntiorum Jabes. — *Cum incaluerit sol.* Cir meridiem.

10. *Mane exibimus ad vos.* Dissimulant expectationem auxilii, ut metu solutos Saul hostes inveniat.

11. *Media castra.* Media vocat respectu suorum, qui hostem eodem tempore ad dexteram et ad sinistram invadebant. — *In vigilia matutina.* Extrema noctis parte, quæ quarta vigilia dicitur, vel vigilia matutina, quia matutinum tempus et auroram antecedit. — *Reliqui autem.* Qui scilicet mortem evaserant. — *Non relinquerentur in eis duo pariter.* Dissipatis omnibus, metu consternatis, et singulis, ut sibi consulerent, in diversa fugientibus.

12. *Et ait populus ad Samuelem.* Jam re bene gesta a Saule crescit illius existimatio, et populus ad cædem postulat contumaces.

Digitized by Google

roi? *Nous n'en voulons point.* Donnez-nous ces gens-là, et nous les ferons mourir présentement, *pour venger l'injure qu'ils lui ont faite.*

13. Mais Saül leur dit : On ne fera mourir personne en ce jour, parce que c'est le jour auquel le Seigneur a sauvé Israël.

14. Après cela Samuel dit au peuple : Venez, allons à Galgala, et y renouvelons l'élection du roi, *afin qu'elle se fasse du consentement de tout le peuple; car tous voient maintenant qu'il est vraiment digne de la royauté.*

15. Tout le peuple alla donc à Galgala, et y reconnut *de nouveau* Saül pour roi en la présence du Seigneur. Ils immolèrent au Seigneur des victimes pacifiques; et Saül et tous les Israélites firent en ce lieu-là une très-grande réjouissance.

num régnabit super nos? Date viros, et interficiemus eos.

13. Et ait Saul : Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel.

14. Dixit autem Samuel ad populum : Venite, et eamus in Galgala, et innovemus ibi regnum.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, et fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, et immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi Saul, et cuncti viri Israel nimis.

CHAPITRE XII.

§ I. *Samuel prend tout le peuple d'Israël à témoin de son innocence et de sa bonne conduite* (1).

LA MÊME ANNÉE 2909.

1. Alors Samuel dit à tout le peuple d'Israël : Vous voyez que je me suis rendu à tout ce que vous m'avez demandé, et que je vous ai donné un roi.

2. Et vous avez maintenant un roi à votre tête. Pour moi, je suis vieux, et *déjà tout* blanc; et mes enfants sont *main-*

1. Dixit autem Samuel ad universum Israel : Ecce audivi vocem vestram, juxta omnia quæ locuti estis ad me, et constitui super vos regem.

2. Et nunc rex graditur ante vos : ego autem senui, et incanui : porro filii mei vobiscum sunt :

(1) Bible vengée, note XII.

---

13. *Quia hodie fecit Dominus salutem in Israel.* Non est tam læta dies, tam eximio Dei beneficio insignis, cujusquam cæde funestanda.

14. *In Galgala.* Elegit Samuel Galgala, quia urbs illa unus erat e tribus conventibus ubi jus dicere, et vocare populum consueverat Samuel, ut publica dignitas in conventu publico vel traderetur, vel confirmaretur. — *Innovemus ibi regnum.* Electionem factam confirmando, victimas Domino mactando, et, ut probabile est, solemni ceremonia novum regem inungendo : quare illum statim c. seq. n. 3, vocat christum Domini, id est, unctum, quod non de privata, sed de publica unctione accipiendum videtur.

CAP. XII. 2. *Et nunc rex graditur ante vos.* Jam rex constitutus est : ego privatus sum; jure ergo mecum quilibet agere potest, et si quid tractando rempublicam peccavi, arguere potest, et per principem pœnas impetere. — *Porro filii mei vobiscum sunt.* Quasi dicat : Si senectus vitam abstulerit, superstites sunt filii, quos pro me vobis satisfacere cogatis; vel sensus est :

Digitized by Google

itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce præsto sum.

tenant avec vous *comme de simples particuliers, hors d'état de me défendre.* Ayant donc vécu parmi vous depuis ma jeunesse, *et ayant eu le maniement des affaires* jusqu'à ce jour, me voici en votre présence, *prêt à vous rendre compte de mon administration.*

3. Loquimini de me coram Domino, et coram christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum : si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi : et contemnam illud hodie, restituamque vobis.

3. Déclarez devant le Seigneur et devant son christ si j'ai pris le bœuf ou l'âne de personne; si j'ai imputé à quelqu'un de faux crimes; si j'en ai opprimé par violence; si j'ai reçu des présents *pour vendre la justice; si j'en ai exigé* de qui que ce soit *injustement;* et je vous satisferai, et vous le rendrai présentement.

4. Et dixerunt : Non est calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam.

4. Ils lui répondirent : Vous ne nous avez point opprimés, ni par de faux crimes, ni par violence, et vous n'avez rien pris de personne *injustement.*

5. Dixitque ad eos : Testis est Dominus adversum vos, et testis christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt : Testis.

5. Samuel ajouta : Le Seigneur m'est donc témoin aujourd'hui contre vous, et son christ m'est aussi témoin que vous n'avez rien trouvé à redire à ma conduite. Le peuple lui répondit : Oui, ils en sont témoins.

6. Et ait Samuel ad populum : Dominus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terra Ægypti.

6. Samuel dit au peuple : Le Seigneur qui a fait Moïse et Aaron, et qui a tiré nos pères de la terre d'Egypte, *est donc témoin de mon innocence. Il l'est aussi de votre ingratitude.*

§ II. *Samuel représente aux enfants d'Israël les miséricordes du Seigneur et leurs infidélités. Il leur reproche d'avoir demandé un roi. Et pour leur montrer combien cette demande a déplu à Dieu, il fait éclater les tonnerres et tomber les pluies dans un temps où cela n'arrivait jamais.*

7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos coram

7. Venez donc maintenant en sa présence, afin que je vous appelle en juge-

---

ecce filii mei, quos accusatis, apud vos sunt, non subterfugiunt judicium; rationem reddere possunt administrationis suæ; ætatem habent, ipsi pro se loquentur. Me autem num parati estis arguere? — *Ecce præsto sum.* Rationem administratæ reipublicæ redditurus. * De magistratu abiens, censuræ, quam ferre non tenebatur, ultro se subjicit, et optimæ conscientiæ fiducia accusatores provocat.

3. *Loquimini de me.* Si quid est quod me accusare velitis. — *Coram christo ejus.* Saule in regem inuncte. * Hæc agi voluit Samuel coram rege novo, non solum ut ipse innocens probaretur, sed etiam ut formam reip. bene administrandæ Sauli poneret ob oculos. — *Contemnam illud.* Facillimam illius jacturam existimabo, libenter carebo re illa, vobisque restituam.

6. *Dominus, qui fecit Moysen.* Imperfecta est oratio : ut sensus constet, subintelligendum videtur, *adest, et est testis.*

7. *Ut judicio contendam.* Conscientia fretus, et testificatione populi, qua

Digitized by Google

ment devant lui sur toutes les miséricordes qu'il vous a faites, à vous et à vos pères, *et sur toutes les infidélités que vous avez commises contre lui.*

8. *Vous vous souvenez sans doute* de quelle manière Jacob entra dans l'Egypte, comment vos pères crièrent au Seigneur. Et le Seigneur envoya Moïse et Aaron, tira vos pères de l'Egypte, et les établit en ce pays-ci.

9. Ils oublièrent *depuis* le Seigneur leur Dieu, et il les livra entre les mains de Sisara, général de l'armée d'Hasor, entre les mains des Philistins et entre les mains du roi de Moab *et du roi des Ammonites* qui combattirent contre eux.

10. Ils crièrent ensuite au Seigneur, et ils lui dirent : Nous avons péché, parce que nous avons abandonné le Seigneur pour servir Baal et Astaroth : mais délivrez-nous maintenant de la main de nos ennemis, et nous vous servirons.

11. Le Seigneur envoya ensuite Jérobaal, Badan, Jephté et Samuel, et vous délivra de la main de vos ennemis qui vous environnaient; ensuite de quoi vous êtes demeurés dans une pleine assurance.

12. Cependant, *après tant de bienfaits que vous aviez reçus du Seigneur,* voyant que Naas, roi des enfants d'Ammon, était venu contre vous, *et avait été vaincu par Saül; au lieu de reconnaître Dieu pour l'auteur de cette victoire, et de vous repentir d'avoir demandé un autre roi,* vous m'êtes venu dire : Non, *nous ne changerons point de résolution;* mais nous aurons un roi qui nous gouvernera, quoique alors le Seigneur votre Dieu fût le roi qui régnait sur vous.

13. Vous avez donc maintenant votre roi, tel que vous l'avez choisi et que vous

Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, et cum patribus vestris :

8. Quo modo Jacob ingressus est in Ægyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum : et misit Dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Ægypto : et collocavit eos in loco hoc.

9. Qui obliti sunt Domini Dei sui, et tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ Hasor, et in manu Philisthinorum, et in manu regis Moab, et pugnaverunt adversum eos.

10. Postea autem clamaverunt ad Dominum, et dixerunt : Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim et Astaroth : nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et serviemus tibi.

11. Et misit Dominus Jerobaal, et Badan, et Jephte, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confidenter.

12. Videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi : Nequaquam, sed rex imperabit nobis : cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13. Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegistis et petistis:

---

innocens, et ab omni crimine purus fuerat pronuntiatus, audenter pro bono patriæ suos Israelitas alloquitur. — *De omnibus misericordiis Domini.* Memorans divina beneficia in vos collata, pro quibus contumaciam, idololatriam et alia scelera rependistis.

9. *In manu Sisaræ.* Vide Judic. 4. 2, et ibi notata.—*Magistri militiæ Hasor.* Magistri militiæ Jabin regis Chananæi, qui regnavit in Hasor.

11. *Jerobaal, et Badan.* In hebr. est, *Bedan,* quasi filius Dan, quod de Samson intelligitur, qui fuit ex ea tribu.

13. *Nunc ergo præsto est rex vester.* Aliquid hic subamarum et ironicum

Digitized by Google

ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominum, et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini : eritis et vos, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum;

15. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, et super patres vestros.

16. Sed et nunc state, et videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

17. Numquid non messis tritici est hodie? Invocabo Dominum, et dabit voces et pluvias : et scietis, et videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, et dedit Dominus voces et pluvias in illa die.

l'avez demandé. Vous voyez que le Seigneur vous a donné ce roi, *dont la demande lui a été si injurieuse.*

14. *Cependant* si vous craignez le Seigneur, si vous le servez, si vous écoutez sa voix, et que vous ne vous rendiez point rebelles à sa parole, vous serez heureux, vous et le roi qui vous gouverne, en suivant le Seigneur votre Dieu.

15. Que si au contraire vous n'écoutez point la voix du Seigneur, et que vous vous rendiez rebelles à sa parole, la main du Seigneur sera sur vous comme *elle a été* sur vos pères.

16. Mais de plus, prenez garde à vous maintenant, et considérez bien cette grande chose que le Seigneur va faire devant vos yeux, *pour montrer combien votre demande lui a déplu.*

17. Ne fait-on pas aujourd'hui la moisson du froment? *et n'est ce pas maintenant la saison où l'on ne voit ni pluies ni tonnerres? Cependant* je vais invoquer le Seigneur; et il fera éclater les tonnerres et tomber les pluies *d'une manière extraordinaire et toute miraculeuse,* afin que vous sachiez et que vous voyiez combien est grand devant le Seigneur le mal que vous avez fait en demandant un roi.

18. Samuel cria donc au Seigneur, et le Seigneur en ce jour-là fit éclater les tonnerres et tomber la pluie.

---

agnoscit S. August. in Psal. 51, initio, quasi in caput suum malum sibi ultro accersivissent.

14. *Exasperaveritis os Domini.* Os Domini exasperatur, cum provocatur ad iracundiam : qui enim irati sunt, faciem exasperant, et vultum tristem et minacem induunt. LXX habent, μὴ ἐρίσητε τῷ στόματι Κυρίου, id est, *non contenderitis contra faciem Domini,* quod bene consentit cum nostra editione : qui enim cum alio contendit, os ejus exasperat, et sæpe ad iracundiam illum provocat. Idem significat *exasperare sermones* (quod habemus infra, n. 15), qui enim irascuntur, facie et voce asperiore utuntur in eos contra quos commoti sunt.) — *Sequentes Dominum Deum vestrum.* Quasi dicat : Deus erit rex vester, ut prius, et more ducis ante vos ibit, vosque sub ejus tutela securi degetis.

15. *Exasperaveritis sermones ejus.* Vide dicta versiculo præcedenti.

17. *Numquid non messis tritici est hodie?* Quo tempore pluviæ nullæ esse solent in Palæstina. Vide D. Hieron. ad c. 4 Amos in illa verba : *Ego quoque prohibui vobis imbrem.* — *Voces.* Tonitrua. — *Et scietis.* Hoc enim signum a Deo dari postulo, ut sit testificatio divinæ hujus, quam nunc eloquor, veritatis : quod scilicet male feceritis, cum regem postulastis.

Digitized by Google

§ III. *Le peuple effrayé conjure Samuel de prier Dieu pour eux. Ce prophète les exhorte à craindre le Seigneur et à ne s'attacher qu'à lui. Il les assure qu'il ne cessera jamais de prier pour eux.*

19. Et tout le peuple redouta *la puissance du* Seigneur et *de* Samuel, et ils dirent tous ensemble à Samuel : Priez le Seigneur votre Dieu pour vos serviteurs, afin que nous ne mourions pas; car nous avons encore ajouté ce péché à tous les autres que nous avions faits, de demander un roi qui nous gouverne, *au lieu du Seigneur qui jusqu'à présent nous a gouvernés avec tant de sagesse, de puissance et de bonté.*

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum et Samuelem, et dixit universus populus ad Samuelem : Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur; addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

20. Samuel répondit au peuple, *pour le rassurer :* Ne craignez point; *ce prodige n'est que pour vous instruire, et non pour vous perdre. Il est vrai que* vous avait fait tout ce mal; mais néanmoins ne quittez point le Seigneur, et servez-le de tout votre cœur.

20. Dixit autem Samuel ad populum : Nolite timere, vos fecistis universum malum hoc : verumtamen nolite recedere a tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro.

21. Ne vous détournez point de lui pour suivre les choses vaines, *comme sont les idoles* qui ne vous serviront point, et qui ne vous délivreront point, parce qu'elles sont vaines :

21. Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.

22. Et le Seigneur, pour la gloire de son nom, n'abandonnera point son peuple, parce qu'il a juré qu'il ferait de vous son propre peuple.

22. Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum : quia juravit Dominus facere vos sibi populum.

23. Pour moi, Dieu me garde de commettre ce péché contre lui, que je cesse jamais de prier pour vous. Je vous enseignerai toujours la bonne et la droite voie.

23. Absit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, et docebo vos viam bonam et rectam.

24. Craignez donc le Seigneur, et servez-le dans la vérité, et de tout votre cœur; car vous avez vu les merveilles qu'il a faites parmi vous, *pour punir les méchants et les exterminer.*

24. Igitur timete Dominum, et servite ei in veritate, et ex toto corde vestro; vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit.

25. Que si vous persévérez à faire le mal, vous périrez tous de même, vous et votre roi.

25. Quod si perseveraveritis in malitia : et vos et rex vester pariter peribitis.

---

19. *Timuit omnis populus nimis Dominum et Samuelem.* Dominum, cui tonitrua, imbres, et tempestates famularentur : Samuelem, qui illa tam facile impetraret. — *Dominum Deum tuum.* Non dicunt nostrum, quia se illum offendisse sciebant.

21. *Post vana.* Idola, deos vanos et falsos, quibus nullum verum numen inest.

22. *Propter nomen suum.* Propter famam et honorem suum.

Digitized by Google

CHAPITRE XIII.

§ I. *Saül innocent lorsqu'il commença à régner. Jonathas bat les Philistins. Saül fait publier cette victoire dans tout Israël. Les Philistins assemblent une armée nombreuse et marchent contre Israël. Les Israélites effrayés se cachent dans les cavernes, et fuient au delà du jourdain* (1).

L'AN DU MONDE 2911. —AVANT J.-C. 1093.

1. Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit super Israel (2).

2. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel : et erant cum Saul duo millia in Machmas, et in monte Bethel : mille autem cum Jonatha in Gabaa Benjamin; porro cæterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua.

3. Et percussit Jonathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens : Audiant Hebræi.

1. Saul était *doux, simple, innocent comme* un enfant d'un an, lorsqu'il commença à régner, et il régna deux ans *dans cette heureuse disposition.*

2. Il choisit trois mille hommes du peuple d'Israël, dont il y en avait deux mille avec lui *pour réprimer la garnison que les Philistins avaient* à Machmas et sur la montagne de Béthel; et mille avec Jonathas, *pour opposer à celle qu'ils avaient* à Gabaa *dans la tribu* de Benjamin, et il renvoya le reste du peuple chacun chez soi.

3. Jonathas avec ses mille hommes battit la garnison des Philistins qui était à Gabaa. De quoi les Philistins furent aussitôt avertis. Et Saül le fit publier à son de trompe dans tout le pays, en disant : Que les Hébreux entendent ceci, *et qu'ils sachent que les Philistins ont été battus*

(1) Bible vengée, note XIII. — (2) Ibid. note XIV.

CAP. XIII. 1. *Filius unius anni erat Saul.* Innocens scilicet, et purus, ut infantes esse solent. Alii explicant, unus annus intercessit ab unctione usque ad confirmationem regni, de qua extremo c. 11 dictum est, et duo deinde anni lapsi sunt usque ad bellum de quo hic agitur; sic fere explicant rabbini. — *Duobus autem annis regnavit super Israel.* Quæstio valde dubia est, quot annis Saul regnaverit, cum hic duo anni tantum illi tribuantur; Act. vero c. 13, n. 21, anni 40. Aliqui, ut verba sonant, tradunt 40 annis regnasse. Ita S. August. lib. 18 de Civit. Dei, c. 20, et lib. 17, c. 7 : Salmeron Prolegom. 14. Alii communite 40 hos annos ex annis Samuelis et Saulis conflari putant. Alii multi ita interpretantur verba nostri textus, ut dicatur duobus annis regnasse, scilicet in sua illa puritate et innocentia. Sanchez, quod duobus annis regnaverit solus; nam reliquo tempore præcedenti Samuel adhuc superstes administrationis reipublicæ particeps fuit : quæ sententia est etiam Montani, Mercatoris, Adrichomii, et aliorum. * Genuinus sensus sacri textus ille videtur esse quem attulimus, ut scilicet biennio regni exacto, contraxerit copias illas militares, de quibus versiculo secundo sequenti.

3. *Stationem Philisthinorum.* De qua supra, c. 10, n. 5.— *Audiant Hebræi.* Hæc fortassis fuit solemnis præconum formula, cum aliquid populo principis nomine proponerent. Non dissimilis habetur Dan. 3. 4 : *Præco clamabat valenter : Vobis dicitur populis, tribubus et linguis, etc.* Sententia est : audiant Hebræi quæ sequuntur, hoc est, *percussit Saul stationem Philisthinorum, etc.*

Digitized by Google

4. Ainsi le bruit se répandit dans tout Israël que Saül avait battu les Philistins. Alors Israël commença à prendre courage contre eux; et le peuple s'assembla avec de grands cris auprès de Saül à Galgala.

5. Les Philistins s'assemblèrent aussi pour combattre contre Israël, avec trente mille *hommes montés sur trois mille* chariots *de guerre*, six mille chevaux et une multitude de gens de pied aussi nombreuse que le sable qui est sur le rivage de la mer; et ils vinrent se camper à Machmas, vers l'orient de Bethaven.

6. Les Israélites se voyant *ainsi* pressés *par les Philistins devant lesquels ils n'osaient paraître* (car le peuple était tout abattu *et découragé*), s'allèrent cacher dans les cavernes, dans les lieux les plus secrets, dans les rochers, dans les antres et dans les citernes.

7. Les *autres* Hébreux passèrent le Jourdain et *vinrent* au pays de Gad et de Galaad. Saül était encore à Galaad; mais tout le peuple qui le suivait était dans l'effroi.

4. Et universus Israel audivit hujuscemodi famam : Percussit Saul stationem Philistinorum : et erexit se Israel adversus Philisthiim. Clamavit ergo populus post Saul in Galgala.

5. Et Philisthiim congregati sunt ad prœliandum contra Israel, triginta millia curruum, et sex millia equitum, et reliquum vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven (1).

6. Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus), absconderunt se in speluncis, et in abditis, in petris quoque, et in antris, et in cisternis.

7. Hebræi autem transierunt Jordanem in terram Gad et Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, universus populus perterritus est, qui sequebatur eum.

(1) Bible vengée, note XV.

4. *Clamavit ergo populus.* Quid clamaverint incertum; fortasse, ut Judic. 7. 20, clamaverunt Israelitæ : *Gladius Domini et Gedeonis;* ita simili aliqua formula bene ominati sunt regi suo Saul.

5. *Triginta millia curruum.* Fortasse Philisthæis cum copiis auxiliaribus aderant Tyrii : hinc tanta curruum multitudo. Certe in bello, quod c. 7 narratum est, Tyrii suppetias Palæstinis tulerunt, ut patet Ecclesiast. 46. 21, cùm dicitur : *Et contrivit principes Tyriorum, et omnes duces Philisthiim.* Lyranus ita interpretatur hunc locum, ut dicat fuisse triginta millia militum e curribus pugnantium, cui consentit Dionysius, et Salianus. Res minus mira videbitur reputanti Salomonem habuisse *quadraginta millia præsepia equorum currulium, et duodecim millia equestrium,* III. Reg. 4. 26. * Vide quæ diximus de rep. Hebræorum lib. 6, c. 11, q. 8. — *Bethaven.* Sic dicta, ut putant quidam, Bethel ob idolorum cultum. Significat autem *domum vanitatis* aut *iniquitatis,* Id quod alibi verum puto, inquit Emmanuel Sa, sed hic ipsam intelligo Bethaven diversam a Bethel.

6. *Absconderunt se in speluncis.* Quæ frequentes illis in regionibus. Sane David in speluncis delituit, I. Reg. 24. 4, et Josue, c. 10. 16, quinque reges e speluncis, in quibus se absconderant, extraxit. — *Abditis.* Hebr. et Chald. *munitionibus.* — *Petris.* Chald. *foraminibus petrarum.* — *Antris.* Hebr. *turribus.* Chald. *speluncis rupium.* LXX, *foveis.* — *Cisternis.* Ab aquis nimirum vacuis quæ abscondendis hominibus aptissimæ sunt.

7. *Hebræi autem transierunt Jordanem.* Hos, qui Jordanem transierunt, Hebræos potius quam Israelitas vocasse videtur sacer textus, ut esset quædam allusio ad significationem vocis hebraeæ quæ *transitorem,* græce περάτην, significat. — *Adhuc.* Scilicet à tempore innovati regni.

Digitized by Google

§ II. *Saül, après avoir attendu Samuel durant sept jours, offre lui-même un holocauste au Seigneur. Ce prophète vient peu après et lui déclare qu'il a péché contre le Seigneur, et que le Seigneur l'a rejeté.*

8. Et exspectavit septem diebus juxta placitum Samuelis, et non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo.

9. Ait ergo Saul : Afferte mihi holocaustum, et pacifica. Et obtulit holocaustum.

10. Cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat; et egressus est Saul obviam ei ut salutaret eum.

11. Locutusque est ad eum Samuel : Quid fecisti? Respondit Saul : Quia vidi quod populus dilaberetur a me, et tu non veneras juxta placitos dies, porro Philisthiim congregati fuerant in Machmas,

12. Dixi : Nunc descendent Philisthiim ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum.

13. Dixitque Samuel ad Saul : Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam

8. Il attendit sept jours, comme Samuel lui avait ordonné; cependant Samuel ne venait point à Galgala, et peu à peu tout le peuple l'abandonnait.

9. Saül dit donc alors : Apportez-moi l'holocauste et les pacifiques. Et il offrit l'holocauste, *par une témérité pleine de folie, car il n'était ni prêtre ni lévite.*

10. A peine avait-il achevé d'offrir l'holocauste que Samuel arriva, et Saül alla au-devant de lui pour le saluer.

11. Samuel lui dit : Qu'avez-vous fait? Saül lui répondit : Voyant que les Israélites me quittaient l'un après l'autre, que vous ne veniez point au jour que vous aviez dit, et que les Philistins s'étaient assemblés à Machmas,

12. J'ai dit *en moi-même :* Les Philistins vont venir m'attaquer à Galgala, et je n'ai point encore apaisé le Seigneur. Contraint par cette nécessité, j'ai offert l'holocauste.

13. Samuel dit à Saül : Vous avez fait une folie, et vous n'avez point gardé le commandement que vous aviez reçu du Seigneur votre Dieu. *Au lieu* que, si vous

---

8. *Exspectavit septem diebus juxta placitum Samuelis.* Id est, juxta præscriptum tempus : juxta id, quod illi cum Samuele convenerat, c. 10. 8.

9. *Afferte mihi holocaustum.* Lyranus et alii putant Saulem peccasse, sacerdotale munus sibi negatum usurpando. Negat Abulensis, et Cajetanus, quia cum hoc esset gravius peccatum quam septem integros dies non exspectare, sane illud propheta non tacuisset. Nec est necesse dicere per seipsum sacrificasse, sed per sacerdotes quos habebat in castris.

13. *Stulte egisti.* Peccatum Saulis in eo positum fuit, quod toto illo temporis spatio, quo jussus fuerat, Samuelem non exspectasset. Nec exiguum peccatum fuit non paruisse, quia, ut inquit Samuel, eumdem Saulem alloquens infra, c. 15. 22 : *Numquid vult Dominus holocausta, et victimas, et non, potius ut obediatur voci Domini?* Adde (quod notavit Isidor. Pelusiota epist. 181.) ad sanciendam legum suarum disciplinam graviter Dominum eos plectere consuevisse, qui in aliquo genere primi peccant, ut Ananiam et Saphiram voti violatores, Act. 5. 5, 10; et eum qui ligna colligens sabbati legem recens latam non servavit, Num. 15. 35. Vide quæ dixi Hieropolit. l. 3, c. 4, n. 4. — *Præparasset Dominus regnum tuum.* Præparare regnum idem est quod stabilire et confirmare; hoc enim significat verbum hebraicum כּוּן *cun :* sic Prov. 8. 27, dicitur · *Quando præparabat cœlos, aderam,* id est, quando fundabat. Non

Digitized by Google

n'aviez point fait cette faute, le Seigneur aurait maintenant affermi pour jamais votre règne sur Israël.

14. Mais votre règne ne subsistera point à l'avenir. Le Seigneur s'est pourvu d'un homme selon son cœur; et il lui a commandé d'être le chef de son peuple, parce que vous n'avez point observé ce qu'il vous a ordonné.

15. Samuel s'en alla ensuite, et passa de Galgala à Gabaa *de la tribu* de Benjamin. Et le reste du peuple marchant avec Saül contre les troupes qui les attaquaient, passa aussi de Galgala à Gabaa sur la colline de Benjamin. Saül ayant fait la revue du peuple qui était demeuré avec lui trouva environ six cents hommes.

16. Saül et Jonathas étaient donc à Gabaa de Benjamin, avec ceux qui les avaient suivis : et les Philistins étaient campés à Machmas.

17. Il sortit alors trois partis du camp des Philistins, pour aller piller. L'un prit le chemin d'Ephra, vers le pays de Sual;

18. L'autre marcha comme pour aller à Béthoron, et le troisième tourna vers le

nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum,

14. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum : et præcepit ei Dominus ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris quæ præcepit Dominus.

15. Surrexit autem Samuel, et ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recensuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo: quasi sexcentos viros.

16. Et Saul et Jonathas filius ejus, populusque qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin : porro Philisthiim consederant in Machmas.

17. Et egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum tres cunei. Unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual;

18. Porro alius ingrediebatur per viam Bethoron; tertius autem

---

videtur adhuc Saul per hæc verba rejectus omnino a Domino, sed minæ tantum intentatæ, nisi pareret in posterum: comminatio autem ad effectum deducta est, cum rursus Domini dicto minus obediens, a Samuele audivit : *Projecit te Dominus, ne sis rex super Israel*, c. 15. 26, vide Abulens. quæst. 11. — *Super Israel in sempiternum.* Verum quia Dominus prævidit vitio suo Saulem regnum amissurum, non servatis conditionibus quibus illud acceperat, tanto ante Jacob vaticinatus est, Genes. 49. 10 : *Non auferetur sceptrum de Juda, donec, etc.*

14. *Præcepit ei Dominus*, Præcepturus est. De re futura loquitur Samuel tanquam de præterita, ut non infrequenter solent prophetæ.

15. *Obviam populo.* Philisthæorum scillicet.

16. *In Machmas.* Machmas non procul aberat a Gabaa, in qua vires et castra conjunxerant Saul et Jonathas, ut patet infra ex c. 15. 5.

17. *Contra viam Ephra. Meridiem versus*, ut ait chaldæus paraphrastes. At si hæc Ephra eadem est cum ea in qua habitavit et sepultus est Gedeon, in septentrionem dicendum fuit, ut notat Salianus; erat enim ea urbs in tribu Manasse cis Jordanem, ut D. Hier. in locis hebraicis, et Adrichomius in tribu Manasse n. 31, volunt.

18. *Porro alius ingrediebatur per viam Bethoron.* Id est, occidentem versus; hic est enim situs inferioris Bethoron ratione Machmas juxta Adrichomium in tabula tribus Ephraim. — *Ad iter termini imminentis valli*

Digitized by Google

verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum.

chemin du coteau qui borne la vallée de Séboïm, du côté du désert.

§ III. *Les Philistins empêchaient depuis longtemps les Israélites de forger des armes pour se défendre, et les obligeaient d'aller chez eux pour faire forger leurs outils.*

19. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel; caverant enim Philisthiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam (1).

19. Or il ne se trouvait point de forgeron dans toutes les terres d'Israël. Car les Philistins avaient pris cette précaution pour empêcher que les Hébreux ne forgeassent ni épées ni lances.

20. Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, et ligonem, et securim, et sarculum.

20. Et tous les Israélites étaient obligés d'aller chez les Philistins pour faire aiguiser le soc de leurs charrues, leurs hoyaux, leurs cognées et leurs serfouettes.

21. Retusæ itaque erant acies vomerum, et ligonum, et tridentum, et securium, usque ad stimulum corrigendum.

21. C'est pourquoi le tranchant des socs de charrue, des hoyaux, des fourches et des cognées était tout usé, sans qu'ils eussent seulement de quoi aiguiser une pointe.

22. Cùmque venisset dies prælii, non est inventus ensis et lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule et Jonatha, excepto Saul et Jonatha filio ejus.

22. Et lorsque le jour du combat fut venu, hors Saül et Jonathas, son fils, il ne se trouva personne, de tous ceux qui les avaient suivis, qui eût une lance ou une épée à la main, *les autres n'étant armés que de bâtons, ou de divers instruments peu propres à combattre.*

23. Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.

23. Et la garnison des Philistins étant sortie de Machmas, s'avança vers Gabaa *sans résistance.*

(1) Bible vengée, note XVI.

Seboim. Id est, versus orientem. Seboim socia fuit Sodomæ et Gomorrhæ, unde hæc vallis nomen accepit.

19. *Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel.* Cum ad eam diem servissent Hebræi Philisthæis, horum jussu caruerant fabris, qui nondum erant restituti.

20. *Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim.* Fortasse ad ea loca ubi stationes, sive præsidia Philisthinorum erant in Israelitarum oppidis.

22. *Non est inventus ensis.* Cum tamen facile sibi ex præcedentibus victoriis parare potuissent. Non dicitur omnes Israelitas ensibus caruisse, sed eos qui erant cum Saule; hi autem tantùm erant sexcenti viri, quos fortasse Dominus inermes esse permisit, ut luculentior esset victoria. Crediderim etiam plerosque milites qui Sauli adhæserant fuisse ex Gabaa, quæ illis cum Saule communis erat patria. Gabaitæ autem funda jaciendis saxis plurimum valebant, Jud. 20. 16; quare non improbabile eos alia armorum genera neglexisse, ut postea David cum Goliath pugnaturus. Quamvis autem enses non haberent Israelitæ, aliis tamen telis non caruerunt, et rustica etiam instrumenta ad usum belli facile convertere potuerunt.

23. *Egressa est autem statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.* Statio Philisthiim significat tota ipsa castra stativa Philisthæorum, qui territos animadvertentes Hebræos a loco in quo prius consederant, progressi, castra

Digitized by Google

CHAPITRE XIV.

§ I. *Jonathas, accompagné seulement de son écuyer, va attaquer les Philistins, en tue plusieurs et met les autres en fuite.*

LA MÊME ANNÉE 2911.

1. Il arriva un jour que Jonathas, fils de Saül, dit à un jeune homme qui était son écuyer : Venez *avec moi*, et passons jusqu'au camp des Philistins, qui est au delà de ce lieu que vous voyez. Et il n'en dit rien à son père, *de peur qu'il ne s'opposât à son dessein; mais il tint la chose fort secrète.*

2. Saül cependant était logé *dans une caverne*, à l'extrémité de Gabaa, sous un grenadier qui était à Magron; et il y avait environ six cents hommes avec lui.

3. Achias, fils d'Achitob, frère d'Ichabod, fils de Phinées, fils d'Héli, grand prêtre du Seigneur à Silo, portait l'éphod, *faisant les fonctions de prêtre.* Et le peuple ne savait point non plus où était allé Jonathas.

4. Le lieu par où Jonathas tâchait de passer à la garnison des Philistins était bordé de côté et d'autre des deux rochers fort hauts et fort escarpés qui s'élevaient en pointe, comme des dents; l'un s'appelait Bosès, *c'est-à-dire glissant*, et l'autre Sené, *c'est-à-dire plein d'épines.*

1. Et accidit quadam die ut diceret Jonathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni, et transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicavit.

2. Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa, sub malogranato, quæ erat in Magron : et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum.

3. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed et populus ignorabat quò isset Jonathas.

4. Erant autem inter accensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte, et quasi in modum dentium scopuli hinc et inde prærupti, nomen uni Boses, et nomen alteri Sene :

---

locarunt inter Machmas et Gabaa Benjamin, eo consilio ut Saulem in Gabaa obsiderent, et cum urbe ipsum caperent et occiderent.

CAP. XIV. 1. *Quadam die.* Non accipitur hic dies prout a nocte distinguitur; nam Josephus, et Abulensis, et alii putant Jonatham nocturnum captasse tempus, ut tentaret aliquid contra Philisthæos.

2. *In extrema parte Gabaa.* Loco non parum dissito ab eo in quo Jonathas morabatur. — *Sub malogranato.* Certo quodam loco, cui erat nomen a malogranato, ibi tentorium suum habebat Saul. Videtur locus hic ille idem, in quo Judic. 20. 47, sexcenti viri consederant; erat enim prope Gabaa, et dicebatur. *Petra Remmon*, id est, *collis*, aut *scopulus mali granati.*

3. *Portabat ephod.* Pontificale scilicet. Achias alio nomine dicebatur Achimelech, eratque filius Achitob, filii Phinees, filii Heli.

4. *Nomen uni Boses.* Quæ vox significat *flos in eo :* locus fortasse floribus abundans. Rupes hæc ex Adrichomio vertice suo vergebat in meridiem, et respiciebat Gabaa. — *Nomen alteri Sene.* Quæ vox *rubum* significat : ibi fortasse rubi et spinæ : hujus scopuli vertex prominebat ad aquilonem, et obversus erat ad oppidum Machmas, eodem Adrichomio auctore.

Digitized by Google

5. **Unus scopulus** prominens ad aquilonem ex adverso Machmas, et alter ad meridiem contra Gabaa.

6. **Dixit autem** Jonathas ad adolescentem armigerum suum : Veni, transeamus ad stationem incircumcisorum horum, si fortè faciat Dominus pro nobis : quia non est Domino difficile salvare, vel in multis, vel in paucis.

7. **Dixitque** ei armiger suus : Fac omnia quæ placent animo tuo : perge quo cupis, et ero tecum ubicumque volueris.

8. **Et ait** Jonathas : Ecce nos transimus ad viros istos. Cumque apparuerimus eis,

9. Si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos : stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos.

10. Si autem dixerint : Ascendite ad nos : ascendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris : hoc erit nobis signum.

11. Apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum : dixeruntque Philisthiim : En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.

12. Et locuti sunt viri de statione ad Jonatham, et ad armigerum ejus, dixeruntque : Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum : Ascendamus, sequere me :

5. L'un de ces rochers était situé du côté du septentrion, vis-à-vis de Machmas, et l'autre du côté du midi, vis-à-vis de Gabaa.

6. Jonathas dit donc au jeune homme son écuyer : Venez, passons jusqu'au camp de ces incirconcis. Peut-être que le Seigneur combattra pour nous ; car il lui est également aisé de donner la victoire avec un grand ou avec un petit nombre.

7. Son écuyer lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira ; allez où vous voudrez, et je vous suivrai partout.

8. Jonathas lui dit : Nous allons vers ces gens-là. Lors donc qu'ils nous auront aperçus,

9. S'ils nous disent : Demeurez là jusqu'à ce que nous allions à vous ; demeurons en notre place, et n'allons point à eux.

10. Mais s'ils nous disent : Montez ici, montons-y ; car ce sera la marque que le Seigneur les aura livrés entre nos mains.

11. Lors donc que la garde des Philistins les eut aperçus, les Philistins dirent : Voilà les Hébreux qui sortent des cavernes où ils s'étaient cachés.

12. Et les plus avancés de leur camp, *qui étaient en sentinelle sur ces rochers*, s'adressant à Jonathas et à son écuyer, leur dirent : Montez ici, et nous vous ferons voir quelque chose *qui vous apprendra à ne pas venir nous insulter*. Jonathas dit

---

6. ***Transeamus ad stationem.*** Temerarium consilium, nisi Deus inspirasset, cui, ut ipsemet loquitur Jonathas, *difficile non est salvare in multis, vel in paucis.* * Dictum hoc frequenter usurpatum in sacris Litteris. Vide II. Paral. 14. 11, et I. Mach. 3. 18, et II. Mach. 15. 27, exempla vero habemus Jud. 7. 4 ; inf., c. 17. 47 ; II. Paral. 25. 8 : similis etiam sententia Ps. 146. 10.

9. ***Si taliter locuti fuerint.*** Cum Jonathas non omnino certus esset an incitatio illa animi divinitus esset immissa, signum statuit, et omen captat, ex quo certior fiat de divino motu. Hujusmodi signis edoceri quid facto opus esset postulasse viros sanctos et sapientes discimus ex Scripturis. Sic servus Abraham, Genes. 24. 14 ; Gedeon, Judic. 7. 11. Credibile etiam est Deum, qui mentem illi injecerat ut ad Philisthæorum castra ascenderet, etiam ut signum noscendæ divinæ voluntatis constitueret, suggessisse.

12. ***Ostendemus vobis rem.*** Cum viderent Philisthæi Jonatham huc et illuc errantem, quasi aliquid quæreret, illi cum irrisione dicunt : Venite ad nos,

Digitized by Google

alors à son écuyer : Montons, suivez-moi ; car le Seigneur les a livrés entre les mains d'Israël.

13. Ainsi Jonathas monta, grimpant avec les mains et les pieds, et son écuyer derrière lui. *Quand il fut arrivé au camp des Philistins, il les chargea brusquement, sans leur donner le temps de se reconnaître.* Une partie des ennemis tomba donc sous la main de Jonathas ; et son écuyer qui le suivait tuait les autres.

14. Ce fut là la première défaite des Philistins, où Jonathas et son écuyer tuèrent d'abord environ vingt hommes, dans la moitié d'autant de terre qu'une paire de bœufs en peut labourer en un jour.

15. Un effroi admirable se répandit aussitôt dans le camp et par toute *l'armée des Philistins, qui étaient répandus dans* la campagne. Tous leurs gens, qui étaient allés pour piller, furent frappés d'étonnement, *en apprenant cette nouvelle.* Tout le pays fut en trouble ; et il parut que c'était Dieu qui avait fait ce miracle.

16. Les sentinelles de Saül, qui étaient à Gabaa de Benjamin, jetant les yeux de ce côté-là, virent un grand nombre de gens étendus sur la place, et *d'autres* qui fuyaient en désordre çà et là.

17. Alors Saül dit à ceux qui étaient avec lui : Cherchez, et voyez qui est sorti de notre camp. Et quand on eut fait cette recherche, on trouva que Jonathas et son écuyer n'y étaient pas.

tradidit enim Dominus eos in manus Israel.

13. Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans, et armiger ejus post eum. Itaque alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat sequens eum.

14. Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas et armiger ejus, quasi viginti virorum, in media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.

15. Et factum est miraculum in castris, per agros : sed et omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, et conturbata est terra : et accidit quasi miraculum a Deo.

16. Et respexerunt speculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, et ecce multitudo prostrata, et huc illucque diffugiens.

17. Et ait Saul populo, qui erat cum eo : Requirite, et videte quis abierit ex nobis. Cùmque requisissent, repertum est non adesse Jonathan, et armigerum ejus.

---

et ostendemus id quod tanto studio quæritis, nempe mortem : vel sensus est : audite, habemus enim quod vobis dicamus.

13. *Ascendit autem Jonathas.* Non in conspectu Philisthæorum, sed ex aliqua alia parte, ut cum Josepho alii nonnulli sentiunt. — *Alii cadebant ante Jonatham.* Timore divinitus immisso consternatos facile potuit Jonathas cum armigero suo viginti illos viros opprimere.

14. *In media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit.* Videtur, legendum *quod*, ut referatur ad jugerum, et non ad partem ejus ; id enim, quod possunt arare boves uno die, est integrum jugerum.

15. *Miraculum.* Vox hebraica חֲרָדָה *charadah*, stuporem, tremorem, trepidationemque significat. — *In castris, per agros.* Hebr. est, *in castris, in agro*, id est, tam in castris quam in agro. Vel sensus est, in castris, quæ erant in agro. — *Obstupuit.* Hoc est, quod paulo ante miraculum appellavit. — *Conturbata est terra.* Putat probabiliter Salianus significari terræ motum quo terra concussa sit ad terrendos Philisthæos. — *Quasi miraculum a Deo.* Ex hebræo verti potest, *in miraculum Dei*, seu *in trepidationem*, aut *stuporem Dei* : stupor Dei dicitur phrasi Scripturæ stupor magnus, ut cum dicitur *montes Dei, cedri Dei*, id est, montes excelsi, cedri valde proceræ. Particula

Digitized by Google

§ II. *Saül veut consulter le Seigneur ; mais ayant entendu le trouble qui était dans le camp des Philistins, il les attaque sans attendre sa réponse. Il trouve qu'ils ont tourné leurs armes les uns contre les autres, et qu'il s'en est fait un grand carnage. Tous les Israélites se réunissent pour poursuivre les Philistins. Saül maudit quiconque mangera avant que l'on ait remporté une pleine victoire.*

18. Et ait Saul ad Achiam : Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israel.)

19. Cùmque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum : crescebatque paulatim, et clariùs resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem : Contrahe manum tuam.

20. Conclamavit ergo Saul, et omnis populus qui erat cum eo, et venerunt usque ad locum certaminis : et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque ad proximum suum, et cædes magna nimis.

21. Sed et Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri et nudiustertius, ascenderantque cum eis in castris, reversi sunt ut essent cum

18. Saül dit donc à Achias : Consultez l'arche de Dieu (car l'arche de Dieu était alors avec les enfants d'Israël), *pour savoir si nous chargerons les ennemis.*

19. Pendant que Saül parlait au prêtre, on entendit un bruit confus, comme d'un tumulte, qui, venant du camp des Philistins, s'augmentait peu à peu, et se faisait entendre plus distinctement. Saül dit donc au prêtre : Abaissez vos mains. *Il ne s'agit plus de consulter le Seigneur ; il se déclare assez ; et le trouble qu'il a jeté parmi les ennemis nous avertit de les combattre sans tarder.*

20. Et aussitôt il jeta un grand cri qui fut accompagné de celui de tout le peuple. Et étant venus au lieu du combat, ils trouvèrent que les Philistins s'étaient percés l'un l'autre de leurs épées, et qu'il s'en était fait un grand carnage.

21. Les Hébreux aussi, qui avaient été avec les Philistins, il n'y avait que deux ou trois jours, et qui étaient allés avec eux dans leur camp, *comme pour se rendre à*

---

quasi non tam similitudinem significat quam veritatem, ut dicitur I. Petr. 2. 13, *sive regi quasi præcellenti.* Italice, *come a quello, che ha dignita piu sublime.*

18. *Applica arcam.* Idem est quod alibi dicitur, *applica ephod,* hoc est, induere ephod, et ad arcam accede, et consule Dominum. Quomodo ederentur oracula sciscitantibus pontificibus, incertum est. Alii quæstioni in scheda inscriptæ responsum divino miraculo subscriptum apparere : alii ad sacerdotis aures sonum quemdam accidere, quo quid facto opus esset indicaretur : alii in sardonyche qui erat ad humerum dextrum pontificis, splendorem apparere solitum, quo Numinis præsentia, et prosper eventus significaretur.

19. *Contrahe manum tuam.* Extenderat enim manus ad orandum. Jubet absistere ab orando, quia angustiis temporis excludebatur, et fortasse quia timens Jonathæ statim in pugnam descendendum putavit.

20. *Versus fuerat gladius uniuscujusque.* Laborabant enim ἀορασίᾳ. vel potius ἀκρισίᾳ, ne inter hostes et suos discernere possent.

21. *Hebræi qui fuerant cum Philisthiim.* Vel transfugæ, vel captivi, aut servi. Servos fuisse, et diu apud Palæstinos servitutem serviisse, indicat illa phrasis, *ab heri et nudiustertius,* quæ diuturnitatem aliquam temporis significat. Fecerunt Hebræi quod in classibus usu venit; cum enim turcica triremis capitur a christianis, captivi christiani remigio addicti, in Turcas insurgunt.

Digitized by Google

eux, vinrent se rejoindre aux Israélites qui étaient avec Saül et Jonathas.

22. Tous les Israélites aussi qui étaient cachés dans la montagne d'Ephraïm, ayant appris que les Philistins fuyaient, se réunirent avec leurs gens pour les combattre; et Saül avait déjà environ dix mille hommes.

23. En ce jour-là le Seigneur sauva Israël. On poursuivit les ennemis jusqu'à Béthaven.

Alors les Israélites se réunirent; et Saül fit devant le peuple cette protestation avec serment : Maudit soit celui qui mangera avant le soir, jusqu'à ce que je me sois vengé de mes ennemis. C'est pourquoi tout le peuple s'abstint de manger.

Israel, qui erant cum Saul et Jonatha.

22. Omnes quoque Israelitæ qui se absconderant in monte Ephraim, audientes quod fugissent Philisthæi, sociaverunt se cum suis in prælio. Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum.

23. Et salvavit Dominus in die illa Israel, pugna autem pervenit usque ad Bethaven.

24. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa : adjuravit autem Saul populum, dicens : Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem :

§ III. *Les Israélites passent dans un bois plein de miel. Le peuple s'abstient d'en manger à cause du serment du roi. Jonathas, qui ne le savait pas, en porte à sa bouche et en mange. Saül bâtit pour la première fois un autel au Seigneur.*

25. En même temps ils vinrent dans un bois où la terre était couverte de miel.

26. Le peuple y étant entré vit paraître ce miel qui découlait *du creux des arbres et des rochers où les abeilles le formaient*, et personne n'osa en prendre ni le porter à sa bouche, parce qu'ils craignaient tous *de violer* le serment du roi.

27. Jonathas n'avait point entendu cette protestation que son père avait fait avec serment devant le peuple. C'est pourquoi, étendant la baguette qu'il avait à la main, il en trempa le bout dans un rayon de

25. Omneque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri (1).

26. Ingressus est itaque populus saltum, et apparuit fluens mel, nullusquè applicuit manum ad os suum; timebat enim populus juramentum.

27. Porro Jonathas non audierat cum adjuraret pater ejus populum : extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, et intinxit in favum mellis : et con-

(1) Bible vengée, note XVII.

---

24. *Maledictus vir.* In hac adjuratione pœna capitis videtur fuisse proposita ei qui contra fecisset, quod patet ex periculo Jonathæ, de quo paulo post. — *Comederit panem.* Cujusvis generis prohibitus cibus, ut patet ex facto Jonathæ qui cùm mel comedisset, contra adjurationem fecisse censebatur. Potus non videtur interdictus, quia brevior in bibendo mora, et urgentior illius necessitas æstu et pugna fatigatis. Inconsulte, nec sine culpa. Saulem adjurationem illam interposuisse plurium tenet sententia, quæ est etiam LXX interpretum, qui habent, *magna laborans ignorantia maledixit.* Abulensis tamen, Cajetanus, Serarius, et Salianus, Saulis præceptum justum fuisse volunt, quod rationi consentaneum esset omnes præcidere occasiones moras nectendi, quodque viris duris et militaribus non adeo difficile esset et violentum jejunium ad vesperum usque producere.

25. *Erat mel super faciem agri.* In cavis enim arborum truncis mellificaverunt apes.

Digitized by Google

vertit manum suam ad os suum, et illuminati sunt oculi ejus.

28. Respondensque unus de populo, ait : Jurejurando constrinxit pater tuus populum, dicens : Maledictus vir, qui comederit panem hodie; (defecerat autem populus).

29. Dixitque Jonathas : Turbavit pater meus terram : vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei; eo quod gustaverim paululum de melle isto :

30. Quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? Nonne major plaga facta fuisset in Philisthiim?

31. Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a Machmis usque in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis :

32. Et versus ad prædam, tulit oves, et boves, et vitulos, et mactaverunt in terra : comeditque populus cum sanguine.

33. Nuntiaverunt autem Sauli dicentes, quod populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait : Prævaricati estis : volvite ad me jam nunc saxum grande.

34. Et dixit Saul : Dispergimini in vulgus, et dicite eis, ut adducat ad me unusquisque bovem suum et arietem, et occidite super istud, et vescimini, et non peccabitis Domino comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque ad noctem : et occiderunt ibi.

miel : et en ayant ensuite porté à sa bouche avec la main, ses yeux reprirent une nouvelle vigueur; *car il était épuisé de la fatigue de cette journée.*

28. Quelqu'un du peuple lui dit : Votre père a engagé tout le peuple par serment en disant : Maudit soit celui qui mangera d'aujourd'hui. (Or ils étaient tous extrêmement abattus.)

29. Jonathas répondit : Mon père a troublé tout le monde *par ce vœu indiscret.* Vous avez vu vous-mêmes que mes yeux ont repris une nouvelle vigueur, parce que j'ai goûté un peu de ce miel.

30. Combien donc le peuple se serait-il plus fortifié, s'il eût mangé de ce qu'il a rencontré dans le pillage des ennemis? La défaite des Philistins n'en aurait-elle pas été plus grande?

31. Les Hébreux battirent les Philistins en ce jour-là, et les poursuivirent depuis Machmas jusqu'à Aialon. Et le peuple étant extrêmement las *et épuisé,*

32. Se jeta sur le butin, prit des brebis, des bœufs et des veaux, et les tuèrent sur la place; et le peuple mangea *de la chair* dont il n'avait point répandu le sang.

33. Saül en fut averti, et on lui dit que le peuple avait péché contre le Seigneur en mangeant des viandes avec le sang. Saül leur dit : Vous avez violé la loi. Qu'on me roule ici une grande pierre.

34. Et il ajouta : Allez par tout le peuple, et dites-leur : Que chacun amène son bœuf et son bélier; égorgez-les sur cette pierre, et après cela vous en mangerez, et vous ne pécherez point contre le Seigneur en mangeant de la chair avec le sang. Chacun vint donc amener là son bœuf jusqu'à la nuit, et ils les tuèrent sur la pierre.

---

27. *Illuminati sunt oculi ejus.* Caligabant enim præ inedia.

28. *Defecerat autem populus.* Ἐ ξελύθη ὁ λαὸς ; ut habent LXX, *dissolutus est populus, elanguit* propter jejunium.

29. *Turbavit pater meus terram.* Chald. *populum terræ.*

32. *Comeditque populus cum sanguine.* Quod vetitum erat Gen. 9. 4 : *Carnem cum sanguine non comedetis,* quod idem prohibetur Lev. 17. 14, et Deut. 12. 16.

34. *Et non peccabitis Domino comedentes cum sanguine.* Sensus est : legitime occidetis, sanguinem in terram fundetis, atque ita jam non peccabitis, ut fecistis.

Digitized by Google

35. Alors Saül bâtit un autel au Seigneur, et ce fut la première fois qu'il lui éleva un autel, *quoiqu'il en eût déjà reçu plusieurs bienfaits.*

35. Ædificavit autem Saul altare Domino; tunecque primum cœpit ædificare altare Domino.

§ IV. *Saül veut attaquer les Philistins durant la nuit. Il consulte sur cela le Seigneur qui ne répond point. Il cherche la raison de ce silence, et le sort tombe sur Jonathas. Saül veut le faire mourir ; mais le peuple le sauve de ses mains.*

36. Saül dit ensuite : Jetons-nous cette nuit sur les Philistins, et taillons-les en pièces, de telle sorte qu'il n'en reste pas un seul au point du jour. Le peuple lui répondit : Faites tout ce qu'il vous plaira. Alors le prêtre lui dit : Allons ici consulter Dieu *auparavant.*

37. Saül consulta donc le Seigneur, et lui dit : Poursuivrai-je les Philistins? et les livrerez-vous entre les mains d'Israël? A quoi le Seigneur ne lui répondit rien cette fois.

38. Alors Saül dit : Faites venir ici tous les principaux du peuple; qu'on cherche partout, et qu'on sache qui est celui par qui le péché est venu aujourd'hui parmi nous.

39. Je jure par le Seigneur, qui est le Sauveur d'Israël, que si Jonathas mon fils se trouve coupable de ce péché, il mourra sans rémission. Et nul du peuple ne le contredit, lorsqu'il parla de la sorte.

40. Saül dit donc à tout Israël : Mettez-vous tous d'un côté, et je me tiendrai, moi et mon fils Jonathas, de l'autre. Le peuple répondit à Saül : Faites tout ce qu'il vous plaira.

40. Saül dit au Seigneur, le Dieu d'Israël : Seigneur, Dieu d'Israël, faites-nous

36. Et dixit Saul : Irruamus super Philisthæos nocte, et vastemus eos usquedum illuscescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitque populus : Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos : Accedamus huc ad Deum.

37. Et consuluit Saul Dominum : Non persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israel? et non respondit ei in die illa.

38. Dixitque Saul : Applicate huc universos angulos populi : et scitote, et videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie.

39. Vivit Dominus Salvator Israel, quia si per Jonatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

40. Et ait ad universum Israel : Separamini vos in partem unam, et ego cum Jonatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus ad Saul : Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel : Domine Deus Is-

---

35. *Ædificavit autem Saul altare Domino.* Ut in eo offerrentur sacrificia pacifica pro re feliciter gesta, et ut altare illud posteris monumentum esset victoriæ divino beneficio adeptæ. — *Primum cœpit ædificare altare.* Nam licet c. præcedenti legatur sacrificasse, illud tamen altare non ab ipso, sed ab aliquo alio constructum fuerat.

36. *Sacerdos.* Id est, pontifex, summus sacerdos. — *Accedamus huc ad Deum.* Quasi dicat : Placet consilium tuum, sed Dominum consulamus.

38. *Universos angulos populi.* Principes populi, qui ut anguli domorum fabricam, ita ipsi rempublicam faciunt. D. Chrysost. interpretatur *tribus populi.* Lyranus, et Abulensis, et Serarius, castrorum extrema; quasi præcipiat ut omnes adsint, etiam qui in extremis erant castris. Ex Domini silentio orta Sauli suspicio, ne propter alicujus peccatum universo Israeli iratus esset ut quondam Josue 7, propter peccatum Achan.

Digitized by Google

rael da indicium : quid est quod non responderis servo tuo hodie? Si in me, aut in Jonatha filio meo, est iniquitas hæc, da ostensionem, aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Jonathas et Saul, populus autem exivit.

42. Et ait Saul : Mittite sortem inter me, et inter Jonatham filium meum. Et captus est Jonathas.

43. Dixit autem Saul ad Jonatham : Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Jonathas, et ait : Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, et ecce ego morior.

44. Et ait Saul : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia morte morieris Jonatha.

45. Dixitque populus ad Saul : Ergone Jonathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nefas est : vivit Dominus, si ceciderit capillus de capite ejus in terram, quia cum

connaître d'où vient que vous n'avez point répondu aujourd'hui à votre serviteur. Si cette iniquité est en moi, ou en mon fils Jonathas, découvrez-le-nous; ou si elle est dans votre peuple, sanctifiez-le, *en faisant connaître le coupable, ou en le punissant. On jeta ensuite le sort*, et le sort tomba sur Jonathas et sur Saül; et le peuple fut hors de péril.

42. Saül dit alors : Jetez le sort entre moi et Jonathas, mon fils. Et le sort tomba sur Jonathas.

43. Saül dit donc à Jonathas : Découvrez-moi ce que vous avez fait : Jonathas avoua tout, et lui dit : J'ai pris un peu de miel au bout d'une baguette que je tenais à la main, et j'en ai goûté, *sans savoir la défense que vous en aviez faite*, et je meurs pour cela.

44. Saül, *sans avoir égard à une excuse aussi raisonnable*, lui dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité si vous ne mourez *aujourd'hui*.

45. Le peuple dit à Saül : Quoi donc! Jonathas mourra-t-il, lui qui vient de sauver Israël d'une manière si merveilleuse? Cela ne se peut. Nous jurons par le Seigneur qu'il ne tombera pas sur la terre un seul poil de sa tête. Il a agi aujourd'hui

---

41. *Da sanctitatem.* Quasi dicat : Ostende nos innocentes; vel sensus est : da signum quo significes te amare sanctitatem, et culpam abominari. Da etiam sanctitatem, ut scilicet eo qui peccavit sublato, populo tuo sanctitas a qua excidit, reddatur. Sanchez putat Saul bene precari populo, quasi dicat : Ignosce illi, aut viam ostende qua expiari possit. — *Deprehensus est Jonathas.* Licet peccatum esset a Saule, cum comedenti maledixit, ut supra diximus, Dominus tamen, ad sanciendam eam quæ principibus debetur obedientiam, per sortes Jonatham indicavit. Adde voluisse hoc exemplo docere quæ vis esset parentum execrationum et maledictionum, quas culpæ non affinibus filiis aliquando noxias fuisse legimus. Ex quo etiam intelligimus verum esse illud, quod dici solet, anathemata etiam injusta esse timenda. Tandem ut Saul in periculo filii, quem unice diligebat, puniretur : quis enim fuerit Saulis dolor, cum Jonatham destinatam morti victimam videret, ob inconsultam illam suam, ac præcipitem adjurationem! — *Populus autem exivit.* Non ab urna, sed a periculo : a sortibus absolutus fuit.

43. *Et ecce ego morior.* Quasi dicat : Itane ex tam levi causa moriar? Cajetanus duplex in Jonatha peccatum deprehendit. Primo, quia audito patris cum adjuratione atque execratione mandato, factum suum nihilominus probavit. Deinde, quia ausus est, tacente et non reclamante populo, mandatum illud imprudentiæ et temeritatis arguere. Serarius addit tertium, quod scilicet cum videret nullum ex melle illo exposito, et passim obvio gustantem, quærere potuit causam, et suspicari a parente fortasse interdictum.

45. *Vivit Dominus, si ceciderit capillus de capite ejus in terram.* Phrasis

Digitized by Google

trop visiblement avec Dieu. Le peuple délivra donc Jonathas, et lui sauva la vie.

46. Après cela Saül se retira, sans poursuivre davantage les Philistins; et les Philistins s'en retournèrent aussi chez eux.

Deo operatus est hodie. Liberavit ergo populus Jonatham, ut non moreretur.

46. Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthiim : porro Philisthiim abierunt in loca sua.

§ V. *Saül combat de tous côtés les ennemis d'Israël, et remporte partout la victoire. Il attire auprès de sa personne tous les gens de cœur et propres à la guerre.*

47. Saül ayant affermi son règne sur Israël, combattait de tous côtés contre ses ennemis, contre Moab, contre les enfants d'Ammon, contre Edom, contre les rois de Soba et contre les Philistins; et de quelque côté qu'il tournât ses armes, il en revenait victorieux.

48. Ayant assemblé son armée, il défit les Amalécites, et délivra Israël de la main de ceux qui pillaient toutes ses terres.

49. Saül eut trois fils, Jonathas, Jessui, et Melchisua : et deux filles dont l'aînée s'appelait Mérob, et la plus jeune Michol.

50. Sa femme se nommait Achinoam, et était fille d'Achimaas. Le général de son

47. Et Saul, confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum adversùm omnes inimicos ejus, contra Moab, et filios Ammon, et Edom, et reges Soba, et Philisthæos : et quocumque se verterat, superabat.

48. Congregatoque exercitu percussit Amalec, et eruit Israel de manu vastatorum ejus.

49. Fuerunt autem filii Saul, Jonathas, et Jessui, Melchisua : et nomina duarum filiarum ejus, nomen primogenitæ Merob, et nomen minoris Michol.

50. Et nomen uxoris Saul, Achinoam filia Achimaas : et nomen

---

est proverbialis : sic Christus, Lucæ 21. 18 : *Capillus de capite vestro non peribit.* — *Cum Deo operatus est hodie.* Deo scilicet auspice et fautore. — *Liberavit ergo populus Jonatham, ut moreretur.* Quasi violenter eum e Saulis manibus eripientes, et compensatione utendum esse asserentes, ut scilicet peccatum violati jejunii egregio in rempublicam promerito compensaretur et aboleretur.

46. *Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthiim.* Veritus ne forte Deus, a quo responsum non tulerat, iratus esset.

47. *Moab et filios Ammon.* Hebræis vicinos ex parte orientali. — *Edom.* Idumæos qui erant Hebræis finitimi versus meridiem. — *Reges Soba.* Quorum regnum erat ad partem septentrionalem terræ Israel; itaque rex Syriæ Damasci opem tulisse scribitur Adarezer regi Soba, cum oppugnaretur a David, II. Reg. 8. 5. Damascus autem est in boreali parte terræ sanctæ. Reges etiam Soba inimicitias gerebant cum regibus Emath; terra autem Emath est ad plagam aquilonarem Israel, ut habemus Num. 34. 8 : vide quæ dixi hoc loco.

48. *Percussit Amalec.* Quod bellum cap. sequenti narratur. — *Vastatorum ejus.* Gentium, quæ Israeli erant infestæ, quas pauo ante numeravit.

49. *Jonathas.* Alium etiam habuit filium, cujus nomen Isboseth, cujus mentio erit infra. Abulensis omissum dicit, quod non semper omnia narret Scriptura. Emm. Sa putat omissum, quod bello esset ineptus; I. tamen Paral. c. 8. 33, quatuor recensentur Saul filii. — *Jessui.* Hic, I. Paral. c. 8. 33, appellatur Abinadab. — *Primogenitæ.* Respectu sororis Michol, non vero etiam fratrum.

50. *Et nomen uxoris Saul.* Quam scilicet duxerat antequam veniret ad regnum. Nam postea concubinam habuit nomine Respha, ut patet ex lib. 2,

Digitized by Google

principis militiæ ejus Abner, filius Ner, patruelis Saul.

51. Porro Cis fuit pater Saul, et Ner pater Abner, filius Abiel.

52. Erat autem bellum potens adversùm Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, et aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

armée était Abner, fils de Ner et cousin germain de Saül.

51. Car Cis, père de Saül, et Ner, père d'Abner, étaient *tous deux* fils d'Abiel.

52. Pendant tout le règne de Saül il y eut une forte guerre contre les Philistins. Et aussitôt que Saül avait reconnu qu'un homme était vaillant et propre à la guerre, il le prenait auprès de lui.

CHAPITRE XV.

§ I. *Samuel ordonne à Saül de la part de Dieu de marcher contre Amalec, et de l'exterminer entièrement. Saül assemble tout Israël, et taille en pièces les Amalécites; mais il épargne leur roi, et conserve tout ce qu'il y avait de meilleur parmi leurs troupeaux et leurs meubles* (1).

1. Et dixit Samuel ad Saul : Me misit Dominus, ut ungerem te in regem super populum ejus Israel : nunc ergo audi vocem Domini :

2. Hæc dicit Dominus exercituum : Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via cùm ascenderet de Ægypto.

3. Nunc ergo vade, et percute Amalec, et demolire universa ejus : non parcas ei, et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid : sed interfice à viro usque ad mu-

1. Après cela Samuel vint dire à Saül : *Vous savez que* le Seigneur m'a envoyé pour vous sacrer roi sur son peuple d'Israël, *et que c'est à lui que vous êtes redevable de cette dignité.* Ecoutez donc ce qu'il vous commande, *et faites-le exactement.*

2. *Or* voici ce que dit le Seigneur des armées : J'ai rappelé en ma mémoire tout ce qu'Amalec a fait *autrefois* à Israël, et de quelle sorte il s'opposa à lui dans son chemin lorsqu'il sortit de l'Egypte.

3. C'est pourquoi *je veux que vous exécutiez maintenant l'arrêt que je prononçai alors contre lui.* Marchez *donc* contre Amalec, taillez-le en pièces, et détruisez tout ce qui est à lui; ne lui par-

(1) Bible vengée, note XVIII.

---

c. 3. 7. — *Abner, filius Ner.* Ner autem erat frater Cis patris Saul. Itaque Saul et Abner patrueles erant.

51. *Ner pater Abner, filius Abiel.* Cujus etiam Cis filius erat. Totam Saulis genealogiem, vel, ut vulgo appellamus, arborem, vide apud Salianum tom. 3, anno mundi 2965, numero marginali XV.

Cap. XV. 2. *Recensui quæcumque fecit Amalec Israeli.* Historiam habes Exod. 17, cujus c. n. 14, hæc verba legimus : *Scribe hoc ob monumentum in libro, et trade auribus Josue : delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.* Nunc ergo humano more loquitur Deus, quasi dicat : Evolvi annales, et reperi Amalec pœnas mihi debere, etc. — * *Quomodo restitit ei in via.* — Non tantum restitit, sed inhumaniter et dure se gessit erga Israelitas, quibus tamen sanguinis communione jungebatur, cum ab Esau genus duceret; nam per fines suos transire non permisit, et longo circuitu eo, quo tendebant, proficisci coegit, Num. 20; fame etiam et labore confectos vexavit, extremum agmen ex insidiis carpendo. Deut. 25. 18.

3. *Non concupiscas ex rebus ipsius aliquid.* Juxta ea quæ præcepit Dominus Deut. 7. 25, 26 : *Sculptilia eorum igne combures : non concupisces*

Digitized by Google

donnez point; ne désirez rien de ce qui lui appartient; mais tuez *tout*, depuis l'homme jusqu'à la femme, jusqu'aux petits enfants, et ceux qui sont encore à la mamelle, jusqu'aux bœufs, aux brebis, aux chameaux et aux ânes.

4. Saül donna donc ses ordres au peuple; et s'étant assemblés comme de agneaux, il se trouva dans la revue qu'il en fit deux cent mille hommes de pied *de toutes les tribus d'Israël*, et dix mille hommes de la tribu de Juda.

5. Il marcha ensuite jusqu'à la ville *capitale* d'Amalec. Il dressa des embuscades le long du torrent *qui passe dans la vallée prochaine*.

6. Il dit aux Cinéens *descendants de Jéthro, beau-père de Moïse, qui, étant voisins des Amalécites, s'étaient mêlés avec eux :* Allez, retirez-vous; séparez-vous des Amalécites, de peur que je ne vous enveloppe avec eux. Car vous avez usé de miséricorde envers tous les enfants d'Israël lorsqu'ils revenaient de l'Egypte. Les Cinéens se retirèrent donc du milieu des Amalécites.

7. Et Saül tailla en pièces les Amalécites, depuis Hévila jusqu'à Sur qui est vis-à-vis de l'Egypte.

8. Il prit vif Agag, roi des Amalécites,

lierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem, camelum et asinum (1).

4. Præcepit itaque Saul populo, et recensuit eos quasi agnos : ducenta millia peditum, et decem millia virorum Juda.

5. Cùmque venisset Saul usque ad civitatem Amalec, tetendit insidias in torrente.

6. Dixitque Saul Cinæo : Abite, recedite, atque descendite ab Amalec : ne fortè involvam te cum eo; tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cùm ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec.

7. Percussitque Saul Amalec, ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Ægypti.

8. Et apprehendit Agag regem

(1) Bible vengée, note VXIII.

argentum et aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut et illud est. Quasi spurcitiam detestaberis. — Parvulum atque lactentem. Hi etiam sine ulla culpa, non tamen sine causa occiduntur; Deus enim qui ita fieri jubet vitæ ac necis Dominus est.

4. *Quasi agnos.* Mos enim pastorum est accurate oves et agnos recensere, per angustum aliquem locum eos e caulis educentes, simulque numerantes.

5. *Usque ad civitatem Amalec.* Metropolim et regni caput. — *In torrente.* In alveo torrentis.

6. *Cinæo.* Cinæis, de quibus vide dicta Judic. c. 1, n. 16. — *Tu enim fecisti misericordiam.* Jethro, cujus genus Cinæi erant, beneficus fuerat in Mosen et Israelitas, variis benevolentiæ significationibus exhibitis, consiliisque salutaribus; obtulerat etiam hostias, quæ sacrificarentur à Mose, Exod. 18. n. 12 : quod caput legat, qui hæc plenius cognoscere voluerit. Præterea Mosis rogatu Jethro Hebræis adfuerat, et in deserto eos direxerat, ut patet Num. 10. 31.

7. *Ab Hevila, donec venias ad Sur.* De Hevila vide dicta Gen. 2. 11; de Sur vide dicta Gen. 16. 7.

8. *Agag regem Amalec vivum.* Variæ afferuntur causæ cur Agag vitam non ademerit Saul, ut jussus fuerat. Aliqui putant specie quadam falsæ pietatis fuisse delusum : ita Josephus et Abulensis. Alii servatum ad triumphum;

Digitized by Google

Amalec vivum : omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

9. Et pepercit Saul, et populus, Agag, et optimis gregibus ovium et armentorum, et vestibus et arietibus, et universis quæ pulchra erant, nec voluerunt dispердere ea : quidquid verò vile fuit et reprobum, hoc demoliti sunt.

et fit passer tout le peuple au fil de l'épée.

9. Mais Saül, avec le peuple, épargna Agag : il réserva ce qu'il y avait de meilleur dans les troupeaux de brebis et de bœufs, dans les béliers, dans les meubles et les habits, et généralement tout ce qui était de plus beau; *et préférant leur intérêt à l'ordre de Dieu*, ils ne voulurent point le perdre; mais ils tuèrent, *ou* ils détruisirent tout ce qui se trouva de vil et de méprisable.

§ II. *Le Seigneur, irrité de la désobéissance de Saül, se repent de l'avoir fait roi. Samuel prie pour lui toute la nuit, et part dès le matin pour l'aller trouver. Il lui reproche son orgueil, son ingratitude et son avarice.*

10. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens :

11. Pœnitet me quod constituerim Saul regem : quia dereliquit me, et verba mea opere non implevit. Contristatusque est Samuel, et clamavit ad Dominum tota nocte.

12. Cùmque de nocte surrexisset Samuel, ut iret ad Saul mane, nuntiatum est Samueli, eo quòd venisset Saul in Carmelum, et erexisset sibi fornicem triumphalem, et reversus transisset, de-

10. Le Seigneur adressa alors sa parole à Samuel, et lui dit :

11. Je me repens d'avoir fait Saül roi, parce qu'il m'a abandonné, et qu'il n'a point exécuté mes ordres. Samuel en fut attristé, et il cria au Seigneur toute la nuit.

12. Et s'étant levé avant le jour pour aller trouver Saül au matin, on lui vint dire que Saül était venu sur le Carmel, *dans la tribu de Juda*, où il s'était dressé un arc de triomphe; et qu'au sortir de là, il était descendu à Galgala. Samuel vint

---

nam fornicem triumphalem erexisse Saulem habemus n. 12 : ita Glossa interlinearis. Alii ductum avaritia, grandi pecunia se Agag redempturum sperantem : ita Lyranus, cujus sententiam probabilem facit quod optima quæque ex præda reservavit, licet anathemati deberentur.

11. *Pœnitet me.* Loquitur humano more. Sic Gen. 6. 6, dicitur : *Pœnituit enim quod hominem fecisset in terra.* Dicitur Deum pœnitere, cum id facit quod homines solent facere cum illos pœnitet. — *Clamavit ad Dominum tota nocte.* Videtur ineunte nocte hanc à Deo vocem accepisse, et quod reliquum erat noctis orando consumpsisse.

12. *De nocte.* Summo mane. — *In Carmelum.* In eo Carmelo qui pertinet ad tribum Juda. — *Erexisset sibi fornicem triumphalem.* Sibi erexit studio ambitionis et honoris, non Deo, in cujus potius honorem monumentum illud excitandum erat. Quod vulgatus dicit, *fornicem triumphalem*, in hebræo est, *manum.* LXX, χεῖρα. Fortasse trophæis manus imponebatur ad significandum hostes valida manu devictos; * vel dicitur *manus*, id est, opus egregii artificii. Sic poeta :

Mentoris hæc manus est, an, Polyclete tua? (Mart. 1, 8. ep. 51.)

Aliam hujus rei rationem attuli in Hieropoliticis, lib. 3, c. 16, n. 6. — *Descendissetque in Galgala.* Ubi alias sacrificium obtulerat, supra c. 13, n. 9. — *De initiis vrædarum.* De præcipuis ac optimis.

Digitized by Google

donc trouver Saül qui offrait au Seigneur un holocauste des prémices du butin qu'il avait amené d'Amalec.

13. Samuel s'étant approché de Saül, Saül lui dit : Béni soyez-vous du Seigneur. J'ai accompli la parole du Seigneur.

14. Samuel lui dit : D'où vient donc ce bruit des troupeaux de brebis et de bœufs que j'entends ici, et qui retentit à mes oreilles ?

15. Saül lui dit : On les a amenés d'Amalec, car le peuple a épargné ce qu'il y avait de meilleur parmi les brebis et les bœufs, pour les immoler au Seigneur votre Dieu ; et nous avons tué tout le reste.

16. Samuel dit à Saül : Permettez-moi de vous dire ce que le Seigneur m'a dit cette nuit. Dites, répondit Saül.

17. Samuel ajouta : Lorsque vous étiez petit à vos yeux, n'êtes-vous pas devenu le chef de toutes les tribus d'Israël? Le Seigneur vous a sacré roi sur Israël.

18. Il vous a envoyé à cette guerre, et il vous a dit : Allez, faites passer au fil de l'épée les Amalécites qui sont des méchants ; combattez contre eux jusqu'à ce que vous ayez tout tué.

19. Pourquoi donc n'avez-vous point écouté la voix du Seigneur? pourquoi vous êtes-vous laissé aller au désir du butin? et pourquoi avez-vous péché aux yeux du Seigneur?

scendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, et Saul offerebat holocaustum Domino, de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalec.

13. Et cùm venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul : Benedictus tu Domino, implevi verbum Domini.

14. Dixitque Samuel : Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, et armentorum, quam ego audio?

15. Et ait Saul : De Amalec adduxerunt ea : pepercit enim populus melioribus ovibus et armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo; reliqua verò occidimus.

16. Ait autem Samuel ad Saul : Sine me, et indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitque ei : Loquere.

17. Et ait Samuel : Nonne cùm parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in regem super Israel,

18. Et misit te Dominus in viam, et ait : Vade, et interfice peccatores Amalec, et pugnabis contra eos usque ad internecionem eorum.

19. Quare ergo non audisti vocem Domini : sed versus ad prædam es, et fecisti malum in oculis Domini?

§ III. *Saül cherche à excuser son péché. Samuel le force à l'avouer. Il lui déclare que Dieu l'a rejeté et qu'il a donné son royaume à un autre.*

20. Saül lui dit : Au contraire, j'ai écouté la voix du Seigneur, j'ai exécuté l'entre-

20. Et ait Saul ad Samuelem : Imò audivi vocem Domini, et

14. *Quæ est hæc vox gregum ?* Dixerat Saul, *implevi verbum Domini :* itaque illum Samuel manifesti mendacii coarguit, quod gregibus pepercisset, quorum balatus resonabat.

15. *Pepercit enim populus.* Culpam suam in populum derivat. — *Ut immolarentur.* Alius pietatis prætextus ad eamdem culpam suam tegendam. — *Domino Deo tuo.* Quem tu colis et amas, atque ideo non potes non probare quod ex electa præda in ejus obsequium aliquid reservatum sit.

16. *Sine me.* Quasi dicat : Tace, et verba ista nugatoria et falsa omitte.

17. *Cum parvulus esses in oculis tuis.* Cum etiam tuo judicio humilis esses et despicabilis.

18. *Misit te Dominus in viam.* Ire jussit.

Digitized by Google

ambulavi in via per quam misit me Dominus, et adduxi Agag regem Amalec, et Amalec interfeci.

21. Tulit autem de præda populus oves et boves, primitias eorum quæ cæsa sunt, ut immolet Domino Deo suo in Galgalis.

22. Et ait Samuel : Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potiùs ut obediatur voci Domini? MELIOR est enim obedientia quàm victimæ : et auscultare magis quàm offerre adipem arietum ;

23. Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare : et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus ne sis rex.

24. Dixitque Saul ad Samuelem : Peccavi, quia prævaricatus sum sermonem Domini, et verba tua, timens populum, et obediens voci eorum.

25. Sed nunc porta, quæso, peccatum meum, et revertere

prise pour laquelle il m'avait envoyé, j'ai amené Agag roi d'Amalec, et j'ai tué les Amalécites.

21. Mais le peuple a pris du butin, des brebis et des bœufs, qui sont *comme* les prémices de ce qui a été tué, pour les immoler au Seigneur son Dieu à Galgala.

22. Samuel lui répondit : Sont-ce des holocaustes et des victimes que le Seigneur demande? et ne demande-t-il pas plutôt que l'on obéisse à sa voix? l'obéissance est meilleure que les victimes; et il vaut mieux lui obéir que de lui offrir la graisse des béliers.

23. Car c'est une espèce de magie de ne vouloir pas se soumettre *au Seigneur;* et ne se rendre pas à sa volonté, c'est le crime de l'idolâtrie. Comme donc vous avez rejeté la parole du Seigneur, le Seigneur vous a rejeté, et il ne veut plus que vous soyez roi.

24. Saül dit à Samuel : J'ai péché, parce que j'ai agi contre la parole du Seigneur et contre ce que vous m'aviez dit, par la crainte du peuple et par le désir de le satisfaire.

25. Mais portez, je vous prie, mon péché *devant le Seigneur; obtenez-m'en le par-*

---

22. *Auscultare.* Obedire. — *Offerre adipem arietum.* Vel sensus est : offerre arietes pingues, vel intelligit ipsum tantum adipem qui Domino solebat adoleri.

23. *Quasi peccatum ariolandi est repugnare.* Vox hebræa קסם *quesem*, omne genus vetitæ divinationis, quæ per dæmones fit, comprehendit, ut etiam ariolationem, quæ, teste Isidoro, ab aris dicta est circa quas divini preces effunderent, aut sacrificia facerent, dæmones consulentes. Sententia est : gravissimum peccatum est inobedientia, quemadmodum ariolatio. Adde similitudinem inter utramque intercedere, ut enim ariolus seposito divinæ legis præscripto, quod actionum nostrarum regula est, a dæmonibus quid agendum sit exquirit; ita inobediens vocem superioris non audit, et animi sui perturbationibus et cupiditatibus sacrificat, ipsique dæmoni, qui suadet inobedientiam, a quo suarum actionum directionem videtur exspectare. Vide D. Gregorium in hunc locum. * Præterea cum certum sit obediendo non peccari, proprium vero sensum sequendo, dubium ut minimum an bene agatur; qui judicium suum sequitur, divinare quodammodo videtur, ut in re dubia, peccet necne, hocne, an illud potius faciendum. — *Quasi scelus idololatriæ.* Quia cultum et reverentiam superiori, Dei personam sustinenti, debitam non tribuit, sed suo judicio potius, et voluntati, quam præfert divinæ.

24. *Peccavi.* Non est vox animi vere pœnitentis, sed tantum malum imminens amissionis regni depellere studentis.

25. *Porta, quæso, peccatum meum.* Id est, ferto, vel tolle, remitte peccatum meum, veniam impetrando precibus et sacrificiis tuis, ut solent sacer-

Digitized by Google

don, et venez avec moi, afin que j'adore le Seigneur *avec vous devant tout le peuple.*

26. Samuel lui répondit : Je n'irai point avec vous, parce que vous avez rejeté la parole du Seigneur, et que le Seigneur vous a rejeté, et ne veut plus que vous soyez roi d'Israël.

27. En même temps il se retourna pour s'en aller ; mais Saül le prit par le coin de son manteau qui se déchira.

28. Alors Samuel lui dit : *Comme vous venez de déchirer mon manteau, ainsi* le Seigneur a déchiré aujourd'hui le royaume d'Israël, et vous l'a arraché des mains pour le donner à un autre qui vaut mieux que vous.

29. Celui à qui le triomphe est dû dans Israël ne *vous* pardonnera point : et il demeurera inflexible, sans se repentir de ce qu'il a fait *et prononcé contre vous;* car ce n'est pas un homme pour se repentir, *mais un Dieu qui ne change point.*

mecum, ut adorem Dominum.

26. Et ait Samuel ad Saul : Non revertar tecum, quia projecisti sermonem Domini, et projecit te Dominus ne sis rex super Israel.

27. Et conversus est Samuel ut abiret : ille autem apprehendit summitatem pallii ejus, quæ et scissa est.

28. Et ait ad eum Samuel : Scidit Dominus regnum Israel a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te.

29. Porro Triumphator in Israel non parcet, et pœnitudine non flectetur : neque enim homo est ut agat pœnitentiam.

§ IV. *Saül prie Samuel de l'honorer devant le peuple. Il engage ce prophète à le suivre à Galgala. Samuel s'y fait amener le roi des Amalécites, et le coupe par morceaux devant le Seigneur. Il se retire ensuite, ne voit plus Saül et le pleure sans cesse.*

30. Saül lui dit : J'ai péché ; mais honorez-moi maintenant devant les anciens de mon peuple et devant Israël, et revenez avec moi, afin que j'adore *avec vous* le Seigneur votre Dieu, *et que tout le peuple voie la bonne intelligence qui est entre nous* (1).

31. Samuel donc retourna, et suivit Saül, et Saül adora le Seigneur.

30. At ille ait : Peccavi : sed nunc honora me coram senioribus populi mei, et coram Israel, et revertere mecum, ut adorem Dominum Deum tuum.

31. Reversus ergo Samuel secutus est Saulem : et adoravit Saul Dominum.

(1) Saül confesse son péché et s'en repent, mais par un motif purement humain ; il ne craint pas Dieu, mais le mépris et l'abandon de ses sujets. Dieu ne peut avoir égard à un pareil repentir, auquel il est étranger.

---

dotes. Vel dissimula peccatum meum. — *Ut adorem Dominum.* Supplex orem, aut sacrificiis, quæ Domino offeruntur, adsim illumque mihi propitiem.

27. *Summitatem.* Oram pallii.

* 28. *Scidit Dominus.* Decrevit te regno privare. Alludit ad scissam vestis suæ laciniam.

29. *Triumphator.* Deus dicitur triumphator, quia arbitratu suo in omnem partem agit et versat Israel. Videtur Samuel obiter suggillare arcum triumphalem Saulis, et tacite innuere trophæum Deo exercituum potius statuendum fuisse.

31. *Reversus ergo Samuel secutus est Saulem.* Non cum illo in oratione

Digitized by Google

32. Dixitque Samuel : Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus, et tremens. Et dixit Agag : Siccine separat amara mors?

33. Et ait Samuel : Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis (1).

34. Abiit autem Samuel in Ramatha : Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa.

35. Et non vidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis suæ : verumtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quod constituisset eum regem super Israel.

32. Alors Samuel dit : Amenez-moi Agag, roi d'Amalec. Et on lui présenta Agag qui était fort gras et tout tremblant. Et Agag dit : Faut-il qu'une mort amère me sépare ainsi *de tout?*

33. Samuel lui dit : Comme votre épée a ravi les enfants à tant de mères, ainsi votre mère parmi les femmes sera sans enfants. Et il le coupa en morceaux devant le Seigneur à Galgala.

34. Il s'en retourna ensuite à Ramatha; et Saül s'en alla en sa maison à Gabaa.

35. Depuis ce jour-là Samuel ne vit plus Saül jusqu'au jour de sa mort; mais il le pleurait sans cesse, parce que le Seigneur se repentait de l'avoir établi roi sur Israël.

CHAPITRE XVI.

§ I. *Le Seigneur reprend Samuel de ce qu'il pleurait continuellement Saül. Il lui ordonne d'aller sacrer roi un des fils d'Isaï, de Bethléhem. Samuel obéit et sacre David.*

L'AN DU MONDE ENVIRON 2934.

1. Dixitque Dominus ad Samuelem : Usquequo tu luges Saul,

1. Alors le Seigneur dit à Samuel : Jusqu'à quand pleurerez-vous Saül, puisque

(1) Bible vengée, note XVIII. — Rép. crit., tome III, page 152.

---

communicaturus, sed civili tantum honore afficiens, ne regiam dignitatem contemnere videretur.

32. *Pinguissimus, et tremens.* Vocem hebr. מעדנות *mahadannoth*, aliqui vertunt, *cum deliciis*, id est, cum lætitia et voluptate, vel delicate, et incessu molli, quod secutus videtur noster interpres, cum dixit *tremens*, quasi molli et vacillanti. Alii interpretantur, *cum vinculis et catenis.* Vide Pagnini thesaurum in voce עדן — *Siccine separat amara mors?* A divitiis, deliciis, regno, vita. Bene Eccl. c. 41. 1 : *O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis!*

33. *Fecit absque liberis.* Suo aut suorum gladio occidens. — *In frusta concidit eum Samuel coram Domino.* Manu sua, ut sonant verba, non aliorum ministerio, ut vult Josephus. Fuit quasi quædam victima Domino, coram quo occisus, et, ut fiebat in holocaustis, sectus in frusta. Nec est novum in Scripturis vocari victimam cædem inimicorum Dei, ut Idumæorum, Isa. 34. 6. *Victima enim Domini in Bosra, et interfectio magna in terra Edom.*

35. *Non vidit Samuel ultra Saul.* Sensus est : cum illo amplius non egisset non eum visitasse, non communicasse reip. negotia, etc. Nam alioqui Saulem a Samuel postea visum constat ex c. 19, n. 24.

CAP. XVI. 1. *Usquequo tu luges Saul.* Cum lacrymis orabat Samuel, ne

Digitized by Google

je l'ai rejeté, et que je ne veux plus qu'il règne sur Israël? *Il est inutile de le pleurer. Mais* emplissez d'huile la corne que vous avez, et venez, afin que je vous envoie à Isaï, de Bethléhem; car je me suis choisi un roi entre ses enfants.

2. Samuel lui répondit : Comment irai-je? Saül l'apprendra, et il me fera mourir. Le Seigneur lui dit : Prenez avec vous un veau du troupeau, et vous direz : Je suis venu pour sacrifier.

3. Vous appellerez Isaï au *festin de* la victime. Je vous ferai savoir ce que vous aurez à faire, et vous sacrerez celui que je vous aurai montré.

4. Samuel fit donc ce que le Seigneur lui avait dit. Il vint à Bethléhem, et les anciens de la ville furent tous surpris; *car, depuis le règne de Saül, Samuel ne paraissait guère en public.* Ils allèrent au-devant de lui, et lui dirent : Nous apportez-vous la paix?

5. Il leur répondit : Je vous apporte la paix. Je suis venu pour sacrifier au Seigneur. Purifiez-vous, et venez avec moi, afin que j'offre la victime. Samuel purifia donc Isaï et ses fils, et il les appela à son sacrifice.

6. Et lorsqu'ils furent entrés, *Samuel* vit Eliab, *fils aîné d'Isaï*, et il dit *en lui-même :* Est-ce là celui que le Seigneur a choisi pour être son christ?

cum ego projecerim eum ne régnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, et veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem : providi enim in filiis ejus mihi regem.

2. Et ait Samuel : Quomodo vadam? audiet enim Saul, et interficiet me. Et ait Dominus : Vitulum de armento tolles in manu tua, et dices : Ad immolandum Domino veni.

3. Et vocabis Isai ad victimam, et ego ostendam tibi quid facias, et unges quemcumque monstravero tibi.

4. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus. Venitque in Bethlehem, et admirati sunt seniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque : Pacificusne est ingressus tuus (1)?

5. Et ait : Pacificus : ad immolandum Domino veni, sanctificamini, et venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Isai et filios ejus, et vocavit eos ad sacrificium.

6. Cumque ingressi essent, vidit Eliab, et ait : Num coram Domino est christus ejus?

(1) Bible vengée, note XIX.

Saul, si fieri posset, a regno exciderat. — *Imple cornu tuum oleo.* Non lenticulam, ut supra c. 10. 1, sed cornu quod abundantiam gratiæ in Davidem conferendam docet, ut notavit Rupert. lib. 1. Reg. c. 23, et regni Davidici firmitatem, quia cornu solidum lenticula fictilis fragilis est. Lyranus et Abulens.

2. *Dices : Ad immolandum Domino veni.* Vera quidem causa, sed non sola.

3. *Vocabis Isai ad victimam.* Ad convivium ex immolatis carnibus apparatum.

4. *Admirati sunt seniores civitatis.* Quia ex quo rex populo datus, et præsertim post Saulis peccatum, se domi ut plurimum continere solebat. — *Pacificusne est ingressus tuus?* Quasi dicant : Acciditne aliquid adversi, vel aliquid ne apportas infausti nuntii? vel timebant ne aliquem punire vellet.

5. *Sanctificamini.* Parate vos ut sacrificio adsitis, et si quam habetis legalem maculam, qua vetemini convivii sacrificalis participes esse, eam abstergite. De immunditia quæ a sacrificatis carnibus arcet, agitur Lev. c. 22.

6. *Cumque ingressi essent.* Domum Isai, in qua pransuri erant. — *Et ait.* Apud se tacitus, velut consulens Dominum. — *Num coram Domino est christus ejus?* Estne coram te, Domine, futurus rex, quem inungere debeo?

Digitized by Google

7. Et dixit Dominus ad Samuelem : Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus : quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominis ego judico : homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.

8. Et vocavit Isai Abinadab, et adduxit eum coram Samuele. Qui dixit : Nec hunc elegit Dominus.

9. Adduxit autem Isai Samma, de quo ait : Etiam hunc non elegit Dominus.

10. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele : et ait Samuel ad Isai : Non elegit Dominus ex istis.

11. Dixitque Samuel ad Isai : Numquid jam completi sunt filii? Qui respondit : Adhuc reliquus est parvulus, et pascit oves. Et ait Samuel ad Isai : Mitte, et adduc eum : nec enim discumbemus priusquam huc ille veniat.

12. Misit ergo, et adduxit eum. Erat autem rufus, et pulcher aspectu, decoraque facie; et ait Dominus : Surge, unge eum, ipse est enim.

13. Tulit ergo Samuel cornu olei, et unxit eum in medio fratrum ejus : et directus est spiritus Domini die a illa in David, et dein-

7. Le Seigneur dit à Samuel : N'ayez d'égard ni à sa bonne mine, ni à sa taille avantageuse, parce que ce n'est pas lui que j'ai choisi, et que je ne juge pas des choses par ce qui en paraît aux yeux des hommes. Car l'homme ne voit les choses que par le dehors; mais le Seigneur voit le *fond du* cœur.

8. Isaï appela ensuite Abinadab, et le présenta à Samuel; et Samuel lui dit : Ce n'est point non plus celui-là que le Seigneur a choisi.

9. Il lui présenta Samma, et Samuel lui dit : Le Seigneur n'a point encore choisi celui-là.

10. Isaï fit donc venir *le reste de* ses fils devant Samuel; et Samuel lui dit : Dieu n'en a choisi aucun de ceux-ci.

11. Alors Samuel dit à Isaï : Sont-ce là tous vos enfants? Isaï lui répondit : Il en reste encore un petit, *âgé de quinze ans*, qui garde les brebis. Envoyez-le querir, dit Samuel; car nous ne nous mettrons point à table qu'il ne soit venu.

12. Isaï l'envoya donc querir, et le présenta *à Samuel*. Or il était roux, d'une mine avantageuse, et il avait le visage fort beau. Le Seigneur lui dit : Sacrez-le présentement, car c'est celui-là *que j'ai choisi pour régner sur mon peuple à la place de Saül*.

13. Samuel prit donc la corne pleine d'huile *qu'il avait apportée*, et il le sacra au milieu de ses frères, *après leur avoir recommandé de garder sur cela un grand*

---

7. *Abjeci eum.* Non hunc elegi : vel hujusmodi res non curo. — *Juxta intuitum hominis.* More hominum. — *Ea quæ parent.* Externa, quæ apparent, et in oculos incurrunt.

11. *Parvulus.* Omnium natu minimus. * Hebræi in Sederolam, c. 3, aiunt Davidem hoc tempore annum egisse vigesimum octavum.

12. *Pulcher aspectu.* Hebr. *pulcher oculis.* Pagninus vertit, *cum nitore oculorum.*

13. *In medio fratrum ejus.* Ipsis tamen non intelligentibus quo spectaret illa unctio; credibile tamen Davidi, et Isai ejus parenti mysterium indicasse. Salianus Samuelem inducit rem totam Isai et filiis ejus aperientem, ita tamen ut quæ agerentur silentio premerent. * Hæc unctio Davidi regnum non dedit, sed regno eum destinavit, jusque ei dedit ad regnum suo tempore adipiscendum. — *Directus est spiritus Domini a die illa in David.* Multiplicibus suis donis eum Dominus navit, iisque præcipue quæ futurum regem de-

Digitized by Google

secret. Depuis ce temps-là l'esprit du Seigneur fut toujours avec David *qu'il remplit de force, de sagesse et de piété*. Quant à Samuel, il s'en retourna à Ramatha.

ceps : surgensque Samuel abiit in Ramatha (1).

§ II. *L'esprit du Seigneur se retire de Saül, et il est tourmenté par le malin esprit. David est mis auprès de lui. Il adoucit ses agitations par le son de sa harpe.*

14. *En même temps* l'esprit du Seigneur se retira de Saül, et il était agité du malin esprit *envoyé* par le Seigneur *pour le tourmenter*.

15. Alors les officiers de Saül lui dirent : Vous voyez que le malin esprit, *envoyé* de Dieu, vous inquiète.

16. S'il plaît au *roi* notre seigneur, vos serviteurs, qui sont auprès de votre personne, chercheront un homme qui sache toucher de la harpe, afin qu'il en joue lorsque le malin esprit *envoyé* par le Seigneur vous agitera, et que vous en receviez du soulagement.

17. Saül dit donc à ses officiers : Cherchez-moi quelqu'un qui sache bien jouer *de la harpe*, et amenez-le-moi.

18. L'un d'entre eux lui répondit : J'ai vu l'un des fils d'Isaï, de Bethléhem, qui sait fort bien jouer de la harpe. C'est un jeune homme très-fort, propre à la guerre, sage dans ses paroles, d'une mine avantageuse; et le Seigneur est avec lui.

19. Saül fit donc dire à Isaï : Envoyez moi votre fils David qui est avec vos troupeaux.

14. Spiritus autem Domini recessit a Saul, et exagitabat eum spiritus nequam, a Domino (2).

15. Dixeruntque servi Saul ad eum : Ecce spiritus Dei malus exagitat te.

16. Jubeat dominus noster, et servi tui qui coram te sunt, quærent hominem scientem psallere cithara, ut quando arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, et levius feras.

17. Et ait Saul ad servos suos : Providete ergo mihi aliquem bene psallentem, et adducite eum ad me.

18. Et respondens unus de pueris, ait : Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, et fortissimum robore, et virum bellicosum, et prudentem in verbis, et virum pulchrum : et Dominus est cum eo.

19. Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens : Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis.

(1) Bible vengée, note XX.— (2) Ibid. note XXI.

---

cent, et illum tanto fastigio dignum reddunt. LXX habent, *insiluit spiritus Domini in David*. Hebr. *prosperavit;* hoc enim est *dirigi* in Scripturis.

14. *Spiritus autem Domini*. Eodem modo intellige spiritum Domini ut superiori versiculo. — *Exagitabat eum spiritus nequam*. Energumenum factum, obsessum a malo spiritu, et vexatum. Ita communis patrum et doctorum sententia. Aliqui putant morbum fuisse ex atra bile, qui in furorem agit. — *A Domino*. Domini jussu, pœnas de Saul sumere incipientis.

16. *Psallat manu sua, et levius feras*. Musicæ varii modi aut concitant affectus, aut leniunt. Dæmon exasperabat humores, ad mœrorem et tristitiam incitabat : hos affectus temperabat musica lætitiæ artifex, sed majorem fortasse vim habebant Davidis cantica ex materia; divinas enim laudes exsequebatur, quibus in fugam malus dæmon agebatur. * Pithagoreis moris fuit, ait Quintil. lib. 9, c. 4, cum somnum peterent ad lyram prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidarum cogitationum, componerent.

Digitized by Google

20. Tulit itaque Isai asinum plenum panibus, et lagenam vini, et hædum de capris unum, et misit per manum David filii sui Sauli.

21. Et venit David ad Saul, et stetit coram eo : at ille dilexit eum nimis, et factus est ejus armiger.

22. Misitque Saul ad Isai, dicens : Stet David in conspectu meo : invenit enim gratiam in oculis meis.

23. Igitur quandocumque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, et percutiebat manu sua, et refocillabatur Saul, et levius habebat; recedebat enim ab eo spiritus malus.

20. Isaï aussitôt prit un âne qu'il chargea de pain, d'une bouteille de vin et d'un chevreau, et il les envoya à Saül par son fils David; *car il n'était pas permis d'aborder les princes sans leur faire quelques présents.*

21. David vint donc trouver Saül; et se présenta devant lui. Saül l'aima fort, et il le fit son écuyer.

22. Il envoya ensuite dire à Isaï : Que David demeure auprès de ma personne; car il a trouvé grâce devant mes yeux. *Isaï y consentit, et David demeura auprès de Saül.*

23. Ainsi toutes les fois que l'esprit malin, *envoyé* du Seigneur, se saisissait de Saül, David prenait sa harpe et en jouait, et Saül en était soulagé et se trouvait mieux; car l'esprit malin se retirait de lui *au son de la harpe de David.*

CHAPITRE XVII.

§ I. *Les Philistins s'assemblent de nouveau pour combattre Israël. Goliath, qui était un géant, paraît à leur tête, et défie les Israélites d'entrer dans un combat singulier avec lui.*

L'AN DU MONDE 2942. — AVANT J.-C. 1062.

1. Congregantes autem Philisthiim agmina sua in prælium, convenerunt in Socho Judæ : et castrametati sunt inter Socho et Azeca, in finibus Dommim.

2. Porro Saul et filii Israel congregati venerunt in vallem Terebinthi, et direxerunt aciem ad

1. *Environ huit ans après le sacre de David*, les Philistins assemblèrent de nouveau toutes leurs troupes pour combattre *Israël*. Ils se rendirent tous à Socho, *dans la tribu* de Juda, et se campèrent entre Socho et Azeca, dans le pays de Dommim.

2. Saül et les enfants d'Israël de leur côté s'étant assemblés, vinrent en *un lieu élevé au-dessus de* la vallée de Térébinthe,

---

20. *Plenum panibus. Onustum,* ut habet chaldæus. — Misit... Saul. In observantiæ signum ex illorum temporum consuetudine.

21. *Factus est ejus armiger.* Quia minus honorificum fuisset regi, si ea tantum causa habuisset apud se David, ut morbum leniret, et illi ira arrepto occineret.

22. *Stet David in conspectu meo.* Revocat David, quem remiserat putans se solutum, vel quia bellum aliquod ingrueret : et locus musicæ in castris esse non videretur; vel quia melancholicorum ingenia morosa sunt, et eadem modo quærunt et volunt, modo refugiunt et respuunt.

CAP. XVII. 1. *In Socho Judæ.* Est Socho trans Jordanem Gedeonis ultione nobilitata, Judic. 8. 15 et 16. — *Azeca.* Locum jam olim clarissima Josue victoria insignem, Jos. 10. 11.

Digitized by Google

et *y* mirent leur armée en bataille pour combattre les Philistins.

3. *En sorte que* les Philistins étaient d'un côté sur une montagne, *et* Israël était de l'autre sur une autre montagne, et il y avait une vallée entre deux, *qui était celle de Térébinthe dont on vient de parler.*

4. Or il arriva qu'un homme qui était bâtard sortit du camp des Philistins. Il s'appelait Goliath; il était de Geth, et il avait six coudées et un palme de haut, *c'est-à-dire environ douze pieds et demi.*

5. Il avait en tête un casque d'airain; il était revêtu d'une cuirasse à écailles qui pesait environ cinq mille sicles d'airain, *c'est-a-dire environ cent vingt livres.*

6. Il avait sur les cuisses des cuissards d'airain, un bouclier d'airain lui couvrait les épaules.

7. La hampe de sa lance était comme ces grands bois dont se servent les tisserands *pour rouler dessus leurs toiles;* et le fer de sa lance pesait six cents sicles de fer, *ce qui faisait dix-huit à vingt livres;* et son écuyer marchait devant lui.

8. Cet homme se vint présenter devant

pugnandum contra Philisthiim.

3 Et Philisthiim stabant super montem ex parte hac, et Israel stabat supra montem ex altera parte : vallisque erat inter eos.

4. Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum, nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum et palmi :

5. Et cassis ærea super caput ejus, et lorica squamata induebatur; porro pondus loricæ ejus, quinque millia siclorum æris erat (1) :

6. Et ocreas æreas habebat in cruribus : et clypeus æreus tegebat humeros ejus;

7. Hastile autem hastæ ejus, erat quasi liciatorium texentium; ipsum autem ferrum hastæ ejus, sexcentos siclos habebat ferri : et armiger ejus antecedebat eum.

8. Stansque clamabat adversum

(1) Rép. crit., tome III, page 153.

---

4. *Vir spurius.* LXX habent δυνατὸς, *potens, fortis.* S. Hier. in traditionibus hebraicis in c. 17. I. Reg. docet Goliam spurium appellatum, quia ex patre gigante, matre vero gethæa, aliena scilicet muliere natus esset. Comestor quod ex patre gentili, matre vero judæa. * Probabile admodum est ex incerto patre, eoque gigante satum de stirpe Enacim, et matre gethæa. Nam reliquias Enacim, seu gigantum permansisse in Geth constat ex c. 11. Josue, et incertum fuisse Goliathi patrem inde colligitur, quod cum generis illius et parentum fit mentio in Scriptura, II. Reg. 21. 18, et I. Par. 20. 6, nunquam patris nomen exprimitur, sed solius matris, nempe Arapha. — *Altitudinis sex cubitorum et palmi.* Statura gigantea, communi nostri ævi hominum fere duplo major. — *Palmi.* Hebr. זרת *zereth,* quæ vox, palmum majorem significat, qui duodecim constat digitis.

5. *Lorica squamata.* Thorax e ferreis laminis squamatim contextis. — *Quinque millia siclorum æris.* Siclus erat ponderis semiunciæ, hoc est, quatuor drachmarum. Itaque quinque millia siclorum efficiunt libras ducentas et octo, et insuper uncias quatuor, assignando singulis libris uncias duodecim.

6. *Tegebat humeros.* Rejectus in humeros interim dum non pugnabatur, revocandus ad pectus tempore conflictus.

7. *Liciatorium texentium.* Jugum circa quod textores telam circumvolvunt, quod intellige quoad hastilis crassitiem. — *Sexcentos siclos habebat ferri.* Libras nimirum viginti quinque.

8. *Stansque clamabat.* Jactabundus, et Hebræis timorem et ignaviam ex-

Digitized by Google

phalangas Israel, et dicebat eis : Quare venistis parati ad prælium? Numquid ego non sum Philisthæus, et vos servi Saul? Eligite ex vobis virum, et descendat ad singulare certamen;

9. Si quiverit pugnare mecum, et percusserit me, erimus vobis servi : si autem ego prævaluero, et percussero eum, vos servi eritis, et servietis nobis.

10. Et aiebat Philisthæus : Ego exprobravi agminibus Israel hodie : Date mihi virum, et ineat mecum singulare certamen.

11. Audiens autem Saul, et omnes Israelitæ, sermones Philisthæi hujuscemodi, stupebant, et metuebant nimis.

12. David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo supra dictum est, de Bethlehem Juda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, et erat vir in diebus Saul senex, et grandævus inter viros.

13. Abierunt autem tres filii ejus majores post Saul in prælium : et nomina trium filiorum ejus, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, et secundus Abinadab, tertiusque Samma.

14. David autem erat minimus. Tribus ergo majoribus secutis Saulem,

15. Abiit David, et reversus est a Saul, ut pasceret gregem patris sui in Bethlehem.

les bataillons d'Israël et il leur criait : Pourquoi venez-vous donner bataille? Ne suis-je pas Philistin, et vous serviteurs de Saül? *Finissons la querelle sans répandre tant de sang.* Choisissez un homme d'entre vous, et qu'il vienne se battre seul à seul.

9. S'il ose se battre contre moi et qu'il m'ôte la vie, nous serons vos esclaves : mais si j'ai l'avantage sur lui et que je le tue, vous serez nos esclaves, et vous nous serez assujettis.

10. Et ce Philistin disait *en s'applaudissant* : J'ai défié aujourd'hui toute l'armée d'Israël, et je leur ai dit : Donnez-moi un homme, et qu'il vienne se battre contre moi, *sans qu'il s'en soit trouvé un seul qui ait été assez hardi pour accepter le défi.*

11. *En effet* Saül et tous les Israélites, entendant ce Philistin parler de la sorte, étaient frappés d'étonnement, et tremblaient de peur *à la vue de son énorme grandeur.*

12. Or David était fils de cet homme d'Ephrata, dont il a été parlé auparavant, de la ville de Bethléhem en Juda, qui s'appelait Isaï, qui avait huit fils, et qui était l'un des plus vieux et des plus avancés en âge du temps de Saül.

13. Les trois plus grands de ses fils avaient suivi Saül à l'armée. L'aîné de ces trois qui étaient allés à la guerre s'appelait Eliab, le second Abinadab, et le troisième Samma.

14. David était le plus petit de tous. Et les trois plus grands ayant suivi Saül

15. Il était revenu d'auprès de Saül *que l'esprit malin avait laissé en repos,* et s'en était allé à Bethléhem, pour mener paître les troupeaux de son père *pendant que Saül serait occupé à cette guerre.*

---

probrans; quod indicat Ecclesiasticus 47. 5, ubi de David : *In tollendo,* inquit, *manum, saxo fundæ dejecit exultationem Goliæ,* Goliam scilicet exultantem et superbientem virium fiducia.—*Numquid ego non sum Philisthæus, et vos servi Saul?* Quasi dicat : Ego sum Philisthæus, vos Hebræi; inter has duas gentes bellum est; congrediamur singulari certamine, et populus ille vincat, cujus propugnator adversarium vicerit.

* 15. *Reversus est a Saul.* Fortasse vitæ aulicæ, et impietatis Saulis pertæsus. Saul etiam abeundi potestatem fecerat, vel quod melius haberet, vel quod cum moroso et mutabili esset ingenio, jam apud se Davidem habere non curaret, quem odio prosequi cœperat.

Digitized by Google

16. Cependant ce Philistin se présentait *au combat* le matin et le soir, et cela dura pendant quarante jours, *sans qu'aucun Israélite osât combattre contre lui.*

16. Procedebat vero Philisthæus mane et vespere, et stabat quadraginta diebus.

§ II. *Isaïe envoie David au camp d'Israël pour savoir des nouvelles de ses frères et pour leur porter des vivres. Il est témoin des insultes de Goliath, et il s'offre de venger, en le tuant, l'opprobre d'Israël.*

17. *Pendant que cela se passait ainsi dans le camp de Saül,* il arriva qu'Isaï dit à David, son fils : Prenez pour vos frères une mesure de farine et ces dix pains, et courez à eux jusqu'au camp.

18. Portez aussi ces dix fromages pour leur maître de camp. Voyez comment vos frères se portent, et sachez en quelle compagnie ils sont.

19. Or Saül et tous les enfants d'Israël étaient *prêts* à combattre contre les Philistins, en la vallée de Térébinthe.

20. David s'étant donc levé dès la pointe du jour laissa à un homme le soin de son troupeau, et s'en alla chargé au camp selon l'ordre qu'Isaï lui avait donné. Il vint au lieu appelé Magala, où l'armée s'était avancée pour donner bataille. Et l'on entendait déjà les cris pour signal du combat.

21. Car Israël avait rangé en bataille toutes ses troupes, et de l'autre côté les Philistins se préparaient à les attaquer.

22. David ayant donc laissé au bagage tout ce qu'il avait apporté, entre les mains d'un homme pour en avoir soin, courut au lieu du combat, et s'enquit de l'état de ses frères *et* s'ils se portaient bien.

23. Lorsqu'il leur parlait encore, ce Philistins de Geth, appelé Goliath, qui était bâtard, sortit du camp des Philistins; et David lui entendit dire les mêmes discours qu'auparavant.

17. Dixit autem Isai ad David filium suum : Accipe fratribus tuis ephi polentæ, et decem panes istos, et curre in castra ad fratres tuos,

18. Et decem formellas casei has deferes ad tribunum : et fratres tuos visitabis, si recte agant : et cum quibus ordinati sunt, disce.

19. Saul autem, et illi, et omnes filii Israel in valle Terebinthi pugnabant adversum Philisthiim.

20. Surrexit itaque David mane, et commendavit gregem custodi : et onustus abiit, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locum Magala, et ad exercitum, qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine.

21. Direxerat enim aciem Israel, sed et Philisthiim ex adverso fuerant præparati.

22. Derelinquens ergo David vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, et interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos.

23. Cumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum : et loquente eo hæc eadem verba audivit David.

---

17. *Ephi polentæ.* Polenta, aptus cibus iis qui agunt in castris : fit autem ex hordeo madefacto, deinde siccato et tosto, molaque in farinæ modum comminuto : ex hac farina recentes cibos quotidie sibi parare poterant milites in castris. Porro ephi est mensura aridorum, de qua vide quæ dixi libri Ruth c. 2, n. 17; et c. 3, n. 15.

18. *Tribunum.* Tribunus ille est qui mille præest militibus. Græce Χιλίαρχον vocant, ut hic LXX.

20. *Ad locum Magala.* Magala circulum significat. Aut ergo est nomen proprium loci, aut idem est *ad locum Magala,* quod ad locum castrorum.

Digitized by Google

24. Omnes autem Israelitæ, cum vidissent virum, fugerunt a facie ejus, timentes eum valde.

25. Et dixit unus quispiam de Israel : Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex divitiis magnis, et filiam suam dabit ei, et domum patris ejus faciet absque tributo in Israel.

26. Et ait David ad viros qui stabant secum, dicens : Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthæum hunc, et tulerit opprobrium de Israel? quis enim est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobravit acies Dei viventis?

27. Referebat autem ei populus eumdem sermonem, dicens : Hæc dabuntur viro, qui percusserit eum.

24. Tous les Israélites ayant vu Goliath, fuirent *presque* devant lui, tremblants de peur.

25. Et quelqu'un *du peuple* d'Israël se mit à dire : Voyez-vous cet homme qui se présente au combat? Il vient insulter Israël. Que s'il se trouve un homme qui le puisse tuer, le roi le comblera de richesses, lui donnera sa fille en mariage et rendra la maison de son père exempte de tribut en Israël.

26. David dit donc à ceux qui étaient auprès de lui : Qu'est-ce qu'on donnera à celui qui tuera ce Philistin, et qui vengera l'opprobre d'Israël? *Pour moi je m'offre de le tuer.* Car qui est ce Philistin incirconcis pour insulter ainsi l'armée du Dieu vivant?

27. Et le peuple lui répétait les mêmes choses, en disant : On donnera telle récompense à celui qui l'aura tué. *Et David faisait toujours les mêmes offres.*

§ III. *Le frère aîné de David l'accuse d'orgueil et de présomption. Le roi entend parler des offres de David. Il l'appelle, et David lui promet de tuer cet ennemi du peuple de Dieu.*

28. Quod cum audisset Eliab frater ejus major, loquente eo cum aliis, iratus est contra David, et ait : Quare venisti, et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? Ego novi superbiam tuam, et nequitiam cordis tui : quia ut videres prælium, descendisti.

29. Et dixit David : Quid feci? numquid non verbum est?

30. Et declinavit paululum ab

28. Mais Eliab, frère aîné de David, l'ayant entendu parler ainsi avec d'autres, se mit en colère contre lui, et lui dit : Pourquoi êtes-vous venu? et pourquoi avez-vous abandonné dans le désert ce peu de brebis que nous avons? Je sais quel est votre orgueil et la malignité de votre cœur, et que vous n'êtes venu ici que pour voir le combat, *et vous faire honneur d'y avoir été.*

29. David lui dit : Qu'ai-je fait *de mal pour me gronder?* N'est-il pas permis de parler?

30. Et s'étant un peu détourné de lui,

---

25. *Ascendit.* Potius descenderat in vallem, sed hic *ascendit* idem est ac progressus est. — *Qui percusserit eum.* An ita loqueretur miles ex privata sua opinione, gregaliumque suorum, an vero Saul hoc promiserit quod jactabatur, non satis colligi potest ex Scriptura. Videtur tamen omnino promissio intercessisse, quia Davidi non semel interroganti constanter idem redditum responsum.

29. *Numquid non verbum est?* Quasi dicat : Quid aliud quam locutus sum? Chald. *nonne verbum fuit quod dixi?* Italice fortasse diceremus, *non si può dir una parola?* Annon licet verbum effari? Vel etiam sententia est : annon licet loqui de re vulgata, et quæ in omnium ore versatur? * Vel, annon imperium est patris, quo mittor ad castra?

Digitized by Google

il s'en alla d'un autre côté, où il dit la même chose; et le peuple lui répondit comme auparavant.

31. Or ces paroles de David ayant été entendues de diverses personnes, elles furent rapportées à Saül.

32. Et Saül l'ayant fait venir devant lui, David lui parla de cette sorte : Que personne ne s'épouvante *des insultes* de ce Philistin. Votre serviteur est prêt à l'aller combattre.

33. Saül lui dit : Vous ne sauriez résister à ce Philistin, ni combattre contre lui, parce que vous êtes *encore* tout jeune *et sans expérience*, et que celui-ci a toujours été à la guerre depuis sa jeunesse.

34. David lui répondit : Lorsque votre serviteur menait paître le troupeau de son père, il est venu quelquefois un lion, ou un ours qui emportait un bélier du troupeau;

35. Alors je courais après eux, je les attaquais, et je leur arrachais la proie d'entre les dents; et lorsqu'ils se jetaient sur moi, je les prenais à la gorge, je les étranglais, et je les tuais.

36. C'est ainsi que votre serviteur a tué un lion et un ours; et il en fera autant de ce Philistin. J'irai de ce pas *contre lui*, et ferai cesser l'opprobre du peuple. Car qui est ce Philistin incirconcis, pour oser maudire l'armée du Dieu vivant?

37. Et David ajouta : Le Seigneur, qui m'a délivré des griffes du lion et de la gueule de l'ours, me délivrera encore de la main de ce Philistin. Saul dit donc à David : Allez, et que le Seigneur soit avec vous.

eo ad alium, dixitque eumdem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut prius.

31. Audita sunt autem verba, quæ locutus est David, et annuntiata in conspectu Saul.

32. Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei : Non concidat cor cujusquam in eo : ego servus tuus vadam, et pugnabo adversus Philisthæum.

33. Et ait Saul ad David : Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversus eum : quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.

34. Dixitque David ad Saul : Pascebat servus tuus patris sui gregem, et veniebat leo, vel ursus, et tollebat arietem de medio gregis :

35. Et persequebar eos, et percutiebam, eruebamque de ore eorum : et illi consurgebant adversum me, et apprehendebam mentum eorum, et suffocabam, interficiebamque eos.

36. Nam et leonem et ursum interfeci ego servus tuus : erit igitur et Philisthæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis. Nunc vadam, et auferam opprobrium populi : quoniam quis est iste Philisthæus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viventis?

37. Et ait David : Dominus qui eripuit me de manu leonis, et de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthæi hujus. Dixit autem Saul ad David : Vade, et Dominus tecum sit.

§ IV. *Saül revêt David de ses armes; mais il est obligé de les quitter. Il prend son bâton et sa fronde à la main, et marche ainsi contre le Philistin.*

38. Il le revêtit ensuite de ses armes, lui | 38. Et induit Saul David vesti-

---

32. *In eo.* Propter eum, Goliath scilicet.

33. *Puer.* Adolescens. Theodoretus et S. Aug. quatuordecim aut sexdecim annorum faciunt. Salianus contendit viginti duorum annorum fuisse, et a Saule vocatum puerum, quia comparatione Saulis, qui procera admodum erat statura, puer videbatur. Vide dicta c. 16. 11.

Digitized by Google

mentis suis, et imposuit galeam æream super caput ejus, et vestivit eum lorica.

39. Accinctus ergo David gladio ejus super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere : non enim habebat consuetudinem. Dixitque David ad Saul : Non possum sic incedere, quia non usum habeo. Et deposuit ea,

40. Et tulit baculum suum, quem semper habebat in manibus : et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, et misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, et fundam manu tulit : et processit adversum Philisthæum.

41. Ibat autem Philisthæus incedens, et appropinquans adversum David, et armiger ejus ante eum.

42. Cumque inspexisset Philisthæus, et vidisset David, despexit eum. Erat enim adolescens, rufus, et pulcher aspectu.

43. Et dixit Philisthæus ad David : Numquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus David in diis suis :

44. Dixitque ad David : Veni ad me, et dabo carnes tuas volatilibus cœli et bestiis terræ.

45. Dixit autem David ad Philisthæum : Tu venis ad me cum gladio, et hasta, et clypeo : ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti.

46. Hodie, et dabit te Dominus in manu mea, et percutiam te, et auferam caput tuum a te : et dabo cadavera castrorum Philistiim hodie volatilibus cœli, et bestiis terræ : ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israel.

mit sur la tête un casque d'airain, et l'arma d'une cuirasse.

39. Et David s'étant mis une épée au côté, commença à essayer s'il pourrait marcher avec ses armes, ne l'ayant point fait jusqu'alors. Et il dit à Saül : Je ne saurais marcher ainsi, parce que je n'y suis pas accoutumé. Ayant donc quitté ces armes,

40. Il prit le bâton qu'il avait toujours à la main, il choisit dans le torrent cinq pierres polies, et les mit dans la panetière qu'il avait sur lui; et tenant à la main sa fronde, il marcha contre le Philistin.

41. Le Philistin s'avança aussi, et s'approcha de David, ayant devant lui son écuyer.

42. Et lorsqu'il eut aperçu David et qu'il l'eut envisagé, *voyant que* c'était un jeune homme roux et fort beau, il le méprisa,

43. Et lui dit : Suis-je un chien, pour que tu viennes à moi avec un bâton? Et ayant maudit David *en jurant* par ses dieux,

44. Il ajouta : Viens à moi, et je donnerai ta chair *à manger* aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre.

45. Mais David dit au Philistin : Tu viens à moi avec l'épée, la lance et le bouclier, *et tu mets ta confiance dans ces armes :* mais je viens à toi au nom du Seigneur des armées, du Dieu des troupes d'Israël auxquelles tu as insulté aujourd'hui.

46. Le Seigneur te livrera entre mes mains, je te tuerai, et je te couperai la tête, et je donnerai aujourd'hui les corps morts des Philistins aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre, afin que toute la terre sache qu'il y a un Dieu dans Israël.

---

40. *Limpidissimos lapides.* Politos, non asperos.

43. *Maledixit Philisthæus David in diis suis.* Sic olim apud Romanos usitatum illud : *Dii te deæque perdant.* Itaque mali aliquid a Dagon deo suo, aut Baalim Davidi imprecatus est Goliath.

Digitized by Google

47. Et que toute cette multitude d'hommes reconnaisse que ce n'est point par l'épée, ni par la lance que le Seigneur sauve, parce qu'il est l'arbitre de la guerre. Et ce sera lui qui vous livrera entre nos mains.

47. Et noverit universa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta salvat Dominus : ipsius enim est bellum, et tradet vos in manus nostras.

§ V. *David enfonce une pierre dans le front de Goliath. Ce géant tombe à terre. David se jette sur lui et lui coupe la tête. Les Philistins prennent la fuite, et les Israélites les poursuivent, pillent leur camp, et David porte la tête de Goliath à Jérusalem.*

48. Le Philistin s'avança donc, et marcha contre David. Et lorsqu'il en fut proche, David se hâta, et courut contre lui pour le combattre.

48. Cum ergo surrexisset Philisthæus, et veniret, et appropinquaret contra David, festinavit David, et cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthæi.

49. Il mit la main dans sa panetière, il en prit une pierre, la lança avec sa fronde, et en frappa le Philistin dans le front. La pierre s'enfonça dans le front du Philistin, et il tomba le visage contre terre.

49. Et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, et funda jecit, et circumducens percussit Philisthæum in fronte : et infixus est lapis in fronte ejus, et cecidit in faciem suam super terram.

50. Ainsi David remporta la victoire sur le Philistin avec une fronde et une pierre *seule;* il le renversa par terre, et le tua. Et comme il n'avait point d'épée,

50. Prævaluitque David adversum Philisthæum in funda et lapide, percussumque Philisthæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu David,

51. Il courut, et se jeta sur le Philistin, mit la main sur son épée, la tira du fourreau, et acheva de lui ôter la vie en lui coupant la tête. Les Philistins voyant que le plus vaillant d'entre eux était mort s'enfuirent.

51. Cucurrit, et stetit super Philisthæum, et tulit gladium ejus, et eduxit eum de vagina sua : et interfecit eum, præciditque caput ejus. Videntes autem Philisthiim, quod mortus esset fortissimus eorum, fugerunt.

52. Et les Israélites et ceux de Juda, s'élevant avec un grand cri, les poursuivirent jusqu'à la vallée et aux portes d'Accaron : et plusieurs des Philistins tombèrent percés de coups dans le chemin de Saraim, jusqu'à Geth et Accaron.

52. Et consurgentes viri Israel et Juda vociferati sunt, et persecuti sunt Philisthæos usque dum venirent in vallem, et usque ad portas Accaron, cecideruntque vulnera de Philisthiim in via Saraim, et usque ad Geth, et usque ad Accaron.

53. Les enfants d'Israël étant revenus, après avoir poursuivi les Philistins, pillèrent leur camp.

53. Et revertentes filii Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos, invaserunt castra eorum.

54. Et David prit la tête du Philistin, la

54. Assumens autem David ca-

---

47. *Ecclesia hæc.* Congregatio hæc populorum.

50. *Interfecit.* Ictu enim lapidis prostratus fuerat, nondum tamen exhalarat animam. Salianus et alii ictu lapidis plane exstinctum putant.

51. *Eduxit eum de vagina.* Gladium nondum Goliath evaginarat, hasta primum, deinde, si opus foret, gladio pugnaturus.

52. *Ad portas Accaron.* Quæ una est ex quinque Philisthæorum satrapiis.

Digitized by Google

put Philisthæi, attulit illud in Jerusalem : arma vero ejus posuit in tabernaculo suo (1).

55. Eo autem tempore, quo viderat Saul David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ : De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitque Abner : Vivit anima tua, rex, si novi (2).

56. Et ait rex : Interroga tu, cujus filius sit iste puer.

57. Cumque regressus esset David, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, et introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu.

58. Et ait ad eum Saul : De qua progenie es, o adolescens? Dixitque David : Filius servi tui Isai Bethlehemitæ ego sum (3).

porta à Jérusalem : et il mit ses armes dans son logement.

55. Lorsque Saül vit David qui marchait pour combattre le Philistin, il dit à Abner, général de son armée : Abner, de quelle famille est ce jeune homme? *car il ne le reconnaissait point.* Abner lui répondit : Seigneur, je vous jure que je n'en sais rien.

56. Et le roi lui dit : Enquêtez-vous de qui il est fils ; *car il est important que je le sache, puisque, s'il revient victorieux, je dois lui donner ma fille en mariage.*

57. Et lorsque David fut retourné du combat, après avoir tué le Philistin, Abner l'emmena, et le présenta à Saül, ayant la tête du Philistin à la main.

58. Et Saül dit à David : Jeune homme, de quelle famille êtes-vous? David lui répondit : Je suis fils de votre serviteur Isaï, qui est de Bethléhem.

CHAPITRE XVIII.

§ I. *Jonathas conçoit une étroite amitié pour David. Saül, jaloux des louanges qu'on a données à David après la mort de Goliath, veut le percer de sa lance lors qu'il jouait de la harpe devant lui* (4).

LA MÊME ANNÉE 2942.

1. Et factum est cum comples- | 1. Lorsque David achevait de parler à

(1) Bible vengée, note XXII. — (2) Ibid. — (3) Ibid. —(4) Ibid., note XXIII.

---

54. *Attulit illud in Jerusalem.* Præcipuam urbem. Nec obstabat quod adhuc Jebusæi arcem illius, Sion scilicet, tenerent; imo triumphus hic Davidis ad illos terrendos faciebat. Circumtulit etiam idem caput per alias civitates, per quas victor exercitus transibat, ut constat ex sequenti c. n. 6. Nam ex urbibus dicuntur egressæ mulieres, et epinicium Sauli et Davidi cecinisse. — *Posuit in tabernaculo suo.* Ubi ad aliquod tempus fuerunt, deinde translata videntur in Domini tabernaculum ad æternum rei monumentum : nam petens David gladium ab Achimelech sacerdote, Goliæ gladium ex tabernaculo accepit.

55. *De qua stirpe descendit hic adolescens?* Aliquandiu aberat David ab aula Saulis, et, ut fit in adolescentibus, statura corporis procerior facta, et barbæ aliquid natum, et cultus corporis pastori, non ut prius aulico congruens, efficiebant ne facile agnosceretur. Sunt etiam qui dicant infirmam Sauli a morbo fuisse memoriam. Addo fieri potuisse ut Saul Davidis non omnino oblitus esset, sed jam voluisse cognoscere singula minutim; pollicitus enim fuerat occidenti Goliath filiam in matrimonium; itaque distinctius futuri generi genus, et dotes investigandæ, quam cum in aulam admissus, ut citharœdum ageret, aut ut esset armiger. — *Vivit anima tua.* Per vitam tuam. — *Si novi.* Non novi.

Digitized by Google

Saül, l'âme de Jonathas s'attacha étroitement à celle de David, et il l'aima comme lui-même, *charmé des belles qualités qu'il voyait en lui.*

2. Saül, depuis ce jour-là, voulut toujours avoir David auprès de lui, et il ne lui permit pas de retourner en la maison de son père.

3. David et Jonathas firent *aussi* alliance ensemble; car Jonathas l'aimait comme lui-même.

4. C'est pourquoi il se dépouilla de la tunique dont il était revêtu, et la donna à David, avec le reste de ses vêtements, jusqu'à son épée, son arc et son baudrier.

5. David allait partout où Saül l'envoyait, et il se conduisait avec beaucoup de prudence. Et Saül lui donna le commandement sur *quelques* gens de guerre. Il était fort aimé du peuple, et surtout des officiers de Saül.

6. Or *cette tranquillité dont jouissait David ne dura pas longtemps; car* quand David revint de la guerre, après avoir tué le Philistin, les femmes sortirent de toutes les villes d'Israël au-devant du roi Saül, en

set loqui ad Saul : anima Jonathæ conglutinata est animæ David, et dilexit eum Jonathas quasi animam suam.

2. Tulitque eum Saul in die illa, et non concessit ei ut reverteretur in domum patris sui.

3. Inierunt autem David et Jonathas fœdus : diligebat enim eum quasi animam suam.

4. Nam expoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus, et dedit eam David, et reliqua vestimenta sua, usque ad gladium et arcum suum, et usque ad balteum.

5. Egrediebatur quoque David ad omnia quæcumque misisset eum Saul, et prudenter se agebat : posuitque eum Saul super viros belli, et acceptus erat in oculis universi populi, maximeque in conspectu famulorum Saul.

6. Porro cum reverteretur percusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis,

---

Cap. XVIII. 1. *Cum complesset loqui ad Saul.* Qui post pugnam de illa videtur quæsivisse aliqua, ut etiam de genere ipsius, illique gratulatus, etc. — * *Conglutinata est animæ.* Amicorum unam dici animam notavit Arist. lib. 9 Moral. c. 8. Idem significat latina vox concordia, et græca ὁμόνοια.

3. *Inierunt autem David et Jonathas fœdus.* Perpetuæ amicitiæ. Amorem conciliabat strenuitas David, et rei bellicæ studium et patriæ, religionisque tuendæ contra hostes Israelis.

4. *Usque ad balteum.* Ita loquitur sacer textus, ut ostendat nullam vestimentorum partem, etiam minimam, Davidi datam non esse; vel quia baltei olim pretiosi, ut honoris insigne fuerunt, ad exaggerandam benevolentiæ magnitudinem. Certe in lib. Job. c. 12, 18, dicitur : *Balteum regum dissolvit, et præcingit fune renes eorum.* Potuit Jonathas alia munera amico dare, sed maluit vestes, ut quamprimum aulico cultu ornaret, ne pastoritio habitu despiceretur; voluitque tanquam alterum Jonatham ab omnibus honorari : et se quasi in illo agnoscere et contemplari, et existimare David pluris se a Jonatha fieri, diligique vehementius quam seipsum.

5. *Egrediebatur quoque David ad omnia quæcumque misisset eum Saul.* Hæc per anticipationem dicuntur; præcesserunt enim quæ n. 6 sequenti narrantur.

6. *De universis urbibus.* Per quas victores transibant cum irent in Jerusalem. Canunt mulieres; id enim fuit illo ævo solemne, ut in victoriis virgines læto carmine Dei victorumque laudes exsequerentur. Sic Maria soror Mosis cum reliquis cecinit, mari Rubro exstinctis Ægyptiis, Exod. 15. 20. — *In sistris.* Σείσρα. Sistra sunt crepitacula, quæ quodam artificio digitis aut mani-

Digitized by Google

in tympanis lætitiæ, et in sistris.

7. Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes : Percussit Saul mille, et David decem millia.

8. Iratus est autem Saul nimis, et displicuit in oculis ejus sermo iste ; dixitque : Dederunt David decem millia : et mihi mille dederunt : quid ei superest, nisi solum regnum?

9. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David a die illa, et deniceps.

10. Post diem autem alteram, invasit spiritus Dei malus Saul, et prophetabat in medio domus suæ : David autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies; tenebatque Saul lanceam,

11. Et misit eam, putans quod configere posset David cum pariete : et declinavit David a facie ejus secundo.

chantant et en dansant, témoignant leur réjouissance avec des tambours et des timbales.

7. Les femmes, dans leurs danses et dans leurs chansons, se répondaient l'une à l'autre, et disaient : Saül en a tué mille et David en a tué dix mille.

8. Cette parole mit Saül dans une grande colère, et lui déplut étrangement. Ils ont donné, dit-il, dix mille hommes à David et à moi mille. Que lui reste-t-il après cela que d'être roi ?

9. Depuis ce jour-là Saül ne regarda plus David de bon œil.

10. Le lendemain il arriva que l'esprit malin, *envoyé* de Dieu, se saisit *encore* de Saül; et il était agité au milieu de sa maison, comme un homme qui a perdu le sens. David jouait de la harpe devant lui comme il avait accoutumé de faire. Et Saül ayant la lance à la main,

11. La poussa contre David, dans le dessein de le percer d'outre en outre avec la muraille; mais David se détourna, *et* évita le coup par deux fois.

---

bus impulsa resonant, sic dicta ἀπὸ τοῦ σείειν, quod quatere, concutere, agitare significat.

7. *Percussit Saul mille, et David decem millia.* Quasi dicerent : Multos percussit Saul, sed multo plures David. Vera laus, et Davidi congruens, cui non decem millium tantum cædes, sed toti hostium exercitui illata clades accepta referri debeat. S. Chrysost. homil. de David et Saule, et alii damnant mulierum imprudentiam; omnis enim comparatio odiosa, etiam inter pares; quanto magis si inferior majori æquetur aut anteponatur? Itaque Saul jure mulieribus iratus est, non autem Davidi innoxio.

10. *Prophetabat.* Agitabatur corpore a maligno spiritu, quo erat obsessus. Qui ita moventur et agitantur, prophetare dicuntur, vel quia etiam veri prophetæ irruente in eos divino spiritu cum enthusiasmo concitate loquebantur, et ad populum concionabantur; vel quia prophetæ vulgo censebantur insanire, quod ignota et abstrusa pleraque dicerent. Sic propheta quidam insanus vocatur, IV. Reg. 9. 11. — *Psallebat manu sua.* Musicum instrumentum manu pulsabat. Psallere proprie significat voce canere; sed transfertur etiam ad instrumenta; sic etiam Latini dicunt : *Canere fidibus.*

11. *A facie ejus.* Saulis. — *Secundo.* Bis enim telum in Davidem contorsit Saul, licet semel tantum a Scriptura narretur.

Digitized by Google

I. Saül craint David, et, pour l'éloigner d'auprès de lui, il lui donne le commandement de mille hommes, et l'envoie à la guerre contre les Philistins, afin qu'il y périsse par leurs mains. Il promet de lui donner sa fille en mariage, mais il manque à sa promesse et la donne à un autre.

12. Saül commença donc à appréhender David, voyant que le Seigneur était avec David, et qu'il s'était retiré de lui.

13. C'est pourquoi il l'éloigna d'auprès de sa personne, et lui donna le commandement de mille hommes. Ainsi David menait le peuple à la guerre, et le ramenait.

14. David aussi se conduisait, dans toutes ses actions, avec grande prudence; et le Seigneur était avec lui.

15. Saül voyant qu'il était extraordinairement prudent commença à s'en donner *plus* de garde.

16. Mais tout Israël et tout Juda aimait David, parce que c'était lui qui allait en campagne avec eux, et qui marchait à leur tête, *les conduisant toujours avec beaucoup de sagesse et de succès.*

17. Alors Saül dit à David : Vous voyez Mérob, ma fille aînée, c'est elle que je vous donnerai en mariage, *pour accomplir la promesse que j'ai faite.* Soyez seulement courageux, et combattez pour le service du Seigneur. Et en même temps il disait en lui-même : Je ne veux point le tuer de ma main; mais je veux qu'il meure par les mains des Philistins.

18. David répondit à Saül : Qui suis-je, moi? quelle est la vie que j'ai menée? et quelle est dans Israël la famille de mon père, pour devenir gendre du roi?

19. Mais le temps étant venu que Mérob, fille de Saül, devait être donnée à David, elle fut donnée en mariage à Hadriel Molathite.

12. Et timuit Saul David, eo quod Dominus esset cum eo, et a se recessisset.

13. Amovit ergo eum Saul a se, et fecit eum tribunum super mille viros : et egrediebatur, et intrabat in conspectu populi.

14. In omnibus quoque viis suis David prudenter agebat, et Dominus erat cum eo.

15. Vidit itaque Saul quod prudens esset nimis, et cœpit cavere eum.

16. Omnis autem Israel et Juda diligebat David : ipse enim ingrediebatur et egrediebatur ante eos.

17. Dixitque Saul ad David : Ecce filia mea major Merob, ipsam dabo tibi uxorem : tantummodo esto vir fortis, et prœliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens : Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum.

18. Ait autem David ad Saul : Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut fiam gener regis?

19. Factum est autem tempus, cum deberet dari Merob filia Saul David, data est Hadrieli Molathitæ uxor.

---

12. *Timuit Saul David.* Ejus incrementa suspecta habere cœpit.

13. *Egrediebatur, et intrabat.* Ingredi et egredi est ducem agere, et cum potestate præesse, expeditiones jussu regis suscipere, cohortem suam educere ad bellum et reducere.

15. *Cœpit cavere eum.* Idem est quod n. 12 dictum est, *timuit Saul David.*

17. *Filia mea major.* Quam ei antea promiserat, ut diximus c. 17, n. 25. — *Non sit manus mea in eum.* Ut illum interficiam, sed potius gladiis Philisthæorum objiciatur, et eorum manu cadat.

19. *Factum est autem tempus.* Temporis aliquod spatium, quo elapso Merob Davidi nuberet. — *Data est Hadrieli.* Contra fidem datam, et cum insigni Davidis injuria.

Digitized by Google

§ III. *Michol, seconde fille de Saül, conçoit de l'affection pour David. Saül s'en réjouit, et promet de la lui donner en mariage, dans l'espérance qu'elle sera cause de sa perte. Il lui demande pour cette alliance cent prépuces des Philistins. David lui en apporte deux cents, et épouse Michol.*

20. Dilexit autem David Michol filia Saul altera. Et nuntiatum est Saul, et placuit ei.

21. Dixitque Saul : Dabo eam illi, ut fiat ei in scandalum, et sit super eum manus Philisthinorum. Dixitque Saul ad David : In duabus rebus gener meus eris hodie.

22. Et mandavit Saul servis suis : Loquimini ad David clam me, dicentes : Ecce places regi, et omnes servi ejus diligunt te. Nunc ergo esto gener regis.

23. Et locuti sunt servi Saul in auribus David omnia verba hæc. Et ait David : Num parum videtur vobis, generum esse regis? Ego autem sum vir pauper et tenuis.

24. Et renuntiaverunt servi Saul, dicentes : Hujuscemodi verba locutus est David.

25. Dixit autem Saul : Sic loquimini ad David : Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, ut fiat ultio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philisthinorum.

26. Cumque renuntiassent servi ejus David, verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis David, ut fieret gener regis.

27. Et post paucos dies surgens David, abiit cum viris, qui sub eo erant. Et percussit ex Philis-

20. Michol, seconde fille de Saül, avait de l'affection pour David; ce qui ayant été rapporté à Saül, il en fut bien aise,

21. Et il dit : Je donnerai celle-ci à David, afin qu'elle soit la cause de sa ruine, et qu'il tombe entre les mains des Philistins. C'est pourquoi il lui dit : Vous serez aujourd'hui mon gendre, à deux conditions.

22. Et *sans s'expliquer davantage*, Saül donna cet ordre à ses serviteurs : Parlez à David comme de vous-mêmes, et dites-lui : Vous voyez que le roi a de la bonne volonté pour vous, et que tous ses officiers vous aiment. Pensez donc maintenant à devenir gendre du roi.

23. Les officiers de Saül dirent tout ceci à David. Et David leur dit : Croyez-vous que ce soit peu de chose que d'être gendre du roi? Pour moi, je suis pauvre, je n'ai point de bien.

24. Les serviteurs de Saül lui rapportèrent ceci, et lui dirent : David nous a fait cette réponse.

25. Mais Saül leur dit : Voici ce que vous direz à David : Le roi n'a point besoin de douaire pour sa fille; il ne vous demande pour cela que cent prépuces des Philistins, afin que le roi soit vengé de ses ennemis. Mais le dessein de Saül était de faire tomber David entre les mains des Philistins.

26. Les serviteurs de Saül ayant rapporté à David ce que Saül leur avait dit, il agréa la proposition qu'ils lui firent pour devenir gendre du roi.

27. Peu de jours après il marcha avec les gens qu'il commandait; et ayant tué deux cents Philistins, il en apporta les prépuces

---

21. *Fiat ei in scandalum.* Ut sit illi mortis occasio, objiciendo illum rursus Philisthæorum armis. — *In duabus rebus gener meus eris hodie.* Propter duplex meritum, occisionem scilicet Goliæ, et præputia quæ adnumerabis mihi. Vel sensus est : in uno duorum eris gener meus, scilicet dote danda, vel præputiis, quorum posterius Saul postea elegit, cum David paupertatem suam causaretur.

25. *Non habet rex sponsalia necesse.* Munera sponsalia, aut dotem, aut dotis augmentum, quod David pauper pro regis dignitate dare non poterat.

Digitized by Google

au roi, qu'il lui donna par compte, afin de devenir son gendre. Et Saül lui donna en mariage sa fille Michol.

28. Et il comprit clairement que le Seigneur était avec David. Quant à Michol sa fille, elle avait beaucoup d'affection pour David.

29. Saül commença à le craindre de plus en plus; et son aversion pour lui croissait tous les jours, *à mesure que sa réputation augmentait.*

30. Les princes des Philistins s'étant mis en campagne, d'abord qu'ils parurent, David *marcha contre eux, et* fit paraître plus de conduite que tous les officiers de Saül, de sorte que son nom devint très célèbre.

thim ducentos viros, et attulit eorum præputia, et annumeravit ea regi, ut esset gener ejus. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suam uxorem.

28. Et vidit Saul, et intellexit quod Dominus esset cum David. Michol autem filia Saul diligebat eum.

29. Et Saul magis cœpit timere David : factusque est Saul inimicus David cunctis diebus.

30. Et egressi sunt principes Philisthinorum; a principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat David quam omnes servi Saul, et celebre factum est nomen ejus nimis.

CHAPITRE XIX.

§ I. *Jonathas apaise son père qui voulait tuer David. Il le fait revenir auprès de lui. Les Philistins recommencent la guerre. David les défait de nouveau. Le malin esprit se saisit encore de Saül. Il tâche de percer David de sa lance. David évite le coup et se retire chez lui.*

1. Or Saül parla à Jonathas, son fils, et à tous ses officiers, pour les porter à tuer David. Mais Jonathas, son fils, qui aimait extrêmement David,

2. Lui en vint donner avis, et lui dit : Saül, mon père, cherche le moyen de vous tuer. C'est pourquoi tenez-vous sur vos gardes, je vous prie. Demain matin retirez-vous en *tel* lieu secret où vous vous tiendrez caché.

3. Et pour moi je sortirai avec mon père, et je me tiendrai auprès de lui, *pour*

1. Locutus est autem Saul ad Jonatham filium suum, et ad omnes servos suos, ut occiderent David. Porro Jonathas filius Saul diligebat David valde.

2. Et indicavit Jonathas David, dicens : Quærit Saul pater meus occidere te : quapropter observa te, quæso, mane, et manebis clam, et absconderis.

3. Ego autem egrediens stabo juxta patrem meum, in agro ubi-

---

30. *Egressi sunt.* Ad bellum contra Israelitas, vel antiquis incitati offensionibus, vel recentibus damnis a Davide illatis, ac nominatim quod illa præputiorum numeratione se ludibrio habitos intelligerent, quod circumcisi non essent.

CAP. XIX. 1. *Locutus est autem Saul ad Jonatham.* Speravit Saul se facinus hoc per Jonatham confecturum, quia ejus maxime interesse videbatur mors Davidis, qui Saulis regnum, ipsi tanquam primogenito debitum, occupaturus timebatur.

2. *Observa te, quæso.* Custodi te, cave tibi. — *Mane.* Crastina die mane, ut habent LXX αὔριον πρωί.

3. *Stabo juxta patrem meum.* Hæc verba legenda sunt per parenthesim,

Digitized by Google

amque fueris : et ego loquar de te ad patrem meum : et quodcumque videro, nuntiabo tibi.

découvrir ses sentiments; et je vous les ferai savoir dans le champ où vous vous serez retiré. Je parlerai de vous à mon père, et je vous viendrai dire tout ce que j'aurai pu apprendre.

4. Locutus est ergo Jonathas de David bona ad Saul patrem suum : dixitque ad eum : Ne pecces rex in servum tuum David, quia non peccavit tibi, et opera ejus bona sunt tibi valde.

4. Jonathas parla donc favorablement de David à Saül, son père, et lui dit : Seigneur, ne faites point de mal à David, votre serviteur, parce qu'il ne vous en a point fait, et qu'il vous a rendu *au contraire* des services très-importants.

5. Et posuit animam suam in manu sua, et percussit Philisthæum, et fecit Dominus salutem magnam universo Israeli : vidisti, et lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa?

5. Il a exposé sa vie à un extrême péril; il a tué le Philistin; et le Seigneur a sauvé tout Israël *par ses mains* d'une manière pleine de merveilles. Vous l'avez vu, et vous en avez eu de la joie. Pourquoi donc voulez-vous maintenant faire une faute, en répandant le sang innocent, et en tuant David, qui n'est point coupable?

6. Quod cum audisset Saul, placatus voce Jonathæ, juravit : Vivit Dominus, quia non occidetur.

6. Saül ayant entendu ce discours de Jonathas, apaisé par ses raisons, fit cette protestation : Vive le Seigneur! je vous promets qu'il ne mourra point.

7. Vocavit itaque Jonathas David, et indicavit ei omnia verba hæc : et introduxit Jonathas David ad Saul, et fuit ante eum, sicut fuerat heri et nudiustertius.

7. Jonathas ensuite fit venir David, lui rapporta tout ce qui s'était passé, le présenta de nouveau à Saül; et David demeura auprès de Saül comme auparavant.

8. Motum est autem rursum bellum : et egressus David, pugnavit adversum Philisthiim : percusitque eos plaga magna, et fugerunt a facie ejus.

8. La guerre ensuite recommença, et David marcha contre les Philistins, les combattit, en tailla en pièces un grand nombre, et mit le reste en fuite.

9. Et factus est spiritus Domini malus in Saul; sedebat autem in domo sua, et tenebat lanceam : porro David psallebat manu sua,

9. *Etant revenu glorieux du combat*, il arriva que le malin esprit, *envoyé* par le Seigneur, se saisit *encore* de Saül. Il était assis dans sa maison, une lance à la main; et comme David jouait de la harpe *auprès de lui*,

---

quasi dicat : Ubi stetero juxta patrem, et ejus animum intellexero, egressus in agrum tibi indicabo.

5. *Posuit animam suam in manu sua.* Hebræa phrasis, qua significant periculo se exponere. — *In sanguine innoxio.* Innoxium sanguinem effundere cupiens.

6. *Vivit Dominus, quia non occidetur.* Ex animo juravit, non ficte et simulate; et id indicat Scriptura, quæ illum placatum fuisse dicit.

7. *Sicut fuerat heri et nudiustertius.* Sicut prius.

9. *Tenebat lanceam.* Id illi erat pene perpetuum, adeo ut etiam in mensa, ut videbimus c. seq. n. 33, in promptu habuerit lanceam, quam vibraret in Jonatham; et rursum ad cubile inter dormiendum, infra c. 26. 7.

Digitized by Google

10. Saül tâcha de le percer d'outre en outre de sa lance avec la muraille. Mais David qui s'en aperçut se détourna; et la lance, sans l'avoir blessé, donna dans la muraille. Il s'enfuit aussitôt, et se sauva ainsi pour cette nuit-là.

10. Nisusque est Saul configere David lancea in pariete, et declinavit David a facie Saul : lancea autem casso vulnere perlata est in parietem, et David fugit, et salvatus est nocte illa.

§ IV. *Saül envoie des gens à la maison de David pour le tuer. Michol le fait sauver et met une statue dans son lit, disant qu'il était malade. David se retire auprès de Samuel, et lui raconte tout ce que Saül avait fait contre lui.*

11. Saül envoya donc ses gardes en la maison de David, pour s'assurer de lui et le tuer le lendemain, dès le matin. Michol, femme de David, lui rapporta tout ceci, et lui dit : Si vous ne vous sauvez cette nuit, vous mourrez demain *au matin. Et comme sa maison était environnée des soldats de Saül,*

12. Elle le descendit en bas par une fenêtre. Ainsi David s'échappa, s'enfuit et se sauva.

13. Michol ensuite prit une statue qu'elle coucha sur le lit de David. Elle lui mit autour de la tête une peau de chèvre avec le poil, et sur le corps la couverture du lit.

14. Saül envoya *dès le matin* des archers pour prendre David; et on leur dit qu'il était malade.

15. Il renvoya encore d'autres gens, avec ordre de le voir, et il leur dit : Apportez-le-moi dans son lit, afin qu'il meure.

16. Les gens *de Saül* étant venus, on ne trouva sur le lit qu'une statue qui avait

11. Misit ergo Saul satellites suos in domum David, ut custodirent eum, et interficeretur mane. Quod cum annuntiasset David Michol uxor sua, dicens : Nisi salvaveris te nocte hac, cras morieris :

12. Deposuit eum per fenestram; porro ille abiit et aufugit, atque salvatus est.

13. Tulit autem Michol statuam, et posuit eam super lectum, et pellem pilosam caprarum posuit ad caput ejus, et operuit eam vestimentis.

14. Misit autem Saul apparitores, qui raperent David : et responsum est quod ægrotaret.

15. Rursumque misit Saul nuntios ut viderent David, dicens : Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur.

16. Cumque venissent nuntii, inventum est simulacrum super

---

10. *Nisusque est Saul configere David.* Prosperis Davidis successibus iratus videtur Saul, et novis incrementis illius.

11. *Interficeretur mane.* Potuisset nocte occidere; sed hoc turpe videbatur et proditorium, hominem domi suæ, et in lecto agentem, opprimere. Cædem in auroram dilatam putant Josephus et Tostatus, ut hominem in judicium evocatum, et calumniis circumventum, capitali sententia damnaret, quod probabile censet Salianus, qui tamen putat id potius factum, ne per tenebras noctis elaberetur.

13. *Tulit autem Michol statuam.* Hebraica vox *teraphim*, licet aliquando significet aliquid impium, quale est idolum, ut Genes. 31. 19, ubi Rachel furata dicitur idola patris sui; aliquando tamen in bonum sensum accipitur, ut hoc loco, et Osee 3. 4. Porro Michol consilium fuit ludibrio statuæ tantisper satellites Saulis morari, donec se David fuga eriperet, et longius abiret. — *Pellem pilosam caprarum.* Putat Sanchez capras illis in regionibus fulvis esse villis; ex eo capiens conjecturam, quod Cantic. 4. 1, de capillis sponsæ dicatur : *Capilli tui sicut greges caprarum.*

Digitized by Google

lectum, et pellis caprarum ad caput ejus.

la tête couverte d'une peau de chèvre.

17. Dixitque Saul ad Michol : Quare sic illusisti mihi, et dimisisti inimicum meum ut fugeret? Et respondit Michol ad Saul : Quia ipse locutus est mihi : Dimitte me, alioquin interficiam te.

17. Alors Saül dit à Michol : Pourquoi m'avez-vous trompé de la sorte? et pourquoi avez-vous laissé échapper mon ennemi? Michol lui répondit : C'est qu'il m'a dit : Laissez-moi aller, ou je vous tuerai.

18. David autem fugiens, salvatus est, et venit ad Samuel in Ramatha, et nuntiavit ei omnia quæ fecerat sibi Saul : et abierunt ipse et Samuel, et morati sunt in Najoth.

18. C'est ainsi que David s'enfuit et se sauva. Et étant venu trouver Samuel à Ramatha, il lui rapporta la manière dont Saül l'avait traité, et ils s'en allèrent ensemble à Najoth, où ils demeurèrent *quelque temps. C'était une maison de campagne, où Samuel avait assemblé plusieurs prophètes qu'il instruisait.*

19. Nuntiatum est autem Sauli a dicentibus : Ecce David in Najoth in Ramatha.

19. Quelques gens en vinrent donner avis à Saül, et ils lui dirent : David est à Najoth, *auprès* de Ramatha.

§ III. *Saül envoie jusqu'à trois fois des gens pour prendre David, et toutes les trois fois ces gens prophétisent. Saül y va lui-même et prophétise comme les autres.*

20. Misit ergo Saul lictores, ut raperent David : qui cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, et Samuelem stantem super eos, factus est etiam spiritus Domini in illis, et prophetare cœperunt etiam ipsi.

20. Saül donc envoya des archers pour prendre David. Mais les archers ayant vu une troupe de prophètes qui prophétisaient, et Samuel qui prédisait parmi eux, ils furent saisis eux-mêmes de l'esprit du Seigneur, et ils commencèrent à prophétiser comme les autres, *et à chanter avec eux les louanges de Dieu.*

21. Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit et alios nuntios : prophetaverunt autem et illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios : qui et ipsi prophetaverunt. Et iratus iracundia Saul,

21. Saül en ayant été averti envoya d'autres gens qui prophétisèrent aussi comme les premiers. Il en envoya pour la troisième fois, et ils prophétisèrent encore. Alors entrant dans une grande colère,

22. Abiit etiam ipse in Ramatha, et venit usque ad cisternam magnam, quæ est in Socho, et

22. Il s'en alla lui-même à Ramatha, s'avança jusqu'à la grande citerne qui est à Socho, et demanda en quel lieu étaient

---

17. *Dimitte me, alioquin interficiam te.* Officiosum Micholis mendacium.

18. *Najoth.* Chald. *domo doctrinæ,* ubi collegium prophetarum erat. Vide dicta c. 10, n. 5. Abulens. putat Najoth non fuisse locum distinctum a Ramatha, nisi ut partem a toto, et contentum a continenti. Vatablus ait fuisse locum in agro Ramatha, et significare locum studiosorum : Vatablo consentit Serarius.

20. *Stantem super eos.* Illis præfectum. — *Prophetare cœperunt.* Vide dicta c. illo 10, n. 6. In furorem hunc propheticum satellites vertit Deus, ut Saul Dei potentiam, contra quam frustra pugnabat, agnosceret, et ut simul intelligeret, quant Deus David faceret, quem hoc miraculo tuebatur.

Digitized by Google

Samuel et David. On lui répondit : Ils sont à Najoth de Ramatha.

23. Aussitôt il s'y en alla. Il fut en même temps saisi lui-même de l'esprit du Seigneur; et il prophétisait durant tout le chemin, jusqu'à ce qu'il fut arrivé à Najoth, près de Ramatha.

24. *Alors* il se dépouilla aussi lui-même de ses habits *royaux*, prophétisa avec les autres devant Samuel, et demeura nu par terre le reste du jour et toute la nuit, *n'ayant rien qui le distinguât des autres prophètes.* Ce qui donna lieu à ce proverbe : Saül est-il donc aussi devenu prophète?

interrogavit, et dixit : In quo loco sunt Samuel et David? Dictumque estei : Ecce in Najoth sunt in Ramatha.

23. Et abiit in Najoth in Ramatha, et factus est etiam super eum spiritus Domini, et ambulabat ingrediens, et prophetabat usquedum veniret in Najoth in Ramatha.

24. Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, et prophetavit cum cæteris coram Samuele, et cecidit nudus tota die illa et nocte. Unde et exivit proverbium : Num et Saul inter prophetas?

CHAPITRE XX.

§ I. *David, à l'approche de Saül, s'enfuit de Najoth et va trouver Jonathas. Ils se lient de nouveau d'une étroite amitié, et Jonathas promet de faire tout pour David.*

L'AN DU MONDE 2944. — AVANT J.-C. 1060.

1. *En même temps* David s'enfuit de Najoth, près de Ramatha. Il vint parler à Jonathas, et lui dit : Qu'ai-je fait? quel est mon crime? quelle faute ai-je commise contre votre père, pour l'obliger à vouloir ainsi m'ôter la vie?

2. Jonathas lui dit : Non, vous ne mourrez point; car mon père *ne m'a point dit*

1. Fugit autem David de Najoth, quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Jonatha : Quid feci? quæ est iniquitas mea, et quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2. Qui dixit ei : Absit, non morieris : neque enim faciat pater

---

22. *In quo loco sunt Samuel et David?* Ex quo apparet nuntios illos sive apparitores ad Saulem reversos non fuisse.

23. *Et prophetabat usquedum veniret.* Antequam veniret in Najoth, et in conspectum aliorum prophetarum, locis illis, qui frequenter divinis laudibus personabant, Saulem incitantibus, et spiritu Domini illum agente.

24. *Expoliavit etiam ipse se vestimentis suis.* Illud *etiam*, non significat lictores missos se prius vestibus spoliasse; sed sensus est, duo illi accidisse quæ lictoribus, qui præmissi fuerant, non acciderant : alterum, ut prophetaret, antequam perveniret in Najoth; alterum, ut etiam vestibus suis ipse se exueret. — *Cecidit.* Viribus et sensibus destitutus, et cecidisse etiam prophetantes habemus ex verbis Balaam, Num. 24. 4. — *Nudus.* Non omnino nudus, sed superioribus tantum vestibus, cultuque regio detracto. — *Num et inter prophetas?* Quasi dicerent : Res mirabilis, et prodigio similis.

CAP. XX. 1. *Fugit autem David de Najoth.* Dum scilicet Saul prophetabat.

2. *Neque enim faciet pater meus.* Conjiciebat hoc Jonathas ex eo quod non ita pridem pater ad eum detulisset consilium de occidendo Davide.

Digitized by Google

meus quidquam grande vel parvum, nisi prius indicaverit mihi : hunc ergo celavit me pater meus sermonem tantummodo ? nequaquam erit istud.

3. Et juravit rursum Davidi. Et ille ait : Scit profecto pater tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, et dicet : Nesciat hoc Jonathas, ne forte tristetur. Quinimo vivit Dominus, et vivit anima tua, quia uno tantum (ut ita dicam) gradu, ego morsque dividimur.

4. Et ait Jonathas ad David : Quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5. Dixit autem David ad Jonatham : Ecce calendæ sunt crastino, et ego ex more sedere soleo juxta regem ad vescendum : dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad vesperam diei tertiæ.

6. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei : Rogavit me David, ut iret celeriter in Bethlehem civitatem suam : quia victimæ solemnes ibi sunt universis contribulibus suis.

qu'il eût formé ce dessein contre vous, lui qui ne fait aucune chose ni grande ni petite, sans m'en parler. N'y aurait-il donc que cela seul qu'il m'aurait voulu cacher ? Non, cela ne sera pas.

3. Et il se lia de nouveau à David par serment. Mais David lui dit : Votre père sait très-bien que j'ai l'honneur d'être dans vos bonnes grâces ; c'est pourquoi il aura dit en lui-même : Il ne faut point que Jonathas sache ceci, afin qu'il ne s'en afflige point. Car je vous jure par le Seigneur, je vous jure par votre vie, *que votre père est tellement résolu de me perdre*, qu'il n'y a (pour ainsi dire) qu'un point entre ma vie et ma mort.

4. Jonathas lui répondit : Je ferai pour vous tout ce que vous me direz.

5. Il est demain, dit David, le premier jour du mois, *où votre père traite ses officiers et sa famille*, et j'ai accoutumé de m'asseoir auprès du roi pour manger *en ce jour-là avec lui :* permettez-moi donc de me cacher dans un champ jusqu'au soir du troisième jour.

6. Si votre père me demande, vous lui répondrez : David m'a prié que j'agréasse qu'il fît promptement un tour à Bethléhem, d'où il est, parce qu'il y a là un sacrifice solennel pour tous ceux de sa tribu.

---

3. *Uno tantum... gradu, ego morsque dividimur.* Mors in me fertur præcipiti cursu, et uno vix passu a me distat.

5. *Ecce calendæ sunt crastino.* Calendis, sive primo die mensis novi festum agitabant Hebræi, quod græco vocabulo dicitur *neomenia ;* inde illud Ps. 80. 4 : *Buccinate in neomenia tuba, et insigni die solemnitatis vestræ.* Vide Num. 10. 10. In diebus autem solemnibus adesse debebant regis domestici ac necessarii convivio, et in primis David Saulis ipsius gener. — *Ut abscondar in agro.* In agri speluncula aliqua facilius cavere potuit insidiantium oculos et linguas, quam in civitate. — *Usque ad vesperam diei tertiæ.* Postridie calendas tota res gesta est; sequenti autem die non latuit, sed summo mane discessit.

6. *Victimæ solemnes... contribulibus.* Idonea et probabilis excusatio. Superbum enim hujusmodi invitationes non admittere. Porro cum ait *victimas,* intelligit sacrificium, et ex eo convivium. * Simile convivium solemne apud Romanos Charistia dictum, cui præter agnatos et affines nemo admittebatur Ovid. l. 2 Fast. :

Proxima cognati dixere Charistia cari,
Et venit ad socios turba propinqua deos

— *Contribulibus.* Hebr. et chald. *familiæ,* seu *cognationi.* LXX, *tribui.*

Digitized by Google

7. S'il vous dit : A la bonne heure, il n'y a rien à craindre pour moi. Mais s'il se met en colère, soyez persuadé que sa mauvaise volonté est arrivée à son comble.

8. Faites donc cette grâce à votre serviteur, puisque encore que je le sois effectivement, vous n'avez pas laissé de vouloir que nous nous promissions l'un à l'autre l'amitié la plus étroite. Si je suis coupable de quelque chose, ôtez-moi vous-même la vie; mais ne m'obligez point de paraître devant votre père, *pendant qu'il cherche à me tuer*.

9. Jonathas lui dit : Dieu vous garde de ce malheur. Mais si je reconnais que la haine que mon père a conçue contre vous soit sans remède, assurez-vous que je ne manquerai pas de vous le faire savoir.

10. David dit à Jonathas : S'il arrive que lorsque vous parlerez de moi à votre père il vous donne une réponse fâcheuse, par qui le saurai-je?

7. Si dixerit : Bene : pax erit servo tuo; si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia ejus.

8. Fac ergo misericordiam in servum tuum : quia fœdus domini me famulum tuum tecum inire fecisti; si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me.

9. Et ait Jonathas : Absit hoc a te : neque enim fieri potest, ut si certe cognovero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10. Responditque David ad Jonatham : Quis renuntiabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus dure de me?

§ II. *Jonathas promet à David de l'avertir des dispositions de son père à son égard. Ils renouvellent alliance ensemble pour eux et pour leurs enfants.*

11. Jonathas lui répondit : Venez, et sortons à la campagne. Et étant tous deux sortis dans les champs,

12. Jonathas dit à David : Seigneur Dieu d'Israël, si je puis découvrir le dessein de

11. Et ait Jonathas ad David : Veni, et egrediamur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum,

12. Ait Jonathas ad David : Domine Deus Israel, si investigavero

---

7. *Pax erit servo tuo.* Erit enim argumentum animi benevoli. — *Si autem fuerit iratus.* Probabilis admodum conjectura, nam inimicorum dicta factaque probari non solent. Adde, Saulem aliquo signo edito ostensurum quomodo in Davidem esset animatus. — *Completa est malitia.* Id est, decrevit omnino me perdere.

8. *Fac ergo misericordiam.* Confer hoc beneficium. — *Fœdus Domini.* Coram Domino, vel Domini voluntate. — *Tu me interfice.* Sic Moses orabat : *Dele me de libro vitæ.* Porro si vel inimici, vel amici manu cadendum sit, optabilior videtur mors illata ab amico, qui mortem, quam posset mollissimam inferret, et casum amici lacrymis prosequeretur; cum contra inimici sævire soleant in eos quos occidunt, et odii signa expromere, quod morientis animum maxime cruciat.

9. *Absit hoc a te.* Ut scilicet innocens manu mea interficiaris.

10. *Quis renuntiabit.* Sane hoc erat difficile, quia nec Jonathas ad Davidem egredi facile poterat, ita ut omnium oculos fugeret, nec famulis arcanum tuto committi.

11. *Cumque exissent ambo in agrum.* Jonathas proprio in habitu, David vero in ementito, ut sentit Serar., atque adeo sine hasta, aut gladio; quod ex eo colligitur, quia ad Achimelech inermis pervenit.

12. *Si investigavero sententiam.* Si cognovero quomodo erga te affectus sit

Digitized by Google

sententiam patris mei crastino vel perendie : et aliquid boni fuerit super David, et non statim misero ad te, et notum tibi fecero,

13. Hæc faciat Dominus Jonathæ, et hæc addat. Si autem perseveraverit patris mei malitia adversum te, revelabo aurem tuam, et dimittam te, ut vadas in pace, et sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.

14. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini : si vero mortuus fuero,

15. Non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra : auferat Jonatham de domo sua, et requirat Dominus de manu inimicorum David.

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David : et requisivit Dominus de manu inimicorum David.

mon père demain ou après-demain ; et si, voyant quelque chose de favorable pour David, je ne lui envoie pas dire aussitôt, et ne le lui fais pas savoir,

13. Traitez, ô Seigneur, Jonathas avec toute votre sévérité. Mais *cela ne sera pas ainsi ; car* si la mauvaise volonté de mon père continue toujours contre vous, je vous en donnerai avis et je vous renverrai, afin que vous alliez en paix, et que le Seigneur soit avec vous *durant toute votre vie,* comme il a été avec mon père *au commencement de son règne.*

14. Que si je vis, vous me traiterez avec toute la bonté possible ; et si je meurs,

15. Vous ne cesserez jamais d'en user avec bonté et compassion avec ma maison quand le Seigneur aura exterminé les ennemis de David de dessus la terre jusqu'au dernier. *Que si je vous manque de parole,* que Dieu retranche Jonathas de sa maison, et que le Seigneur venge David de ses ennemis.

16. Jonathas fit donc alliance avec la maison de David ; *mais cette alliance n'eut pas de suite, parce que* le Seigneur voulut punir les *descendants de Saül, qu'il traita presque tous comme* ennemis de David.

Saul, omnino tibi indicabo, quod juramento tibi confirmo ; hoc enim significat usitata illa phrasis : *Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat.*

13. *Revelabo aurem tuam.* Aperiam tibi. Sic supra, c. 9. 15, habemus : *Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis. — Sicut fuit cum patre meo.* Illum evehens ad regnum. Itaque verba hæc sunt prænuntiantis Davidi regnum ; quare apte statim se illi familiamque suam commendat.

15. *A domo mea usque in sempiternum.* Filios scilicet meos, ac nepotes conservando. — *Quando eradicaverit.* Resumit clarius imprecationem in se antea paucis prolatam, nisi patefecerit malam regis in Davidem voluntatem, et sensus est : Si quod promisi non præstitero, cum sublati fuerint inimice David de terra, auferat ipsemet David Jonatham de domo sua, id est, eum perdat. — *Et requirat Dominus de manu inimicorum David.* Requirere de manu alicujus, idem est quod de illo vindictam sumere. Sic Gen. 9. 5, dicitur : *Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum :* id est, ulciscar. Cum ait, *de manu inimicorum David,* idem est ac si dixisset : Expetat ultionem etiam de me, qui non retegendo Davidi, quæ contra illum molitur Saul, quodammodo me Davidis inimicum constituo, et aliis, qui illi male volunt, aggrego.

16. *Cum domo David.* Primum fœdus initum post Goliam occisum privatæ uit amicitiæ ; hoc latius patet et pertinet ad conservandas mutuo utriusque familias.

Digitized by Google

17. Jonathas conjura encore David *de ceci* pour l'amour qu'il lui portait; car il l'aimait comme sa vie.

18. Et il dit à David : C'est demain le premier jour du mois; et l'on demandera où vous serez *ce jour-là et le lendemain.*

19. Car on verra votre place vide ces deux jours-ci. Vous viendrez donc promptement le jour d'après la fête; vous vous rendrez au lieu où vous devez être caché, et vous vous tiendrez près de la pierre qui s'appelle Ezel.

20. Je tirerai trois flèches près de cette pierre, comme si je m'exerçais à tirer au blanc.

21. J'enverrai un petit garçon, et je lui dirai : Allez, et apportez-moi mes flèches.

22. Si je lui dis : Les flèches sont en deçà de vous, ramassez-les; venez me trouver; car tout sera en paix pour vous; et vive le Seigneur! vous n'aurez rien à craindre. Que si je dis à l'enfant : Les flèches sont au delà de vous; allez-vous en en paix, parce que le Seigneur veut que vous vous retiriez.

23. Mais, pour la parole que nous nous sommes donnée l'un à l'autre, que le Sei-

17. Et addidit Jonathas dejerare David, eo quod diligeret illum : sicut enim animam suam, ita diligebat eum.

18. Dixitque ad eum Jonathas : Cras calendæ sunt, et requireris :

19. Requiretur enim sessio tua usque perendie. Descendes ergo festinus, et venies in locum ubi celandus es in die qua operari licet, et sedebis juxta lapidem, cui nomen est Ezel.

20. Et ego tres sagittas mittam juxta eum, et jaciam quasi exercens me ad signum.

21. Mittam quoque et puerum, dicens ei : Vade, et affer mihi sagittas.

22. Si dixero puero : Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas : tu veni ad me, quia pax tibi est, et nihil est mali, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero : Ecce sagittæ ultra te sunt : vade in pace, quia dimisit te Dominus.

23. De verbo autem quod locuti sumus ego et tu, sit Dominus

---

17. *Addidit Jonathas dejerare.* Aliis juramentis confirmare. Dejerare idem valet, quod simplex jurare.

18. *Requireris.* A patre meo.

19. *Requiretur enim sessio tua usque perendie.* Quæretur uno atque altero die, quid causæ sit cur vacuus appareat locus tuus, nec tu ad eum occupandum veneris. — *Descendes ergo festinus.* Jam nunc ubi finito colloquio digressi fuerimus. — *Die qua operari licet.* Die profecto, ne scilicet tum ab iter facientibus videaris; die enim calendarum cum non liceat, sicut nec sabbato, longius ab urbe progredi, minus erunt necessariæ latebræ. — *Juxta lapidem, cui nomen est Ezel.* Ex nomine Ezel conjectat Lyranus lapidem illum esse viatorium, ut vertit Pagninus, id est, quod viam ostenderet iter agentibus, quales sunt lapides Mercurii, qui in biviis, aut triviis statuuntur. Sed hoc minus est probabile, quia in lapide hoc locus fuisse videtur aptus ad Davidis latebras, et quia juxta lapidem viarum indicem sedere in bivio aut trivio, idem fuisset ac velle ab omnibus conspici, quod tamen fugiebat David.

22. *Sagittæ intra te sunt.* Id facturus erat, permittendo ut longius abiret puer, antequam sagittam mitteret Jonathas, et tunc sagittam mittendo, quæ ad ipsum non perveniret puerum. — *Dimisit te Dominus.* Dominus, qui vias tuas dirigit, vult ut discedas.

23. *De verbo autem.* Renovat memoriam initi pacti, veritus ne forte illum ultra videre non posset. — * *Sit Dominus.* Sit Deus testis; et si quis fallat fidem, vindex.

Digitized by Google

inter me et te usque in sempiternum.

24. Absconditus est ergo David in agro, et venerunt calendæ, et sedit rex ad comedendum panem.

25. Cumque sedisset rex super cathedram suam (secundum consuetudinem) quæ erat juxta parietem, surrexit Jonathas, et sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus David.

26. Et non est locutus Saul quidquam in die illa : cogitabat enim quod forte evenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus.

27. Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Jonatham filium suum : Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie, ad vescendum?

28. Responditque Jonathas Sauli : Rogavit me obnixe, ut iret in Bethlehem,

29. Et ait : Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in civitate, unus de fratribus meis accersivit me : nunc ergo si inveni gratiam in oculis tuis, vadam cito, et videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis.

30. Iratus autem Saul adversum Jonatham, dixit ei : Fili mugneur en soit le dépositaire pour jamais entre vous et moi.

24. David donc se cacha dans le champ; et le premier jour du mois étant venu, le roi se mit à table pour manger.

25. Et étant assis (selon la coutume) sur son siége qui était contre la muraille, Jonathas se leva; Abner s'assit au côté de Saül, et la place de David demeura vide.

26. Saül n'en parla point ce premier jour, ayant cru que peut-être David ne se serait pas trouvé pur ce jour-là, *ni en état de manger des hosties pacifiques qu'on y immolait.*

27. Le second jour *de la fête étant venu,* la place de David se trouva encore vide. Alors Saül dit à son fils : Pourquoi le fils d'Isaï n'est-il point venu manger ni hier ni aujourd'hui?

28. Jonathas dit à Saül : Il m'a prié avec beaucoup d'instance d'agréer qu'il allât à Bethléhem,

29. En me disant : Laissez-moi aller, je vous prie, parce qu'il y a un sacrifice solennel en notre ville, et l'un de mes frères m'est venu prier d'y aller : si donc j'ai trouvé grâce devant vos yeux, permettez-moi d'y faire un tour pour voir mes frères. C'est pour cela qu'il n'est pas venu manger avec le roi.

30. Alors Saül se mettant en colère contre Jonathas, lui dit : *Homme sans cœur*

---

24. *Absconditus est ergo David in agro.* Aliqui existimant in spelunca illa divinitus fuisse enutritum. Probabilius secum aliquid cibi detulisse, cum eo venisset consilio ut ibi delitesceret; ipse enim absconsionis suæ mentionem fecerat supra, n. 5.

25. *Cumque sedisset rex super cathedram suam.* Videtur mensa fuisse longior, in cujus capite versus parietem sederet rex solus, inde ad ejus dexteram Jonathas, et deinceps cæteri ejus fratres et sorores. Ad sinistram primo loco Abner regis patruelis, et militiæ princeps, tum David regis gener, et deinde reliqui viri principes ordine suo.

26. *Ut non esset mundus nec purificatus.* Facile enim Hebræi legalem aliquam immunditiem contrahebant, v. g., contactu cadaveris, vel alterius rei immundæ.

27. *Filius Isai.* Ita illum vocat contemptim, et cum stomacho. Ita Nabal, infra, c. 25. 10 : *Quis est,* inquit, *David, et quis est filius Isai?*

30. *Filii mulieris virum ultro rapientis.* Ultro se ad nequitiam offerentis,

Digitized by Google

Samuel et David. On lui répondit : Ils sont à Najoth de Ramatha.

23. Aussitôt il s'y en alla. Il fut en même temps saisi lui-même de l'esprit du Seigneur; et il prophétisait durant tout le chemin, jusqu'à ce qu'il fut arrivé à Najoth, près de Ramatha.

24. *Alors* il se dépouilla aussi lui-même de ses habits *royaux*, prophétisa avec les autres devant Samuel, et demeura nu par terre le reste du jour et toute la nuit, *n'ayant rien qui le distinguât des autres prophètes*. Ce qui donna lieu à ce proverbe : Saül est-il donc aussi devenu prophète?

interrogavit, et dixit : In quo loco sunt Samuel et David? Dictumque estei : Ecce in Najoth sunt in Ramatha.

23. Et abiit in Najoth in Ramatha, et factus est etiam super eum spiritus Domini, et ambulabat ingrediens, et prophetabat usquedum veniret in Najoth in Ramatha.

24. Et expoliavit etiam ipse se vestimentis suis, et prophetavit cum cæteris coram Samuele, et cecidit nudus tota die illa et nocte. Unde et exivit proverbium : Num et Saul inter prophetas?

CHAPITRE XX.

§ I. *David, à l'approche de Saül, s'enfuit de Najoth et va trouver Jonathas. Ils se lient de nouveau d'une étroite amitié, et Jonathas promet de faire tout pour David.*

L'AN DU MONDE 2944. — AVANT J.-C. 1060.

1. *En même temps* David s'enfuit de Najoth, près de Ramatha. Il vint parler à Jonathas, et lui dit : Qu'ai-je fait? quel est mon crime? quelle faute ai-je commise contre votre père, pour l'obliger à vouloir ainsi m'ôter la vie?

2. Jonathas lui dit : Non, vous ne mourrez point; car mon père *ne m'a point dit*

1. Fugit autem David de Najoth, quæ est in Ramatha, veniensque locutus est coram Jonatha : Quid feci? quæ est iniquitas mea, et quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2. Qui dixit ei : Absit, non morieris : neque enim faciat pater

---

22. *In quo loco sunt Samuel et David?* Ex quo apparet nuntios illos sive apparitores ad Saulem reversos non fuisse.

23. *Et prophetabat usquedum veniret.* Antequam veniret in Najoth, et in conspectum aliorum prophetarum, locis illis, qui frequenter divinis laudibus personabant, Saulem incitantibus, et spiritu Domini illum agente.

24. *Expoliavit etiam ipse se vestimentis suis.* Illud *etiam*, non significat lictores missos se prius vestibus spoliasse; sed sensus est, duo illi accidisse quæ lictoribus, qui præmissi fuerant, non acciderant : alterum, ut prophetaret, antequam perveniret in Najoth; alterum, ut etiam vestibus suis ipse se exueret. — *Cecidit.* Viribus et sensibus destitutus, et cecidisse etiam prophetantes habemus ex verbis Balaam, Num. 24. 4. — *Nudus.* Non omnino nudus, sed superioribus tantum vestibus, cultuque regio detracto. — *Num et inter prophetas?* Quasi dicerent : Res mirabilis, et prodigio similis.

CAP. XX. 1. *Fugit autem David de Najoth.* Dum scilicet Saul prophetabat.

2. *Neque enim faciet pater meus.* Conjiciebat hoc Jonathas ex eo quod non ita pridem pater ad eum detulisset consilium de occidendo Davide.

Digitized by Google

meus quidquam grande vel parvum, nisi prius indicaverit mihi : hunc ergo celavit me pater meus sermonem tantummodo ? nequaquam erit istud.

3. Et juravit rursum Davidi. Et ille ait : Scit profecto pater tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, et dicet : Nesciat hoc Jonathas, ne forte tristetur. Quinimo vivit Dominus, et vivit anima tua, quia uno tantum (ut ita dicam) gradu, ego morsque dividimur.

4. Et ait Jonathas ad David : Quodcumque dixerit mihi anima tua, faciam tibi.

5. Dixit autem David ad Jonatham : Ecce calendæ sunt crastino, et ego ex more sedere soleo juxta regem ad vescendum : dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad vesperam diei tertiæ.

6. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei : Rogavit me David, ut iret celeriter in Bethlehem civitatem suam : quia victimæ solemnes ibi sunt universis contribulibus suis.

qu'il eût formé ce dessein contre vous, lui qui ne fait aucune chose ni grande ni petite, sans m'en parler. N'y aurait-il donc que cela seul qu'il m'aurait voulu cacher ? Non, cela ne sera pas.

3. Et il se lia de nouveau à David par serment. Mais David lui dit : Votre père sait très-bien que j'ai l'honneur d'être dans vos bonnes grâces ; c'est pourquoi il aura dit en lui-même : Il ne faut point que Jonathas sache ceci, afin qu'il ne s'en afflige point. Car je vous jure par le Seigneur, je vous jure par votre vie, *que votre père est tellement résolu de me perdre,* qu'il n'y a (pour ainsi dire) qu'un point entre ma vie et ma mort.

4. Jonathas lui répondit : Je ferai pour vous tout ce que vous me direz.

5. Il est demain, dit David, le premier jour du mois, *où votre père traite ses officiers et sa famille,* et j'ai accoutumé de m'asseoir auprès du roi pour manger *en ce jour-là avec lui :* permettez-moi donc de me cacher dans un champ jusqu'au soir du troisième jour.

6. Si votre père me demande, vous lui répondrez : David m'a prié que j'agréasse qu'il fît promptement un tour à Bethléhem, d'où il est, parce qu'il y a là un sacrifice solennel pour tous ceux de sa tribu.

---

3. *Uno tantum... gradu, ego morsque dividimur.* Mors in me fertur præcipiti cursu, et uno vix passu a me distat.

5. *Ecce calendæ sunt crastino.* Calendis, sive primo die mensis novi festum agitabant Hebræi, quod græco vocabulo dicitur *neomenia ;* inde illud Ps. 80. 4 : *Buccinate in neomenia tuba, et insigni die solemnitatis vestræ.* Vide Num. 10. 10. In diebus autem solemnibus adesse debebant regis domestici ac necessarii convivio, et in primis David Saulis ipsius gener. — *Ut abscondar in agro.* In agri speluncula aliqua facilius cavere potuit insidiantium oculos et linguas, quam in civitate. — *Usque ad vesperam diei tertiæ.* Postridie calendas tota res gesta est; sequenti autem die non latuit, sed summo mane discessit.

6. *Victimæ solemnes... contribulibus.* Idonea et probabilis excusatio. Superbum enim hujusmodi invitationes non admittere. Porro cum ait *victimas,* intelligit sacrificium, et ex eo convivium. * Simile convivium solemne apud Romanos Charistia dictum, cui præter agnatos et affines nemo admittebatur Ovid. l. 2 Fast. :

Proxima cognati dixere Charistia cari,
Et venit ad socios turba propinqua deos

— *Contribulibus.* Hebr. et chald. *familiæ, seu cognationi.* LXX, *tribui.*

Digitized by Google

7. S'il vous dit : A la bonne heure, il n'y a rien à craindre pour moi. Mais s'il se met en colère, soyez persuadé que sa mauvaise volonté est arrivée à son comble.

8. Faites donc cette grâce à votre serviteur, puisque encore que je le sois effectivement, vous n'avez pas laissé de vouloir que nous nous promissions l'un à l'autre l'amitié la plus étroite. Si je suis coupable de quelque chose, ôtez-moi vous-même la vie ; mais ne m'obligez point de paraître devant votre père, *pendant qu'il cherche à me tuer*.

9. Jonathas lui dit : Dieu vous garde de ce malheur. Mais si je reconnais que la haine que mon père a conçue contre vous soit sans remède, assurez-vous que je ne manquerai pas de vous le faire savoir.

10. David dit à Jonathas : S'il arrive que lorsque vous parlerez de moi à votre père il vous donne une réponse fâcheuse, par qui le saurai-je ?

7. Si dixerit : Bene : pax erit servo tuo ; si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia ejus.

8. Fac ergo misericordiam in servum tuum : quia fœdus domini me famulum tuum tecum inire fecisti ; si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me.

9. Et ait Jonathas : Absit hoc à te : neque enim fieri potest, ut si certe cognovero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi.

10. Responditque David ad Jonatham : Quis renuntiabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus dure de me ?

§ II. *Jonathas promet à David de l'avertir des dispositions de son père à son égard. Ils renouvellent alliance ensemble pour eux et pour leurs enfants.*

11. Jonathas lui répondit : Venez, et sortons à la campagne. Et étant tous deux sortis dans les champs,

12. Jonathas dit à David : Seigneur Dieu d'Israël, si je puis découvrir le dessein de

11. Et ait Jonathas ad David : Veni, et egrediamur foras in agrum. Cumque exissent ambo in agrum,

12. Ait Jonathas ad David : Domine Deus Israel, si investigavero

---

7. *Pax erit servo tuo.* Erit enim argumentum animi benevoli. — *Si autem fuerit iratus.* Probabilis admodum conjectura, nam inimicorum dicta factaque probari non solent. Adde, Saulem aliquo signo edito ostensurum quomodo in Davidem esset animatus. — *Completa est malitia.* Id est, decrevit omnino me perdere.

8. *Fac ergo misericordiam.* Confer hoc beneficium. — *Fœdus Domini.* Coram Domino, vel Domini voluntate. — *Tu me interfice.* Sic Moses orabat : *Dele me de libro vitæ.* Porro si vel inimici, vel amici manu cadendum sit, optabilior videtur mors illata ab amico, qui mortem, quam posset mollissimam inferret, et casum amici lacrymis prosequeretur ; cum contra inimici sævire soleant in eos quos occidunt, et odii signa expromere, quod morientis animum maxime cruciat.

9. *Absit hoc a te.* Ut scilicet innocens manu mea interficiaris.

10. *Quis renuntiabit.* Sane hoc erat difficile, quia nec Jonathas ad Davidem egredi facile poterat, ita ut omnium oculos fugeret, nec famulis arcanum tuto committi.

11. *Cumque exissent ambo in agrum.* Jonathas proprio in habitu, David vero in ementito, ut sentit Serar., atque adeo sine hasta, aut gladio ; quod ex eo colligitur, quia ad Achimelech inermis pervenit.

12. *Si investigavero sententiam.* Si cognovero quomodo erga te affectus sit

Digitized by Google

sententiam patris mei crastino vel perendie : et aliquid boni fuerit super David, et non statim misero ad te, et notum tibi fecero,

13. Hæc faciat Dominus Jonathæ, et hæc addat. Si autem perseveraverit patris mei malitia adversum te, revelabo aurem tuam, et dimittam te, ut vadas in pace, et sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo.

14. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini : si vero mortuus fuero,

15. Non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra : auferat Jonatham de domo sua, et requirat Dominus de manu inimicorum David.

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David : et requisivit Dominus de manu inimicorum David.

mon père demain ou après-demain ; et si, voyant quelque chose de favorable pour David, je ne lui envoie pas dire aussitôt, et ne le lui fais pas savoir,

13. Traitez, ô Seigneur, Jonathas avec toute votre sévérité. Mais *cela ne sera pas ainsi ; car* si la mauvaise volonté de mon père continue toujours contre vous, je vous en donnerai avis et je vous renverrai, afin que vous alliez en paix, et que le Seigneur soit avec vous *durant toute votre vie,* comme il a été avec mon père *au commencement de son règne.*

14. Que si je vis, vous me traiterez avec toute la bonté possible ; et si je meurs,

15. Vous ne cesserez jamais d'en user avec bonté et compassion avec ma maison quand le Seigneur aura exterminé les ennemis de David de dessus la terre jusqu'au dernier. *Que si je vous manque de parole,* que Dieu retranche Jonathas de sa maison, et que le Seigneur venge David de ses ennemis.

16. Jonathas fit donc alliance avec la maison de David ; *mais cette alliance n'eut pas de suite, parce que* le Seigneur voulut punir les *descendants de Saül, qu'il traita presque tous comme* ennemis de David.

Saul, omnino tibi indicabo, quod juramento tibi confirmo ; hoc enim significat usitata illa phrasis : *Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat.*

13. *Revelabo aurem tuam.* Aperiam tibi. Sic supra, c. 9. 15, habemus : *Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis. — Sicut fuit cum patre meo.* Illum evehens ad regnum. Itaque verba hæc sunt prænuntiantis Davidi regnum ; quare apte statim se illi familiamque suam commendat.

15. *A domo mea usque in sempiternum.* Filios scilicet meos, ac nepotes conservando. — *Quando eradicaverit.* Resumit clarius imprecationem in se antea paucis prolatam, nisi patefecerit malam regis in Davidem voluntatem, et sensus est : Si quod promisi non præstitero, cum sublati fuerint inimici David de terra, auferat ipsemet David Jonatham de domo sua, id est, eum perdat. — *Et requirat Dominus de manu inimicorum David.* Requirere de manu alicujus, idem est quod de illo vindictam sumere. Sic Gen. 9. 5, dicitur : *Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum :* id est, ulciscar. Cum ait, *de manu inimicorum David,* idem est ac si dixisset : Expetat ultionem etiam de me, qui non retegendo Davidi, quæ contra illum molitur Saul, quodammodo me Davidis inimicum constituo, et aliis, qui illi male volunt, aggrego.

16. *Cum domo David.* Primum fœdus initum post Goliam occisum privatæ uit amicitiæ ; hoc latius patet et pertinet ad conservandas mutuo utriusque familias.

Digitized by Google

17. Jonathas conjura encore David *de ceci* pour l'amour qu'il lui portait; car il l'aimait comme sa vie.

18. Et il dit à David : C'est demain le premier jour du mois; et l'on demandera où vous serez *ce jour-là et le lendemain.*

19. Car on verra votre place vide ces deux jours-ci. Vous viendrez donc promptement le jour d'après la fête; vous vous rendrez au lieu où vous devez être caché, et vous vous tiendrez près de la pierre qui s'appelle Ezel.

20. Je tirerai trois flèches près de cette pierre, comme si je m'exerçais à tirer au blanc.

21. J'enverrai un petit garçon, et je lui dirai : Allez, et apportez-moi mes flèches.

22. Si je lui dis : Les flèches sont en deçà de vous, ramassez-les; venez me trouver; car tout sera en paix pour vous; et vive le Seigneur! vous n'aurez rien à craindre. Que si je dis à l'enfant : Les flèches sont au delà de vous; allez-vous en en paix, parce que le Seigneur veut que vous vous retiriez.

23. Mais, pour la parole que nous nous sommes donnée l'un à l'autre, que le Sei-

17. Et addidit Jonathas dejerare David, eo quod diligeret illum : sicut enim animam suam, ita diligebat eum.

18. Dixitque ad eum Jonathas : Cras calendæ sunt, et requireris :

19. Requiretur enim sessio tua usque perendie. Descendes ergo festinus, et venies in locum ubi celandus es in die qua operari licet, et sedebis juxta lapidem, cui nomen est Ezel.

20. Et ego tres sagittas mittam juxta eum, et jaciam quasi exercens me ad signum.

21. Mittam quoque et puerum, dicens ei : Vade, et affer mihi sagittas.

22. Si dixero puero : Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas : tu veni ad me, quia pax tibi est, et nihil est mali, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero : Ecce sagittæ ultra te sunt : vade in pace, quia dimisit te Dominus.

23. De verbo autem quod locuti sumus ego et tu, sit Dominus

---

17. *Addidit Jonathas dejerare.* Aliis juramentis confirmare. Dejerare idem valet, quod simplex jurare.

18. *Requireris.* A patre meo.

19. *Requiretur enim sessio tua usque perendie.* Quæretur uno atque altero die, quid causæ sit cur vacuus appareat locus tuus, nec tu ad eum occupandum veneris. — *Descendes ergo festinus.* Jam nunc ubi finito colloquio digressi fuerimus. — *Die qua operari licet.* Die profecto, ne scilicet tum ab iter facientibus videaris; die enim calendarum cum non liceat, sicut nec sabbato, longius ab urbe progredi, minus erunt necessariæ latebræ. — *Juxta lapidem, cui nomen est Ezel.* Ex nomine Ezel conjectat Lyranus lapidem illum esse viatorium, ut vertit Pagninus, id est, quod viam ostenderet iter agentibus, quales sunt lapides Mercurii, qui in biviis, aut triviis statuuntur. Sed hoc minus est probabile, quia in lapide hoc locus fuisse videtur aptus ad Davidis latebras, et quia juxta lapidem viarum indicem sedere in bivio aut trivio, idem fuisset ac velle ab omnibus conspici, quod tamen fugiebat David.

22. *Sagittæ intra te sunt.* Id facturus erat, permittendo ut longius abiret puer, antequam sagittam mitteret Jonathas, et tunc sagittam mittendo, quæ ad ipsum non perveniret puerum. — *Dimisit te Dominus.* Dominus, qui vias tuas dirigit, vult ut discedas.

23. *De verbo autem.* Renovat memoriam initi pacti, veritus ne forte illum ultra videre non posset. — * *Sit Dominus.* Sit Deus testis; et si quis fallat fidem, vindex.

Digitized by Google

inter me et te usque in sempiternum.

gneur en soit le dépositaire pour jamais entre vous et moi.

24. Absconditus est ergo David in agro, et venerunt calendæ, et sedit rex ad comedendum panem.

24. David donc se cacha dans le champ; et le premier jour du mois étant venu, le roi se mit à table pour manger.

25. Cumque sedisset rex super cathedram suam (secundum consuetudinem) quæ erat juxta parietem, surrexit Jonathas, et sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus David.

25. Et étant assis (selon la coutume) sur son siége qui était contre la muraille, Jonathas se leva; Abner s'assit au côté de Saül, et la place de David demeura vide.

26. Et non est locutus Saul quidquam in die illa : cogitabat enim quod forte evenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus.

26. Saül n'en parla point ce premier jour, ayant cru que peut-être David ne se serait pas trouvé pur ce jour-là, *ni en état de manger des hosties pacifiques qu'on y immolait.*

27. Cumque illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Jonatham filium suum : Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie, ad vescendum?

27. Le second jour *de la fête étant venu*, la place de David se trouva encore vide. Alors Saül dit à son fils : Pourquoi le fils d'Isaï n'est-il point venu manger ni hier ni aujourd'hui?

28. Responditque Jonathas Saul : Rogavit me obnixe, ut iret in Bethlehem,

28. Jonathas dit à Saül : Il m'a prié avec beaucoup d'instance d'agréer qu'il allât à Bethléhem,

29. Et ait : Dimitte me, quoniam sacrificium solemne est in civitate, unus de fratribus meis accersivit me : nunc ergo si inveni gratiam in oculis tuis, vadam cito, et videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis.

29. En me disant : Laissez-moi aller, je vous prie, parce qu'il y a un sacrifice solennel en notre ville, et l'un de mes frères m'est venu prier d'y aller : si donc j'ai trouvé grâce devant vos yeux, permettez-moi d'y faire un tour pour voir mes frères. C'est pour cela qu'il n'est pas venu manger avec le roi.

30. Iratus autem Saul adversum Jonatham, dixit ei : Fili mu-

30. Alors Saül se mettant en colère contre Jonathas, lui dit : *Homme sans cœur*

---

24. *Absconditus est ergo David in agro.* Aliqui existimant in spelunca illa divinitus fuisse enutritum. Probabilius secum aliquid cibi detulisse, cum eo venisset consilio ut ibi delitesceret; ipse enim absconsionis suæ mentionem fecerat supra, n. 5.

25. *Cumque sedisset rex super cathedram suam.* Videtur mensa fuisse longior, in cujus capite versus parietem sederet rex solus, inde ad ejus dexteram Jonathas, et deinceps cæteri ejus fratres et sorores. Ad sinistram primo loco Abner regis patruelis, et militiæ princeps, tum David regis gener, et deinde reliqui viri principes ordine suo.

26. *Ut non esset mundus nec purificatus.* Facile enim Hebræi legalem aliquam immunditiem contrahebant, v. g., contactu cadaveris, vel alterius rei immundæ.

27. *Filius Isai.* Ita illum vocat contemptim, et cum stomacho. Ita Nabal, infra, c. 25. 10 : *Quis est,* inquit, *David, et quis est filius Isai?*

30. *Filii mulieris virum ultro rapientis.* Ultro se ad nequitiam offerentis,

Digitized by Google

et sans honneur, fils de femme prostituée, est-ce que j'ignore que tu aimes le fils d'Isaï, à ta honte et à la honte de ta mère infâme *de qui seule tu peux tenir des inclinations si lâches et si basses?*

31. Car tant que le fils d'Isaï vivra sur la terre, tu ne seras jamais en sûreté, ni pour ta vie, ni pour le droit que tu as à la couronne. Envoie donc présentement le chercher, et amène-le-moi; car il faut qu'il meure.

32. Jonathas répondit à Saül son père: Pourquoi mourra-t-il? qu'a-t-il fait?

33. Saül, *irrité de cette réponse de Jonathas*, prit une lance pour l'en percer. Jonathas reconnut donc que son père était résolu de faire mourir David.

34. Et il se leva tout en colère, et ne mangea point ce second jour de la fête, parce qu'il était affligé de l'état de David, et de ce que son père l'avait outragé lui-même.

lieris virum ultro rapientis, numquid ignoro quia diligitis filium Isai, in confusionem tuam, et in confusionem ignominiosæ matris tuæ?

31. Omnibus enim diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, et adduc eum ad me: quia filius mortis est.

32. Respondens autem Jonathas Sauli patri suo, ait: Quare morietur? quid fecit?

33. Et arripuit Saul lanceam ut percuteret eum. Et intellexit Jonathas quod definitum esset a patre suo, ut interficeret David.

34. Surrexit ergo Jonathas a mensa in ira furoris, et non comedit in die calendarum secunda panem. Contristatus est enim super David, eo quod confudisset eum pater suus.

§ III. *Jonathas fait connaître à David la mauvaise disposition de Saül pour lui par le signe dont ils étaient convenus. Ils s'embrassent en répandant beaucoup de larmes, et se séparent.*

35. Le lendemain, dès le point du jour, Jonathas vint dans le champ, selon qu'il en était demeuré d'accord avec David, et il amena avec lui un petit garçon,

36. Auquel il dit: Allez, et rapportez-moi les flèches que je tire. L'enfant ayant couru, Jonathas en tira une autre plus loin.

37. L'enfant étant donc venu au lieu où était la flèche que Jonathas avait tirée, Jonathas cria derrière lui, et lui dit: Voilà

35. Cumque illuxisset mane, venit Jonathas in agrum juxta placitum David, et puer parvulus cum eo,

36. Et ait ad puerum suum: Vade, affer mihi sagittas, quas ego jacio. Cumque puer cucurrisset, jecit aliam sagittam trans puerum.

37. Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miserat Jonathas: et clamavit Jonathas post tergum

---

— *In confusionem tuam.* In tuum dedecus; tibi enim regnum erepturus est. — *In confessionem ignominiosæ matris tuæ?* Quæ filio rege gloriari non poterit. Pro *ignominiosæ*, chald. habet *ignominiæ*; heb. *nuditatis*, seu *turpitudinis*, seu *ignominiæ*. LXX, *revelationis*, id est, nuditatis.

31. *Filius mortis est.* Dignus morte, et a me morti destinatus.

34. *In ira furoris.* Vehementer iratus. — *Non comedit in die calendarum secunda panem.* Secundo mensis die jejunus præ indignatione mansit. — *Contristatus est enim super David.* Quod implacabilis animi signa edidisset Saul, innocentem ad mortem expetendo. — *Eo quod confudisset eum pater suus.* Eum conviciis, et etiam lancea impetendo.

35. *Juxta placitum David.* Juxta condictum.

Digitized by Google

pueri, et ait : Ecce ibi est sagitta porro ultra te.

38. Clamavitque iterum Jonathas post tergum pueri, dicens : Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Jonathæ sagittas, et attulit ad dominum suum;

39. Et quid ageretur, penitus ignorabat : tantummodo enim Jonathas et David rem noverant.

40. Dedit ergo Jonathas arma sua puero, et dixit ei : Vade, et defer in civitatem.

41. Cumque abiisset puer, surrexit David de loco, qui vergebat ad austrum, et cadens pronus in terram, adoravit tertio : et osculantes se alterutrum, fleverunt pariter, David autem amplius.

42. Dixit ergo Jonathas ad David : Vade in pace : quæcumque juravimus ambo in nomine Domini, dicentes : Dominus sit inter me et te, et inter semen meum et semen tuum usque in sempiternum.

43. Et surrexit David, et abiit : sed et Jonathas ingressus est civitatem.

la flèche qui est au delà de vous.

38. Il lui cria encore, et lui dit : Allez vite, hâtez-vous, ne demeurez point. L'enfant ayant ramassé les flèches de Jonathas, les rapporta à son maître,

39. Sans rien comprendre à ce qui se faisait; car il n'y avait que Jonathas et David qui le sussent.

40. Jonathas ensuite donna ses armes à l'enfant, et lui dit : Allez, et reportez-les à la ville.

41. Quand il s'en fut allé, David sortit du lieu où il était, qui regardait le midi. Il fit, par trois fois, une profonde révérence *à Jonathas*, en se baissant jusqu'en terre : et s'étant salués en se baisant, ils pleurèrent tous deux, mais David encore plus.

42. Jonathas dit donc à David : Allez en paix. Que ce que nous avons juré tous deux au nom du Seigneur *demeure ferme;* et que le Seigneur, comme nous avons dit, soit témoin entre vous et moi, et entre votre race et ma race, pour jamais.

43. David, en même temps, se retira, et Jonathas rentra dans la ville.

CHAPITRE XXI.

§ I. ***David va à Nobé trouver le grand prêtre Achimélech. Il lui demande des vivres. Achimélech, n'en ayant point, lui donne des pains de proposition pour lui et pour ses gens.***

L'AN DU MONDE ENVIRON 2944.

1. Venit autem David in Nobe ad Achimelech sacerdotem : et

1. Après cela David alla à Nobé, vers le grand prêtre Achimélech, *le tabernа-*

---

41. *Adoravit tertio.* Filium regis majorem natu, amicum et vitæ suæ conservatorem. — *David autem amplius.* Indulsit amplius David affectui suo. Jonathas vehementius se continuit, qui et ætate superabat, et consolatoris partes agebat, et unicam amici patiebatur jacturam, non multiplicem, ut David, qui cariturus erat amico Jonatha, uxore etiam, et lare suo, a Saule patre quæsitus ad mortem.

42. *Quæcumque juravimus.* Firma scilicet sint et inviolata. Deficiens et decurtata oratio præsenti animorum commotioni valde congruit.

CAP. XXI. 1. *In Nobe.* Duplex est Nobe, altera trans Jordanem, quam Abulensis et Torniellus aiunt esse in tribu Manasse; Adrichomius vero collocat

Digitized by Google

cle était alors dans cette ville. Achimélech, *nommé aussi Abiathar*, fut surpris de sa venue, et lui dit : D'où vient que vous venez seul, et qu'il n'y a personne avec vous?

2. David lui répondit : Le roi m'a donné un ordre; et m'a dit : Que personne ne sache pourquoi je vous envoie, ni ce que je vous ai commandé. J'ai même donné rendez-vous à mes gens en tel et tel lieu.

3. Si donc vous avez quelque chose à manger, quand ce ne serait que cinq pains, ou quoi que ce soit, donnez-le-moi; *car nous en avons grand besoin.*

4. Le grand prêtre lui répondit : Je n'ai point ici de pain pour le peuple; je n'ai que du pain qui est saint *et réservé aux prêtres. Cependant je vous en donnerai*, pourvu que vos gens soient purs, particulièrement à l'égard des femmes.

5. David répondit au grand prêtre, et lui dit : Pour ce qui regarde les femmes, depuis hier et avant-hier que nous sommes partis, nous ne nous en sommes point approchés, et nos vêtements aussi étaient

obstupuit Achimelech, eo quod venisset David. Et dixit ei : Quare tu solus, et nullus est tecum?

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem : Rex præcepit mihi sermonem, et dixit : Nemo sciat rem, propter quam missus es a me, et cujusmodi præcepta tibi dederim : nam et pueris condixi in illum et illum locum.

3. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

4. Et respondens sacerdos ad David, ait illi : Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum : si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus?

5. Et respondit David sacerdoti et dixit ei : Equidem, si de mulieribus agitur : continuimus nos ab heri et nudiustertius, quando egrediebamur, et fuerunt vasa

---

in tribu Gad : altera est cis Jordanem, cujus meminit Isaias c. 10. 32, et est in tribu Benjamin. In hanc autem urbem translatum fuerat tabernaculum. — *Ad Achimelech sacerdotem.* Summum pontificem, ad quem eo consilio venisse videtur, ut per eum de rebus suis, et quid facto opus esset, consuleret Dominum. Porro hunc Achimelech aiunt eumdem fuisse cum Achia filio Achitob filii Phinees filii Heli. Ita D. Hier. et alii. — *Tu solus, et nullus est tecum?* Videtur fuisse non omnino solus, cum duobus, aut tribus tantum, ut colligitur ex n. 4; vel certe quod probabilius putat Salianus, Davidem sine ullo plane comite venisse ad Achimelech; socios vero habuisse in alio loco, quibus mox panes communicarit.

2. *Sermonem.* Negotium quoddam. * Mendacium officiosum, quod fortasse culpa carere putavit. Huc facit illud Euripidis :

Ὅ τῇ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθεια ἄγει
Συγγνωςὸν εἰπεῖν ἐςὶ καὶ τὸ μὴ καγὸν.
Cui autem diram perniciem veritas affert,
Condonandum si mentiatur.

— *Condixi in illum et illum locum.* Jussi eos adesse certis quibusdam in locis.

4. *Panem sanctum.* Panes propositionis. — *Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus.* Modeste quærit pontifex de munditia ipsius etiam Davidis, quamvis illius nomen non exprimat, et licet aliæ essent immunditiæ majores secundum legem, quæ a participatione panum sacrorum arcebant; meminit tantum illius quæ ex congressu cum mulieribus, quod magis esset communis.

5. *Fuerunt vasa puerorum sancta.* Corpora vocat vasa, ut S. Paul. II. Co-

Digitized by Google

peccatorum sancta; porro via hæc polluta est, sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis.

6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem; neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur panes calidi.

7. Erat autem ibi vir quidam de servis Saül, in die illa, intus in tabernaculo Domini : et nomen ejus Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul.

purs. Il est vrai qu'il y est arrivé quelque impureté légale en chemin, mais ils en seront aujourd'hui purifiés, *avant que nous mangions les pains que vous nous donnerez.*

6. Le grand prêtre lui donna donc du pain sanctifié; car il n'y en avait point là d'autre que les pains exposés devant le Seigneur, qui avaient été ôtés de devant sa présence, pour y en mettre de chauds en la place.

7. Or un certain homme des officiers de Saül se trouva alors au dedans du tabernacle du Seigneur. C'était un Iduméen nommé Doëg, et le plus puissant d'entre les bergers de Saül.

§ II. *David demande des armes à Achimélech. Ce grand prêtre lui donne l'épée de Goliath. Il se retire chez Achis, roi de Geth, où il est obligé de contrefaire l'insensé, afin de sauver sa vie.*

8. Dixit autem David ad Achimelech : Si habes hic ad manum hastam, aut gladium? quia gladium meum, et arma mea non tuli mecum; sermo enim regis urgebat.

8. David dit encore à Achimélech : N'avez-vous point ici une lance, ou une épée? car je n'ai point apporté avec moi mon épée ni mes armes, parce que l'ordre du roi pressait fort.

---

rinth. 4. 7 et I. Thess. 4. 4. — *Porro via hæc polluta est.* Quasi dicat : In via, qua venimus, immunditias contraximus legales. * Vel polluta via dicitur, quod speciem haberet fugæ ad profanos et gentiles, qui tam ipsi polluti erant quam eorum ritus superstitiosi et impii. — *Sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis.* Id est, panis iste erit sanctus in vasis nostris, id est, in corporibus; quia non contrahet immunditiam propter nos, qui immundi sumus, quia necessitas excusabit nos ab omni immunditia; et perinde est ac si a mundis panis iste comederetur. Ita Abulensis, et alii. * Vel sensus est : via hæc sancta et munda manebit in talibus vasis, seu personis, quæ bono animo viam hanc ineunt, non transfugiendi ad religiones idololatrarum, sed tantum declinandi imminens vitæ discrimen. Vel, si quid per viam, ut fit, maculæ contractum est, purificabitur. Vide apud Sanchez hic alias expositiones, et apud Salian. Scholio 13, post annum mundi 2973.

6. *Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem.* Ex hoc pontificis facto apparet non fuisse exspectandam summam necessitatem ad hoc, ut laici panibus illis, etiamsi immundi essent, vesci possent. Præter panes probabile est dedisse ei Achimelechum alia etiam cibaria, quæ ut in opulenta summi Sacerdotis domo non defuerint. — *Ut ponerentur panes calidi.* Quod singulis fiebat sabbatis, Lev. 24. 8; ex quo apparet David ad Achimelech die sabbati venisse.

7. *Intus in tabernaculo Domini.* Putat Serarius legendum *detentus in tabernaculo,* ut hebræa, græca, et chaldæa indicant, quod aliqui de voto interpretantur quo se Doeg obligasset ad orandum ad tempus aliquod in loco sancto : ideoque dici detentum in tabernaculo : Theodoretus interpretatur de malo dæmone quo teneretur. — *Idumæus.* Gente Idumæus, religione hebræus proselytus. — *Potentissimus pastorum.* Apud LXX legimus eum pastorem fuisse mularum Saulis.

Digitized by Google

9. Le grand prêtre lui répondit : Voilà l'épée de Goliath, Philistin, que vous avez tué dans la vallée de Térébinthe ; *comme vous l'aviez consacrée au Seigneur,* elle est enveloppée dans un drap, derrière l'éphod. Si vous la voulez, prenez-la, parce qu'il n'y en a point d'autre ici. David lui dit : Il n'y en a point qui vaille celle-là ; donnez-la-moi.

9. Et dixit sacerdos : Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in valle Terebinthi, est involutus pallio post ephod : si istum vis tollere, tolle ; neque enim hic est alius absque eo. Et ait David : Non est huic alter similis, da mihi eum (1).

10. David s'enfuit donc alors pour éviter la colère de Saül, et se réfugia vers Achis, roi de Geth, *croyant qu'il serait fort en sûreté.*

10. Surrexit itaque David, et fugit in die illa a facie Saul : et venit ad Achis regem Geth :

11. *Mais* les officiers d'Achis ayant vu David dirent à Achis : N'est-ce pas là ce David qui est comme roi en son pays *par le crédit qu'il s'y est acquis ?* N'est-ce pas pour lui qu'on a chanté dans les danses publiques : Saül en a tué mille, et David dix mille ? *Maintenant donc que vous en êtes le maître, ne le laissez pas échapper.*

11. Dixeruntque servi Achis ad eum cum vidissent David : Numquid non iste est David rex terræ ? nonne huic cantabant per choros, dicentes : Percussit Saul mille, et David decem millia ?

12. David fut frappé de ces paroles jusqu'au cœur ; et il commença à craindre extrêmement Achis, roi de Geth.

12. Posuit autem David sermones istos in corde suo, et extimuit valde a facie Achis regis Geth.

13. C'est pourquoi il se contrefit le visage devant les Philistins. Il se laissait tomber entre leurs mains, il se heurtait contre les poteaux de la porte, et la salive lui coulait sur la barbe.

13. Et immutavit os suum coram eis, et collabebatur inter manus eorum, et impingebat in ostia portæ, defluebantque salivæ ejus in barbam.

(1) Rép. crit., tome III, page 153.

---

9. *Pallio.* Tegumento. — *Post ephod.* Id est, locum ubi repositum est ephod. — *Si istum vis tollere, tolle.* Erat gladius ille Deo donatus, sed urgente necessitate inde auferri poterat non minus quam panes absumi. * Seneca in controversiis : *Pro republica plerumque templa nudantur.*

10. *Venit ad Achis regem Geth.* Credibile est divino instinctu, aut edito per sacerdotem oraculo venisse ad regem Geth ; alioqui consilium plenum periculosæ aleæ, quia Philisthæi omnes Davidi inimici, et quia Gethæi potissimum, post cædem Goliæ, qui erat de Geth. Ita sentit Salianus ; sed Sanchez existimat aut David Deum non consuluisse, aut certe nullum responsum tulisse. Nam exitus hujus profectionis ad Achis non fuit ejusmodi, ut illius auctorem Deum facere debeamus. Verum quæ dicit Doeg, c. seq. n, 10, ostendunt Achimelech Deum consuluisse.

11. *David rex terræ ?* David ille inclytus, et quasi alter rex Hebræorum.

12. *Posuit autem David sermones istos in corde suo.* Notavit quæ de illo a Gethæis jactabantur. — *Extimuit valde.* Quia, cum putaret se incognitum latere posse, consilium non procedebat. Potuit credere se a Philisthæis non agnitum iri, a quibus vel habitu pastorali olim, vel postea tantum armatus visus fuerat.

13. *Impingebat in ostia portæ.* Quasi illis clausis transiturus.

Digitized by Google

14. Et ait Achis ad servos suos : Vidistis hominem insanum : quare adduxistis eum ad me?

15. An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum, ut fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam?

14. Achis dit donc à ses officiers : Vous voyiez que cet homme était fou, pourquoi me l'avez-vous amené?

15. Est-ce que nous n'avons pas assez de fous, pour nous amener celui-ci, afin qu'il fît des folies en ma présence? Doit-on laisser entrer un tel homme dans ma maison?

CHAPITRE XXII.

§ I. *David, sorti de Geth, se retire dans la caverne d'Odollam. Ses parents l'y viennent trouver, et plusieurs mécontents se joignent à lui. Il va de là à Maspha, et laisse ses parents auprès du roi de Moab. Il s'en retourne dans la terre de Juda par le conseil du prophète Gad.*

LA MÊME ANNÉE 2944.

1. Abiit ergo David inde, et fugit in speluncam Odollam. Quod cum audissent fratres ejus, et omnis domus patris ejus, descenderunt ad eum illuc.

2. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, et oppressi ære alieno, et amaro animo : et factus est eorum princeps, fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3. Et profectus est David inde in Maspha, quæ est Moab : et dixit ad regem Moab : Maneat, oro, pater meus et mater mea vobis-

1. David sortit donc *ainsi* de Geth, et se retira dans la caverne d'Odollam, *au pays de Juda*. Ses frères et toute la maison de son père l'ayant appris, l'y vinrent trouver.

2. Et tous ceux qui avaient de méchantes affaires, et ceux qui étaient ou accablés de dettes ou mécontents, s'assemblèrent auprès de lui. Il devint leur chef, et il se trouva avec lui environ quatre cents hommes.

3. Il s'en alla de là à Maspha, qui est *au pays de* Moab, et il dit au roi de Moab : Je vous prie de permettre que mon père et ma mère demeurent avec vous, jusqu'à

---

15. *Introduxisti sistum.* Non temere David in regiam irruerat; sed alicui ex optimatibus se obtulerat tanquam militem gregarium militaturum regi. Ita inductus in regiam.

CAP. XXII. 1. *Speluncam Odollam.* Bidui fere itinere inde distantem. Hujus speluncæ non infrequens mentio in Scriptura. Josephus ait fuisse in tribu Juda; tempore Josue constat ejus nominis civitatem fuisse, Jos. 12. 15; imo et tempore Judæ Machabæi, II. Machabæorum, 13. 38. — *Descenderunt ad eum.* Bethlehem patriam, in qua illis a Saule periculum, relinquentes.

2. *Convenerunt ad eum.* Non omnes hi qui numerantur simul convenerunt, sed paulatim aliis alii additi sunt; primi tamen fuerunt Davidis fratres. — *In angustia constituti.* Quibus domi angusta res erat; qui vel potentium odiis, vel æqualium invidia, vel suorum injuria domi hærere non poterant : hi enim omnes, ut hic dicitur, cum amaro essent animo, rebus novis studebant. — *Factus est eorum princeps.* In quo David non peccavit; nam cum a Saule injuste quæreretur ad necem, potuit in alieno auxilio rationem quærere expediendæ salutis, et paratis uti ad justum et necessarium finem.

3. *Maspha, quæ est Moab.* Ita dicitur, ut distinguatur a Maspha Benjamin,

Digitized by Google

ce que je sache ce que Dieu ordonnera de moi.

4. Il les laissa auprès du roi de Moab; et ils y demeurèrent tout le temps que David fut dans cette forteresse.

5. Alors le prophète Gad dit à David: Ne demeurez point dans ce fort; sortez-en, et allez en la terre de Juda. David partit donc de ce lieu-là, et vint au bois de Haret, *au couchant de Jérusalem.*

cum, donec sciam quid faciat mihi Deus.

4. Et reliquit eos ante faciem regis Moab : manseruntque apud eum cunctis diebus, quibus David fuit in præsidio.

5. Dixitque Gad propheta ad David : Noli manere in præsidio, proficiscere, et vade in terram Juda. Et profectus est David, et venit in saltum Haret.

§ II. *Saül se plaint à ses officiers de ce que personne ne l'avertit des démarches de David. Doëg accuse le grand prêtre Achimélech de lui avoir fourni des vivres, des armes, et d'avoir consulté le Seigneur pour lui.*

6. Saül aussitôt fut averti que David avait paru *vers le bois de Haret* avec les gens qui l'accompagnaient. Or, pendant que Saül demeurait à Gabaa, *un jour* qu'il était dans un bois près de Rama, ayant une lance à la main, et étant environné de tous ses officiers,

7. Il dit à tous ceux qui étaient auprès de lui : Ecoutez-moi, enfants de Benjamin, *vous qui êtes de ma tribu:* le fils d'Isaï vous donnera-t-il à tous des champs et des vignes? et vous fera-t-il tous tribuns et centeniers?

8. Pour que vous ayez tous conjuré contre moi, sans qu'il y ait personne qui me donne aucun avis *de ce que fait David,* surtout voyant mon fils lié d'une étroite

6. Et audivit Saul quod apparuisset David, et viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, et esset in nemore, quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique servi ejus circumstarent eum,

7. Ait ad servos suos qui assistebant ei : Audite nunc filii Jemini : numquid omnibus vobis dabit filius Isai agros et vineas, et universos vos faciet tribunos, et centuriones :

8. Quoniam conjurastis omnes adversum me, et non est qui mihi renuntiet, maxime cum et filius meus fœdus inierit cum filio

---

ubi Samuel judicia exercuit ante regnum Saulis. — *Quid faciat mihi Deus.* Quo statu, et loco futuræ sint res meæ.

4. *Ante faciem regis Moab.* Apud regem Moab. — *In præsidio.* In quo a rege Moab collocatus fuerat. Id præsidium fuisse Maspha putat Vatablus, quod esset firmissima instar arcis.

5. *Vade in terram Juda.* Jussus est David a Domino ex Moabitarum finibus migrare, vel quod infidelis rex, aut illius proceres malum aliquod David molirentur, vel quod variis casibus vellet illum Dominus exercere, vel Israelitis, qui eum sequebantur, occasionem ad idola declinandi voluit eripere. — *In saltum Haret.* Josephus locum hunc appellat, *Sarim;* LXX, *Saric;* Abulensis putat fuisse civitatem, quæ Mareth etiam diceretur : Adrichomius saltum Haret a civitate Saret, sive Sarim, aut Saraim valde disjungit. Nihil certi. Fugit in saltum, quia multæ ibi latebræ, et quia non multum ea loca a finibus Philisthæorum distabant.

7. *Filii Jemini.* Benjamitæ.

8. *Conjurastis omnes adversum me.* De Davide defendendo, et a periculis eripiendo licita erat conjuratio, quia David innocens petebatur : de Saule vero invadendo fuisset injusta; non enim jus subdito ad invadendum principem suum, quamvis injuste se gerat. — *Fœdus inierit.* Videtur hoc ex sus-

Digitized by Google

Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi : eo quod suscitaverit filius meus servum meum adversum me, insidiantem mihi usque hodie.

9. Respondens autem Doeg Idumæus, qui assistebat, et erat primus inter servos Saul : Vidi, inquit, filium Isai in Nobe, apud Achimelech filium Achitob sacerdotem.

10. Qui consuluit pro eo Dominum, et cibaria dedit ei : sed et gladium Goliath Philisthæi dedit illi.

amitié avec le fils d'Isaï? Il n'y en a pas un d'entre vous qui soit touché de mon malheur, ni qui m'avertisse *de ce qui se passe;* et mon propre fils a soulevé contre moi l'un de mes serviteurs, qui ne cesse jusqu'aujourd'hui de me tendre des piéges.

9. Doëg, Iduméen, qui était alors présent, et le premier d'entre les officiers de Saül, lui répondit : J'ai vu le fils d'Isaï à Nobé chez le grand prêtre Achimélech, fils d'Achitob,

10. Qui a consulté le Seigneur pour lui, qi ului a donné des vivres, et l'épée même de Goliath le Philistin.

§ III. *Saül envoie quérir le grand prêtre Achimélech. Il le fait tuer par Doëg avec quatre-vingt-cinq prêtres qui l'accompagnaient. Doëg va ensuite à Nobé où il fait tout passer au fil de l'épée. Abiathar, l'un des fils d'Achimélech, se sauve de ce carnage et se retire auprès de David.*

11. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, et omnem domum patris ejus, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui universi venerunt ad regem.

12. Et ait Saul ad Achimelech : Audi, fili Achitob. Cui respondit : Præsto sum, domine.

13. Dixitque ad eum Saul : Quare conjurastis adversum me, tu et filius Isai, et dedisti ei panes et gladium, et consuluisti pro eo Deum, ut consurgeret adversum me, insidiator usque hodie permanens?

14. Respondensqué Achimelch regi, ait : Et quis in omnibus servis tuis, sicut David fidelis, et gener regis, et pergens ad imperium

11. Le roi envoya donc quérir le grand prêtre Achimélech, fils d'Achitob, avec tous les prêtres de la maison de son père, qui étaient à Nobé; et ils vinrent tous trouver le roi.

12. Saül dit alors à Achimélech : Ecoutez, fils d'Achitob. Achimélech lui répondit : Que vous plaît-il, seigneur?

13. Saül ajouta : Pourquoi avez-vous conjuré contre moi, vous et le fils d'Isaï? pourquoi lui avez-vous donné des pains et une épée? et pourquoi avez-vous consulté Dieu pour lui, lui qui ne cesse jusqu'aujourd'hui de chercher des moyens pour me perdre?

14. Achimélech répondit au roi : Y a-t-il quelqu'un entre vos serviteurs qui vous soit aussi fidèle que David, lui qui est le gendre du roi, qui marche pour exécuter vos

---

picione divinasse Saul; alioqui enim fœderis illius nemo erat conscius, juxta illud : *De verbo autem, quod locuti sumus ego et tu, sit Dominus inter me et te usque in sempiternum*, supra, c. 20. 23. — *Suscitaverit filius meus servum meum adversum me.* Injusta et falsa Jonathæ innocentis criminatio. — *Insidiantem mihi.* Et hoc falso David impingitur. — *Usque hodie.* Usque ad hanc diem pergit mihi insidiari.

* 9. *Doeg Idumæus. Delatores genus hominum publico exitio repertum*, ait Tacit. Histor. 1. 4.

12. *Audi, fili Achitob.* Nullo compellat honorifico nomine, contumeliæ causa; sic et David filius Isai appellatur n. 7. 9 et 13.

Digitized by Google

ordres, et qui a tant d'autorité dans votre maison?

15. Est-ce d'aujourd'hui que j'ai commencé à consulter le Seigneur pour lui? J'étais bien éloigné de prétendre rien faire en cela contre votre service. Je prie le roi de ne pas concevoir un soupçon si désavantageux, ni de moi, ni de toute la maison de mon père; car pour ce qui est de ce que vous dites présentement *contre David*, votre serviteur n'en a su quoi que ce soit.

16. Le roi lui dit: Vous mourrez présentement, Achimélech, vous et toute la maison de votre père.

17. Et il dit ensuite aux archers qui l'environnaient: Tournez *vos armes* contre les prêtres du Seigneur, et tuez-les; car ils sont d'intelligence avec David. Ils savaient bien qu'il s'enfuyait, et ils ne m'en ont point donné avis. Mais les officiers du roi ne voulurent point porter leurs mains sur les prêtres du Seigneur.

18. Alors le roi dit à Doëg: Vous, *Doëg*, allez, et jetez-vous sur ces prêtres. Et Doëg, Iduméen, se tournant contre les prêtres, se jeta sur eux, et tua en ce jour-là quatre-vingt-cinq hommes qui portaient l'éphod de lin.

19. Il alla ensuite à Nobé, qui était la ville des prêtres; et il fit passer au fil de l'épée les hommes et les femmes, sans épargner les petits enfants, ni ceux même qui étaient à la mamelle, ni les bœufs, ni les ânes, ni les brebis.

20. L'un des fils d'Achimélech, fils d'Achitob, qui s'appelait Abiathar, échappé de ce carnage, s'enfuit vers David,

tuum, et gloriosus in domo tua?

15. Num hodie cœpi pro eo consulere Deum? Absit hoc a me: ne suspicetur rex adversus servum suum rem hujuscemodi, in universa domo patris mei: non enim scivit servus tuus quidquam super hoc negotio, vel modicum vel grande.

16. Dixitque rex: Morte morieris, Achimelech, tu et omnis domus patris tui.

17. Et ait rex emissariis, qui circumstabant eum: Convertimini, et interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum David est: scientes quod fugisset, et non indicaverunt mihi. Noluerunt autem servi regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.

18. Et ait rex ad Doeg: Convertere tu, et irrue in sacerdotes. Conversusque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo.

19. Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros et mulieres, et parvulos, et lactentes, bovemque et asinum, et ovem in ore gladii.

20. Evadens autem unus filius Achimelech, filii Achitob, cujus nomen erat Abiathar, fugit ad David,

---

17. *Emissariis.* Cursores vocantur in hebræo, et græco textu. Satellites intelligit, et stipatores regis. * Parere recusant, reveriti innocentiam, et ordinis sanctimoniam.

18. *Conversusque Doeg.* Paret regi impius Doeg more adulantium, et ne videretur immerito Achimelechum detulisse. — *Vestitos ephod lineo.* Non eo ephod, quo induti sacris operari consueverant; hoc enim extra locum sacrum non utebantur; sed alio sacerdotibus communi, quod ordinis sui insigne per oppidum ferebant. Ita sentit Abulens. quæst. 27 in c. 22, et Salianus. Emmanuel Sa et Vatablus *vestitos* interpretantur, vestiri solitos.

20. *Evadens autem.* Vel fuga satellitum manus effugit, vel domi remanserat, ut aliquis esset qui sacra curaret, quamvis supra, n. 11, omnes venisse dicantur, hoc est, quotquot adesse potuerant.

Digitized by Google

21. Et annuntiavit ei quod occidisset Saul sacerdotes Domini.

22. Et ait David ad Abiathar : Sciebam in die illa, quod cum ibi esset Doeg Idumæus, procul dubio annuntiaret Sauli : ego sum reus omnium animarum patris tui.

23. Mane mecum, ne timeas : si quis quæsierit animam meam, quæret et animam tuam, mecumque servaberis.

21. Et lui vint dire que Saül avait tué les prêtres du Seigneur.

22. David répondit à Abiathar : Je savais bien que Doëg, Iduméen, s'étant trouvé là lorsque j'y étais, ne manquerait pas d'avertir Saül. Je suis cause de la mort de toute la maison de votre père.

23. Demeurez avec moi, et ne craignez rien. Si quelqu'un entreprend sur ma vie, il entreprendra aussi sur la vôtre ; et *si je me sauve*, vous serez sauvé avec moi.

CHAPITRE XXIII.

§ I. *Les Philistins attaquent Céila. David marche contre eux par l'ordre du Seigneur, en fait un grand carnage, et délivre les habitants de Céila.*

L'AN DU MONDE 2945. —AVANT J.-C. 1059.

1. Et annuntiaverunt David, dicentes : Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam, et diripiunt areas.

2. Consuluit ergo David Dominum, dicens : Num vadam, et percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad David : Vade, et percuties Philisthæos, et Ceilam salvabis.

3. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum : Ecce nos hic in Judæa consistentes time-

1. Après cela on vint dire à David *qui était toujours dans le bois de Haret :* Voilà les Philistins qui attaquent Céila, *ville de la tribu de Juda*, et qui pillent les granges *du pays*.

2. Sur quoi David consulta le Seigneur, et lui dit : Marcherai-je contre les Philistins ? et les pourrai-je défaire ? Le Seigneur lui répondit : Allez, vous déferez les Philistins, et vous sauverez Céila.

3. Les gens qui étaient avec David lui dirent alors : Vous voyez qu'étant ici en Judée, *au milieu de notre pays*, nous n'y

---

22. *Sciebam.* Præsagiebat animus, imo mihi plane persuadebam. — *Ego sum reus. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est,* ut ait S. Greg.

23. *Si quis quæsierit animam meam, quæret et animam tuam.* Contrarium videtur dicendum fuisse, nimirum si quis quæsierit animam tuam, quæret et meam, quasi dicat : Ego conjiciam in discrimen vitam meam pro salute tua. Erimus anima una, ut non possit alterutra sine altera periclitari.

CAP. XXIII. 1. *Ceilam.* Urbem Judæ octavo lapide distantem ab Hebron, septimo ab Eleutheropoli, ut ait S. Hieronym. in Locis hebraicis, et Adrich. in Topographia Judæ, n. 78. — *Diripiunt areas.* Septuaginta significant conculcasse areas. Causa hostilis irruptionis vetus gentis odium in Hebræos.

2. *Consuluit ergo David Dominum.* Per prophetam, ut ait Josephus ; nam Abiathar nondum ad eum venerat ; quæ enim superiori capite narrantur per prolepsim dicuntur, et Abiathar venit ad Davidem, cum hic esset ad Ceilam, ut patet ex n. 6 sequenti.

3. *In Judæa... timemus.* Quasi dicat : Hic in media tribu Juda, procul a Saule, procul a Philisthæis positi, timemus tamen quanto magis si viciniora hostibus loca, imo jam ab illis obsessa adierimus.

Digitized by Google

sommes pas sans crainte : que sera-ce donc si nous allons à Céila attaquer les troupes des Philistins *sur leurs frontières?*

4. David, *pour rassurer ses gens,* consulta encore le Seigneur. Et le Seigneur lui répondit : Allez, marchez à Céila : car je vous livrerai les Philistins entre le mains.

5. David s'en alla donc avec ses gens à Céila. Il combattit contre les Philistins, en fit un grand carnage, emmena leurs troupeaux, et sauva les habitants de Céila.

6. Or quand Abiathar, fils d'Achimélech, se réfugia vers David, *avant qu'il allât à* Céila, il apporta avec lui l'éphod *du grand prêtre ; et c'est par ce moyen qu'il consultait le Seigneur.*

mus : quanto magis si ierimus in Ceilam adversum agmina Philisthinorum?

4. Rursum ergo David consuluit Dominum. Qui respondens, ait ei : Surge, et vade in Ceilam : ego enim tradam Philisthæos in manu tua.

5. Abiit ergo David, et viri ejus, in Ceilam, et pugnavit adversum Philisthæos, et abegit jumenta eorum, et percussit eos plaga magna, et salvavit David habitatores Ceilæ (1).

6. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod secum habens descenderat.

§ II. *Saül veut assiéger David dans Céila. David, craignant d'être livré entre ses mains par les habitants de cette ville, en sort et erre de tous côtés.*

7. Lorsque Saül eut appris que David était venu à Céila, il dit : Dieu me l'a livré entre les mains : il est pris, puisqu'il est entré dans une ville où il y a des portes et des serrures.

8. Il commanda donc à tout le peuple de marcher *secrètement* contre Céila, et d'y assiéger David et ses gens.

9. David fut averti que Saül se préparait secrètement à le perdre, et il dit au prêtre Abiathar : Prenez l'éphod, *pour consulter le Seigneur.*

10. Et David dit : Seigneur Dieu d'Israël,

7. Nuntiatum est autem Sauli quod venisset David in Ceilam : et ait Saul : Tradidit eum Deus in manus meas, conclususque est, introgressus urbem in qua portæ et seræ sunt.

8. Et præcepit Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceilam, et obsideret David, et viros ejus.

9. Quod cum David rescisset quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem : Applica ephod.

10. Et ait David : Domine Deus

(1) Bible vengée, note XXIII, alinéa : *David est un voleur.*

---

4. *Rursum ergo David consuluit Dominum.* Ut omnem metum et dubitationem suis eriperet. Sic olim Gedeon in gratiam militum suorum signum sibi in vellere geminari postulavit.

5. *Salvavit David habitatores Ceilæ.* Soluta obsidione.

6. *Ad David in Ceilam.* Vide dicta n. 2.

7. *Tradidit eum Deus in manus meas.* An putat Saul sibi Deum favere? an phrasis hebraica tantum significat : Incidet David in manus meas? — *In qua portæ et seræ sunt.* Quas claudi et custodiri jubebo.

* 9. *Clam.* Simulabat enim Saul se arma sumere contra Philisthæos. — *Applica ephod.* Indue ephod quo modo solebant summi sacerdotes cum in Urim et Thummim Deum consulere dicebantur, eoque applicato ad corpus pontificis Deus interrogabatur, respondebatque.

10. *Ait David : Domine Deus.* Putat Lyranus verba propositæ quæstionis

Digitized by Google

Israel, audivit famam servus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam, ut evertat urbem propter me.

11. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus? et si descendet Saul, sicut audivit servus tuus? Domine Deus Israel, indica servo tuo. Et ait Dominus : Descendet.

12. Dixitque David : Si tradent me viri Ceilæ, et viros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus : Tradent.

13. Surrexit ergo David et viri ejus quasi sexcenti, et egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti : nuntiatumque est Sauli quod fugisset David de Ceila, et salvatus esset : quam ob rem dissimulavit exire.

votre serviteur a entendu dire que Saül se prépare à venir à Céila pour détruire cette ville à cause de moi.

11. Les habitants de Céila me livreront-ils entre ses mains? et Saül y viendra-t-il, comme votre serviteur l'a ouï dire? Seigneur Dieu d'Israël, faites connaître à votre serviteur *ce qui en arrivera*. Le Seigneur répondit : *Saül* viendra.

12. David dit encore : Ceux de Céila me livreront-ils avec mes gens entre les mains de Saül? Le Seigneur lui répondit : Ils vous livreront entre ses mains, *si vous restez avec eux*.

13. David se disposa donc à s'en aller avec ses gens au nombre d'environ six cents hommes. Et étant partis de Céila, ils marchaient tantôt d'un côté, tantôt d'un autre, sans savoir où s'arrêter. Saül ayant appris que David s'était retiré de Céila, et s'était sauvé, il ne parla plus d'y aller.

§ III. *David demeure dans le désert de Ziph. Jonathas l'y vient trouver, et lui donne de nouvelles preuves de son amitié. Les habitants de ce désert en donnent avis à Saül qui leur en témoigne beaucoup de reconnaissance.*

14. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco : quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, et non tradidit eum Deus in manus ejus.

15. Et vidit David quod egressus esset Saul ut quæreret animam ejus. Porro David erat in deserto Ziph in silva.

16. Et surrexit Jonathas filius Saul, et abiit ad David in silvam,

14. Or David demeurait dans le désert, en des lieux très-forts; et il se retira sur la montagne du désert de Ziph, qui était couverte d'arbres. Saül le cherchait sans cesse; mais Dieu ne le livra point entre ses mains.

15. David sut que Saül s'était mis en campagne pour trouver moyen de le perdre. *C'est pourquoi* il demeura *toujours* au désert de Ziph, *caché* dans la forêt.

16. Jonathas, fils de Saül, l'y vint trouver, et il le fortifia, en *le faisant souve-*

---

a sacerdote Dominum consulente fuisse prolata nomine David. Abulensis ab ipso Davide dicta existimat, ut textus sacer indicat, cum hoc nihil habeat absurdi, et alioqui etiam David propheta fuerit.

* 12. *Tradent.* Scilicet nisi inde excesseris.

13. *Viri ejus quasi sexcenti.* Prius fuerant quadringenti; sed in Moabitico præsidio, et fortasse in saltu Haret numerus auctus erat.

14. *Locis firmissimis.* Natura, non arte munitis. — *Monte solitudinis Ziph.* Erat hic mons Idumææ vicinus, ut patet ex Josue c. 15. 24, cujus regionis prærupti montes et scissuræ petrarum ab Abdia celebrantur n. 3. — *In monte opaco.* Fraxinis, et abietibus, et aliis hujusmodi arboribus, quæ montes amant. D. Hier. de Locis hebraicis montem hunc nebulosum fuisse ait.

Digitized by Google

nir des promesses de Dieu, *et* en lui disant:

17. Ne craignez point; car Saül mon père ne vous trouvera point. Vous serez roi d'Israël, et je serai le second après vous *en dignité comme je serai le premier à vous seconder dans toutes vos entreprises.* Et mon père le sait bien lui-même, étant *informé des desseins de Dieu sur vous, et de l'alliance que nous avons contractée ensemble.*

18. Ils firent donc tous deux alliance devant le Seigneur : après cela David demeura dans la forêt, et Jonathas retourna en sa maison.

19. Cependant ceux de Ziph vinrent trouver Saül à Gabaa, et lui dirent : Ne savez-vous pas que David est caché parmi nous, dans l'endroit le plus fort de la forêt, vers la colinne d'Hachila, qui est à la droite du désert?

20. Puis donc que vous désirez le trouver, vous n'avez qu'à venir; et c'est notre affaire de vous le livrer entre les mains.

21. Saül leur répondit: Bénis soyez-vous du Seigneur, vous qui avez été touchés de mes maux.

22. Allez donc, je vous prie, faites toutes sortes de diligences, cherchez, furetez, considérez bien où il peut être, ou qui le peut avoir vu; car il se doute bien que je l'observe et que je l'épie pour l'attraper.

23. Sondez, remarquez tous les lieux où

et confortavit manus ejus in Deo : dixitque ei :

17. Ne timeas : neque enim inveniet te manus Saul patris mei, et tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus, sed et Saul pater meus scit hoc.

18. Percussit ergo uterque fœdus coram Domino : mansitque David in silva : Jonathas autem reversus est in domum suam.

19. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis silvæ, in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti?

20. Nunc ergo, sicut desideravit anima tua ut descenderes, descende : nostrum autem erit ut tradamus eum in manus regis.

21. Dixitque Saul : Benedicti vos a Domino, quia doluistis vicem meam.

22. Abite ergo, oro, et diligentius præparate, et curiosius agite, et considerate locum ubi sit pes ejus, vel quis viderit eum ibi : recogitat enim de me, quod callide insidier ei.

23. Considerate et videte omnia

---

16. *Corfortavit manus ejus in Deo.* Jussit bono esse animo, ut qui haberet fautorem Deum.

17. *Pater meus scit hoc.* Quia nimirum divino favore promoveri eum videbat, et quotidie capere incrementa, jam præsagiebat animus Davidem regnaturum, maxime vero ex verbis Samuelis c. 15. 28, quibus pridem protestatus fuerat ipsum a Deo repulsum, et destinatum esse regnum proximo ejus.

18. *Percussit ergo uterque fœdus.* Tertio, nam, 1. statim post Goliæ occisionem c. 18. n. 3; — 2. sub ipsum discessum Davidis, cum latuit triduum ad petram Ezel, c. 20, n. 16; — 3. hoc loco. Fœdus autem non instauratur ex timore, ne alterutrum facti pœniteat, sed ex amore; juvat enim amantes amoris actus iterare. — *Coram Domino.* Quia coram Gad propheta, et Abiathar sacerdote, ut vult S. Hier. in Traditionibus, quem sequitur Abulensis. Vel quia fœdus juramenti religione firmatum, Domino in testem invocato.

22. *Recogitat enim de me.* Vatablus ex hebræo in eam sententiam interpretatur : *Præsagit mihi animus cum calliditate sua elapsurum,* cui consentiunt LXX qui habent, *ne forte versute agat.*

Digitized by Google

latibula ejus, in quibus absconditur : et revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum; quod si etiam in terram se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis millibus Juda.

24. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul : David autem et viri ejus erant in deserto Maon, in campestribus, ad dexteram Jesimon.

il a accoutumé de se cacher. Et lorsque vous vous serez bien assurés de tout, revenez me trouver, afin que j'aille avec vous. Quand il se serait caché au fond de la terre, j'irai l'y chercher, avec tout ce qu'il y a d'hommes dans Juda.

24. Ceux de Ziph s'en retournèrent ensuite chez eux, avant Saül. Or David et ses gens étaient alors dans le désert de Maon, dans la plaine *qui est au midi de Juda*, à la droite de Jésimon.

§ IV. *Saül vient chercher David dans le désert de Maon. Il l'y serre de manière qu'il ne pouvait lui échapper. Mais ayant appris une irruption des Philistins, il est obligé de marcher contre eux et d'abandonner David.*

25. Ivit ergo Saul et socii ejus ad quærendum eum : et nuntiatum est David, statimque descendit ad petram, et versabatur in deserto Maon; quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon.

26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una : David autem et viri ejus erant in latere montis ex parte altera : porro David desperabat se posse evadere a facie Saul : itaque Saul et viri ejus, in modum coronæ cingebant David et viros ejus, ut caperent eos.

27. Et nuntius venit ad Saul, dicens : Festina, et veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram.

28. Reversus est ergo Saul desistens persequi David, et perrexit in occursum Philisthinorum; propter hoc vocaverunt locum illum, Petram dividentem.

25. Saül, accompagné de tous ses gens, alla donc l'y chercher. David en ayant eu avis se retira au rocher du désert de Maon, dans lequel il demeurait. Saül en fut averti, et il entra dans le désert de Maon, pour l'y poursuivre.

26. Saül côtoyait la montagne d'un côté, David avec ses gens la côtoyait de l'autre. David désespérait de pouvoir échapper des mains de Saül, *sans une protection particulière de Dieu;* car Saül et ses gens tenaient David et ceux qui étaient avec lui, environnés comme dans un cercle, pour les prendre.

27. Mais en même temps un courrier vint dire à Saül : Hâtez-vous de venir, car les Philistins ont fait une irruption dans le pays.

28. Saül cessa donc de poursuivre David pour aller faire tête aux Philistins. C'est pourquoi l'on a appelé ce lieu-là le rocher de Séparation.

---

23. *In cunctis millibus Juda.* Cum omnibus copiis tribus Juda, in qua ille versatur.

24. *In deserto Maon.* Abulensis ait desertum Maon partem quamdam fuisse latius patentis deserti, Ziph : Adrichomius tamen in tribu Juda, n. 184 et 248 ea deserta sejungit, et diversa facit. — *Ad dexteram Jesimon.* Supra hanc eamdem vocem *desertum* vertit noster interpres.

25. *Descendit ad petram.* Rupes hæc erat, quæ exiguo spatio Saulem et Davidem separabat, ut patet ex n. 26 sequenti; itaque illi nomen *Petræ dividentis* adhæsit n. 28.

27. *Infuderunt se Philisthiim super terram.* Fines Israeliticos ingressi hostiliter, omnia populantur et vastant.

Digitized by Google

CHAPITRE XXIV.

§ I. *David se retire à Engaddi. Saül l'y poursuit. Il entre seul dans une caverne où David, qui y était caché avec ses gens, pouvait le tuer. Il se contente de couper le bord de sa casaque.*

L'AN DU MONDE 2946. — AVANT J.-C. 1058.

1. David étant sorti de ce lieu-là, demeura à Engaddi, *près de la mer Morte*, dans des lieux très-sûrs, *et dans des cavernes très-vastes, qui étaient presque inaccessibles.*

2. Et Saül étant revenu, après avoir poursuivi les Philistins, on lui vint dire que David était dans le désert d'Engaddi.

3. Il prit donc avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et il se mit en campagne, résolu d'aller chercher David et ses gens jusque sur les rochers les plus escarpés, où il n'y a que les chèvres sauvages qui puissent monter.

4. Et étant venu à des parcs de brebis qu'il rencontra dans son chemin, il se trouva là une caverne, où il entra pour une nécessité naturelle. Cependant David et ses gens s'étaient cachés dans le fond de la même caverne.

5. Les gens de David lui dirent : Voici le jour *favorable* dont le Seigneur vous a dit : Je vous livrerai votre ennemi, afin que vous le traitiez comme il vous plaira. David s'étant donc avancé, coupa tout doucement le bord de la casaque de Saül.

1. Ascendit ergo David inde : et habitavit in locis tutissimis Engaddi.

2. Cumque reversus esset Saul, postquam persecutus est Philisthæos, nuntiaverunt ei, dicentes: Ecce, David in deserto est Engaddi.

3. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad investigandum David et viros ejus, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus perviæ sunt.

4. Et venit ad caulas ovium, quæ se offerebant vianti; eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem : porro David et viri ejus in interiore parte speluncæ latebant.

5. Et dixerunt servi David ad eum : Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, et præcidit oram chlamydis Saul silenter.

CAP. XXIV. 1. *Engaddi.* Fuit olim Engaddi urbs nobilissima in tribu Juda dicto Hasason-Thamar, id est, *urbs palmarum*, ut ait S. Hieron. in Traditionibus Hebr. in c. 14 Genes., quod palmis abundaret. Habet desertum adjacens ejusdem nominis, in quo montes admodum prærupti.

3. *Solis ibicibus perviæ sunt.* Hyperbole. Ibices Plinius l. 8, c. 53, numerat in capris silvestribus.

4. *Quæ se offerebant vianti.* Quæ in itinere occurrebant. — *Ut purgaret ventrem.* Hebr. *ad tegendum pedes :* dicuntur autem tegi pedes, quia sedentibus aut incurvatis vestes productiores super pedes effunduntur. — *In interiore parte speluncæ latebant.* David a Saule visus non est, quia ampla spelunca erat tot militum David capax, ipsique in interiore parte latebant: adde obscuram fuisse, iisque præsertim qui recens a luce venirent.

5. *Tradam tibi inimicum tuum.* Vere ita David dictum sive per Samuelem, aut Gad prophetas, sive aliquo alio modo. — *Surrexit ergo.* Eo animo videtur ivisse, ut Saulem occideret; nam n. 11 Saulem alloquens ipsemet profitetur: *Cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus.* — *Præcidit oram*

Digitized by Google

6. Post hæc percussit cor suum David, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul.

7. Dixitque ad viros suos : Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus Domini est.

8. Et confregit David viros suos sermonibus, et non permisit eos ut consurgerent in Saul : porro Saul exsurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere.

6. Et aussitôt il se repentit en lui-même de ce qu'il lui avait ainsi coupé le bord de son vêtement, *comme ayant en cela manqué au respect qu'il devait à son roi.*

7. Et il dit à ses gens : Dieu me garde de traiter comme vous dites celui qui est mon maître et l'oint du Seigneur, ni de mettre la main sur lui, puisqu'il est le christ et l'oint du Seigneur.

8. David, par ces paroles, arrêta la violence de ses gens, et les empêcha de se jeter sur Saül, *comme ils le voulaient faire.* Saül étant sorti de la caverne, continua son chemin.

§ II. *David suit Saül au sortir de la caverne. Il lui représente le bord de sa casaque qu'il venait de couper, et lui montre par là qu'il aurait pu lui ôter la vie, s'il avait eu pour lui la mauvaise volonté dont ses ennemis osaient l'accuser.*

9. Surrexit autem et David post eum : et egressus de spelunca, clamavit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se : et inclinans se David pronus in terram, adoravit,

10. Dixitque ad Saul : Quare audis verba hominum loquentium : David quærit malum adversum te?

11. Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca : et cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus ; dixi enim : Non extendam manum meam in

9. David le suivit; et étant sorti de la caverne, *lorsque Saül en fut un peu éloigné,* il cria après lui et lui dit : Mon seigneur et mon roi. Saül regarda derrière lui, et David lui fit une profonde révérence en se baissant jusqu'en terre.

10. Et il dit : Pourquoi écoutez-vous les paroles de ceux qui vous disent : David ne cherche qu'une occasion de vous perdre?

11. Vous voyez aujourd'hui de vos yeux que le Seigneur vous a livré entre mes mains, dans la caverne *où vous êtes entré.* J'ai *même* eu la pensée de vous tuer, *ou plutôt on a tâché de me l'inspirer;* mais je ne l'ai point fait; car j'ai dit en moi-

---

chlamydis. Eximia Davidis agilitas et dexteritas, si chlamydem a tergo Saulis pendentem præcidit. Videtur probabilius ea exutum Saulem, et longiuscule sepositam fuisse. Militum et equorum fremitus ad os speluncæ in causa esse potuit, quominus David ad regem prorepens, et chlamydem secans sentiretur. *Exiguam particulam,* inquit S. Aug. lib. 12 de Civit. c. 6, *vesti ejus retrorsum latenter abscidit, ut haberet, unde monstraret quomodo ei pepercisset, cum posset occidere; atque ita suspicionem de animo ejus, qua sanctum David putans inimicum suum vehementer persequebatur, auferret.* Ita August.

6. *Percussit cor suum.* Reum scilicet se in sua conscientia agnovit, et addita fortassis pectoris tunsio, quam cum usurpamus, latens in pectore cor percutimus in doloris argumentum.

7. *Christo Domini.* Saulem propter sacrosanctam unctionem David et *honoravit vivum, et vindicavit occisum,* inquit S. Aug. lib. 2 contra lit. Petil. c. 48 : vide infra, c. 26, n. 9.

8. *Confregit David viros suos sermonibus.* Retudit ac restrinxit ardens eorum studium et impetum.

Digitized by Google

même : Je ne porterai point la main sur mon maître, parce que c'est l'oint du Seigneur.

12. Voyez vous-même, mon père, et reconnaissez si ce n'est pas là le bord de votre casaque que je tiens dans ma main, et qu'en coupant l'extrémité de votre vêtement je n'ai point voulu porter la main sur vous, *comme je le pouvais faire très-aisément*. Après *cela* considérez, et voyez vous-même que je ne suis coupable d'aucun mal, ni d'aucune injustice, et que je n'ai point péché contre vous. Et cependant vous cherchez tous les moyens de m'ôter la vie.

13. Que le Seigneur soit le juge entre vous et moi; c'est à lui de me faire justice à votre égard; mais, pour moi, je n'attenterai jamais sur votre personne.

14. C'est aux impies à faire des actions impies, selon l'ancien proverbe : *pour moi je ne suis point de ce nombre*. Ainsi Dieu me garde de porter *jamais* la main sur vous.

15. Qui poursuivez-vous, ô roi d'Israël? qui poursuivez-vous? vous poursuivez *un homme qui est à votre égard comme un* chien mort et *comme* une puce.

16. Que le Seigneur en soit le juge, et qu'il juge *lui-même* entre vous et moi : qu'il considère *ce qui se passe;* qu'il prenne la défense de ma cause, et me délivre de vos mains.

dominum meum, quia christus Domini est.

12. Quin potius pater mi, vide, et cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea : quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te; animadverte, et vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te : tu autem insidiaris animæ meæ ut auferas eam.

13. Judicet Dominus inter me et te, et ulciscatur me Dominus ex te : manus autem mea non sit in te.

14. Sicut et in proverbio antiquo dicitur : Ab impiis egredietur impietas : manus ergo mea non sit in te.

15. Quem persequeris, rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, et pulicem unum.

16. Sit Dominus judex, et judicet inter me et te : et videat, et judicet causam meam, et eruat me de manu tua.

§ III. *Saül reconnaît l'innocence de David, et avoue que c'est injustement qu'il la poursuit. Il déclare qu'il régnera après lui, et le prie de lui jurer qu'il n'exterminera point sa race. Ce que fait David.*

17. Après que David eut parlé de cette— 17. Cum autem complesset Da-

---

12. *Pater mi.* Ita appellat, quia ætate grandior Saul, officio rex, qui pater populi et reipublicæ; affinitate socer erat, qui genero est quasi pater.

13. *Ulciscatur me Dominus.* Hebr. sonant *ulciscetur;* itaque non est vindictæ a Deo petitio, nec, si sit, ulla in Davide culpa : ut enim qui privato jure suas injurias non persequitur, magistratum adire potest, et postulare ut in vexantem jure agat; ita, et potiori jure in sinum supremi judicis ac vindicis querelas nostras deponere possumus, modo tollatur privatum odium, et acerbitas animi.

14. *Ab impiis egredietur impietas.* Sententia est : impii impie, pii vero agunt pie. At ego tecum pie egi, non ergo credendus sum insidias tibi struxisse, aut iniquo animo in te fuisse. Vel sensus est : divina ultio te aliquando comprehendet : absit, ut id fiat manu mea; ab impiis hæc aliquando egredietur impietas.* Consonat huic dicto vetus proverbium : *Mali corvi malum ovum.*

15. *Canem mortuum.* Rem vilissimam et infimissimam.

Digitized by Google

vid loquens sermones hujuscemodi ad Saul, dixit Saul : Numquid vox hæc tua est, fili mi David? Et levavit Saul vocem suam, et flevit :

18. Dixitque ad David : Justior tu es quam ego : tu enim tribuisti mihi bona : ego autem reddidi tibi mala.

19. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona : quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, et non occideris me.

20. Quis enim cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me.

21. Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis, et habiturus in manu tua regnum Israel :

22. Jura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23. Et juravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam : et David et viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.

sorte à Saül, Saül lui dit : N'est-ce pas là votre voix que j'entends, ô mon fils David? En même temps il jeta un grand soupir, et il versa des larmes;

18. Et il ajouta : Vous êtes plus juste que moi; car vous ne m'avez fait que du bien, et je ne vous ai rendu que du mal.

19. Et vous m'avez donné aujourd'hui une grande preuve de l'affection que vous avez pour moi, puisque le Seigneur m'ayant livré entre vos mains, vous m'avez conservé la vie, *par une générosité très-rare.*

20. Car qui est celui qui, ayant trouvé son ennemi *à son avantage*, le laisse aller sans lui faire aucun mal? Que le Seigneur récompense lui-même cette bonté que vous m'avez témoignée aujourd'hui.

21. Et comme je sais très-certainement que vous régnerez et que vous posséderez le royaume d'Israël,

22. Jurez-moi par le Seigneur que vous ne détruirez point ma race après moi, et que vous n'exterminerez point mon nom de la maison de mon père.

23. David le jura à Saül. Saül retourna en sa maison; et David et ses gens se retirèrent en des lieux plus sûrs.

---

17. *Numquid vox hæc tua.* Procul a Saule steterat David; itaque de facie illum nosse non poterat : agnoscit tamen vocem ejus, cum quo diu et familiariter vixerat. — *Fili mi David.* Videtur supra, n. 12.

18. *Justior tu es quam ego.* Id est, ego injustus, tu vero justus. * Confessio extorta invito, animo nihil emendato. Vide et infra, c. 26. 21.

20. *In via bona.* Incolumem, inviolatum. — *Vicissitudinem.* Vicissitudinem appellat opus gratiæ, indulgentiæ, beneficentiæ.

21. *Scio quod certissime regnaturus sis.* Vide supra, c. 23, n. 17.

23. *Juravit David Sauli.* Quod tamen jusjurandum non impediebat ne si Saulis filii eo mortuo deliquissent puniri possent; alioqui jusjurandum fieret propugnaculum licentiæ et improbitatis. — *Ascenderunt ad tutiora loca.* Parum enim David Sauli fidebat, cujus quale esset ingenium pluribus experimentis didicerat.

Digitized by Google

CHAPITRE XXV.

§ 1. *Samuel étant mort, tout Israël le pleure. David se retire dans le désert de Pharan. Il envoie prier Nabal de lui donner des vivres pour lui et pour ses gens.*

L'AN DU MONDE 2947. — AVANT J.-C. 1057.

1. Samuel étant mort, tout Israël s'assembla pour le pleurer : et il fut enterré en sa maison de Ramatha. Alors David se retira dans le désert de Pharan.

2. Or il y avait un homme dans le désert de Maon, *proche du désert de Pharan*, qui avait son bien sur le Carmel. Cet homme était extrêmement riche; il avait trois mille brebis et mille chèvres. Il arriva qu'il fit tondre *alors* ses brebis sur le Carmel, *de la tribu de Juda.*

3. Il s'appelait Nabal et sa femme Abigaïl. Abigaïl était très-prudente et fort belle; mais pour lui, c'était un homme dur, brutal et très-méchant, il était de la race de Caleb, *mais très-éloigné de sa vertu.*

4. David ayant donc appris dans le désert que Nabal faisait tondre ses brebis,

5. Lui envoya dix jeunes hommes auxquels il dit : Allez-vous en sur le Carmel trouver Nabal; saluez-le de ma part civilement,

6. Et dites-lui : Que la paix soit à mes frères et à vous; que la paix soit en votre

1. Mortuus est autem Samuel, et congregatus est universus Israel, et planxerunt eum, et sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensque David descendit in desertum Pharan.

2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, et possessio ejus in Carmelo, et homo ille magnus nimis : erantque ei oves tria millia, et mille capræ : et accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal : et nomen uxoris ejus Abigail; eratque mulier illa prudentissima et speciosa : porro vir ejus durus, et pessimus, et malitiosus : erat autem de genere Caleb.

4. Cum ergo audisset David in deserto quod tonderet Nabal gregem suum,

5. Misit decem juvenes, et dixit eis : Ascendite in Carmelum, et venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacifice.

6. Et dicetis : Sit fratribus meis, et tibi pax, et domui tuæ pax, et

---

CAP. XXV. 1. *Mortuus est autem Samuel.* Anno ætatis 77, juxta Saliani chronologiam, initi magistratus 38, biennio ante mortem Saulis. * Hebræi tamen in Seder Olam c. 13 aiunt tantum quatuor mensibus ante Saulem extinctum fuisse. — * *Universus Israel.* Id est, plures e singulis tribubus. — *Planxerunt eum.* Justa funebria persolverunt, * et *in domo sua* sepelierunt, id est, in natali solo. Solebant etiam esse privatæ sepulturæ illo ævo. Vide Genes. 23. 9, et 50. 5; I. Mach. 2. 70. — *In desertum Pharan.* LXX habent, *desertum Maon.* Desertum Pharan erat ad meridiem terræ sanctæ, juxta illud Habacuc 3. 3 : *Deus ab austro veniet, et sanctus de monte Pharan.* Hujus deserti pars est Maon.

2. *Magnus nimis.* Potens et opulentus præ vicinis suis agricolis, quo modo Job dictus est *vir magnus inter omnes Orientales,* Job. 1, n. 3.

3. *Pessimus, et malitiosus.* Sive ut in hebræo et græco, *malis operibus,* vel *adinventionibus,* qui scilicet male ageret, et injurius esset in alios. — *De genere Caleb.* Itaque ut Caleb ad tribum Juda pertinebat, ex quo illius ingratitudo major in Davidem hominem de tribu ejusdem, et de se bene meritum.

Digitized by Google

omnibus, quæcumque habes, sit pax.

7. Audivi quod tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto : nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, et indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis : in die enim bona venimus; quodcumque invenerit manus tua, da servis tuis, et filio tuo David.

9. Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David : et siluerunt.

maison; que la paix soit sur tout ce que vous possédez.

7. J'ai su que vos pasteurs, qui étaient avec nous dans le désert, tondent *vos brebis*. Nous ne leur avons jamais fait aucune peine, et ils n'ont rien perdu de leur troupeau pendant tout le temps qu'ils ont été avec nous sur le Carmel.

8. Demandez-le à vos gens, et ils vous le diront. Que vos serviteurs trouvent donc maintenant grâce devant vos yeux; car nous venons *à vous* dans un jour de joie. Donnez à vos serviteurs et à David, votre fils, tout ce qu'il vous plaira.

9. Les gens de David étant venus trouver Nabal lui dirent ces mêmes paroles de la part de David, et attendirent sa réponse.

§ II. *Nabal refuse de donner à David les vivres qu'il lui avait demandés. Il accompagne ce refus de paroles fort dures. David irrité prend les armes et marche avec quatre cents hommes pour exterminer Nabal et toute sa maison.*

10. Respondens autem Nabal pueris David, ait : Quis est David? et quis est filius Isai? Hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos.

11. Tollam ergo panes meos, et aquas meas, et carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, et dabo viris quos nescio unde sint?

12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, et reversi venerunt, et nuntiaverunt ei omnia verba quæ dixerat.

13. Tunc ait David pueris suis :

10. Mais Nabal leur répondit : Qui est David? et qui est le fils d'Isaï, *pour que je lui fasse des présents?* On ne voit autre chose aujourd'hui que des serviteurs qui fuient leur maître.

11. Quoi! j'irai prendre mon pain et mon eau, et la chair des bêtes que j'ai fait tuer pour ceux qui tondent mes brebis, et je les donnerai à des gens que je ne connais point? *Je n'en ferai rien.*

12. Les gens de David étant retournés sur leurs pas, le vinrent retrouver, et lui rapportèrent tout ce que Nabal leur avait dit.

13. Alors David dit à ses gens : Que cha-

---

7. *Nunquam eis molesti fuimus.* In lucro ac beneficio ponunt agricolæ et pastores, si nihil accipiant damni a militaribus viris; id enim quantavis cura studioque ducis vix obtineri potest. Itaque vere beneficium contulerat in Nabalem David, ita suos in officio continendo, ut nulla in re pastoribus aut gregi nocerent. Adde quod eos defenderant etiam, ut ipsi profitentur infra, n. 16.

8. *In die enim bona venimus.* Læta scilicet, qua exhilaratus et auctus bonis a Domino gratificari soles amicis tuis tenuioribus. — *Quodcumque invenerit manus tua.* Si quid occurrerit, si quid in promptu habueris. * Id quod ex tanta copia facile dare poteris. Vide hoc loquendi genus Levit. c. 12, n. 8.

* 9. *Et siluerunt.* Nihil locuti sunt amplius quam mandatum ipsis fuerat.

10. *Quis est David? et quis est filius Isai?* Ita illum per contemptum appellat. — *Increverunt.* **Multiplicati sunt,** ut habent LXX.

Digitized by Google

cun prenne son épée. Tous prirent leurs épées, et David prit aussi la sienne, et marcha suivi d'environ quatre cents hommes, et deux cents demeurèrent pour garder le bagage.

14. Alors un des serviteurs de Nabal dit à Abigaïl, sa femme : David vient d'envoyer du désert quelques-uns de ses gens pour faire un compliment à notre maître, et il les a rebutés avec rudesse.

15. Ces gens-là nous ont été très-utiles, et ils ne nous ont fait aucune peine, tant que nous avons été avec eux dans le désert, il ne s'est rien perdu de nos troupeaux.

16. Ils nous servaient comme de muraille, tant de nuit que de jour, pendant le temps que nous avons été au milieu d'eux avec nos troupeaux, *ils nous ont mis à couvert des courses des Philistins.*

17. C'est pourquoi pensez-y un peu, et voyez ce que vous avez à faire; car quelque grand malheur est près de tomber sur votre mari et sur votre maison, parce que cet homme-là est un fils de Bélial, et personne ne saurait plus lui parler, *tant il est violent et emporté.*

Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est et David ense suo, et secuti sunt David quasi quadringenti viri : porro ducenti remanserunt ad sarcinas.

14. Abigail autem uxori Nabal nuntiavit unus de pueris suis, dicens : Ecce David misit nuntios de deserto, ut benedicerent domino nostro : et aversatus est eos;

15. Homines isti, boni satis fuerunt nobis, et non molesti : nec quidquam aliquando periit omni tempore, quo fuimus conversati cum eis in deserto :

16. Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges.

17. Quam ob rem considera, et recogita quid facias : quoniam completa est malitia adversum virum tuum, et adversum domum tuam, et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui.

§ III. *Abigaïl, femme de Nabal, étant avertie de la malhonnêteté de son mari et des maux qu'elle pouvait attirer sur sa maison, prend des vivres, va au-devant de David, et lui parle avec beaucoup de sagesse, de douceur et d'humilité.*

18. En même temps Abigaïl prit en grande hâte deux cents pains, deux vaisseaux pleins de vin, cinq moutons prêts à manger, cinq boisseaux de farine, cent

18. Festinavit igitur Abigail, et tulit ducentos panes, et duos utres vini, et quinque arietes coctos, et quinque sata polentæ, et centum

---

14. *Benedicerent domino nostro.* Salutarent, bene precarentur.

17. *Completa est malitia adversum virum tuum.* Malitiam vocat pœnam, aitque ex præsumptione valde probabili, quæ ex verbis signisque nuntiorum, colligi posset, definitum esse ac statutum apud Davidem ingentem aliquam calamitatem in Nabalem, totamque ejus familiam importare. — *Est filius Belial.* Scelestus, et importunus : supra, n. 3, dicitur *pessimus et malitiosus.* — *Ut nemo possit ei loqui.* Ita ut asperum aliquod responsum non ferat.

18. *Quinque sata polentæ.* Quinque mensuras tosti farris, LXX habent, *quinque ephi farinæ*, quorum singula continent decem gomor; gomor autem mensura erat cibi in unum diem sufficientis, etiam edacissimo cuique. Vide dicta Exod. 16. 16. — *Centum ligaturas uvæ passæ.* Has hebraicus textus צִמֻקִּים *tsimmuquin* appellat, quæ vox botros, aut massas uvarum aridarum significat. Fortasse fuerunt uvæ passæ in massam compressæ et compactæ ad eum plane modum quo ex Græcia uvæ passæ deferuntur ad nos in usum ciborum. Forsitan etiam ligaturæ dicuntur quod botri bini et bini,

Digitized by Google

ligaturas uvæ passæ, et ducentas massas caricarum, et posuit super asinos :

19. Dixitque pueris suis : Præcedite me : ecce, ego post tergum sequar vos : viro autem suo Nabal non indicavit.

20. Cum ergo ascendisset asinum, et descenderet ad radices montis, David et viri ejus descendebant in occursum ejus : quibus et illa occurrit.

21. Et ait David : Vere frustra servavi omnia quæ hujus erant in deserto, et non periit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant : et reddidit mihi malum pro bono.

22. Hæc faciat Deus inimicis David, et hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent usque mane, mingentem ad parietem.

23. Cum autem vidisset Abigail David, festinavit, et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram,

24. Et cecidit ad pedes ejus, et dixit : In me sit, domine mi, hæc

paquets de raisins secs et deux cents cabas de figues sèches. Elle mit tout cela sur des ânes,

19. Et elle dit à ses gens : Allez devant, je m'en vais vous suivre. Et elle ne dit rien de tout cela à Nabal.

20. Etant donc montée sur un âne, comme elle descendait au pied de la montagne, elle rencontra David et ses gens qui venaient dans le même chemin.

21. David disait alors : C'est bien en vain que j'ai conservé dans le désert tout ce qui était à cet homme, sans qu'il s'en soit rien perdu, puisque après cela il me rend le mal pour le bien.

22. Que Dieu traite les ennemis de David dans toute sa sévérité, comme *je vais moi-même traiter Nabal; car je jure qu'il* ne restera rien en vie demain au matin de tout ce qui appartient à Nabal, ni homme, ni bête.

23. Abigaïl ayant aperçu David, descendit de dessus son âne, et lui fit une profonde révérence, en se prosternant le visage contre terre.

24. Elle se jeta à ses pieds, et lui dit : Que cette *méchanceté de mon mari et*

---

vel plures simul colligarentur, ut fit in Apulia, antequam dimittantur in vasa, non autem quod iis sæculi infarti funiculis ligarentur. De hoc cibi genere vide plura in nostris Œconomicis lib. 1, c. 27, n. 1. — *Ducentas massas caricarum.* Has hebraice appellant דבלים *debelim*, græce, πλάθας, eadem semper significatione : sunt ficus in massam compressæ, et ut quibusdam placet, in lateris formam figuratæ, exilibus fortasse, oblongisque taleolis insertæ, ut apud nos fieri solet; aut aliqua alia ratione compactæ, ut facilius conserventur, nec nimium arescant, succoque destituantur. Chaldæus vertit *libras*, ea fortasse de causa quod quælibet massa libræ unius pondus impleret.

21. *Malum pro bono.* Contumelias scilicet, cum saltem gratias agere debuisset.

22. *Inimicis David.* Nomine inimicorum David seipsum intelligit, sed ita loquitur ad molliendam imprecationem, quam in seipsum intorquere insanum videtur. Porro David hoc juramento concepto peccavit, non solum quia ab affectu vindictæ profectum est, sed etiam quia in innocentes sævire animus fuit, quales multi fuerunt in domo Nabal, et quia graviorem peccato pœnam privata etiam auctoritate inferre statuebat. * De formula illa juramenti imprecatoria, *Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat*, dixi supra, c. 3. 17. — *Mingentem ad parietem.* Ad ipsos usque canes. Hebr. est משתין *masthin*, quæ italicæ nostræ voci *mastino* respondet, quo nomine pastorum canes appellamus.

24. *In me sit... hæc iniquitas.* Luam ego pœnas eorum, quæ Nabal in te peccavit.

Digitized by Google

cette iniquité *qu'il a commise contre vous*, mon seigneur, tombe sur moi. Permettez *seulement*, je vous prie, à votre servante de vous parler, et ne refusez pas de l'entendre.

25. Que le cœur de mon seigneur et de mon roi ne soit point sensible à l'injustice de Nabal, parce qu'il est insensé, et son nom même, *qui signifie fou*, marque sa folie. Car pour moi, mon seigneur, je n'ai point vu les gens que vous avez envoyés. *David commençant à s'apaiser par ces paroles d'Abigail, elle ajouta :*

26. Maintenant donc, mon seigneur, vive le Seigneur! et vivez vous-même, puisque le Seigneur vous a empêché de venir répandre le sang, et qu'il vous a retenu la main *en m'envoyant au devant de vous. Qu'il en soit béni à jamais*, et que vos ennemis qui cherchent les moyens de vous nuire deviennent semblables à Nabal; *car vous ne devez pas douter que le Seigneur ne le punisse de l'injure qu'il vous a faite. Ne pensez donc plus à vous en venger vous-même.*

27. Mais recevez, je vous prie, ce présent que votre servante vous apporte pour vous, mon seigneur, et pour en faire part à tous vos gens.

28. Remettez l'iniquité *de Nabal à la prière* de votre servante. *Vous ferez en cela une action digne des desseins que Dieu a sur vous;* car le Seigneur très-certainement établira votre maison, parce

iniquitas : loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis : et audi verba famulæ tuæ.

25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal : quoniam secundum nomen suum stultus est, et stultitia est cum eo : ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti.

26. Nunc ergo, domine mi, vivit Dominus, et vivit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, et salvavit manum tuam tibi : et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, et qui quærunt domino meo malum.

27. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo : et da pueris qui sequuntur te dominum meum.

28. Aufer iniquitatem famulæ tuæ : faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini, domine mi, tu p rœliaris : malitia ergo non in

---

25. *Ne ponat... cor suum.* Ne attendat quæ facit, aut loquitur Nabal, nec illis offendatur, cum stultus sit, ebrius, nec sui compos. — *Secundum nomen suum stultus est.* Hoc enim Nabal significat.

26. *Vivit Dominus, et vivit anima tua.* Gratias agit Deo, et Davidi callide gratulatur, quasi divinitus prohibitus sit a fundendo sanguine : quæ gratulatio simul ostendit non bene facturum fuisse David si in proposito expetendæ ultionis perseveraret. — *Salvavit manum tuam tibi.* Cohibuit te, et manus tuas ultrices. — *Fiant sicut Nabal inimici tui.* Optat ut inimici David fiant contemptibiles, et facile superabiles sint, ut Nabal.

27. *Benedictionem hanc.* Hoc munusculum.

28. *Aufer iniquitatem famulæ tuæ.* Dixerat enim n. 24 : *In me sit hæc iniquitas,* et se peccati illius quodammodo ream constituerat. — *Faciet.... tibi... domum fidelem.* Stabiliet te et domum tuam non ad breve tempus, ut domum Saul, sed in perpetuum. Chald. vertit, *regnum firmum.* — * *Prælia Domini.* Prælia Domini sunt, quæ in Philisthæos parisque conditionis gentes geruntur. — *Malitia.* Peccatum, quale hoc esset, si sævires in nos.

Digitized by Google

veniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ.

29. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, et quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium, apud Dominum Deum tuum : porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu et circulo fundæ.

30. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, et constituerit te ducem super Israel,

31. Non erit tibi hoc in singultum, et in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris : et cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

que vous combattez pour lui. Qu'il ne trouve donc en vous aucun mal pendant tous les jours de votre vie.

29. Que s'il s'élève un jour quelqu'un qui vous persécute, mon seigneur, et qui cherche à vous ôter la vie, votre vie précieuse au Seigneur votre Dieu sera du nombre de celle des vivants, qu'il tient comme en sa garde, mais celle de vos ennemis sera agitée et jetée bien loin, comme une pierre lancée avec effort dans une fronde.

30. Lors donc que le Seigneur vous aura fait les grands biens qu'il a prédits de vous, et qu'il vous aura établi chef sur Israël,

31. Le cœur de mon seigneur n'aura point ce scrupule ni ces remords d'avoir répandu le sang innocent, et de s'être vengé lui-même. Et quand Dieu vous aura comblé de biens, vous vous souviendrez, mon seigneur, de votre servante, *et du conseil qu'elle ose aujourd'hui vous donner.*

§ IV. *David, apaisé par les soumissions et les présents d'Abigaïl, la laisse en paix. Dieu frappe Nabal, et il meure au bout de dix jours. David épouse Abigaïl et Achinoam. Saül donne à Phalti Michol sa fille qu'il avait déjà donnée à David.*

32. Et ait David ad Abigail : Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, et benedictum eloquium tuum,

33. Et benedicta tu quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, et ulciscerer me manu mea.

34. Alioquin vivit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi : nisi cito venisses in occursum mihi, non re-

32. David répondit à Abigaïl : Que le Seigneur le Dieu d'Israël soit béni de vous avoir envoyée au devant de moi; que votre parole soit bénie;

33. Et soyez bénie vous-même de ce que vous m'avez empêché de répandre le sang, et de me venger de ma propre main.

34. Car sans cela je jure par le Seigneur le Dieu d'Israël, qui m'a empêché de vous faire du mal, que si vous ne fussiez venue promptement au devant de moi, il ne se

---

29. *Custodita quasi in fasciculo viventium.* Videtur sumpta metaphora ab agricolis qui decisas arbore virgulas, aut surculos colligant in fasciculum, et aquam infundunt, ne arescant. Ita David quia exulabat, quasi ramus erat ab arbore abstractus, quam Abigail Dei providentia in vita optat conservari, et ab hostibus illum ad necem quærentibus defendi.—*Rotabitur, quasi in impetu et circulo fundæ.* Profugi enim et vagi dissipabuntur et dispergentur, ut lapides quos funda circumacta longe a nobis projicimus.

31. *Non erit tibi hoc in singultum.* Causa scilicet dolendi et flendi. — *Recordaberis ancillæ tuæ.* Salutaria consilia suggerentis.

Digitized by Google

rait resté en vie demain au matin dans la maison de Nabal ni homme, ni bête.

35. David reçut donc de sa main tout ce qu'elle avait apporté, et lui dit : Allez en paix en votre maison. J'ai fait ce que vous m'avez demandé : et c'est en considération de votre personne que je l'ai fait.

36. Abigaïl ensuite retourna vers Nabal; et elle trouva qu'il faisait dans sa maison un festin de roi. Son cœur nageait dans la joie; car il avait tant bu qu'il était tout ivre. Abigaïl ne lui parla de rien jusqu'au matin.

37. Le lendemain, lorsqu'il eut un peu dissipé les vapeurs du vin, sa femme lui rapporta tout ce qui s'était passé; et son cœur fut comme frappé de mort en lui-même, et demeura *insensible* comme une pierre.

38. Dix jours après, le Seigneur le frappa *véritablement*, et il mourut.

39. David ayant appris la mort de Nabal dit : Béni soit le Seigneur, qui m'a vengé de la manière outrageuse dont Nabal m'avait traité, qui a préservé son serviteur du mal qu'il était près de faire, *en se vengeant lui-même*, et qui a fait que l'iniquité de Nabal est retombée sur sa tête, *sans que j'y aie eu part*. Cependant David envoya vers Abigaïl, et lui fit parler, pour la demander en mariage.

mansisset Nabal usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.

35. Suscepit ergo David de manu ejus omnia quæ attulerat ei, dixitque ei : Vade pacifice in domum tuam, ecce audivi vocem tuam, et honoravi faciem tuam.

36. Venit autem Abigail ad Nabal : et ecce erat ei convivium in domo ejus, quasi convivium regis, et cor Nabal jucundum : erat enim ebrius nimis : et non indicavit ei verbum pusillum aut grande usque mane.

37. Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba hæc, et emortuum est cor ejus intrinsecus, et factus est quasi lapis.

38. Dumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal, et mortuus est.

39. Quod cum audisset David mortuum Nabal, ait : Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal, et servum suum custodivit a malo, et malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Misit ergo David, et locutus est ad Abigail, ut sumeret eam sibi in uxorem.

---

34. *Non remansisset Nabal.* Nabali; est enim dativi casus. Alii legunt, *de Nabal.* Vide dicta n. 22.

35. *Honoravi faciem tuam.* Feci te voti compotem ob honorem et amorem tui. Sic e contra confundere faciem alicujus phrasi hebraica est negare postulata, ex qua fiat ut postulans confusus abscedat. Vide III. Reg. 2. 20.

36. *Quasi convivium regis.* Propter ciborum abundantiam, et convivarum multitudinem. — *Cor Nabal jucundum.* Qui enim largius bibunt, hilariores fiunt. — *Non indicavit ei verbum.* Prudenter, quia temulentus erat.

37. *Factus est quasi lapis.* Hæsit, timoreque obstupuit.

38. *Percussit Dominus Nabal.* Sive peste, sive alia quavis plaga, ut ait Abulensis.

39. *Benedictus Dominus.* Lætatus est David, quia non reddidit malum pro malo, et meritum apud Deum, et pacem conscientiæ consecutus est, et in divina providentia lætatus. De malo autem Nabalis, ut malum ejus fuit, gaudere non potuit, id enim ab odio proficiscitur, et animum offensione adhuc exulceratum sapit. — *Opprobrii mei.* Contumeliæ mihi a Nabal illatæ. — *Misit ergo David.* Non statim a Nabalis morte, sed aliquo temporis spatio interjecto, unius, v. g., aut alterius mensis; neque enim nota aliqua carent mulieres quæ statim a prioris mariti morte ad novas nuptias convolant.

Digitized by Google

40. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, et locuti sunt ad eam, dicentes: David misit nos ad te, ut accipiat te sibi in uxorem.

41. Quæ consurgens adoravit prona in terram, et ait : Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei.

42. Et festinavit, et surrexit Abigail, et ascendit super asinum, et quinque puellæ ierunt cum ea, pedisequæ ejus, et secuta est nuntios David : et facta est illi uxor (1).

43. Sed et Achinoam accepit David de Jezrael : et fuit utraque uxor ejus.

44. Saul autem dedit Michol filiam suam, uxorem David, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim.

40. Les gens de David la vinrent trouver sur le Carmel, et lui dirent : David nous a envoyés vers vous pour vous témoigner qu'il souhaite de vous épouser.

41. Abigaïl aussitôt se prosterna jusqu'en terre et elle dit : Votre servante serait trop heureuse d'être employée à laver les pieds des serviteurs de mon seigneur.

42. Abigaïl ensuite se levant promptement monta sur un âne : et cinq filles qui la servaient allèrent avec elle. Elle suivit les gens de David, et elle l'épousa.

43. David épousa aussi Achinoam, qui était de Jezraël; et l'une et l'autre fut sa femme.

44. Saül, de son côté, donna Michol, sa fille, femme de David, à Phalti, fils de Laïs, qui était de Gallim.

CHAPITRE XXVI.

§ I. Ceux de Ziph avertissent Saül des endroits où se retire David. Saül le vient chercher. David reconnaît le camp de Saül, et va durant la nuit dans sa tente enlever sa lance et sa coupe sans vouloir toucher à sa personne.

LA MÊME ANNÉE 2947.

1. Et venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes : Ecce, David

1. Cependant ceux de Ziph vinrent trouver Saül à Gabaa, et lui dirent : David est

(1) Bible vengée, note XXIII, alinéa 3 : *Il enlève Abigaïl.*

---

41. *Adoravit prona in terram.* Quasi præsenti David in famulis suis reverentiam exhibens, vel beneficium Davidis agnoscens, et pro illo Deo gratias agens.

42. *Festinavit.* Non cum ipsis nuntiis profectam crediderim ad David, sed aliquanto post, ut interim quæ ad nuptias et profectionem necessaria erant pararet. — *Pedisequæ ejus.* Videntur hæ pedibus iter confecisse, quod etiam ex hebræo colligi potest, et ita sentit Abulensis; et brevis erat via, et unius tantum asini fit mentio qui honoris causa dominæ destinatus erat. — *Secuta est nuntios David.* Scilicet post aliquot dies, ut diximus.

43. *Sed et Achinoam.* Josephus ait Achinoam ante ductam fuisse a David quam Abigail, cui sententiæ favet quod II. Reg. 3. 2, Amnon primogenitus Davidis filius Achinoam fuisse dicitur, et ubicumque de uxoribus Davidis agitur, primo loco Achinoam nominatur. Prima ergo fuit Michol, secunda Achinoam, tertia Abigail. — *De Jezrael.* Quæ est nobilis civitas in tribu Juda.

44. *Qui erat de Gallim.* Civitate in tribu Benjamin, cujus meminit Isaias 10. 30. Non caruit culpa Michol, quæ non repudiata nec soluto matrimonio alteri nupsit, et in adulterio vixit, donec a Davide revocata est, II. Reg. c. 3, num. 14.

Digitized by Google

caché dans la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert.

2. Saül aussitôt prit avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et alla chercher David dans le désert de Ziph.

3. Il campa sur la colline d'Hachila, qui est vis-à-vis du désert, sur le chemin. David demeurait alors dans ce désert; et comme on lui dit que Saül l'y venait chercher,

4. Il envoya des gens pour le reconnaître, et il apprit qu'il était venu très-certainement.

5. Il partit donc sans bruit, et s'en vint au lieu où était Saül. Il remarqua le lieu où était la tente de Saül et d'Abner, fils de Ner, général de son armée; et voyant *par le profond silence qui régnait par tout le camp*, que Saül dormait dans sa tente, tous ses gens autour de lui,

6. Il dit à Achimélech, Héthéen, et à Abisaï, fils de Sarvia, frère de Joab : Qui veut venir avec moi dans le camp de Saül? Abisaï lui dit : J'irai avec vous.

7. David et Abisaï allèrent donc la nuit parmi les gens de Saül; et ils trouvèrent Saül couché et dormant dans sa tente. Sa

vid absconditus est in colle Hachila, quæ est ex adverso solitudinis.

2. Et surrexit Saul, et descendit in desertum Ziph, et cum eo tria millia virorum de electis Israel, ut quæreret David in deserto Ziph,

3. Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex adverso solitudinis in via : David autem habitabat in deserto. Videns autem quod venisset Saul post se in desertum,

4. Misit exploratores, et didicit quod illuc venisset certissime.

5. Et surrexit David clam, et venit ad locum ubi erat Saul : cumque vidisset locum, in quo dormiebat Saul, et Abner filius Ner, princeps militiæ ejus, et Saulem dormientem in tentorio, et reliquum vulgus per circuitum ejus,

6. Ait David ad Achimelech Hethæum, et Abisai filium Sarviæ, fratrem Joab, dicens : Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai : Ego descendam tecum.

7. Venerunt ergo David et Abisai ad populum nocte, et invenêrunt Saul jacentem et dormientem

---

CAP. XXVI. 1. *Ex adverso solitudinis.* Ad dexteram nimirum ejus partem; supra enim, c. 23. 19, dicitur : *In colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti.*

3. *In Gabaa Hachila.* In colle, sive excelso loco; non enim Gabaa hic proprium est nomen, sed commune. — *Videns autem.* Per exploratores scilicet, vel per seipsum; ut vero rem certo cognosceret, exploratores mittit.

5. *Venit.... cumque vidisset.* Venit ipsemet, ut vult Lyranus, mentito tamen habitu. Vel etiam dici potest venisse David per exploratores, quo etiam modo explicandum quod dicitur vidisse, vel venit et vidit ex vicino aliquo edito loco. — *Saulem dormientem.* Longe positus dormientem videre non potuit; sed dormientes vidisse dicitur, quia revera dormiebant, et ipse ibi nullum motum animadvertebat, et magnam populi partem circumfusam videbat humi stratam, et ad quietem compositam. — * *In tentorio.* LXX habent, ἐν λαμπήνῃ, quæ vox currum regium significat, teste Polluce.

6. *Quis descendet mecum ad Saul in castra?* Magno se periculo exposuit David, sed non temere, quia se divinitus ad facinus incitari sentiebat. Deus autem iterari clementiæ Davidis exemplum voluit, ut plus a populo diligeretur, et Saulis ingratitudo magis appareret. — *Abisai.* Davidis nepos ex sorore Servia.

Digitized by Google

in tentorio, et hastam fixam in terra ad caput ejus : Abner autem et populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abisai ad David : Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas : nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, semel, et secundo opus non erit.

9. Et dixit David ad Abisai : Ne interficias eum : quis enim extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit?

10. Et dixit David : Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit.

11. Propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in christum Domini; nunc igitur tolle hastam,, quæ est ad caput ejus, et scyphum aquæ, et abeamus.

12. Tulit igitur David hastam, et scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, et abierunt : et non erat quisquam, qui videret, et intelligeret, et evigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos.

lance était à son chevet, fichée en terre. Et Abner, avec tous ses gens, dormaient autour de lui.

8. Alors Abisaï dit à David : Dieu vous livre aujourd'hui votre ennemi entre les mains. Je m'en vais donc avec ma lance le percer jusqu'en terre d'un seul coup, et il n'en faudra point un second.

9. David répondit à Abisaï : Ne le tuez point, car qui étendra la main sur l'oint du Seigneur, et sera innocent?

10. Et il ajouta : Vive le Seigneur! à moins que le Seigneur ne frappe lui-même Saül, ou que le jour de sa mort n'arrive, ou qu'il ne soit tué dans une bataille, *il ne mourra point.*

11. Dieu me garde de porter la main sur l'oint du Seigneur. Prenez seulement sa lance, qui est à son chevet, et sa coupe, et allons-nous-en.

12. David prit donc la lance et la coupe qui étaient au chevet de Saül, et ils s'en allèrent. Il n'y eut personne qui le vit, ni qui sût ce qui ce passait, ou qui s'éveillât; mais tous dormaient, parce que le Seigneur les avait assoupis d'un profond sommeil.

§ II. ***David reproche à Abner la négligence avec laquelle il garde son roi. Saül ayant su ce qui s'était passé, reconnaît l'innocence de David et l'injustice de la haine qu'il lui porte.***

13. Cumque transisset David ex adverso, et stetisset in vertice montis de longe, et esset grande intervallum inter eos,

13. David étant passé de l'autre côté, s'arrêta sur le haut d'une montagne qui était fort loin, y ayant un grand intervalle entre lui et le camp.

---

9. *Quis enim extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit?* Vide dicta supra, c. 24, n. 7; non enim poterat privatus in principem absque scelere manus injicere. Itaque David impetum inhibet Abisai, et causam suam Domino judicandam relinquit, juxta ea quæ dixerat c. 24. 13 : *Judicet Dominus inter me et te, et ulciscatur me Dominus ex te : manus ergo mea non sit in te.*

* 10. *Nisi Dominus percusserit eum.* Scilicet morbo. Tria enim genera mortis hic tangit David, ex morbo, ex senectute, ex casu, v. g. in bello.

12. *Scyphum aquæ.* Sunt qui matellam esse putent, qua urina excipitur; appellant enim Hebræi urinam *aquam*, ut Ezech. 7. 17, *omnia genua fluent aquis*, urina scilicet, ut fit in magno timore. Verius videtur fuisse vas aquæ ut suppeteret quo in æstu itinere fatigatus recrearet se. — *Sopor Domini.* A Deo immissus vel gravissimus et maximus; sic cedri Dei dicuntur, et montes Dei, id est, cedri admodum proceræ, et montes valde excelsi.

Digitized by Google

14. Il appela de là à haute voix les gens de Saül, et Abner, fils de Ner, et lui cria : Abner, ne répondrez-vous donc point? Abner lui répondit : Qui êtes-vous qui criez *de la sorte*, et qui troublez le repos du roi?

15. David lui dit : N'êtes-vous pas un brave homme? et y a-t-il quelqu'un dans Israël qui vous vaille? Et comment donc n'avez-vous pas gardé le roi votre seigneur? car il est venu quelqu'un d'entre le peuple pour tuer le roi votre seigneur.

16. Ce n'est pas là bien faire votre devoir. Vive le Seigneur! vous méritez la mort, vous autres qui avez si mal gardé votre maître, qui est l'oint du Seigneur. Voyez donc maintenant où est la lance du roi, et la coupe qui était à son chevet.

17. Saül reconnut la voix de David, et lui dit : N'est-ce pas là votre voix que j'entends, mon fils David? David lui dit : C'est ma voix, mon seigneur et mon roi.

18. Et il ajouta : Pourquoi mon seigneur persécute-t-il son serviteur? Qu'ai-je fait? de quel mal ma main est-elle souillée?

19. Mon seigneur et mon roi, souffrez que votre serviteur vous dise cette parole : Si c'est le Seigneur qui vous pousse contre moi, qu'il reçoive l'odeur du sacrifice *que je lui offre, en épargnant mon ennemi, et en souffrant sans murmure tout ce qu'il me fait souffrir*. Mais si ce sont les hommes,

14. Clamavit David ad populum, et ad Abner filium Ner, dicens : Nonne respondebis, Abner? Et respondens Abner ait : Quis es tu, qui clamas, et inquietas regem?

15. Et ait David ad Abner : Numquid non vir tu es? et quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum regem? Ingressus est enim unus de turba, ut interficeret regem, dominum tuum.

16. Non est bonum hoc, quod fecisti : vivit Dominus, quoniam filii mortis estis vos, qui non custodistis dominum vestrum, christum Domini; nunc ergo vide ubi sit hasta regis, et ubi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput ejus.

17. Cognovit autem Saul vocem David, et dixit : Numquid vox hæc tua, fili mi David? et ait David : Vox mea, domine mi rex.

18. Et ait : Quam ob causam dominus meus persequitur servum suum? Quid feci? aut quod est malum in manu mea?

19. Nunc ergo audi, oro, domine mi rex, verba servi tui : Si Dominus incitat te adversum me, odoretur sacrificium : si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu Domini : qui ejecerunt me hodie, ut non habitem in hæ-

---

15. *Numquid non vir tu es?* Clarus et insignis, ironice; vel ita laudat ut laudem in exprobrationem vertat, quasi dicat : Tu tantus vir tam indiligenter regem custodis? Ex hac exprobratione putat Salianus ortam Abneris alienationem animi a Davide, qua stimulatus impedimento fuit per septem annos ne totus Israel, exstincto Saule, Davidem sequeretur. — *Unus de turba.* Abisai; vel sensus est : ingressus est unus quispiam, aut ingredi potuit, et obtruncare regem. — *Dominum tuum.* Non dicit meum, quia a Saule tanquam alienus et hostis tractabatur.

16. *Filii mortis.* Rei mortis. — *Vide ubi sit hasta.* Ne te immerito accusatum et increpitum putes.

* 19. *Si Dominus incitat te.* Si Dei nutu et voluntate, non autem invidia et malo genio stimulante moveris. — *Odoretur sacrificium.* Præsto sum ad mortem subeundam, quasi victima Deo consecrata in odorem suavitatis. — *In hæreditate Domini.* In terra Israel, quam Dominus populo suo in hæreditatem dedit. — *Vade, servi diis alienis.* Licet enim hoc verbis non dicerent, factis tamen videbantur suadere, cum illum persequebantur. Prudenter David

Digitized by Google

reditate Domini, dicentes : Vade, servi diis alienis.

20. Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino : quia egressus est rex Israel ut quærat pulicem unum, sicut persequitur perdix in montibus.

21. Et ait Saul : Peccavi : revertere, fili mi David, nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie : apparet enim quod stulte egerim, et ignoraverim multa nimis.

22. Et respondens David, ait : Ecce hasta regis : transeat unus de pueris regis, et tollat eam.

23. Dominus autem retribuet unicuique, secundum justitiam suam et fidem : tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, et nolui extendere manum meam in christum Domini.

24. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis

ils sont maudits devant le Seigneur de me chasser ainsi aujourd'hui de son héritage, afin que je n'y habite point, en me disant, *sinon par leurs paroles, au moins par leurs violences :* Allez, servez les dieux étrangers.

20. Que mon sang donc ne soit point répandu sur la terre à la vue du Seigneur. Et fallait-il que le roi d'Israël se mît en campagne pour courir après une puce, comme on court par les montagnes après une perdrix ?

21. Saül lui répondit : J'ai péché. Revenez, mon fils David ; je ne vous ferai plus de mal à l'avenir, puisque ma vie a été aujourd'hui précieuse devant vos yeux ; car il paraît que j'ai agi comme un insensé, et que j'ai été mal informé de beaucoup de choses.

22. David dit ensuite : Voici la lance du roi ; que l'un de ses gens passe ici, et qu'il l'emporte.

23. Au reste le Seigneur rendra à chacun selon sa justice, et selon sa fidélité ; car il vous a livré aujourd'hui entre mes mains, et je n'ai point voulu porter la main sur l'oint du Seigneur.

24. Comme donc votre âme a été aujourd'hui précieuse devant mes yeux, qu'ainsi mon âme soit précieuse devant

---

Saulis culpam in alios transfert. Certe Ziphæi, ut patet ex capitis hujus initio, David adversabantur, et adversatus fuerat Doeg Idumæus, probabileque est alios in regis aula non defuisse, qui illius incrementis inviderent.

20. *Non effundatur sanguis.* Petit David ne Saule jubente, vel conscio, interficiatur, quia scilicet indignum sit tantum principem tantulum adversarium ad mortem persequi, et quidem tanta ferocitate quanta rapaces aves solent perdicem in montibus persequi. — * *Coram Domino.* Deo inspectante et vindice futuro. Sic Zacharias Joiadæ filius cum jussu Joas regis occisus est, II. Par. 24. 22, ait : *Videat Dominus, et requirat.* — *Persequitur.* Sumitur in passiva significatione.

21. *Pretiosa fuerit anima mea.* Vita mea, cui tanquam rei pretiosæ pepercisti, nec eam perdere voluisti. — *Ignoraverim multa nimis.* Veritatis enim inopia laborant principes, cum inter aulicos, qui illos circumstant, adulandi certamen sit. Ignoravit Saul aulicorum suorum invidiam, Ziphæorum malignitatem, Doegi calumnias, familiæ Davidis innocentiam, ipsius denique Davidis animum a regni cupiditate alienum.

22. *Ecce hasta regis.* Prudenter David Sauli non fidit, licet ab illo invitatus ; suspicari enim merito poterat, ne, ut alias, rediret ad ingenium. Hastam reddit, ne videatur illam tanquam hostis spolium retinere.

24. *Magnificata est anima tua.* Idem est quod v. 21, dictum est : *Pretiosa*

Digitized by Google

les yeux du Seigneur, et qu'il me délivre de tous les maux *que mes ennemis me voudraient faire.*

25. Saül répondit à David : Béni soyez-vous, mon fils David : vous réussirez certainement dans vos entreprises; et votre puissance sera grande. David ensuite s'en alla, et Saül s'en retourna chez lui.

Domini, et liberet me de omni angustia.

25. Ait ergo Saul ad David : Benedictus tu fili mi David : et quidem faciens facies, et potens poteris. Abiit autem David in viam suam, et Saul reversus est in locum suum.

CHAPITRE XXVII.

§ I. *David craignant de tomber entre les mains de Saül, se retire auprès d'Achis, roi de Geth. Ce prince lui donne la ville de Siceleg, pour y demeurer lui et ses gens.*

LA MÊME ANNÉE 2947.

1. Après cela David dit en lui-même : Je tomberai l'un de ces jours entre les mains de Saül. Ne vaut-il pas mieux que je m'enfuie et que je me sauve au pays des Philistins, afin que Saül désespère *de me trouver,* et qu'il cesse de me chercher, comme il fait, dans toutes les terres d'Israël? Je me retirerai donc loin de sa domination.

2. Ainsi David, *après s'être assuré de la bonne disposition des Philistins à son égard,* partit et s'en alla avec ses six cents hommes chez Achis, fils de Maoch, roi de Geth.

3. Il y demeura avec ses gens dont chacun avait sa famille; et il y amena ses deux femmes, Achinoam, de Jezraël, et Abigaïl *qui avait été* femme de Nabal, du Carmel.

4. Saül fut averti aussitôt que David

1. Et ait David in corde suo : Aliquando incidam una die in manus Saul : Nonne melius est ut fugiam, et salver in terra Philisthinorum, ut desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? Fugiam ergo manus ejus.

2. Et surrexit David, et abiit ipse, et sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth.

3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse et viri ejus; vir et domus ejus; et David, et duæ uxores ejus, Achinoam Jezraelitis, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

4. Et nuntiatum est Sauli quod

---

fuerit anima mea. — Sic magnificetur anima mea. Pretiosa sit Domino, ita ut illam conservatam velit.

25. *Faciens facies.* Id est, res tibi succedent ex animi sententia, et ad regnum pervenies et potestatem regiam nancisceris. — *In locum suum.* In Gabaa civitatem suam.

CAP. XXVII. 1. *Incidam una die in manus Saul.* Prudens est Davidis consilium; Dominus enim qui protector illius erat, simul volebat ut ex humanæ prudentiæ legibus sibi caveret. Credibile est consilium cum præcipuis sociis communicasse, et etiam super ea re Domino per Abiathar consulto divinum responsum exspectasse. — *Desperet Saul.* Posse me comprehendere.

2. *Ad Achis.* Probabile est, antequam ad Achis veniret, legationem ad eum misisse, qua postulaverit ut fieret sibi potestas in regno illius domicilium figendi.

3. *Vir et domus ejus.* Id est, quisque cum domo et familia sua.

Digitized by Google

fugisset David in Geth, et non addidit ultra quærere eum.

5. Dixit autem David ad Achis : Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbium regionis hujus, ut habitem ibi : cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum ?

6. Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg : propter quam causam facta est Siceleg regum Juda, usque in diem hanc (1).

s'était retiré à Geth ; et il ne se mit plus en peine de l'aller chercher.

5. Or David dit à Achis : Si j'ai trouvé grâce devant vos yeux, donnez-moi une des villes de ce pays, où je puisse demeurer. Car pourquoi votre serviteur demeurera-t-il avec vous dans la ville royale ?

6. Achis lui donna donc dès ce jour-là Siceleg. Et c'est en cette manière que Siceleg est venue aux rois de Juda, qui la possèdent encore aujourd'hui.

§ II. *David étant chez les Philistins fait des courses sur les ennemis d'Israël, et fait croire à Achis que c'est sur Israël même ; ce qui lui attire la confiance de ce prince.*

7. Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philisthinorum, quatuor mensium.

8. Et ascendit David, et viri ejus, et agebant prædas de Gessuri, et de Gerzi, et de Amalecitis : hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur usque ad terram Ægypti.

7. David demeura dans les terres des Philistins pendant quatre mois, *avant de s'établir à Siceleg.*

8. Il faisait des courses avec ses gens, et pillait Gessuri, Gerzi et les Amalécites ; car ces bourgs étaient autrefois habités *par ces peuples*, depuis le chemin de Sur jusqu'au pays d'Egypte.

(1) Bible vengée, note XXIII, alinéa 4 : *Toujours poursuivi.*

---

5. *Cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum ?* Quasi dicat : Si manerem, et essem tibi oneri, vel quod in civitate frequenti, quippe regia cum sexcentis viris, et eorum familiis, angustias facerem ; vel ne ego cum tanto comitatu quasi alter rex existimer velle videri ; vel ne aliqua de me sit suspicio quasi regi, aut regno insidier ; vel ne sim oneri, si me tuis expensis alere velis. Porro David seorsum a rege habitare cupiebat, ut populari regiones incircumcisorum tutius posset, utque suos ab idoiolatriæ periculo subduceret.

* 6. *Dedit... Siceleg.* Ad inhabitandum, et ut ibi, tanquam loco opportuno, securus esse posset. — *Facta est Siceleg regum Juda, usque in diem hanc.* Verba hæc ostendunt postremam hujus libri partem tardius aliquanto scriptam esse fortassis ab aliquo Samuelis discipulo, ut conjectat Salianus : quanquam non desunt qui hujusmodi verba, quæ sæpe occurrunt, posterioribus sæculis ab Esdra inserta fuisse arbitrentur, vel ab aliquo prophetarum. Vide Abulens. q. 12 et 14 in hoc c. 27. * Facta est autem Siceleg regum Juda bello postea suborto, cujus mentio infra, c. 30. 1 ; nam quæ tali tempore apud aliquem deprehenduntur, illius fiunt, etiam juxta imperatorias leges. Vide titulum de acquirendo rerum dominio, et de Capt. et Postlim. reversis.

8. *Ascendit.* Cum expedita scilicet suorum manu. — *Agebant prædas.* Non tamen de Philisthæis, quia ingratus fuisset in regem, a quo humaniter et donatione oppidi liberaliter fuerat exceptus, nec facile potuisset diu latere, sibique magnum periculum creasset. Ita Abulens. q. 15, quem sequitur Salianus. Non desunt tamen qui secus sentiant. — *De Gessuri et de Gerzi.* Definiregionem in quam impressionem faciebat David, plurimum regionem ad aust

Digitized by Google

9. Et *comme ces peuples étaient du nombre de ceux que Dieu avait anathématisés*, il tuait tout ce qu'il rencontrait dans le pays, sans laisser en vie ni homme, ni femme; et après qu'il avait enlevé les bœufs, les brebis, les ânes, les chameaux et les habits, il revenait trouver Achis.

10. Et lorsque Achis lui disait : Où avez-vous couru aujourd'hui? David lui répondait : Vers la partie méridionale de Juda, vers le midi de Jéraméel, et le midi de Céni; *lui faisant entendre que c'était sur ceux de son propre pays.*

11. Or David ne laissait en vie ni homme ni femme; et il n'en amenait pas un à Geth, de peur, disait-il, que ces gens-là ne parlent contre nous. C'est ainsi que David se conduisait; et c'est ce qu'il avait accoutumé de faire pendant tout le temps qu'il demeura parmi les Philistins.

12. Achis se fiait donc tout à fait à David; car il disait en lui-même: Il a fait de grands maux à Israël son peuple; c'est

9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum et mulierem, tollensque oves, et boves, et asinos, et camelos, et vestes, revertebatur, et veniebat ad Achis.

10. Dicebat autem ei Achis : In quem irruisti hodie? Respondebat David : Contra meridiem Judæ, et contra meridiem Jerameel, et contra meridiem Ceni.

11. Virum et mulierem non vivificabat David, nec adducebat in Geth, dicens : Ne forte loquantur adversum nos. Hæc fecit David : et hoc erat decertum illi omnibus diebus quibus habitavit in regione Philisthinorum.

12. Credidit ergo Achis David, dicens : Multa mala operatus est contra populum suum Israel : erit

---

trum Juda positam, ab ingressu deserti Sur Ægyptum versus. Gessur et Gessuri duplex in Scriptura reperitur; altera trans Jordanem contermina Syriæ, propterea que Gessur Syriæ appellatur, pertinuitque ad tribum Manasse; altera est ea, de qua hic est sermo, vicina Amalecitis, et extra terminos Israelitarum, versus meridiem, cujus alibi non fit mentio quam hoc loco, sicut neque de Gerzi.

9. *Percutiebat David omnem terram.* De Amalecitis non est difficilis quæstio, quo illos jure vexaret David; nam Exod. 17. 16, habetur : *Bellum Domini erit contra Amalec a generatione in generationem*, hoc est, perpetuum : potuit ergo illorum urbes vastare jure belli. De aliis gentibus dicendum est, vel illas fuisse comprehensas intra terminos terræ olim Israelitis promissæ, ex qua gentilium nationes delendæ erant, vel certe a Deo ut ita faceret jussum fuisse David qui per Abiathar sacerdotem numen de rebus agendis subinde consulebat. — *Tollensque oves et boves.* Saul, ut vidimus supra, c. 15. 3, jussus fuerat omnia Amalecitarum demoliri et interficere, *a viro usque ad mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem et ovem.* Itaque David hac lege solutus fuit a Domino; vel certe Sauli duntaxat præceptum illud fuit impositum, ut sentit Abulens. q. 20 in hoc caput. — *Veniebat ad Achis.* Cui scilicet optima quæque honoris causa offerebat. Prius tamen quam veniret ad Achis ab expeditione revertens divertebat in Siceleg, quæ ex Adrichomii topographia fere media est inter Geth regiam Achis et regionem quam populabatur.

10. *Contra meridiem Jerameel.* Erant hæc nomina partium quarumdam sortis Juda.

11. *Non vivificabat.* Vivum non relinquebat. — *Hoc erat decretum illi omnibus diebus.* Ut scilicet neque mancipium servaret ullum, neque ancillam de hostibus, in quos infestus irruebat, ne scilicet stropha detegeretur.

12. *Erit igitur mihi servus sempiternus.* Cum irreconciliabiles cum sua gente inimicitias gerat.

Digitized by Google

Igitur mihi servus sempiternus (1).

pourquoi il demeurera toujours attaché à mon service.

CHAPITRE XXVIII.

§I. *Les Philistins arment contre Israël. Achis veut mener David à cette guerre. Saül, qui avait chassé les devins, consulte néanmoins une magicienne, n'ayant pu avoir de réponses du Seigneur.*

L'AN DU MONDE 2949. — AVANT J.-C. 1055.

1. Factum est autem in diebus illis, congregaverunt Philisthiim agmina sua, ut præpararentur ad bellum contra Israel : dixitque Achis ad David : Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu, et viri tui.

1. En ce temps-là les Philistins assemblèrent leurs troupes, et se préparèrent à combattre contre Israël. Alors Achis dit à David : Assurez-vous que je vous mènerai avec moi à la guerre, vous et vos gens.

2. Dixitque David ad Achis : Nunc scies quæ facturus est servus tuus. Et ait Achis ad David : Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus.

2. David lui répondit : Vous verrez maintenant ce que votre serviteur fera. Et moi, lui dit Achis, je vous confierai toujours la garde de ma personne.

3. Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel, et sepelierunt eum in Ramatha urbe sua. Et Saul abstulit magos et ariolos de terra.

3. Or Samuel était mort; tout Israël l'avait pleuré; et il avait été enterré dans la ville de Ramatha, lieu de sa naissance. Et Saül, *par son conseil*, avait chassé les magiciens et les devins de son royaume.

4. Congregatique sunt Philisthiim, et venerunt, et castrametati sunt in Sunam : congregavit autem et Saul universum Israel, et venit in Gelboe.

4. Les Philistins s'étant donc assemblés vinrent camper à Sunam, *dans la tribu d'Issachar;* Saül, de son côté, assembla toutes les troupes d'Israël, et vint à Gelboé.

5. Et vidit Saul castra Philis-

5. Et ayant vu l'armée des Philistins,

(1) Bible vengée, note XXIII, alinéa : *Enfin, ajoute Voltaire.*

CAP. XXVIII. 2. *Scies quæ facturus est servus tuus.* Quomodo scilicet tibi sim obseculturus, et quam strenue pro te pugnaturus; ita sonant verba, et in hunc sensum ea accepit Achis. At ea perpendenti apparebit nihil certi promisisse David, qui eo sine dubio animo fuerit, ut consulto prius Domino, ejus providentia et voluntate regeretur, ut neque contra gentem suam arma ferret, neque benefico regi videretur ingratus.

3. *Samuel autem mortuus est.* Cum de pythonissa sermonem facturus esset sacer textus, mortem Samuelis iterum memorat, de qua locutus fuerat initio c. 25. — *Saul abstulit magos.* Eo nimirum tempore quo non erat melior illo in populo. * Sustulerat magos juxta legis mandatum, Lev. 19. 31, et 20. 6, 27; Deut. 18. 11.

4. *In Sunam.* Fuit hæc urbs in tribu Issachar ad latus australe montis Hermon, ut ait Adrichomius in Issachar, n. 57. — *Venit in Gelboe.* Quem Josephus ait fuisse situm e regione Sunam, in eadem nimirum tribu Issachar. Erant ergo ita dispositi exercitus, ut Saul meridianam plagam occuparet, Philisthæi aquilonarem, vallis autem Jezrael esset utrique exercitui interjecta.

5. *Vidit Saul castra Philisthiim.* Ex edito illo loco in quo sederat cum

Digitized by Google

qui était fort nombreuse, il fut frappé d'étonnement, et la crainte le saisit jusqu'au *fond du* cœur.

6. Il consulta le Seigneur; mais le Seigneur ne lui répondit ni en songes, ni par les prêtres, ni par les prophètes.

7. Alors, *entrant dans une espèce de désespoir*, il dit à ses officiers : Cherchez-moi une femme qui ait un esprit de Python, afin que je l'aille trouver, et que, par son moyen, je puisse consulter *le démon, puisque le Seigneur ne veut pas me parler*. Ses serviteurs lui dirent : Il y a à Endor une femme qui a un esprit de Python.

8. Saül se déguisa donc, changea d'habits, et s'en alla, accompagné de deux hommes seulement. Il vint la nuit chez cette femme, et lui dit : Consultez pour moi l'esprit de Python, et évoquez-moi celui que je vous dirai.

9. Cette femme lui répondit : Vous savez tout ce qu'a fait Saül, et de quelle manière il a exterminé les magiciens et les devins de toutes ses terres. Pourquoi donc me tendez-vous un piége pour me perdre?

10. Saül lui jura par le Seigneur, et lui dit : Vive le Seigneur! il ne vous arrivera de ceci aucun mal.

thiim, **et timuit, et expavit cor** ejus nimis.

6. **Consuluitque Dominum, et** non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas.

7. Dixitque Saul servis suis : Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, et vadam ad eam, et sciscitabor per illam. Et dixerunt servi ejus ad eum : Est mulier Pythonem habens in Endor (1).

8. **Mutavit ergo habitum suum,** vestitusque est aliis vestimentis, et abiit ipse, et duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, et ait illi : Divina mihi in Pythone, et suscita mihi quem dixero tibi.

9. Et ait mulier ad eum : Ecce, tu nosti quanta fecerit Saul, et quomodo eraserit magos et ariolos de terra : quare ergo insidiaris animæ meæ, ut occidar?

10. **Et juravit ei Saul in Domi**no, dicens : Vivit Dominus, quia non eveniet tibi quidquam mali propter hanc rem.

(1) Bible vengée, note XVIV.

---

exercitu. — *Expavit cor ejus nimis.* Vel quia ingentes hostium copiæ, vel quia ipse sibi propter toties offensum Dominum male conscius, vel quia Dominus ei timorem immisit.

6. *Et non respondit ei neque per somnia.* Consuluerat Deum, illum rogando ut qua ratione voluisset, sive per somnia, sive per prophetam aliquem, quid fieri vellet indicaret; at responsum nullum tulit. * Contempsit Deus hominem profanum, et tot sacerdotum sanguine pollutum.

7. *Mulierem habentem Pythonem.* Vetitum erat lege Deut. 18. 10, ne quis Pythones consuleret; et quamvis Saul, ut supra diximus, ariolos et pythonicos delere conatus esset, non dubitabat aliquos adhuc superesse, mulieres præsertim, quæ leviores, et ad superstitionem proniores esse solent. Pythonissas LXX ἐγγαστριμύθους appellant, id est, *ventriloquas*, quod dæmon, ut quidam volunt, per inferiora ventris detestabiles ederet voces. — *In Endor.* Quæ civitas fuit quidem intra sortem Issachar; pertinebat tamen ad Manassem, ut constat ex lib. Josue, c. 17. 11.

8. *Mutavit ergo habitum suum.* Ne a muliere agnosceretur, metuque illius se pythonissam negaret, et divinationem exercere nollet. Vel etiam clam profectus est, ne regis absentia exercitui timorem crearet.

10. *Juravit ei Saul.* In quo juramento peccavit, sacrum adhibens jusjurandum ut mulierem induceret ad sacrilegum maleficium.

Digitized by Google

§ II. *Saül demande à voir Samuel. Samuel vient et lui annonce sa mort, celle de ses enfants et la défaite des Philistins.*

11. Dixitque ei mulier : Quem suscitabo tibi? Qui ait : Samuelem mihi suscita.

12. Cum autem vidisset mulier Samuelem, exclamavit voce magna, et dixit ad Saul : Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul.

13. Dixitque ei rex : Noli timere : quid vidisti? Et ait mulier ad Saul : Deos vidi ascendentes de terra.

14. Dixitque ei : Qualis est forma ejus? Quæ ait : Vir senex ascendit, et ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quod Samuel esset, et inclinavit se super faciem suam in terra, et adoravit (1).

15. Dixit autem Samuel ad Saul : Quare inquietasti me ut suscitarer? Et ait Saul : Coarctor nimis : siquidem Philisthiim pugnant adversum me, et Deus recessit a me, et exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neque per

11. La femme lui dit : Qui voulez-vous voir? Il lui répondit : Faites-moi venir Samuel.

12. La femme ayant vu *tout d'un coup paraître* Samuel, *sans qu'elle eût fait aucun enchantement*, jeta un grand cri, et dit à Saül : Pourquoi m'avez-vous trompée? car vous êtes Saül; *et la présence de Samuel me le fait assez connaître.*

13. Le roi lui dit : Ne craignez point. Qu'avez-vous vu? J'ai vu, lui dit-elle, un *homme avec la majesté d'un* dieu, qui sortait de la terre.

14. Saül lui dit : Comment est-il fait? C'est, dit-elle, un vieillard couvert d'un manteau, *comme un prophète.* Saül reconnut donc que c'était Samuel; et, *quoiqu'il ne le vît point,* il lui fit une profonde révérence, en se baissant jusqu'en terre, *vers le lieu où la pythonisse le voyait.*

15. *Alors* Samuel dit à Saül : Pourquoi avez-vous troublé mon repos en me faisant évoquer? Saül lui répondit : Je suis dans une étrange extrémité. Les Philistins me font la guerre, et Dieu s'est retiré de moi; il ne m'a voulu répondre ni par les prophètes ni en songes. C'est pourquoi je

(1) Bible vengée, note XIV.

---

11. *Samuelem mihi suscita.* Sperabat enim præ antiqua benevolentia eum summæ necessitati opem laturum.

12. *Cum autem vidisset mulier Samuelem.* Anima enim Samuelis apparuit, non vi incantantis pythonissæ, sed Deo ita volente. — *Exclamavit.* Fortasse quia prius affuit, quam illa carmen suum necromanticum absolvisset; vel quia non eo modo apparuit quo evocatos mortuos apparere aiunt rabbini apud Lyran. Abulens. et Bellarminum lib. 2. de Purg. c. 6, pedes nimirum sursum habentes, caput vero deorsum, vel supinos, ut in sepulcris condi solent, sed erectus, eo situ quo sunt homines viventes. — *Tu es enim Saul.* Quod vel ex Samuele cognovit, vel ex familiari dæmone.

13. *Deos vidi ascendentes de terra.* Pluralis numerus ponitur pro singulari hebraica phrasi, ut in Exodo 4. 32, de unico vitulo aureo dictum est : *Hi sunt dii tui.*

14. *Amictus est pallio.* Prophetico scilicet, quale dudum laceraverat Saul, supra, c. 15. 27. — *Adoravit.* Samueli, quem sibi astare intelligebat, reverentiam exhibens.

15. *Quare inquietasti me?* Turbatio in animas sanctorum, quæ in limbo sunt, non cadit : itaque turbatio hic juxta communem loquendi modum accipienda est; inquietari enim dicuntur, qui e loco quietis et pacis educti, molestis negotiis implicantur.

Digitized by Google

vous ai fait évoquer, afin que vous m'appreniez ce que je dois faire.

16. Samuel lui dit : Pourquoi vous adressez-vous à moi, puisque *je vous ai dit positivement que* le Seigneur vous a abandonné, et qu'il est passé à votre rival? *Je n'ai rien de meilleur à vous dire aujourd'hui.*

17. Car le Seigneur vous traitera comme je vous l'ai dit de sa part. Il déchirera votre royaume, *et l'arrachera* de vos mains pour le donner à David, votre gendre;

18. Parce que vous n'avez ni obéi à la voix du Seigneur, *qui vous avait défendu d'offrir le sacrifice*, ni exécuté l'arrêt de sa colère contre les Amalécites *qu'il vous avait ordonné d'exterminer.* C'est pour cela que le Seigneur vous envoie aujourd'hui ce que vous souffrez.

19. Il livrera même Israël avec vous entre les mains des Philistins. Demain vous serez avec moi *au rang des morts*, vous et vos fils : et le Seigneur abandonnera aux Philistins le camp même d'Israël.

somnia : vocavi ergo te, ut ostenderes mihi quid faciam.

16. Et ait Samuel : Quid interrogas me, cum Dominus recesserit a te, et transierit ad æmulum tuum?

17. Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, et scindet regnum tuum de manu tua, et dabit illud proximo tuo David :

18. Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalec; idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

19. Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthiim : cras autem tu et filii tui mecum eritis : sed et castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim (1).

§ III. *Saül effrayé tombe par terre et refuse de manger. Il prend néanmoins quelque nourriture et s'en retourne toute la nuit.*

20. Saül tomba aussitôt, et demeura étendu sur la terre; car les paroles de Samuel l'avaient épouvanté; et les forces lui manquèrent, parce qu'il n'avait point mangé de tout ce jour-là.

21. La magicienne vint à lui dans le trouble où il était, et elle lui dit : Vous voyez que votre servante vous a obéi, que j'ai exposé ma vie pour vous, et que je me suis rendue à ce que vous avez désiré de moi.

22. Ecoutez donc aussi votre servante, et souffrez que je vous serve un peu de

20. Statimque Saul cecidit porrectus in terram : extimuerat enim verba Samuelis, et robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.

21. Ingressa est itaque mulier illa ad Saul (conturbatus enim erat valde), dixitque ad eum : Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, et posui animam meam in manu mea : et audivi sermones tuos, quos locutus es ad me.

22. Nunc igitur audi et tu vocem ancillæ tuæ, et ponam coram

(1) Bible vengée, note XXIV.

16. *Quid interrogas me, cum...* Quasi dicat : An ignoras me tibi favere non posse, cum sis inimicus Domini mei? — *Ad æmulum tuum.* David.

18. *Neque fecisti iram furoris ejus in Amalec.* Non paruisti Domino Amalecitis irato, nec eos, ut fueras jussus, internecione delevisti.

19. *Cras autem tu et filii tui mecum eritis.* Hoc non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem mortis conditionem referendum est.

21. *Ingressa est itaque mulier illa ad Saul.* Tantisper enim discesserat, ut Saul cum Samuele liberius remotis arbitris colloqui posset.

Digitized by Google

te buccellam panis, ut comedens convalescas, et possis iter agere.

23. Qui renuit, et ait : Non comedam. Coegerunt autem eum servi sui et mulier, et tandem audita voce eorum surrexit de terra, et sedit super lectum.

24. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, et festinavit, et occidit eum : tollensque farinam, miscuit eam, et coxit azyma,

25. Et posuit ante Saul et ante servos ejus. Qui cum comedissent, surrexerunt, et ambulaverunt per totam noctem illam.

pain, afin qu'ayant mangé, vous repreniez vos forces, et que vous puissiez vous mettre en chemin.

23. Saül le refusa, et lui dit : Je ne mangerai point. Mais ses serviteurs et cette femme le contraignirent de manger; et s'étant enfin rendu à leurs prières, il se leva, et s'assit sur le lit, *pour se mettre à table.*

24. Or cette femme avait dans sa maison un veau gras, qu'elle alla tuer aussitôt. Elle prit de la farine, la pétrit, et en fit des pains sans levain,

25. Qu'elle servit devant Saül et ses serviteurs. Après donc qu'ils eurent mangé, ils s'en allèrent, et marchèrent toute la nuit *pour se rendre à l'armée, et se préparer au combat.*

CHAPITRE XXIX.

Les princes des Philistins craignent que David ne se tourne contre eux dans le combat. Ils obligent Achis de le renvoyer.

LA MÊME ANNÉE 2949.

1. Congregata sunt ergo Philisthiim universa agmina in Aphec : sed et Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Jezrael.

2. Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis et millibus : David autem et viri ejus erant in novissimo agmine cum Achis.

3. Dixeruntque principes Philisthiim ad Achis : Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad prin-

1. Cependant toutes les troupes des Philistins s'assemblèrent à Aphec; et Israël de son côté vint camper à la fontaine de Jezraël.

2. Les princes des Philistins marchaient à la tête de leurs troupes, de leurs compagnies et de leurs régiments. Et David, accompagné de ses gens, était à l'arrière-garde avec Achis.

3. Alors les princes des Philistins dirent à Achis : A quoi bon ces Hébreux-là *viennent-ils avec nous?* Achis leur répondit:

---

25. *Ambulaverunt per totam noctem.* Videntur pedites iter fecisse, quod sic facilius, et suos latere possent, et hostes, si in aliquos eorum per noctem, dum iter faciebant, incurrissent.

Cap. XXIX. 1. *In Aphec.* Locus in valle Jezrael.

2. *In centuriis et millibus.* Suas centurias et chiliadas lustrabant satrapæ præcipui, illasque obibant ordinandi, adhortandi, et videndi gratia an omnia se recte haberent. — *In novissimo agmine cum Achis.* Non ex ignavia, aut timore, sed quia locus ille Achi obtigerat aliqua sorte, vel ratione dignitatis quod omnium satraparum præstantissimus esset. Adde in extrema acie fortissimos quosque collocari solitos. Sic apud Romanos qui triarii vocabantur ultimum tenebant locum.

3. *Quid sibi volunt Hebræi isti?* Facile illos nosse poterant ex dialecto, et

Digitized by Google

Est-ce que vous ne connaissez pas David qui a servi Saül, roi d'Israël? Il y a plus d'un an qu'il est avec moi; et je n'ai rien trouvé à redire en lui, depuis le jour qu'il s'est réfugié auprès de moi jusqu'aujourd'hui.

4. Mais les princes des Philistins se mirent en colère contre lui, et lui dirent : Que cet homme-là s'en retourne et qu'il demeure au lieu où vous l'avez mis; et qu'il ne se trouve point avec nous à la bataille, de peur qu'il ne se tourne contre nous au milieu du combat. Car comment pourra-t-il autrement apaiser son maître que par notre sang?

5. N'est-ce pas là ce David à qui ceux qui dansaient disaient dans leurs chants de réjouissance : Saül en a tué mille, et David dix mille?

6. Achis appela donc David, et lui dit : Vive le Seigneur! pour moi, je ne trouve en vous que sincérité et fidélité : j'approuve la manière dont vous vous êtes conduit à l'armée; vous n'avez point fait de démarche dans mon camp qui ne m'ait agréé; et vous ne m'avez donné aucun sujet de plainte depuis le temps que vous êtes venu auprès de moi jusqu'aujourd'hui; mais vous n'agréez pas aux princes.

7. Retournez-vous-en donc, et allez en paix, afin que vous ne blessiez point les yeux des princes des Philistins.

8. David dit à Achis : Qu'ai-je donc fait? et qu'avez-vous trouvé dans votre serviteur depuis le jour que je suis devant vous jusqu'à ce jour, pour ne pas aller combattre les ennemis du roi mon seigneur?

cipes Philisthiim : Num ignoratis David, qui fuit servus Saul regis Israel, et est apud me multis diebus, vel annis, et non inveni in eo quidquam, ex die qua transfugit ad me, usque ad diem hanc?

4. Irati sunt autem adversus eum principes Philisthiim, et dixerunt ei : Revertatur vir iste, et sedeat in loco suo, in quo constituisti eum, et non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis adversarius, cum prælium cœperimus : quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris?

5. Nonne iste est David, cui cantabant in choris, dicentes : Percussit Saul in millibus suis, et David in decem millibus suis?

6. Vocavit erga Achis David, et ait ei : Vivit Dominus, quia rectus es tu, et bonus in conspectu meo : et exitus tuus, et introitus tuus mecum est in castris : et non inveni in te quidquam mali, ex die qua venisti ad me, usque in diem hanc : sed satrapis non places.

7. Revertere ergo, et vade in pace, et non offendas oculos satraparum Philisthiim.

8. Dixitque David ad Achis : Quid enim feci, et quid invenisti

---

fortassis etiam ex vestitu, et armorum genere. — *Multis diebus, vel annis.* Supra, cap. 27, num. 7, habemus : *Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philisthinorum, quatuor mensium.* Itaque vel mentitus est Achis, ut fidem faceret Philisthæis Davidem satis superque sibi notum, quod probabile putat Abulens. quæst. 15 in cap. 27, et quæst. 5 in hoc cap. 29; vel annos retulit ad primam commorationem, quæ ante annos aliquot ante illum inchoata fuerat : vel annos intelligit finem prioris, et posterioris initium, quo modo etiam explicari possunt LXX qui habent, γέγονε μεθ' ἡμῶν ἡμέρας, τοῦτο δεύτερον ἔτος, *mansit apud nos dies*, plurimos scilicet, *hic quippe secundus annus est.*

4. *Placare dominum suum, nisi in capitibus nostris?* Quasi dicant : Insigni aliquo facinore in perniciem nostram perpetrato, redimet et redintegrabit um Saule gratiam.

6. *Exitus tuus, et introitus tuus.* Consuetudo et actiones tuæ mihi probantur. — *Satrapis non places.* Prudenter Achis quid in Davide timuerint Philisthæi tacitus transmittit, solumque generatim ait satrapis illum non placere.

8. *Quid enim feci.* Pulchre David servit fabulæ, et speciem exhibet hominis

Digitized by Google

in me servo tuo, a die qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam, et pugnem contra inimicos domini mei regis?

9. Respondens autem Achis, locutus est ad David : Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei : sed principes Philisthinorum dixerunt : Non ascendet nobiscum in prælium.

10. Igitur consurge mane tu, et servi domini tui, qui venerunt tecum : et cum de nocte surrexeritis, et cœperit dilucescere, pergite.

11. Surrexit itaque de nocte David ipse et viri ejus, ut proficiscerentur mane, et reverterentur ad terram Philisthiim : Philisthiim autem ascenderunt in Jezrael.

teur depuis le temps que j'ai paru devant vous jusqu'à ce jour, pour ne me permettre pas d'aller avec vous, et de combattre contre les ennemis de mon seigneur et de mon roi?

9. Achis répondit à David : Pour ce qui est de moi, je suis persuadé que vous m'êtes affectionné; je vous regarde comme un ange de Dieu, *et comme un homme qu'il m'a envoyé :* mais les princes des Philistins ont résolu *absolument* que vous ne vous trouveriez point avec eux dans le combat.

10. C'est pourquoi tenez-vous prêt demain dès le matin, vous et les serviteurs de votre maître, qui sont venus avec vous : levez-vous avant le jour; et sitôt qu'il commencera à paraître, allez-vous-en.

11. Ainsi David se leva avec ses gens pendant la nuit, pour partir dès le matin, et pour retourner au pays des Philistins. Et les Philistins marchèrent à Jezraël. *Or Dieu permit que les Philistins eussent cette défiance de David, afin de le tirer de la nécessité où il se trouvait de combattre contre son roi, ou de trahir Achis qui se confiait en lui.*

CHAPITRE XXX.

§ I. *David revenu à Siceleg trouve que les Amalécites sont venus assiéger cette ville, l'ont prise, l'ont brûlée, en ont emmené les femmes et les enfants, et enlevé tout le butin. Les gens de David, au désespoir de cette perte, veulent le lapider; mais David met sa confiance au Seigneur.*

LA MÊME ANNÉE 2949.

1. Cumque venissent David et viri ejus in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant ex

1. Trois jours après, David arrivant avec ses gens à Siceleg, *trouva que* les Amalécites, ayant fait des courses du côté du

---

de facta sibi injuria conquerentis. Necessaria querela, ne, si taceret, suspicionibus Philisthæorum suffragari videretur.

9. *Sicut angelus Dei.* Meminit angeli Dei, sicut a Davide, aut aliis Hebræis in familiari colloquio usurpari audierat. Vel etiam eum dicendi modum Philisthæi a vicinis hauserant Hebræis; conterminæ enim regiones, ut experientia docet, multas voces et phrases communes habent. * Davidem Achis missum facit : sic coguntur sæpe in bellis reges aptare se eorum desideriis, quorum opera indigent.

10. *Cum de nocte surrexeritis.* Lucem jubet antevertere, aut summo mane discedere, ne reliquus exercitus eorum quæ gerebantur ignarus, mali aliquid suspicaretur aut animis deficeret.

CAP. XXX. 1. *Amalecitæ impetum fecerant.* Causa incursionis hujus Ama-

Digitized by Google

midi, étaient venus à Siceleg, l'avaient prise, et y avaient mis le feu.

2. Ils en avaient emmené les femmes captives et tous ceux qu'ils y avaient trouvés, depuis le plus petit jusqu'au plus grand. Ils n'avaient tué personne : mais ils emmenaient tout avec eux, et s'en retournaient.

3. David et ses gens étant donc arrivés à Siceleg, et ayant trouvé la ville brûlée, et leurs femmes, leurs fils et leurs filles emmenés captives,

4. Ils commencèrent tous à crier et à pleurer, jusqu'à ce que leurs larmes fussent épuisées.

5. Les deux femmes de David, Achinoam, de Jezraël, et Abigaïl, veuve de Nabal, du Carmel, avaient aussi été emmenées captives.

6. David fut saisi d'une extrême affliction; car le peuple le voulait lapider, tous étant dans une douleur amère pour avoir perdu leurs fils et leurs filles : mais il mit sa force et sa confiance dans le Seigneur son Dieu.

parte australi in Siceleg, et percusserant Siceleg, et succenderant eam igni.

2. Et captivas duxerant mulieres ex ea, a minimo usque ad magnum : et non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, et pergebant itinere suo.

3. Cum ergo venissent David et viri ejus ad civitatem, et invenissent eam succensam igni, et uxores suas, et filios suos, et filias ductas esse captivas,

4. Levaverunt David et populus qui erat cum eo vaces suas, et planxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.

5. Siquidem et duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezraelites, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus est David valde : volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuscujusque viri super filiis suis et filiabus : confortatus est autem David in Domino Deo suo.

§ II. *David consulte le Seigneur, et le Seigneur lui ordonne de poursuivre les Amalécites. Il l'assure qu'il reprendra tout ce qu'ils lui ont enlevé. David marche après eux avec quatre cents hommes, et en laisse deux cents près du torrent de Bésor.*

7. Et il dit au grand prêtre Abiathar, fils d'Achimélech : Prenez pour moi l'éphod. Et Abiathar se revêtit de l'éphod pour David.

7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech : Applica ad me ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David,

---

lecitarum videtur fuisse quod jam a Davide sæpius vexati, in omnem occasionem ultionis intenti, cum illum castra Philisthæorum secutum fuisse cognovissent, arma ceperunt, et regionem Philisthæorum, ac potissimum Siceleg populati sunt.

4. *Donec deficerent in eis lacrymæ.* Vel, ut est in hebræo, *donec non essent eis vires ad plorandum.*

6. *Volebat enim eum populus lapidare.* Quod illum tantæ cladis auctorem facerent, vel propter irritatos Amalecitas; vel propterea quod, abductis omnibus militibus suis, urbem præsidio nudatam reliquisset. — *Confortatus est autem David.* Bona spe imbutus amissa recuperandi et ulciscendi injuriam, Deo bene juvante.

7. *Applica ad me ephod.* Non petit David indui ephod pontificali, sed vult ut illud sibi applicet sacerdos, ad obtinendam Davidi interroganti responsionem.

Digitized by Google

8. Et consulit David Dominum, dicens : Persequar latrunculos hos, et comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus : Persequere : absque dubio enim comprehendes eos, et excutics prædam.

9. Abiit ergo David ipse, et sexcenti viri qui erant cum eo, et venerunt usque ad torrentem Besor : et lassi quidam substiterunt.

10. Persecutus est autem David ipse, et quadringenti viri substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum ægyptium in agro, et adduxerunt eum ad David : dederuntque ei panem ut comederet, et biberet aquam,

12. Sed et fragmen massæ caricarum, et duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cum comedisset, reversus est spiritus ejus, et refocillatus est : non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus et tribus noctibus.

13. Dixit itaque ei David : Cujus es tu? vel unde? et quo pergis? Qui ait : Puer Ægyptius ego sum, servus viri Amalecitæ : dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

14. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, et contra Judam, et ad meridiem Caleb, et Siceleg succendimus igni.

8. Et David consulta le Seigneur, en lui disant : Poursuivrai-je ces brigands, et les prendrai-je ou ne les prendrai-je pas? Le Seigneur lui répondit : Poursuivez-les; car indubitablement vous les prendrez, et vous retirerez de leurs mains tout ce qu'ils ont pris.

9. David marcha aussitôt avec les six cents hommes qui l'accompagnaient, et ils vinrent au torrent de Bésor où quelques-uns d'entre eux s'arrêtèrent, étant fatigués.

10. Et David poursuivit les Amalécites avec quatre cents hommes de ses gens, y en ayant eu deux cents qui n'avaient pu passer le torrent de Bésor, parce qu'ils étaient las.

11. Ils trouvèrent en chemin un Egyptien qu'ils amenèrent à David, à qui ils donnèrent du pain à manger et de l'eau à boire,

12. Avec une partie d'un cabas de figues et deux paquets de raisins secs. L'Egyptien ayant mangé reprit ses esprits et revint à lui; car il y avait déjà trois jours et trois nuits qu'il n'avait ni mangé de pain ni bu d'eau.

13. David lui dit : A qui es-tu? d'où viens-tu? et où vas-tu? Il lui répondit : Je suis un esclave égyptien qui sert un Amalécite. Mon maître m'a laissé là, parce que je tombai malade avant-hier.

14. Car nous avons fait une irruption vers la partie méridionale des Céréthiens, vers Juda et vers le midi de Caleb, et nous avons brûlé Siceleg.

---

9. *Ad torrentem Besor.* Hic torrens sub fines tribus Simeonis constituitur ab Adrichomio, eumque ex montanis Judææ derivatum ad occiduum mare deducit, ad oppidum et portum Majoma, non multum ultra Gazam, ad quam ille pertinet.

12. *Fragmen massæ caricarum.* Ferebant secum milites aliquid viatici prudenter utique, cum versus loca deserta iter facerent. Massæ caricarum sunt massæ aridarum ficuum simul compactarum. — *Ligaturas uvæ passæ.* Vide dicta supra, c. 15, n. 18.

13. *Dereliquit autem me dominus meus.* Hujus autem inhumanitatis pœnas luit; si enim cum præda currui impositum abduxisset, fortasse non habuisset David, cujus indicio recedentes Amalecitas persequeretur.

14. *Ad australem plagam Cerethi.* Cerethæos rabbi David interpretatur Philisthæos : alii, quamdam eorum provinciam, ut Vatablus et Abulensis; quod si ita est, pertinebat is locus ad Satrapiam Gazæ, quæ omnium maxime

Digitized by Google

Est-ce que vous ne connaissez pas David qui a servi Saül, roi d'Israël? Il y a plus d'un an qu'il est avec moi; et je n'ai rien trouvé à redire en lui, depuis le jour qu'il s'est réfugié auprès de moi jusqu'aujourd'hui.

4. Mais les princes des Philistins se mirent en colère contre lui, et lui dirent : Que cet homme-là s'en retourne et qu'il demeure au lieu où vous l'avez mis; et qu'il ne se trouve point avec nous à la bataille, de peur qu'il ne se tourne contre nous au milieu du combat. Car comment pourra-t-il autrement apaiser son maître que par notre sang?

5. N'est-ce pas là ce David à qui ceux qui dansaient disaient dans leurs chants de réjouissance : Saül en a tué mille, et David dix mille?

6. Achis appela donc David, et lui dit : Vive le Seigneur! pour moi, je ne trouve en vous que sincérité et fidélité : j'approuve la manière dont vous vous êtes conduit à l'armée; vous n'avez point fait de démarche dans mon camp qui ne m'ait agréé; et vous ne m'avez donné aucun sujet de plainte depuis le temps que vous êtes venu auprès de moi jusqu'aujourd'hui; mais vous n'agréez pas aux princes.

7. Retournez-vous-en donc, et allez en paix, afin que vous ne blessiez point les yeux des princes des Philistins.

8. David dit à Achis : Qu'ai-je donc fait? et qu'avez-vous trouvé dans votre serviteur depuis le jour que je suis auprès de vous jusqu'à présent, pour ne pas aller combattre les ennemis du roi mon seigneur?

cipes Philisthiim : Num ignoratis David, qui fuit servus Saul regis Israel, et est apud me multis diebus, vel annis, et non inveni in eo quidquam, ex die qua transfugit ad me, usque ad diem hanc?

4. Irati sunt autem adversus eum principes Philisthiim, et dixerunt ei : Revertatur vir iste, et sedeat in loco suo, in quo constituisti eum, et non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis adversarius, cum prœliari cœperimus : quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris?

5. Nonne iste est David, cui cantabant in choris, dicentes : Percussit Saul in millibus suis, et David in decem millibus suis?

6. Vocavit erga Achis David, et ait ei : Vivit Dominus, quia rectus es tu, et bonus in conspectu meo : et exitus tuus, et introitus tuus mecum est in castris : et non inveni in te quidquam mali, ex die qua venisti ad me, usque in diem hanc : sed satrapis non places.

7. Revertere ergo, et vade in pace, et non offendas oculos satraparum Philisthiim.

8. Dixitque David ad Achis : Quid enim feci, et quid invenisti

---

fortassis etiam ex vestitu, et armorum genere. — *Multis diebus, vel annis.* Supra, cap. 27, num. 7, habemus : *Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philisthinorum, quatuor mensium.* Itaque vel mentitus est Achis, ut fidem faceret Philisthæis Davidem satis superque sibi notum, quod probabile putat Abulens. quæst. 15 in cap. 27, et quæst. 5 in hoc cap. 29; vel annos retulit ad primam commorationem, quæ ante annos aliquot ante illum inchoata fuerat : vel annos intelligit finem prioris, et posterioris initium, quo modo etiam explicari possunt LXX qui habent, γέγονε μεθ' ἡμῶν ἡμέρας, τοῦτο δεύτερον ἔτος, *mansit apud nos dies*, plurimos scilicet, *hic quippe secundus annus est.*

4. *Placare dominum suum, nisi in capitibus nostris?* Quasi dicant : Insigni aliquo facinore in perniciem nostram perpetrato, redimet et redintegrabit um Saule gratiam.

6. *Exitus tuus, et introitus tuus.* Consuetudo et actiones tuæ mihi probantur. — *Satrapis non places.* Prudenter Achis quid in Davide timuerint Philisthæi tacitus transmittit, solumque generatim ait satrapis illum non placere.

8. *Quid enim feci.* Pulchre David servit fabulæ, et speciem exhibet hominis

Digitized by Google

in me servo tuo, a die qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam, et pugnem contra inimicos domini mei regis?

9. Respondens autem Achis, locutus est ad David : Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei : sed principes Philisthinorum dixerunt : Non ascendet nobiscum in prælium.

10. Igitur consurge mane tu, et servi domini tui, qui venerunt tecum : et cum de nocte surrexeritis, et cœperit dilucescere, pergite.

11. Surrexit itaque de nocte David ipse et viri ejus, ut proficiscerentur mane, et reverterentur ad terram Philisthiim : Philisthiim autem ascenderunt in Jezrael.

teur depuis le temps que j'ai paru devant vous jusqu'à ce jour, pour ne me permettre pas d'aller avec vous, et de combattre contre les ennemis de mon seigneur et de mon roi?

9. Achis répondit à David : Pour ce qui est de moi, je suis persuadé que vous m'êtes affectionné; je vous regarde comme un ange de Dieu, *et comme un homme qu'il m'a envoyé :* mais les princes des Philistins ont résolu *absolument* que vous ne vous trouveriez point avec eux dans le combat.

10. C'est pourquoi tenez-vous prêt demain dès le matin, vous et les serviteurs de votre maître, qui sont venus avec vous : levez-vous avant le jour; et sitôt qu'il commencera à paraître, allez-vous-en.

11. Ainsi David se leva avec ses gens pendant la nuit, pour partir dès le matin, et pour retourner au pays des Philistins. Et les Philistins marchèrent à Jezraël. *Or Dieu permit que les Philistins eussent cette défiance de David, afin de le tirer de la nécessité où il se trouvait de combattre contre son roi, ou de trahir Achis qui se confiait en lui.*

CHAPITRE XXX.

§ I. *David revenu à Siceleg trouve que les Amalécites sont venus assiéger cette ville, l'ont prise, l'ont brûlée, en ont emmené les femmes et les enfants, et enlevé tout le butin. Les gens de David, au désespoir de cette perte, veulent le lapider; mais David met sa confiance au Seigneur.*

LA MÊME ANNÉE 2949.

1. Cumque venissent David et viri ejus in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant ex

1. Trois jours après, David arrivant avec ses gens à Siceleg, *trouva que* les Amalécites, ayant fait des courses du côté du

---

de facta sibi injuria conquerentis. Necessaria querela, ne, si taceret, suspicionibus Philisthæorum suffragari videretur.

9. *Sicut angelus Dei.* Meminit angeli Dei, sicut a Davide, aut aliis Hebræis in familiari colloquio usurpari audierat. Vel etiam eum dicendi modum Philisthæi a vicinis hauserant Hebræis; conterminæ enim regiones, ut experientia docet, multas voces et phrases communes habent. * Davidem Achis missum facit : sic coguntur sæpe in bellis reges aptare se eorum desideriis, quorum opera indigent.

10. *Cum de nocte surrexeritis.* Lucem jubet antevertere, aut summo mane discedere, ne reliquus exercitus eorum quæ gerebantur ignarus, mali aliquid suspicaretur aut animis deficeret.

CAP. XXX. 1. *Amalecitæ impetum fecerant.* Causa incursionis hujus Ama-

Digitized by Google

midi, étaient venus à Siceleg, l'avaient prise, et y avaient mis le feu.

2. Ils en avaient emmené les femmes captives et tous ceux qu'ils y avaient trouvés, depuis le plus petit jusqu'au plus grand. Ils n'avaient tué personne : mais ils emmenaient tout avec eux, et s'en retournaient.

3. David et ses gens étant donc arrivés à Siceleg, et ayant trouvé la ville brûlée, et leurs femmes, leurs fils et leurs filles emmenés captives,

4. Ils commencèrent tous à crier et à pleurer, jusqu'à ce que leurs larmes fussent épuisées.

5. Les deux femmes de David, Achinoam, de Jezraël, et Abigaïl, veuve de Nabal, du Carmel, avaient aussi été emmenées captives.

6. David fut saisi d'une extrême affliction; car le peuple le voulait lapider, tous étant dans une douleur amère pour avoir perdu leurs fils et leurs filles : mais il mit sa force et sa confiance dans le Seigneur son Dieu.

parte australi in Siceleg, et percusserant Siceleg, et succenderant eam igni.

2. Et captivas duxerant mulieres ex ea, a minimo usque ad magnum : et non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, et pergebant itinere suo.

3. Cum ergo venissent David et viri ejus ad civitatem, et invenissent eam succensam igni, et uxores suas, et filios suos, et filias ductas esse captivas,

4. Levaverunt David et populus qui erat cum eo vaces suas, et plauxerunt donec deficerent in eis lacrymæ.

5. Siquidem et duæ uxores David captivæ ductæ fuerant, Achinoam Jezraelites, et Abigail uxor Nabal Carmeli.

6. Et contristatus est David valde : volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima uniuscujusque viri super filiis suis et filiabus : confortatus est autem David in Domino Deo suo.

§ II. *David consulte le Seigneur, et le Seigneur lui ordonne de poursuivre les Amalécites. Il l'assure qu'il reprendra tout ce qu'ils lui ont enlevé. David marche après eux avec quatre cents hommes, et en laisse deux cents près du torrent de Bésor.*

7. Et il dit au grand prêtre Ahiathar, fils d'Achimélech : Prenez pour moi l'éphod. Et Abiathar se revêtit de l'éphod pour David.

7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech : Applica ad me ephod. Et applicavit Abiathar ephod ad David,

---

lecitarum videtur fuisse quod jam a Davide sæpius vexati, in omnem occasionem ultionis intenti, cum illum castra Philisthæorum secutum fuisse cognovissent, arma ceperunt, et regionem Philisthæorum, ac potissimum Siceleg populati sunt.

4. *Donec deficerent in eis lacrymæ.* Vel, ut est in hebræo, *donec non essent eis vires ad plorandum.*

6. *Volebat enim eum populus lapidare.* Quod illum tantæ cladis auctorem facerent, vel propter irritatos Amalecitas; vel propterea quod, abductis omnibus militibus suis, urbem præsidio nudatam reliquisset. — *Confortatus est autem David.* Bona spe imbutus amissa recuperandi et ulciscendi injuriam, Deo bene juvante.

7. *Applica ad me ephod.* Non petit David indui ephod pontificali, sed vult ut illud sibi applicet sacerdos, ad obtinendam Davidi interroganti responsionem.

Digitized by Google

8. Et consulit David Dominum, dicens : Persequar latrunculos hos, et comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus : Persequere : absque dubio enim comprehendes eos, et excutiens prædam.

9. Abiit ergo David ipse, et sexcenti viri qui erant cum eo, et venerunt usque ad torrentem Besor : et lassi quidam substiterunt.

10. Persecutus est autem David ipse, et quadringenti viri substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant torrentem Besor.

11. Et invenerunt virum ægyptium in agro, et adduxerunt eum ad David : dederuntque ei panem ut comederet, et biberet aquam,

12. Sed et fragmen massæ caricarum, et duas ligaturas uvæ passæ. Quæ cum comedisset, reversus est spiritus ejus, et refocillatus est : non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus et tribus noctibus.

13. Dixit itaque ei David : Cujus es tu? vel unde? et quo pergis? Qui ait : Puer Ægyptius ego sum, servus viri Amalecitæ : dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius.

14. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, et contra Judam, et ad meridiem Caleb, et Siceleg succendimus igni.

8. Et David consulta le Seigneur, en lui disant : Poursuivrai-je ces brigands, et les prendrai-je ou ne les prendrai-je pas? Le Seigneur lui répondit : Poursuivez-les; car indubitablement vous les prendrez, et vous retirerez de leurs mains tout ce qu'ils ont pris.

9. David marcha aussitôt avec les six cents hommes qui l'accompagnaient, et ils vinrent au torrent de Bésor où quelques-uns d'entre eux s'arrêtèrent, étant fatigués.

10. Et David poursuivit les Amalécites avec quatre cents hommes de ses gens, y en ayant eu deux cents qui n'avaient pu passer le torrent de Bésor, parce qu'ils étaient las.

11. Ils trouvèrent en chemin un Egyptien qu'ils amenèrent à David, à qui ils donnèrent du pain à manger et de l'eau à boire,

12. Avec une partie d'un cabas de figues et deux paquets de raisins secs. L'Egyptien ayant mangé reprit ses esprits et revint à lui; car il y avait déjà trois jours et trois nuits qu'il n'avait ni mangé de pain ni bu d'eau.

13. David lui dit : A qui es-tu? d'où viens-tu? et où vas-tu? Il lui répondit : Je suis un esclave égyptien qui sert un Amalécite. Mon maître m'a laissé là, parce que je tombai malade avant-hier.

14. Car nous avons fait une irruption vers la partie méridionale des Céréthiens, vers Juda et vers le midi de Caleb, et nous avons brûlé Siceleg.

---

9. *Ad torrentem Besor.* Hic torrens sub fines tribus Simeonis constituitur ab Adrichomio, eumque ex montanis Judææ derivatum ad occiduum mare deducit, ad oppidum et portum Majoma, non multum ultra Gazam, ad quam ille pertinet.

12. *Fragmen massæ caricarum.* Ferebant secum milites aliquid viatici prudenter utique, cum versus loca deserta iter facerent. Massæ caricarum sunt massæ aridarum ficuum simul compactarum. — *Ligaturas uvæ passæ.* Vide dicta supra, c. 15, n. 18.

13. *Dereliquit autem me dominus meus.* Hujus autem inhumanitatis pœnas luit; si enim cum præda currui impositum abduxisset, fortasse non habuisset David, cujus indicio recedentes Amalecitas persequeretur.

14. *Ad australem plagam Cerethi.* Cerethæos rabbi David interpretatur Philisthæos : alii, quamdam eorum provinciam, ut Vatablus et Abulensis; quod si ita est, pertinebat is locus ad Satrapiam Gazæ, quæ omnium maxime

Digitized by Google

15. David lui dit : Pourras-tu me mener à ces gens-là? L'Egyptien lui répondit : Jurez-moi par le nom de Dieu que vous ne me tuerez point, et que vous ne me livrerez point entre les mains de mon maître; je vous mènerai où ils sont. David le lui jura.

15. Dixitque ei David : Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait : Jura mihi per Deum, quod non occidas me, et non tradas me in manus domini mei, et ego ducam te ad cuneum istum. Et juravit ei David.

§ III. *David joint les Amalécites, les charge, les taille en pièces, et prend tout le butin qu'il partage également entre ceux qui avaient combattu et ceux qui étaient demeurés au bagage. David envoie une partie du butin à ceux des villes de Juda où il avait demeuré avec ses gens.*

16. L'Egytien l'ayant donc conduit, ils trouvèrent les Amalécites qui étaient couchés sur la terre par toute la campagne, mangeant et buvant, et faisant une espèce de fête pour tout le butin et les dépouilles qu'ils avaient prises sur les terres des Philistins et de Juda.

17. David les chargea et les tailla en pièces, depuis ce soir-là jusqu'au soir du lendemain; et il ne s'en échappa pas un, hors quatre cents jeunes hommes qui montèrent sur des chameaux et s'enfuirent.

18. David recouvra donc tout ce que les Amalécites avaient pris, et il délivra de leurs mains ses deux femmes.

19. Il ne se trouva rien de perdu depuis le plus petit jusqu'au plus grand, tant des garçons que des filles ni de toutes les dépouilles. Et David remena généralement tout ce qu'ils avaient pris.

20. Il reprit tous les troupeaux de mou-

16. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem universæ terræ, comedentes et bibentes, et quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda, et spoliis quæ ceperant de terra Philisthiim, et de terra Juda.

17. Et percussit eos David a vespere usque ad vesperam alterius diei, et non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, et fugerant.

18. Eruit ergo David omnia quæ tulerant Amalecitæ, et duas uxores suas eruit.

19. Nec defuit quidquam a parvo usque ad magnum, tam de filiis quam de filiabus, et de spoliis, et quæcumque rapuerant, omnia reduxit David.

20. Et tulit universos greges et

---

ad austrum vergit. — *Contra Judam.* Terram Juda montanam, in qua posteri Caleb habitabant.

15. *Non tradas me in manus domini mei.* Si forte accidat ut aliqua conventione sit cum Amalecitis paciscendum, isque me reposcat, aut aliquis alius hujusmodi casus acciderit. — *Ducam te ad cuneum istum.* Fortasse enim ex abeuntibus cognoverat quo essent profecturi.

16. *Quasi festum celebrantes diem.* In hebræo est, *tripudiantes*, in deorum scilicet suorum honorem, quibus collectæ ingentis prædæ beneficium se debere profitebantur.

17. *Et percussit eos David.* Pugnatum non est; totus labor fuit vino madidos, cibo distentos, tripudio fatigatos conficere, et fugam arripientes assequi. — *A vespere usque ad vesperam alterius diei.* Mirum tanto temporis spatio plures non evasisse, quam quadringentos. Credibile est situm loci fuisse Davidi cognitum, eosque quasi cavea inclusos evadendi facultatem facile habere non potuisse.

19. *Omnia reduxit David.* Iis exceptis quæ incendium absumpserat, vel in cibum et potum cesserant.

Digitized by Google

armenta, et minavit ante faciem suam : dixeruntque : Hæc est præda David.

21. Venit autem David ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant David, et residere eos jusserat in torrente Besor : qui egressi sunt obviam David et populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum, salutavit eos pacifice.

22. Respondensque omnis vir pessimus et iniquus, de viris qui ierant cum David, dixit : Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quidquam de præda, quam eruimus : sed sufficiat unicuique uxor sua et filii : quos cum acceperint, recedant.

23. Dixit autem David : Non sic facietis fratres mei, de his, quæ tradidit nobis Dominus, et custodivit nos, et dedit latrunculos, qui eruperant adversum nos, in manus nostras;

24. Nec audiet vos quisquam super sermone hoc; æqua enim pars erit descendentis ad prælium, et remanentis ad sarcinas, et similiter divident.

25. Et factum est hoc ex die illa, et deinceps constitutum et præfinitum, et quasi lex in Israel usque in diem hanc.

26. Venit ergo David in Siceleg,

tons et de bœufs, et les fit marcher devant lui. Sur quoi ces gens disaient : Voilà le butin de David.

21. Il vint joindre ensuite les deux cents hommes qui, étant las, s'étaient arrêtés et n'avaient pu le suivre, et à qui il avait commandé de demeurer sur le bord du torrent de Bésor. Ils vinrent au devant de lui et de ceux qui l'accompagnaient. David s'approchant d'eux leur fit bon visage.

22. Mais tout ce qu'il y avait de gens méchants et corrompus à la suite de David commencèrent à dire : Puisqu'ils ne sont point venus avec nous, nous ne leur donnerons rien du butin que nous avons pris. Que chacun se contente qu'on lui rende sa femme et ses enfants, et après cela qu'il s'en aille.

23. Mais David leur dit : Ce n'est pas ainsi, mes frères, que vous devez disposer de ce que le Seigneur nous a mis entre les mains, puisque c'est lui qui nous a conservés, et qui nous a livré ces brigands qui étaient venus nous piller.

24. Personne n'écoutera cette proposition que vous faites. Car celui qui aura combattu et celui qui sera demeuré au bagage auront la même part au butin, et ils partageront également.

25. C'est ce qui s'est pratiqué depuis ce temps-là, *comme cela s'etait pratiqué du temps de Moïse et de Josué;* et il s'en est fait ensuite une règle stable dans Israël, et comme une loi qui dure encore aujourd'hui.

26. David étant arrivé à Siceleg envoya

---

20. *Hæc est præda David.* Voces hæ sunt militum suo duci gratulantium.

21. *Salutavit eos pacifice.* Innuit benevola hæc salutatio nulla hos in culpa fuisse, quod Davidem non essent secuti; nisi velimus hoc eximiæ Davidis mansuetudini tribuere.

22. *Omnis vir pessimus et iniquus.* Sive, ut est in hebræo, *vir Belial,* apud LXX *vir pestilens et malignus.*

23. *De his, quæ tradidit nobis Dominus.* Quasi dicat : Cum Dominus tam liberalis in nos fuerit, non est æquum adversus fratres nostros nos esse tenaces, et nihil mali commeritos nostra a nobis illiberalitate distrahere.

24. *Æqua enim pars erit.* Utrique enim ad nutum imperatoris sunt parati; nec inutiliter qui remanserant operam suam custodiendis sarcinis posuerunt.

* 25. *Factum est hoc... quasi lex.* Ita etiam fieri jusserat Deus in bello Madianitico, Num. 31. 27.

Digitized by Google

du butin qu'il avait pris aux anciens de Juda, qui étaient ses proches, en leur faisant dire : Recevez cette bénédiction des dépouilles des ennemis du Seigneur.

27. Il en envoya à ceux qui étaient à Béthel, à ceux de Ramoth vers le midi, à ceux de Jéther;

28. A ceux d'Aroer, de Séphamoth, d'Esthamo,

29. Et de Rachal, à ceux qui étaient dans les villes de Jéraméel et dans les villes de Céni,

30. A ceux d'Arama, à ceux du lac d'Asan, à ceux d'Athach,

31. A ceux d'Hébron, et à tous les autres qui étaient dans les lieux où David avait demeuré avec ses gens; *et par là il gagna leur affection, et les attira à son service.*

et misit dona de præda senioribus Juda proximis suis, dicens : Accipite benedictionem de præda hostium Domini :

27. Iis qui erant in Bethel; et qui in Ramoth ad meridiem, et qui in Jether,

28. Et qui in Aroer, et qui in Sephamoth, et qui in Esthamo,

29. Et qui in Rachal, et qui in urbibus Jerameel, et qui in urbibus Ceni,

30. Et qui in Arama, et qui in lacu Asan, et qui in Athach,

31. Et qui in Hebron, et reliquis qui erant in locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, et viri ejus.

CHAPITRE XXXI.

§ I. ***Les Israélites perdent la bataille contre les Philistins. Trois enfants de Saül y périssent. Saül s'y tue lui-même, et son écuyer suit son exemple.***

LA MÊME ANNÉE 2949.

1. Cependant la bataille se donna entre les Philistins et les Israélites. Les Israélites furent mis en fuite devant les Phi-

1. Philisthiim autem pugnabant adversum Israel et fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim,

---

26. *Et misit dona.* Ingentem prædam collegisse oportet Davidem, cum ejus partes in tam multas civitates, quot hic numerantur, distribuerit.

27. *Bethel.* Quæ erat in tribu Benjamin. — *Ramoth.* In tribu Gad trans Jordanem. — *Jether.* In tribu Juda, civitas erat levitica.

28. *Aroer.* In tribu Ruben. — *Sephamoth.* Quam Abulensis in tribu Juda constituit, etsi in catalogo urbium Juda non reperiatur, nec alibi quam hoc loco a Scriptura nominetur. — *Esthamo.* Quæ Esthemo dicitur in libro Josue c. 21. 14, et in leviticis urbibus tribus Juda cum Jether recensetur.

29. *Rachal.* Hujus oppidi hoc tantum loco mentio fit in Scriptura, et prætermissum est ab Adrichomio. Abulensis ait fuisse in tribu Juda, licet non memoretur in catalogo Josue 15. — *Jerameel, et... Ceni.* Fuerunt parvulæ provinciæ in tribu Juda.

30. *Arama.* In tribu Nephthali Josue c. 19. 36. — *Lacu Asan.* Lacus Asan nomen est oppidi, nec constat ad quam tribu pertinuerit. — *Athach.* A S. Hier. de Locis hebraicis in tribum Juda ponitur, nec alibi ulla ejus in Scriptura mentio est.

31. *Hebron.* Clarissima civitas in montanis Juda, cujus frequens mentio est in sacris Litteris. — *In his locis, in quibus commoratus fuerat.* Voluit enim hisce muneribus destinatis grati animi significationem dare propter accepta ab illis beneficia.

CAP. XXXI. 1. *Philisthiim autem pugnabant adversum Israel.* Pugnasse dicuntur Philisthæi, quia ipsi ultro priores Israelitarum copias invaserunt.

Digitized by Google

et ceciderunt interfecti in monte Gelboe.

2. Irrueruntque Philisthiim in Saul, et in filios ejus, et percusserunt Jonatham, et Abinadab, et Melchisua, filios Saul,

3. Totumque pondus prælii versum est in Saul : et consecuti sunt eum viri sagittarii, et vulneratus est vehementer a sagittariis.

4. Dixitque Saul ad armigerum suum : Evagina gladium tuum, et percute me : ne forte veniant incircumcisi isti, et interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger ejus : fuerat enim nimio terrore perterritus; arripuit itaque Saul gladium, et irruit super eum.

5. Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, et mortuus est cum eo.

6. Mortuus est ergo Saul, et tres filii ejus, et armiger illius,

listins, et il en fut tué un grand nombre sur la montagne de Gelboé.

2. Les Philistins vinrent fondre sur Saül et sur ses enfants. Ils tuèrent les fils de Saül, Jonathas, Abinabad et Melchisua;

3. Et tout l'effort du combat tomba sur Saül. Les archers le joignirent et le blessèrent dangereusement.

4. Alors Saül dit à son écuyer : Tirez votre épée et tuez-moi, de peur que ces incirconcis ne m'insultent encore en m'ôtant la vie. Mais son écuyer, tout épouvanté de ces paroles, ne le voulut point faire. Saül prit donc son épée et se jeta dessus.

5. Son écuyer voyant qu'il était mort se jeta lui-même sur son épée, et mourut auprès de lui.

6. Ainsi Saül mourut en ce jour-là, et avec lui trois de ses fils, son écuyer et tous

---

2. *Et in filios ejus.* Mirum videtur Saulem non egisse ut filii prælio non interessent, quod adversum futurum sciebat. Fortasse sentiebat divinum decretum esse immutabile, nec posse eos eripi exitio : quare nec quo res essent loco admonuit, ne præmaturo mortis nuntio eis dolorem et animi consternationem crearet. Pertinuit autem ad Saulis pœnam ut filiorum ante se cadentium triste spectaculum cerneret.

3. *Totumque pondus prælii versum est in Saul.* Quod eo superstite non putabant Philisthæi perfectam sibi victoriam contigisse. — *Vulneratus est vehementer a sagittariis.* LXX habent, ἐτραυματίσθη εἰς τὰ ὑποχόνδρια, *vulneratus est in hypocondriis.* Vocant hypocondria medici partes musculosas supra umbilicum, quæ spuriis costis ad latera utrinque subjiciuntur. Theodotion ait vulneratum in parte quæ est prope jecur.

4. *Ad armigerum suum.* Quem Hebræi, teste D. Hier., multique hujus loci interpretes, Doeg Idumæum fuisse existimant. — *Evagina gladium.* Quem ut in fuga vagina condiderat; vel certe quia res sagittis agebatur. — *Fuerat enim nimio terrore perterritus.* Ob regis scilicet reverentiam, * Homerus :

..... δεινὸν δὲ γένος βασιλήϊον ἐστι
Κτείνειν.

Durum autem est genus regale
Occidere.

— *Irruit super eum.* Ex quo vulnere mortuus est; nam narratio juvenis Amalecitæ quæ habetur l. 2, c. 1, n. 10, mendax censetur a plerisque sacræ Scripturæ interpretibus. * An Saul æternam mortem subierit breviter dixi supra, c. 28. 19.

Digitized by Google

ceux qui se trouvèrent auprès de sa personne.

et universi viri ejus in die illa pariter.

§ II. *Les Israélites qui demeuraient le long du Jourdain abandonnent leur pays. Les Philistins s'en emparent. Ils trouvent le corps de Saül et de ses enfants qu'ils pendent sur la muraille de Bethsan. Les habitants de Jabès les vont enlever durant la nuit et les ensevelissent.*

7. Or les Israélites qui étaient au delà de la vallée *de Jezraël* et au delà du Jourdain, ayant appris la défaite de l'armée d'Israël et la mort de Saül et de ses enfants, abandonnèrent leurs villes et s'enfuirent; et les Philistins y vinrent et s'y établirent.

8. Le lendemain les Philistins vinrent dépouiller ceux qui avaient été tués à la bataille, et ils trouvèrent Saül avec ses fils étendus *morts* sur la montagne de Gelboé.

9. Ils coupèrent la tête à Saül et lui ôtèrent ses armes, et ils envoyèrent par tout le pays des Philistins pour répandre cette nouvelle, *et pour la* publier dans le temple de leurs idoles et parmi les peuples.

10. Ils mirent les armes de Saül dans le temple d'Astaroth, et pendirent son corps sur la muraille de Bethsan.

11. Ceux de Jabès de Galaad ayant appris le traitement que les Philistins avaient fait à Saül,

12. Tous les plus vaillants d'entre eux sortirent, marchèrent toute la nuit, et ayant enlevé le corps de Saül et ceux de ses

7. Videntes autem viri Israel, qui erant trans vallem, et trans Jordanem, quod fugissent viri Israelitæ, et quod mortuus esset Saul, et filii ejus, reliquerunt civitates suas, et fugerunt : veneruntque Philisthiim, et habitaverunt ibi.

8. Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, ut spoliarent interfectos, et invenerunt Saul et tres filios ejus jacentes in monte Gelboe.

9. Et præciderunt caput Saul, et spoliavernnt eum armis : et miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, ut annuntiaretur in templo idolorum, et in populis.

10. Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth, corpus vero ejus suspenderunt in muro Bethsan.

11. Quod cum audissent habitatores Jabes Galaad, quæcumque fecerant Philisthiim Saul,

12. Surrexerunt omnes viri fortissimi, et ambulaverunt tota nocte, et tulerunt cadaver Saul,

---

6. *Universi viri ejus.* Clarius hoc dicitur I. Paral. 10. 6, ubi habemus, *et omnis domus illius pariter concidit*, hoc est, præcipui quique; nam superstes fuit Abner Saulis patruelis, Isboseth etiam filius Saulis, et Miphiboseth filius Jonathæ.

7. *Trans vallem.* Jezrael, quæ a meridie montes habebat Gelboe, a septentrione montes Hermon, et utrisque subjecta erat. — *Trans Jordanem.* In hebræo ad verbum est, *et viderunt viri Israel, qui erant in transitu vallis, et qui in transitu Jordanis.* In nostro ergo textu τὸ *trans* significat *in transitu.* Porro hi fuerunt Issacharitæ, quorum in sorte erat tota ea vallis quæ porrigebatur usque ad Jordanem. Itaque Issacharitæ, qui campestria vallis habitabant, viciniori loco prælii primi fugerunt, et huc illucque dispersi sunt. Deinde qui erant prope Jordanem et quasi in transitu ejus, fugerunt et ipsi.

9. *Ut annuntiaretur in templo idolorum et in populis.* In templis, ubi frequentia populi major, et ut gratias eis referrent pro victoria.

10. *In muro Bethsan.* Quam medio milliario prope Jordanem ponit Adrichomius in tribu Manasse cis Jordanem.

Digitized by Google

et cadavera filiorum ejus, de muro Bethsan : veneruntque Jabes Galaad, et combusserunt ea ibi :

13. Et tulerunt ossa eorum, et sepelierunt in nemore Jabes, et jejunaverunt septem diebus.

enfants qui étaient sur la muraille de Bethsan, ils revinrent à Jabès de Galaad, où ils les brûlèrent (1).

13. Ils prirent leurs os, les ensevelirent dans le bois de Jabès, et jeûnèrent pendant sept jours.

(1) Ils voulurent ainsi les soustraire aux outrages des Philistins, ne pouvant d'ailleurs les ensevelir dans les tombeaux de leurs pères, parce que les Philistins étaient maîtres du pays.

---

13. *Jejunaverunt septem diebus.* Non legis alicujus præscripto, aut consuetudine, sed sponte sua in mœroris et benevolentiæ erga principem argumentum. David etiam pro Saule diem unum cum sociis jejunavit. II. Reg. 1. 12.

Digitized by Google

LES ROIS.

LIVRE SECOND.

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Un Amalécite apporte à David la nouvelle de la perte de la bataille et de la mort de Saül et de Jonathas. Il lui déclare que c'est lui-même qui a tué Saül, et lui présente son diadème.*

L'AN DU MONDE 2949. — AVANT J.-C. 1055.

1. Après la mort de Saül, David ayant défait les Amalécites, et étant revenu à Siceleg, y avait passé deux jours.

2. Le troisième jour il parut un homme qui venait du camp de Saül. Ses habits étaient déchirés, et il avait la tête pleine de poussière. S'étant approché de David, il le salua en se prosternant jusqu'en terre.

3. David lui dit : D'où venez-vous? Je me suis sauvé, dit-il, de l'armée d'Israël.

4. David ajouta : Qu'est-il arrivé? dites-le-moi. Il lui répondit : La bataille s'est donnée, le peuple a fui, plusieurs sont morts dans cette défaite : Saül même et Jonathas son fils y ont été tués.

5. David dit au jeune homme qui lui portait cette nouvelle : Comment savez-vous que Saül et son fils Jonathas soient morts?

6. Ce jeune homme lui répondit : Je me suis rencontré par hasard sur la montagne

1. Factum est autem, postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur a cæde Amalec, et maneret in Siceleg duos dies.

2. In die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, et pulvere conspersus caput; et ut venit ad David, cecidit super faciem suam, et adoravit.

3. Dixitque ad eum David : Unde venis? Qui ait ad eum : De castris Israel fugi.

4. Et dixit ad eum David : Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait : Fugit populus ex prælio, et multi corruentes e populo mortui sunt : sed et Saul et Jonathas filius ejus interierunt.

5. Dixitque David ad adolescentem, qui nuntiabat ei : Unde scis quia mortuus est Saul, et Jonathas filius ejus?

6. Et ait adolescens, qui nuntiabat ei : Casu veni in montem

CAP. I. 1. *Maneret in Siceleg duos dies.* Non enim urbs adeo deflagraverat, ut in ea commorari non liceret : satius etiam duxit David suo se oppido continere, quam ad alia Philisthæorum loca migrare, ne eorum augeret suspiciones.

2. *Veste conscissa.* In signum doloris de more illius ævi. — *Venit ad David.* Cui se gratum nuntium allaturum speravit. — *Cecidit super faciem suam.* Regiam in Davide dignitatem Saule mortuo agnoscens.

4. *Saul et Jonathas filius ejus interierunt.* Alios filios non nominat, ut minus celebres, vel potius quia minus ad Davidem pertinebat, cujus futuro regno Saul et Jonathas soli obstare videbantur.

6. *In montem Gelboe.* In locum ubi Saul jacebat moribundus. — *Incum-*

Digitized by Google

Gelboe, et Saul incumbedat super hastam suam : porro currus et equites appropinquabant ei (1),

7. Et conversus post tergum suum, vidensque me vocavit. Cui cum respondissem : Adsum :

8. Dixit mihi : Quisnam es tu? Et aio ad eum : Amalecites ego sum.

9. Et locutus est mihi : Sta super me, et interfice me : quoniam tenent me angustiæ, et adhuc tota anima mea in me est.

10. Stansque super eum, occidi illum : sciebam enim quod vivere non poterat post ruinam : et tuli diadema quod erat in capite ejus, et armillam de brachio illius, et attuli ad te dominum meum huc.

de Gelboé, et j'y ai trouvé Saül qui s'était jeté sur la pointe de son épée : et comme des chariots et des cavaliers s'approchaient,

7. Il m'a aperçu en se retournant, et m'a appelé. Je lui ai répondu : Me voici.

8. Il m'a demandé qui j'étais; et je lui ai dit que j'étais Amalécite.

9. Et il a ajouté : Approchez-vous de moi et me tuez, parce que je suis accablé de douleur, et que je suis encore plein de vie.

10. M'étant donc approché de lui, je l'ai tué; car je savais bien qu'il ne pouvait pas survivre à sa ruine, et je lui ai ôté son diadème de dessus la tête, et le bracelet de son bras, et je vous les ai apportés, à vous qui êtes mon seigneur.

§ II. *David déchire ses vêtements et pleure Saül, Jonathas et la maison d'Israël. Il fait punir de mort celui qui avait osé mettre la main sur l'oint du Seigneur.*

11. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo,

11. Alors David prit ses vêtements et les déchira; et tous ceux qui étaient avec lui firent la même chose.

(1) Bible vengée, II Rois, note I.

---

bebat super hastam suam. In proprium pectus infixam. Libro superiore c. 31, n. 4, dicitur gladio incubuisse; sed gladius, phrasi Scripturæ, omne telorum genus significat, ut passim cum minatur Dominus per prophetas populum peste, gladio, fame periturum.

8. *Quisnam es tu?* Voluit Saul amica manu occumbere, non Philisthæi : monuimus tamen superiore lib. c. 31, n. 4, Amalecitæ hujus narrationem mendacem a plerisque censeri, cum a se occisum Saulem affirmet.

9. *Sta super me.* Non invitus moritur manu Amalecitæ in cujus gentem indulgentior fuerat. — *Adhuc tota anima mea in me est.* Ex vulgari hominum sensu hæc dicuntur, quasi per partes exeat anima cum paulatim membra extrema emoriuntur. At illa indivisibilis tota simul egreditur.

10. *Vivere non poterat post ruinam.* Qua scilicet irruerat super gladium suum. Ita loquitur Amalecites ut factum excuset, si forte David illud minus probet. — *Diadema quod erat in capite ejus.* Abulensis et Salianus putant Saulem in ipso prælio diademate usum non fuisse, ne illo insigni conspicuus in se Philisthæos converteret; sed Doeg armigerum Saulis huic Amalecitæ filio suo diadema, quod in sua habebat potestate dedisse, ut illud deferens ad David in illius se gratiam insinuaret; ita illi. Cui tamen explicationi textus verba repugnare videntur, et insignibus regiis usum illud etiam suadet, quod c. 31, n. 3, dicitur : *Pondus prælii versum est in Saul,* quem scilicet diadema conspicuum et oculis hostium notabilem faciebat. — * *Armillam.* Hoc ornatu etiam viri usi sunt illo ævo apud illas gentes. Vide Num. 31. 50.

11. *Vestimenta sua scidit.* Ad significandum dolorem ob mortem Saul et Jonathæ, et cladem Israelis.

Digitized by Google

12. Ils s'abandonnèrent au deuil et aux larmes, et ils jeûnèrent jusqu'au soir à cause *de la mort* de Saül et de Jonathas, son fils, et *du malheur* du peuple du Seigneur et de la maison d'Israël dont *un si grand nombre* avait été passé au fil de l'épée.

13. David dit au jeune homme qui lui apportait cette nouvelle : D'où êtes-vous? Il lui répondit : Je suis fils d'un étranger, d'un Amalécite.

14. David lui dit : Comment n'avez-vous point craint de mettre la main sur l'oint du Seigneur et de le tuer? *Vous porterez la peine de votre témérité.*

15. *En même temps* David appelant un de ses gens lui dit : Jetez-vous sur cet homme, et le tuez. Aussitôt il le frappa, et il mourut;

16. Pendant que David ajouta : C'est vous seul qui êtes cause de votre mort, parce que votre propre bouche a porté témoignage contre vous, en disant : C'est moi qui ai tué l'oint du Seigneur.

12. Et planxerunt, et fleverunt, et jejunaverunt usque ad vesperam, super Saul, et super Jonatham filium ejus, et super populum Domini, et super domum Israel, eo quod corruissent gladio (1).

13. Dixitque David ad juvenem qui nuntiaverat ei : Unde es tu? Qui respondit : Filius hominis advenæ Amalecitæ ego sum.

14. Et ait ad eum David : Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Domini?

15. Vocansque David unum de pueris suis, ait : Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, et mortuus est (2).

16. Et ait ad eum David : Sanguis tuus super caput tuum : os enim tuum locutum est adversum te, dicens : Ego interfeci christum Domini.

§ III. *David fait une plainte lugubre sur la mort de Saül et de Jonathas.*

17. Alors David fit cette plainte sur *la mort de* Saül et *de* Jonathas, son fils.

18. (Et il exhorta ceux de Juda à apprendre à leurs enfants *à* tirer de l'arc, *afin de réparer la perte qu'ils venaient de*

17. Planxit autem David planctum hujuscemodi super Saul, et super Jonatham filium ejus,

18. (Et præcepit ut docerent filios Juda arcum, sicut scriptum est in libro Justorum.) Et ait :

(1) Bible vengée, I. Rois, note XXIII, alinéa : *Une trahison.* — Et II. Rois, note I. — (2) Ibid., I. Rois, alinéa : *Une trahison.*

---

12. *Super populum Domini, et super domum Israel.* Videtur esse ejusdem rei usitata in Scripturis repetitio. Abulens. tamen *populum Domini,* sacerdotes et levitas Domino consecratos interpretatur.

13. *Advenæ.* Proselyti ad fidem conversi.

16. *Sanguis tuus.* Peccatum tuum effusi sanguinis. — *Super caput tuum.* Scilicet revertitur, quasi dicat : Dabis pœnas pro eo. — *Os enim tuum locutum est adversum te.* Ea locutum est propter quæ interficiendus es. — *Dicens : Ego interfeci christum Domini.* A quo privatus abstinere debuisti, ut Abisai dixerat olim David I. Reg. 26. 9 : *Quis enim extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit?* hoc est, immunis a pœna.

18. *Ut docerent filios Juda arcum.* Mariana putat *arcum* esse titulum sequentis cantilenæ. Alii plerique omnes existimant sensum esse, voluisse David filios Juda in re bellica institui, et potissimum in arte sagittandi, cujus eo tempore magnus usus in bello. Chald. habet, *jacere arcu.* — *In libro Justorum.* Quis esset liber Justorum, explicavimus Jos. 10. n. 13. — *Pro his qui mortui sunt.* Quales fuerint Saul et Jonathas qui extincti sunt. — *Super excelsa tua.* In collibus excelsis, in monte Gelboe.

Digitized by Google

Considera Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.

19. Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt: quomodo ceciderunt fortes?

20. Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis : ne forte lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

21. Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum : quia ibi abjectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo.

22. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum, et gla-

faire, comme il est écrit dans le livre des Justes.) *Et pour les y animer davantage*, il dit *qu'on leur fit chanter ce cantique appelé l'arc, parce qu'il contient l'éloge de l'arc de Saül et de Jonathas. En voici les paroles :* Considère, ô Israël, quelle est la perte *que tu viens de faire en la personne* de ceux qui ont été blessés, *et* qui sont morts sur les collines, *afin que tu la pleures comme elle le mérite, et que tu travailles à la réparer.*

19. *Saül et Jonathas*, l'élite et la gloire d'Israël, ont été tués sur tes montagnes. Comment ces vaillants hommes sont-ils tombés morts?

20. N'annoncez point cette nouvelle dans Geth; ne la publiez point dans les places publiques d'Ascalon, de peur que les filles des Philistins ne s'en réjouissent, et que les filles des incirconcis n'en triomphent de joie.

21. Montagnes de Gelboé, que la rosée et la pluie ne tombent jamais sur vous; qu'il n'y ait point sur vos coteaux de champs dont on offre des prémices *au Seigneur*, parce que c'est là qu'a été jeté le bouclier des forts, le bouclier de Saül, comme s'il n'eût point été sacré de l'huile *sainte.*

22. Jamais la flèche de Jonathas n'était retournée en arrière; *mais elle demeurait toujours* teinte du sang des morts, du car-

---

19. *Quomodo ceciderunt fortes?* Quasi miretur tantam virtutem bellicam tam brevi tempore, tamque horribili strage confici potuisse. * Videtur esse versus intercalaris; nam n. 25 et 27 iterum reperitur. Sic fere Hebræi suos planctus exordiri solent. Vide Jerem. c. 1. 1; c. 2. 1; c. 4. 1; et Isa. c. 14. 12.

20. *Nolite annuntiare in Geth.* Ne scilicet nostris malis lætentur, nosque irrideant. Tale votum ejusdem David Psalm. 24. 3 : *Neque irrideant me inimici mei.* — *Ne forte lætentur filiæ Philisthiim.* Harum potissimum meminit, quia puellæ cantu et choro victorias celebrare consueverant. Sic Davidi prostrato Goliath cantaverunt : *Percussit Saul mille, etc.*

21. *Montes Gelboe.* Gravitas doloris etiam rebus inanimatis maledicere consuevit. Sic Job, c. 3. 3, dicebat : *Pereat dies in qua natus sum, etc.* — *Clypeus fortium.* Arma Saulis et Jonathæ, vel potius ipsimet principes qui reipubl. pro clypeo erant. — *Quasi non esset unctus oleo.* Clypei et reliqua arma ferrea, ne rubiginem contrahant, oleo solent inungi. Saul etiam reipub. clypeus unctus erat, et christus Domini, ut non semel illum appellat David. Dolet ergo sanctus vates clypeum hunc unctione prophetica consignatum, abjectum jacuisse prostratum telis hostium.

22. *A sanguine interfectorum.* Quasi dicat : Sagitta Jonathæ validis lacertis vibrata scuta perfodiebat, thoraces perrumpebat, adipem, sanguinem, intima

Digitized by Google

LES ROIS.

LIVRE SECOND.

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Un Amalécite apporte à David la nouvelle de la perte de la bataille et de la mort de Saül et de Jonathas. Il lui déclare que c'est lui-même qui a tué Saül, et lui présente son diadème.*

L'AN DU MONDE 2949. — AVANT J.-C. 1055.

1. Après la mort de Saül, David ayant défait les Amalécites, et étant revenu à Siceleg, y avait passé deux jours.

2. Le troisième jour il parut un homme qui venait du camp de Saül. Ses habits étaient déchirés, et il avait la tête pleine de poussière. S'étant approché de David, il le salua en se prosternant jusqu'en terre.

3. David lui dit : D'où venez-vous? Je me suis sauvé, dit-il, de l'armée d'Israël.

4. David ajouta : Qu'est-il arrivé? dites-le-moi. Il lui répondit : La bataille s'est donnée, le peuple a fui, plusieurs sont morts dans cette défaite : Saül même et Jonathas son fils y ont été tués.

5. David dit au jeune homme qui lui portait cette nouvelle : Comment savez-vous que Saül et son fils Jonathas soient morts?

6. Ce jeune homme lui répondit : Je me suis rencontré par hasard sur la montagne

1. Factum est autem, postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur a cæde Amalec, et maneret in Siceleg duos dies.

2. In die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, et pulvere conspersus caput; et ut venit ad David, cecidit super faciem suam, et adoravit.

3. Dixitque ad eum David : Unde venis? Qui ait ad eum : De castris Israel fugi.

4. Et dixit ad eum David : Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait : Fugit populus ex prælio, et multi corruentes e populo mortui sunt : sed et Saul et Jonathas filius ejus interierunt.

5. Dixitque David ad adolescentem, qui nuntiabat ei : Unde scis quia mortuus est Saul, et Jonathas filius ejus?

6. Et ait adolescens, qui nuntiabat ei : Casu veni in montem

CAP. I. 1. *Maneret in Siceleg duos dies.* Non enim urbs adeo deflagraverat, ut in ea commorari non liceret : satius etiam duxit David suo se oppido continere, quam ad alia Philisthæorum loca migrare, ne eorum augeret suspiciones.

2. *Veste conscissa.* In signum doloris de more illius ævi. — *Venit ad David.* Cui se gratum nuntium allaturum speravit. — *Cecidit super faciem suam.* Regiam in Davide dignitatem Saule mortuo agnoscens.

4. *Saul et Jonathas filius ejus interierunt.* Alios filios non nominat, ut minus celebres, vel potius quia minus ad Davidem pertinebat, cujus futuro regno Saul et Jonathas soli obstare videbantur.

6. *In montem Gelboe.* In locum ubi Saul jacebat moribundus. — *Incum-*

Digitized by Google

Gelboe, et Saul incumbedat super hastam suam : porro currus et equites appropinquabant ei (1),

7. Et conversus post tergum suum, vidensque me vocavit. Cui cum respondissem : Adsum :

8. Dixit mihi : Quisnam es tu? Et aio ad eum : Amalecites ego sum.

9. Et locutus est mihi : Sta super me, et interfice me : quoniam tenent me angustiæ, et adhuc tota anima mea in me est.

10. Stansque super eum, occidi illum : sciebam enim quod vivere non poterat post ruinam : et tuli diadema quod erat in capite ejus, et armillam de brachio illius, et attuli ad te dominum meum huc.

de Gelboé, et j'y ai trouvé Saül qui s'était jeté sur la pointe de son épée : et comme des chariots et des cavaliers s'approchaient,

7. Il m'a aperçu en se retournant, et m'a appelé. Je lui ai répondu : Me voici.

8. Il m'a demandé qui j'étais; et je lui ai dit que j'étais Amalécite.

9. Et il a ajouté : Approchez-vous de moi et me tuez, parce que je suis accablé de douleur, et que je suis encore plein de vie.

10. M'étant donc approché de lui, je l'ai tué; car je savais bien qu'il ne pouvait pas survivre à sa ruine, et je lui ai ôté son diadème de dessus la tête, et le bracelet de son bras, et je vous les ai apportés, à vous qui êtes mon seigneur.

§ II. *David déchire ses vêtements et pleure Saül, Jonathas et la maison d'Israël. Il fait punir de mort celui qui avait osé mettre la main sur l'oint du Seigneur.*

11. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo,

11. Alors David prit ses vêtements et les déchira; et tous ceux qui étaient avec lui firent la même chose.

(1) Bible vengée, II Rois, note I.

---

bebat super hastam suam. In proprium pectus infixam. Libro superiore c. 31, n. 4, dicitur gladio incubuisse; sed gladius, phrasi Scripturæ, omne telorum genus significat, ut passim cum minatur Dominus per prophetas populum peste, gladio, fame periturum.

8. *Quisnam es tu?* Voluit Saul amica manu occumbere, non Philisthæi : monuimus tamen superiore lib. c. 31, n. 4, Amalecitæ hujus narrationem mendacem a plerisque censeri, cum a se occisum Saulem affirmet.

9. *Sta super me.* Non invitus moritur manu Amalecitæ in cujus gentem indulgentior fuerat. — *Adhuc tota anima mea in me est.* Ex vulgari hominum sensu hæc dicuntur, quasi per partes exeat anima cum paulatim membra extrema emoriuntur. At illa indivisibilis tota simul egreditur.

10. *Vivere non poterat post ruinam.* Qua scilicet irruerat super gladium suum. Ita loquitur Amalecites ut factum excuset, si forte David illud minus probet. — *Diadema quod erat in capite ejus.* Abulensis et Salianus putant Saulem in ipso prælio diademate usum non fuisse, ne illo insigni conspicuus in se Philisthæos converteret; sed Doeg armigerum Saulis huic Amalecitæ filio suo diadema, quod in sua habebat potestate dedisse, ut illud deferens ad David in illius se gratiam insinuaret; ita illi. Cui tamen explicationi textus verba repugnare videntur, et insignibus regiis usum illud etiam suadet, quod c. 31, n. 3, dicitur : *Pondus prælii versum est in Saul,* quem scilicet diadema conspicuum et oculis hostium notabilem faciebat. — * *Armillam.* Hoc ornatu etiam viri usi sunt illo ævo apud illas gentes. Vide Num. 31. 50.

11. *Vestimenta sua scidit.* Ad significandum dolorem ob mortem Saul et Jonathæ, et cladem Israelis.

Digitized by Google

12. Ils s'abandonnèrent au deuil et aux larmes, et ils jeûnèrent jusqu'au soir à cause *de la mort* de Saül et de Jonathas, son fils, et *du malheur* du peuple du Seigneur et de la maison d'Israël dont *un si grand nombre* avait été passé au fil de l'épée.

13. David dit au jeune homme qui lui apportait cette nouvelle : D'où êtes-vous? Il lui répondit : Je suis fils d'un étranger, d'un Amalécite.

14. David lui dit : Comment n'avez-vous point craint de mettre la main sur l'oint du Seigneur et de le tuer? *Vous porterez la peine de votre témérité.*

15. *En même temps* David appelant un de ses gens lui dit : Jetez-vous sur cet homme, et le tuez. Aussitôt il le frappa, et il mourut;

16. Pendant que David ajouta : C'est vous seul qui êtes cause de votre mort, parce que votre propre bouche a porté témoignage contre vous, en disant : C'est moi qui ai tué l'oint du Seigneur.

12. Et planxerunt, et fleverunt, et jejunaverunt usque ad vesperam, super Saul, et super Jonatham filium ejus, et super populum Domini, et super domum Israel, eo quod corruissent gladio (1).

13. Dixitque David ad juvenem qui nuntiaverat ei : Unde es tu? Qui respondit : Filius hominis advenæ Amalecitæ ego sum.

14. Et ait ad eum David : Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Domini?

15. Vocansque David unum de pueris suis, ait : Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, et mortuus est (2).

16. Et ait ad eum David : Sanguis tuus super caput tuum : os enim tuum locutum est adversum te, dicens : Ego interfeci christum Domini.

§ III. *David fait une plainte lugubre sur la mort de Saül et de Jonathas.*

17. Alors David fit cette plainte sur *la mort de* Saül et *de* Jonathas, son fils.

18. (Et il exhorta ceux de Juda à apprendre à leurs enfants *à* tirer de l'arc, *afin de réparer la perte qu'ils venaient de*

17. Planxit autem David planctum hujuscemodi super Saul, et super Jonatham filium ejus,

18. (Et præcepit ut docerent filios Juda arcum, sicut scriptum est in libro Justorum.) Et ait :

(1) Bible vengée, I. Rois, note XXIII, alinéa : *Une trahison.* — Et II. Rois, note I. — (2) Ibid., I. Rois, alinéa : *Une trahison.*

---

12. *Super populum Domini, et super domum Israel.* Videtur esse ejusdem rei usitata in Scripturis repetitio. Abulens. tamen *populum Domini,* sacerdotes et levitas Domino consecratos interpretatur.

13. *Advenæ.* Proselyti ad fidem conversi.

16. *Sanguis tuus.* Peccatum tuum effusi sanguinis. — *Super caput tuum.* Scilicet revertitur, quasi dicat : Dabis pœnas pro eo. — *Os enim tuum locutum est adversum te.* Ea locutum est propter quæ interficiendus es. — *Dicens : Ego interfeci christum Domini.* A quo privatus abstinere debuisti, ut Abisai dixerat olim David I. Reg. 26. 9 : *Quis enim extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit?* hoc est, immunis a pœna.

18. *Ut docerent filios Juda arcum.* Mariana putat *arcum* esse titulum sequentis cantilenæ. Alii plerique omnes existimant sensum esse, voluisse David filios Juda in re bellica institui, et potissimum in arte sagittandi, cujus eo tempore magnus usus in bello. Chald. habet, *jacere arcu.* — *In libro Justorum.* Quis esset liber Justorum, explicavimus Jos. 10. n. 13. — *Pro his qui mortui sunt.* Quales fuerint Saul et Jonathas qui extincti sunt. — *Super excelsa tua.* In collibus excelsis, in monte Gelboe.

Digitized by Google

Considera Israel, pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati.

faire, comme il est écrit dans le livre des Justes.) *Et pour les y animer davantage*, il dit *qu'on leur fit chanter ce cantique appelé l'arc, parce qu'il contient l'éloge de l'arc de Saül et de Jonathas. En voici les paroles :* Considère, ô Israël, quelle est la perte *que tu viens de faire en la personne* de ceux qui ont été blessés, *et* qui sont morts sur les collines, *afin que tu la pleures comme elle le mérite, et que tu travailles à la réparer.*

19. Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt : quomodo ceciderunt fortes?

19. *Saül et Jonathas*, l'élite et la gloire d'Israël, ont été tués sur tes montagnes. Comment ces vaillants hommes sont-ils tombés morts?

20. Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis : ne forte lætentur filiæ Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

20. N'annoncez point cette nouvelle dans Geth; ne la publiez point dans les places publiques d'Ascalon, de peur que les filles des Philistins ne s'en réjouissent, et que les filles des incirconcis n'en triomphent de joie.

21. Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum : quia ibi abjectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo.

21. Montagnes de Gelboé, que la rosée et la pluie ne tombent jamais sur vous; qu'il n'y ait point sur vos coteaux de champs dont on offre des prémices *au Seigneur*, parce que c'est là qu'a été jeté le bouclier des forts, le bouclier de Saül, comme s'il n'eût point été sacré de l'huile *sainte*.

22. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum, et gla-

22. Jamais la flèche de Jonathas n'était retournée en arrière; *mais elle demeurait toujours* teinte du sang des morts, du car-

---

19. *Quomodo ceciderunt fortes?* Quasi miretur tantam virtutem bellicam tam brevi tempore, tamque horribili strage confici potuisse. * Videtur esse versus intercalaris; nam n. 25 et 27 iterum reperitur. Sic fere Hebræi suos planctus exordiri solent. Vide Jerem. c. 1. 1; c. 2. 1; c. 4. 1; et Isa. c. 14. 12.

20. *Nolite annuntiare in Geth.* Ne scilicet nostris malis lætentur, nosque irrideant. Tale votum ejusdem David Psalm. 24. 3 : *Neque irrideant me inimici mei.* — *Ne forte lætentur filiæ Philisthiim.* Harum potissimum meminit, quia puellæ cantu et choro victorias celebrare consueverant. Sic Davidi prostrato Goliath cantaverunt : *Percussit Saul mille, etc.*

21. *Montes Gelboe.* Gravitas doloris etiam rebus inanimatis maledicere consuevit. Sic Job, c. 3. 3, dicebat : *Pereat dies in qua natus sum, etc.* — *Clypeus fortium.* Arma Saulis et Jonathæ, vel potius ipsimet principes qui reipubl. pro clypeo erant. — *Quasi non esset unctus oleo.* Clypei et reliqua arma ferrea, ne rubiginem contrahant, oleo solent inungi. Saul etiam reipub. clypeus unctus erat, et christus Domini, ut non semel illum appellat David. Dolet ergo sanctus vates clypeum hunc unctione prophetica consignatum, abjectum jacuisse prostratum telis hostium.

22. *A sanguine interfectorum.* Quasi dicat : Sagitta Jonathæ validis lacertis vibrata scuta perfodiebat, thoraces perrumpebat, adipem, sanguinem, intima

Digitized by Google

nage des plus vaillants *de ses ennemis; et* jamais l'épée de Saül n'avait été tirée en vain.

23. Saül et Jonathas si aimables durant leur vie, et d'un air si majestueux, si prompts, et plus légers que les aigles, et plus courageux que les lions, sont demeurés inséparables dans la mort même.

24. Filles d'Israël, pleurez sur Saül qui vous revêtait d'écarlate parmi la pompe et les délices, et qui vous donnait des ornements d'or pour vous parer.

25. Comment les forts sont-ils tombés dans le combat? Comment Jonathas a-t-il été tué sur vos montagnes?

26. Votre mort me perce de douleur, Jonathas mon frère, le plus beau *des princes*, plus aimable que les plus aimables des femmes. Je vous aimais comme une mère aime son fils unique.

27. Comment les forts sont-ils tombés? Comment la gloire des armes est-elle périe *en la personne de ces princes qui en faisaient l'ornement et la splendeur?*

dius Saul non est reversus inanis.

23. Saul et Jonathas amabiles, et decori in vita sua, in morte quoque non sunt divisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

24. Filiæ Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

25. Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Jonathas in excelsis tuis occisus est?

26. Doleo super te frater mi Jonatha decore nimis, et amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam.

27. Quomodo ceciderunt robusti, et perierunt arma bellica?

CHAPITRE II.

§ I. *David consulte le Seigneur, et va par son ordre à Hébron où il est sacré roi par la tribu de Juda. Il envoie vers ceux de Jabès leur témoigner combien il est satisfait de ce qu'ils ont enseveli avec honneur Saül et ses enfants.*

L'AN DU MONDE ENVIRON 2949.

1. Après cela David consulta le Seigneur, et lui dit: Irai-je dans quelqu'une des villes de Juda? Le Seigneur lui dit:

1. Igitur post hæc consului David Dominum, dicens: Num ascendam in unam de civitatibus Juda?

---

viscera scrutabatur. — *Non est reversus inanis.* Non fuit irrita et cassa petitio, sed vulnus aut mortem afferens.

23. *Amabiles, et decori.* Putat Sanchez hæc verba solemnia fuisse, et legitima passim in funeribus a præficis usurpari solita, ut illud: *Væ frater, et væ soror; væ domine, et væ inclyte.* Jerem. 22. 18. — *Aquilis velociores.* Hyperbole.

24. *Vestiebat vos coccino in deliciis.* Cum ex vicinis regionibus, quas populatus fuerat, purpuram, aliasque mulierum delicias reportabat, quæ filiabus Israel cederent.

26. *Frater mi Jonatha.* Hoc etiam referri potest ad usitatam illam formulam, *væ frater, etc.*, de qua n. 23. — *Super amorem mulierum.* Vel quo mulieres filios amant, aut maritos, vel quo ipsæ vicissim diliguntur.

27. *Perierunt arma bellica.* Vel Saulem ipsum et Jonatham intelligit, quos clypeos appellavit, vel etiam dolet arma Israelitarum bellica in Philisthæorum spolia detrahentium potestatem venisse, quod ad devictorum dedecus pertinet.

Digitized by Google

Et ait Dominus ad eum : Ascende. **Dixitque David** : Quo ascendam? **Et respondit ei** : In Hebron.

2. Ascendit ergo David, et duæ **uxores ejus**, Achinoam Jezraelites, **et** Abigail uxor Nabal Carmeli :

3. Sed et viros, qui erant cum **eo, duxit** David singulos cum domo **sua** : et **manserunt** in oppidis **Hebron.**

4. Veneruntque viri Juda, et **unxerunt** ibi David, ut regnaret **super** domum Juda. Et nuntiatum **est** David, quod viri Jabes Galaad **sepelissent** Saul.

5. Misit ergo David nuntios ad **viros** Jabes Galaad, dixitque ad **eos** : Benedicti vos Domino, qui **fecistis** misericordiam hanc cum **domino** vestro Saul, et sepelistis **eum.**

6. Et nunc retribuet vobis quidem **Dominus** misericordiam et **veritatem** : sed et ego reddam gratiam, **eo** quod **fecistis** verbum istud.

7. Confortentur manus vestræ, **et** estote **filii** fortitudinis : licet enim **mortuus** sit dominus vester Saul, tamen me **unxit** domus Juda **in regem** sibi.

Allez. David lui demanda : Où irai-je? Le Seigneur lui répondit : Allez à Hébron, *qui est une forte place située au milieu de Juda.*

2. David y alla donc avec ses deux femmes, Achinoam de Jezraël, et Abigaïl, veuve de Nabal, du Carmel.

3. David y mena aussi les gens qui étaient avec lui, dont chacun y vint avec sa famille; et ils demeurèrent dans les villes *et dans les villages qui étaient aux environs* d'Hébron.

4. Alors ceux de la tribu de Juda étant venus à Hébron, *sans consulter les autres tribus,* y sacrèrent David *de l'huile sainte,* afin qu'il régnât sur la maison de Juda. En même temps on rapporta à David que ceux de Jabès en Galaad avaient enseveli Saül.

5. Il envoya aussitôt des gens pour leur dire : Bénis soyez-vous du Seigneur, de ce que vous avez usé de cette humanité envers Saül, votre seigneur, et que vous l'avez enseveli.

6. Le Seigneur vous *le* rendra bientôt, *selon* sa miséricorde et sa vérité, et moi-même je vous récompenserai de cette action que vous avez faite.

7. Ne vous laissez point abattre, et soyez gens de cœur; car, encore que Saül, votre roi, soit mort, néanmoins la maison de Juda m'a sacré pour être son roi, et *j'aurai soin de vous mettre à couvert des insultes de vos ennemis.*

CAP. II. 1. *Ait Dominus ad eum.* Nimirum per Abiathar sacerdotem, ut vul Abulensis, etsi Josephus per prophetam malit. — *In Hebron.* Hæc civitas potius eligitur quam alia, quia in ea patriarchæ vivi habitaverant, et mortui sepulti fuerant. Deinde quia eo tempore erat Hebron metropolis præcipuæ et bellicosissimæ tribus Juda; nam Jerusalem adhuc Jebusæi, saltem quoad arcem, obtinebant.

3. *In oppidis Hebron.* Quæ ex ea tanquam metropoli dependebant.

4. *Unxerunt ibi David.* Sive ministerio pontificis, cujus id erat munus; sive manu Gad, aut cujuspiam alterius prophetæ. — *Quod viri Jabes Galaad sepelissent Saul.* Vide I. Reg. c. 31. 12.

5. *Benedicti vos Domino.* Omni bonorum genere cumulet vos Dominus.

6. *Misericordiam et veritatem.* Misericordiam veram; vel sensus est, juxta fidem, quam dedit se remuneraturum benefacientes; veritas enim interdum fidem promissionemve fidelem significat.

7. *Filii fortitudinis.* Viri fortes estote, neque animos abjicite, quasi præsidio, quod a legitimo principe speratur, destituti.

Digitized by Google

§ II. *Abner, général de l'armée de Saül, établit Isboseth roi d'Israël. Il vient à Gabaon avec cette armée. Joab marche contre lui avec les troupes de David.*

8. D'un autre côté Abner, fils de Ner, général de l'armée de Saül, prit Isboseth, fils de Saül, et l'ayant fait mener par tout le camp,

9. L'établit roi sur Galaad, sur Gessuri, *au delà du Jourdain, et* sur Jezraël, sur Ephraïm, sur Benjamin, et sur tout Israël.

10. Isboseth, fils de Saül, avait quarante ans lorsqu'il commença à régner sur Israël, et il régna deux ans *assez paisiblement.* Il n'y avait alors que la seule maison de Juda qui suivit David.

11. Et il demeura à Hébron sept ans et demi, n'étant roi que de cette seule tribu.

12. Alors Abner, fils de Ner, sortit de son camp, et vint à Gabaon avec les gens d'Isboseth, fils de Saül.

13. Joab, fils de Sarvia, marcha contre lui avec les troupes de David; et ils se

8. Abner autem filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, et circumduxit eum per castra,

9. Regemque constituit super Galaad et super Gessuri, et super Jezrael, et super Ephraim, et super Benjamin, et super Israel universum.

10. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cœpisset super Israel, et duobus annis regnavit: sola autem domus Juda sequebatur David.

11. Et fuit numerus dierum, quos commoratus est David, imperans in Hebron super domum Juda, septem annorum, et sex mensium.

12. Egressusque est Abner filius Ner, et pueri Isboseth filii Saul, de castris in Gabaon.

13. Porro Joab filius Sarviæ, et pueri David egressi sunt, et occur-

---

8. *Abner autem.* Abner Isbosethum Saulis filium regno admovet, vel quia fide constans in Saulem extinctum; vel quia in Davidem iniquo erat animo, propter male custoditi regis reprehensionem, I. Reg. 26. 16; vel quia ab eo tempore quo David præpositus fuerat rei bellicæ, I. Reg. 18. 5, ei invidebat; vel quia se non pari apud Davidem potestate fore putabat, ut apud Isboseth. — *Circumduxit eum per castra.* Quæ metu Philisthæorum non uno loco posita erant; sed variis quasi dispersa et dissipata.

9. *Super Galaad.* Eas nimirum tribus quæ erant trans Jordanem. — *Super Gessuri.* Hebr. *Assuri,* quam vocem S. Hier. in Tradit. hebr. putat esse tribum Aser, cui consentit chaldæus : vel Gessuri est pars aliqua regni illius, cujus mentio est sequenti c. n. 3; licet enim illa potiretur Tholmai, fieri tamen potest ut aliqua illius regionis portio ad Israelitas pertineret. — *Super Jezrael.* Id est, tribum Issachar, in quorum sorte latissima erat vallis Jezrael.

10. *Duobus annis regnavit.* Non simpliciter, quia diutius regnum tenuit; quamdiu scilicet David regnavit in Hebron, annis scilicet septem et mensibus sex, ut dicitur sequenti versiculo; sed duobus annis regnavit antequam bella inter utramque domum exorirentur, ut explicant Abulensis et Salianus.

12. *Et pueri Isboseth.* Milites qui in Isboseth, vel Abneris erant satellitio, ducemque Abner sequebantur. — *De castris.* Isboseth in urbe *Manahim* se continente, quæ vox *castra* significat; sic enim hanc vocem LXX accipiunt, qui vocem *Manahim* invariatam retinent. — *Gabaon.* Urbem tribus Benjamin tribui Judæ conterminam.

13. *Joab filius Sarviæ.* Davidici exercitus dux, et ipsius Davidis nepos ex sorore Sarvia. — *Pueri David.* Milites David. — *Egressi sunt.* De civitate

Digitized by Google

erunt eis juxta piscinam Gabaon. Et cum in unum convenissent, e regione sederunt : hi ex una parte piscinæ, et illi ex altera.

14. Dixitque Abner ad Joab : Surgant pueri, et ludant coram nobis. Et respondit Joab : Surgant.

15. Surrexerunt ergo, et transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filii Saul, et duodecim de pueris David.

16. Apprehensoque unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarii, et ceciderunt simul : vocatumque est nomen loci illius : Ager Robustorum, in Gabaon.

rencontrèrent près de la piscine de Gabaon. Les armées s'étant approchées s'arrêtèrent l'une devant l'autre : l'une était d'un côté de la piscine, et l'autre de l'autre.

14. Abner dit à Joab : Que quelques jeunes gens s'avancent, et qu'ils s'exercent devant nous. Joab répondit : Qu'ils s'avancent.

15. Aussitôt douze hommes de Benjamin, du côté d'Isboseth, fils de Saül, parurent et se présentèrent; il en vint aussi douze du côté de David.

16. Et chacun d'eux ayant pris par la tête celui qui se présenta devant lui, ils se passèrent tous l'épée au travers du corps, et tombèrent morts tous ensemble, et ce lieu s'appela le champ des Vaillants *morts* à Gabaon.

§ III. *Combat entre les troupes de David et celles d'Isboseth, fils de Saül. David demeure victorieux. Asaël est tué par Abner.*

17. Et ortum est bellum durum satis in die illa : fugatusque est Abner, et viri Israel, a pueris David.

18. Erant autem ibi tres filii Sarviæ, Joab, et Abisai, et Asael : porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis quæ morantur in silvis.

19. Persequebatur autem Asael Abner, et non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner.

20. Respexit itaque Abner post

17. Il se donna aussitôt un rude combat, et Abner fut défait, avec ceux d'Israël, par les troupes de David.

18. Les trois fils de Sarvia, Joab, Abisaï et Asaël, étaient dans ce combat. Or Asaël était extrêmement agile et léger à la course, en quoi il égalait les chevreuils qui sont dans les bois.

19. Il commença donc à poursuivre Abner, sans se détourner ni à droite ni à gauche, sans le quitter jamais.

20. Abner regardant derrière lui, lui

Hebron, sive casu lustrantes tribum Juda, sive de industria, cum accepissent Abner transmisisse Jordanem. — *Juxta piscinam Gabaon.* Lacum non magnum nutriendis piscibus idoneum. *Fontem* vocant LXX.

14. *Surgant pueri, et ludant coram nobis.* Ludo gladiatorio verisque gladiis more monomachorum. Abneris propositio ex fiducia fortitudinis suorum profecta videtur, illiusque ostentatione; itaque peccavit provocans, ut etiam Joab provocationi consentiens, licet ille gravius quam hic. Peccarunt etiam ipsi milites pugnantes, nisi eos ignoratio juris excuset, aut nisi aliquam legitimam causam illius pugnæ duces habuisse crediderint.

15. *De Benjamin.* Tribu bellicosa, ut apparet Judic. c. 20. — *De pueris David.* Quos probabile est fuisse de tribu Juda, quæ sola Davidem sequebatur.

16. *Ceciderunt simul.* Omnia duodecim paria mutuis vulneribus confossa ceciderunt.

17. *Ortum est bellum.* Inter duces utriusque regis, Abner scilicet et Joab. — *Fugatusque est Abner.* Hebr. *cæsus est*, aut *percussus*, chaldæus *fractus*, quod italicæ phrasi respondet; dicimus enim victos *essere stati rotti.*

Digitized by Google

dit : Etes-vous Asaël? Il lui répondit : Oui, je le suis.

21. Abner lui dit : Allez ou à droite ou à gauche, et attaquez quelqu'un de ces jeunes gens, et enlevez-lui tout ce qu'il a. Mais Asaël ne voulut point cesser de le poursuivre.

22. Abner lui parla donc encore, et lui dit : Retirez-vous; ne me suivez pas davantage, de peur que je ne sois obligé de vous percer, et qu'après cela je ne puisse plus paraître devant Joab, votre frère.

23. Asaël méprisant ce qu'il lui disait ne voulut point se détourner. Abner lui porta donc de l'arrière-main, dans l'aine, un coup de la pointe de sa lance, qui le perça, et le tua sur la place. Tous ceux qui passaient par ce lieu où Asaël était tombé mort s'arrêtaient *à le considérer*.

24. Mais Joab et Abisaï continuant à poursuivre Abner qui s'enfuyait, le soleil se coucha lorsqu'ils arrivèrent à la colline de l'Aqueduc, qui est vis-à-vis de la vallée, au chemin du désert de Gabaon.

25. Et les enfants de Benjamin se rallièrent auprès d'Abner; et ayant fait un gros demeurèrent sur le sommet d'une éminence.

tergum suum, et ait : Tune es Asael? Qui respondit : Ego sum.

21. Dixitque ei Abner : Vade ad dexteram, sive ad sinistram, et apprehende unum de adolescentibus, et tolle tibi spolia ejus. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum.

22. Rursumque locutus est Abner ad Asael : Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, et levare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum.

23. Qui audire contempsit, et noluit declinare : percussit ergo eum Abner aversa hasta in inguine, et transfodit, et mortuus est in eodem loco : omnesque qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asael, et mortuus erat, subsistebant.

24. Persequentibus autem Joab et Abisai fugientem Abner, sol occubuit : et venerunt usque ad collem Aquæductus, qui est ex adverso vallis itineris deserti in Gabaon.

25. Congregatique sunt filii Benjamin ad Abner : et conglobati in unum cuneum, steterunt in summitate tumuli unius.

§ IV. *Abner exhorte Joab à cesser de répandre le sang. Joab y consent, et les armées s'en retournent dans leurs quartiers.*

26. Alors Abner cria à Joab : Votre épée ne se rassasiera-t-elle donc point de sang et de meurtre? Ignorez-vous qu'il est dangereux de jeter son ennemi dans le désespoir? N'est-il pas temps enfin de dire au peuple qu'il cesse de poursuivre ses frères?

26. Et exclamavit Abner ad Joab, et ait : Num usque ad internecionem tuus mucro desæviet? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Usquequo non dicis populo ut omittat persequi fratres suos?

---

22. *Levare non potero faciem meam.* Quasi diceret : Tibi parco, ne Joab fratrem tuum irritem; si enim te interfecero, cum illo amplius de fœdere aut pace agere non audebo; erit enim mihi ob hanc cædem infensus.

23. *Aversa hasta.* In hebr. est, *in posterioribus lanceæ*, id est, cuspide, et ferro posteriori; gemino enim ferro lanceas præfigunt. — *In inguine.* Aliqui ex hebræo vertunt, *ad quintam costam.* LXX habent, ἐπὶ τὴν ψόαν, *in regione lumborum.*

26. *Periculosa sit desperatio.* Qui enim jam de vita desperant acrius pugnant, ne scilicet inulti cadant.

Digitized by Google

27. Et ait Joab : Vivit Dominus, si locutus fuisses, mane recessisset populus persequens fratrem suum.

28. Insonuit ergo Joab buccina, et stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel, neque iniere certamen.

29. Abner autem et viri ejus abierunt per campestria, tota nocte illa : et transierunt Jordanem, et lustrata omni Beth horon, venerunt ad castra.

30. Porro Joab reversus, omisso Abner, congregavit omnem populum : et defuerunt de pueris David decem et novem viri, excepto Asaele.

31. Servi autem David percusserunt de Benjamin, et de viris qui erunt cum Abner, trecentos sexaginta, qui et mortui sunt.

32. Tuleruntque Asael, et sepelierunt eum in sepulcro patris sui in Bethlehem : et ambulaverunt tota nocte Joab et viri qui erant cum eo, et in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

27. Joab lui répondit : Vive le Seigneur ! si vous l'eussiez *plus tôt* dit, le peuple se fût retiré dès le matin, et il eût cessé de poursuivre ses frères.

28. Joab fit donc sonner la retraite, et toute l'armée s'arrêta et cessa de poursuivre Israël et de le combattre.

29. Abner, avec ses gens, marcha par la campagne toute cette nuit : et ayant passé le Jourdain et traversé tout le *pays de* Béthoron, il revint au camp *situé à Mahanaïm, séjour ordinaire d'Isboseth.*

30. Joab ayant cessé de poursuivre Abner, et étant revenu, assembla toute l'armée ; et l'on ne trouva de morts, du côté de David, que dix-neuf hommes, sans compter Asaël.

31. Mais les gens de David tuèrent de Benjamin, et de ceux qui étaient avec Abner, trois cent soixante hommes, qui demeurèrent sur la place.

32. On emporta le corps d'Asaël, et on le mit dans le sépulcre de son père à Bethléhem. Et Joab ayant marché toute la nuit, avec les gens qui étaient avec lui, arriva à Hébron au point du jour.

CHAPITRE III.

§ I. *Longue guerre entre la maison de David et de Saül. David a plusieurs enfants pendant qu'il demeure à Hébron.*

L'AN DU MONDE AVANT 2951. — J.-C. 1053.

1. Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul, et inter

1. Il se fit donc une longue guerre entre la maison de Saül et la maison de David,

---

27. *Si locutus fuisses.* Si te victum fassus esses.

28. *Nec persecuti sunt ultra Israel.* Finis pugnæ fuit, imo et belli, cessatumque plane ab armis est.

29. *Bethoron.* Duplex est Bethoron, et utraque cis Jordanem : altera, quæ superior dicta in tribu Ephraim ; altera quæ inferior in Benjamin, aut certe Manasse, ut significatur in libro Josue c. 16. 3. Lustravit ergo Abner Bet horon, postea Jordanem transiit, licet inverso ordine prius transitus Jordanis mentio fiat in textu. LXX habent, παρατείνουσαν χώραν, *regionem protensam* sive *circum jacentem.* — *Venerunt ad castra.* Quæ ultra Jordanem erant, ubi scilicet Isboseth rex est proclamatus, et ubi hæserat. Vide dicta supra, n. 12.

32. *Et ambulaverunt tota nocte.* Diurno labori nocturnum copulantes, et quidem non exiguum ; est enim ex Adrichomio illud iter Gabaone usque ad Bethlehem horarum quatuor ; inde vero usque in Hebron horarum sex.

CAP. III. 1. *Facta est ergo longa concertatio.* Non armis, sed studiis, ut

Digitized by Google

David s'avançant toujours et se fortifiant de plus en plus, et la maison de Saül au contraire s'affaiblissant de jour en jour.

2. Pendant que David était à Hébron, il eut plusieurs enfants : l'aîné fut Amnon, qu'il eut d'Achinoam de Jezraël.

3. Le second, Chéléab, qu'il eut d'Abigaïl, veuve de Nabal, du Carmel. Le troisième, Absalom, qu'il eut de Maacha, fille de Tholmaï, roi de Gessur.

4. Le quatrième, Adonias, fils d'Haggith. Le cinquième, Saphathia, fils d'Abital.

5. Le sixième, Jethraam, d'Egla, femme de David. David eut ces six enfants à Hébron.

6. La maison de Saül était donc en guerre avec la maison de David, et Abner, fils de

domum David : David proficiscens, et semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie.

2. Natique sunt filii David in Hebron : fuitque primogenitus ejus Amnon de Achinoam Jezraelitide.

3. Et post eum Cheleab de Abigail uxore Nabal Carmeli : porro tertius Absalom, filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur.

4. Quartus autem Adonias, filius Haggith : et quintus Saphathia, filius Abital.

5. Sextus quoque Jethraam, de Egla uxore David; hi nati sunt David in Hebron.

6. Cum ergo esset prælium inter domum Saul et domum David,

Sanchez interpretatur, utroque rege sollicito de regni sui incremento. Putat tamen Salianus armis etiam certatum inter Abner et Joab regum duces, Isbosetho rerum bellicarum insolentia; Davide autem, ne manus Israelitico sanguine pollueret, a bello abstinentibus, cui sententiæ favet textus hic, et n. 6. — *David proficiens.* Quia et divino favore provectus, et majoribus animi corporisque dotibus conspicuus, et Samuelis, a quo fuerat inunctus, testimonio ad regnum vocatus.

2. *Natique sunt filii David in Hebron.* Quia dixerat Davidem quotidie seipso robustiorem factum, ideo hac occasione ejus filios numerat, quia numerosa proles domos firmat, et robustas facit. Quamobrem Abrahamo dictum Genes. 18. 18 : *Faciam te in gentem magnam ac robustissimam.* Huc etiam pertinet illud Annæ I. Reg. 2. 5 : *Quæ multos habebat filios infirmata est.* — *Primogenitus ejus Amnon.* Is qui vitium obtulit Thamari sorori Absalonis, II. Reg. 13. 14, proptereaque ab eo occisus est, II. Reg. 13. 29.

3. *Cheleab.* Qui tamen alio nomine dictus est Daniel I. Paral. 3. 1. — *Filiæ Tholmai regis Gessur.* De Gessuri vide dicta c. 2, n. 9, quo loco ait Scriptura Isbosethum super Gessuri constitutum fuisse regem ab Abner. Voluit ergo David sibi regem illum affinitate adjungere, ut si quid ex ea parte moveret, aut tentaret Isboseth, amicus et cognatus rex Davidis rebus commodaret. Credendum vero est Maacham ad Judæorum religionem transiisse, et hac conditione initum a Davide matrimonium. Neque universim cum ethnicis prohibitum erat conjugium, sed tantum cum septem nationibus terram promissam habitantibus in quibus Gessur non comprehenditur.

4. *Adonias, filius Haggith.* Is quem regnum ambientem Salomon jussit occidi, III. Reg. 2. 24. — *Saphatia, filius Abital.* Obscura mater, nec notior filius.

5. *Jethraam de Egla.* De hoc Davidis filio, sicut et de Saphathia nihil præter nomen habetur in Scriptura. Eglam aliqui eamdem putant cum Michol; sed diversam existimat melior sententia, quam sequuntur Comestor, Abulensis, Pineda, Vatablus, Emman. Sa, Serarius et Mariana apud Salianum anno mundi 2981, n. 8.

Digitized by Google

Abner filius Ner regebat domum Saul.

Ner, était le chef de la maison de Saül.

§ II. *Abner se brouille avec Isboseth, et envoie à David lui demander son amitié. David la lui promet, à condition qu'il lui ramènera Michol sa femme.*

7. Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitque Isboseth ad Abner :

8. Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth, ait : Numquid caput canis ego sum adversum Judam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, et super fratres et proximos ejus, et non tradidi te in manus David, et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie?

9. Hæc faciat Deus Abner, et hæc addat ei, nisi quomodo juravit Dominus David, sic faciam cum eo,

10. Ut transferatur regnum de domo Saul, et elevetur thronus David super Israel, et super Judam, Dan usque a Bersabee.

7. Or Saül avait eu une concubine nommée Respha, fille d'Aia. Et Isboseth dit à Abner :

8. Pourquoi vous êtes-vous approché de la concubine de mon père? Abner, étrangement irrité de ce reproche, lui répondit : Suis-je un homme à être traité comme un chien, moi qui me suis déclaré aujourd'hui contre Juda, pour soutenir dans sa chute la maison de Saül, votre père, ses frères et ses proches, et qui ne vous ai point livré entre les mains de David? Et après cela vous venez aujourd'hui chercher querelle avec moi pour une femme.

9. Que Dieu traite Abner avec toute sa sévérité, si je ne procure à David ce que le Seigneur a juré en sa faveur,

10. En faisant que le royaume soit transféré de la maison de Saül en la sienne, et que le trône de David soit élevé sur Israël et sur Juda, depuis Dan jusqu'à Bersabée.

---

8. *Quare ingressus es ad concubinam patris mei?* Merito factum Abneri moleste tulit Isboseth, sive Respham, regiam concubinam, hoc est, secundariam uxorem, habere ipse voluit in matrimonio, ut hac ratione sibi ad regnum viam muniret, ut postea Adonias Abisag Sunamitidem; sive ea ut pellice abuti; hoc enim ad Isboseth dedecus, ut illud ad regni amittendi periculum, pertinebat. — *Numquid caput canis.* Canem pro re vili et abjecta usurpat, quomodo locutus etiam fuerat David, I. Reg. 24. 15, Saulem alloquens. Volebat noxam sine reprehensione dissimulari tanquam viro de Isboseth et regno optime merito. — *Adversum Judam.* Quasi dicat : Adeone vilis, et regno tuo in hoc certamine adversus Judam, quod hodie quoque durat, inutilis sum? — *Fecerim misericordiam.* Regnum tuum labans fulciendo, et te in Davidis manus non tradendo. — *Et tu requisisti in me.* Et tu ne hanc quidem gratiam mihi reddidisti ut levem culpam mihi tacitus condonares. Arrogans et inverecunda expostulatio hominis pro benefactorum præmio peccandi impunitatem exigentis.

9. *Hæc faciat Deus Abner, et hæc addat.* Ita execrans loquebatur Abner mala enumerans, quæ sibi evenirent, si secus faceret, ac jurabat. — *Juravit Dominus David.* Non apparet ubi juraverit, sed ut divinæ promissionis firmitatem significet, Abner jurasse ait.

10. *Ut transferatur regnum.* Si scivit Abner, cum Isbosethum admovit ad regnum, hoc divina voluntate David deberi peccavit Isbosethum regem faciendo; nec illud Isboseth ejusdem Davidis juris conscius, salvo officio admittere potuit, aut retinere; si nescivit, jam bona fide regnum adeptum, illudque tenentem sua possessione privatus principem dejicere non potuit. Vide Abulens. II. Reg. c. 3. q. 7.—*A Dan usque Bersabee.* Qui sunt extremi fines ditionis Israelitarum.

Digitized by Google

11. Isboseth n'osa lui répondre, parce qu'il le craignait.

12. Abner envoya donc des courriers à David pour lui dire *secrètement* de sa part: A qui appartient tout ce pays, *sinon à vous?* Et pour ajouter : Si vous voulez me donner part à votre amitié, je vous offre mon service, et je ferai que tout Israël se réunira à vous.

13. David lui répondit : Je le veux bien. Je ferai amitié avec vous; mais je vous demande une chose : vous ne me verrez point que vous ne m'ayez ramené auparavant Michol, fille de Saül. A cette condition vous pourrez venir et me voir.

14. David envoya ensuite des courriers à Isboseth, fils de Saül, et lui fit dire : Rendez-moi Michol, ma femme, que j'ai épousée pour cent prépuces des Philistins.

15. Isboseth l'envoya quérir aussitôt, et l'ôta à son mari Phaltiel, fils de Laïs, *pour la rendre à David. Abner, qui ne cherchait qu'une occasion favorable pour aller trouver ce prince, se chargea de la lui ramener.*

16. Son mari la suivait en pleurant jusqu'à Bahurim. Et Abner lui dit : Allez, retournez-vous en. Et il s'en retourna.

11. Et non potuit respondere ei quidquam, quia metuebat illum.

12. Misit ergo Abner nuntios ad David pro se dicentes : Cujus est terra? Et ut loquerentur : Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te universum Israel.

13. Qui ait : Optime : ego faciam tecum amicitias : sed unam rem peto a te, dicens : Non videbis faciem meam, antequam adduxeris Michol filiam Saul : et sic venies, et videbis me.

14. Misit autem David nuntios ad Isboseth filium Saul, dicens : Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philisthiim.

15. Misit ergo Isboseth, et tulit eam a viro suo Phaltiel, filio Lais.

16. Sequebaturque eam vir suus, plorans usque Bahurim : et dixit ad eum Abner : Vade, et revertere. Qui reversus est.

---

11. *Non potuit respondere ei quidquam.* Intempestiva fuit objurgatio, quæ odium tantum peperit. Nec mirum Isboseth Abner timuisse quando etiam David Joab peccantem punire, aut reprehendere ausus non est, infra hoc c. n. ultimo.

12. *Cujus est terra?* Quasi dicat : Nonne ad te ut regem pertinet? Vel insinuat Abner se totam terram et rempublicam in potestate habere. — *Fac mecum amicitias.* Postulat recipi inter præcipuos regis amicos, sibique, quod est consequens, præcipuas dignitates a rege dari.

13. *Optime : ego faciam tecum amicitias.* Nec propterea David peccavit, qui jure suo, et Abneris peccato in bonum et commodum suum usus est. — *Antequam adduxeris Michol.* Causa repetendæ uxoris amor fuit, quo Michol prosequebatur, et ut illam in adulterio cum suo dedecore amplius hærere non pateretur; et fortasse etiam quia quoddam ad regnum suffragium videbatur, si Saulis qui regnaverat filiam haberet in matrimonio.

14. *Redde uxorem meam Michol.* Repetit etiam ab Isbosetho uxorem, ut regi et uxoris suæ fratri id honoris deferret, ne eo inconsulto et non consentiente Michol revocaret; utque sibi eum conciliaret, nec occasionem novis jurgiis præberet inter ipsum Isboseth et Abner; tandem ne fœdus factum cum Abner patesceret.

15. *Misit ergo Isboseth.* Non repugnavit Isboseth sentiens David irritandum non esse eo tempore, quo Abner alienato erat animo.

16. *Usque Bahurim.* Quod est oppidum tribus Benjamin ex Adrichomio in Benjamin, n. 28.

Digitized by Google

§ III. *Abner, étant près de ramener tout Israël sous l'obéissance de David, est tué en trahison par Joab.*

17. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens: Tam heri quam nudiustertius quærebatis David ut regnaret super vos.

18. Nunc ergo facite: quoniam Dominus locutus est ad David, dicens: In manu servi mei David salvabo populum meum Israel de manu Philisthiim, et omnium inimicorum ejus.

19. Locutus est autem Abner etiam ad Benjamin. Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron, omnia quæ placuerant Israeli et universo Benjamin.

20. Venitque ad David in Hebron cum viginti viris: et fecit David Abner, et viris ejus qui venerant cum eo, convivium.

21. Et dixit Abner ad David: Surgam, ut congregem ad te dominum meum regem omnem Israel, et ineam tecum fœdus, et imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset David Abner, et ille isset in pace,

22. Statim pueri David et Joab venerunt, cæsis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum David in He-

17. Abner *vit donc David comme il souhaitait. Et il* parla ensuite aux anciens d'Israël, et il leur dit: Il y a déjà longtemps que vous souhaitez d'avoir David pour roi.

18. Faites-le donc maintenant, puisque le Seigneur a parlé à David, et a dit de lui: Je sauverai par David, mon serviteur, mon peuple d'Israël de la main des Philistins et de tous ses ennemis.

19. Abner parla aussi à ceux de Benjamin, et il alla trouver David à Hébron pour lui dire tout ce qu'Israël et tous ceux de la tribu de Benjamin avaient résolu.

20. Il y arriva accompagné de vingt hommes. David lui fit un festin, et à ceux qui étaient venus avec lui.

21. Alors Abner dit à David: Je m'en vais rassembler tout Israël, afin qu'il vous reconnaisse, comme je fais, pour seigneur et pour roi, et je ferai alliance avec vous *au nom du peuple*, afin que vous soyez reconnu de tout le monde, comme vous le désirez. David ayant donc reconduit Abner, et Abner s'en étant allé en paix,

22. Les gens de David survinrent aussitôt avec Joab, revenant de tailler en pièces des brigands, et ayant fait sur eux un fort grand butin. Abner n'était plus à Hébron

---

17. *Sermonem quoque intulit Abner ad seniores.* Videtur Abner palam de regni translatione egisse, cum nihil faceret Isboseth precario regnantem, utque eum, cui erat iratus, magis contemneret.

18. *In manu servi mei David salvabo populum meum.* Ne videatur proditor, vindictam in Isboseth exercet specie exequendi divinam revelationem.

* 19. *Ut loqueretur ad David.* Et quomodo Israelitarum animi præparati essent exponeret. — *Et universo Benjamin.* Quæ tribus peculiariter nominatur, quia in Saul Benjamitam ejusque domum bene erat affecta.

20. *Fecit David Abner... convivium.* Voluit David honorare Abner, cui se obstrictum sentiebat, et propter reductam Michol, et propter conciliatam tribuum voluntatem, ut rex esset Israelis universi; idcirco etiam abeuntem honorifice deduxit n. 21 sequenti.

21. *Ineam tecum fœdus.* Ut publica ceremonia, et populo præsente et spectante sanciretur quod per Abner actum erat cum senioribus.

22. *Cæsis latronibus.* Abulensis putat fuisse Philisthæos, qui Davidis regnum excursionibus infestarent.

Digitized by Google

avec David, parce qu'il avait déjà pris congé de lui, et s'en était retourné.

23. Lorsque Joab arriva avec toute l'armée. Joab apprit donc de quelqu'un qu'Abner, fils de Ner, était venu parler au roi, que le roi l'avait renvoyé, et qu'il s'en était retourné en paix.

24. Joab aussitôt alla trouver le roi, et lui dit : Qu'avez-vous fait? Abner vient de venir vers vous. Pourquoi l'avez-vous renvoyé et l'avez-vous laissé aller?

25. Ignorez-vous quel est Abner, fils de Ner, et qu'il n'est venu ici que pour vous tromper, pour reconnaître toutes vos démarches, et pour savoir tout ce que vous faites?

26. Joab étant sorti d'avec David envoya des courriers après Abner, et le fit revenir de la citerne de Sira, sans que David le sût.

27. Et lorsqu'il fut arrivé à Hébron, Joab le tira à part au milieu de la porte pour lui parler en trahison, et il le frappa dans l'aine et le tua, pour venger la mort de son frère Asaël *qu'Abner avait tué.*

bron, quia jam dimiserat eum, et profectus fuerat in pace.

23. Et Joab, et omnis excercitus qui erat cum eo, postea venerunt : nuntiatum est itaque Joab a narrantibus : Venit Abner filius Ner ad regem, et dimisit eum, et abiit in pace.

24. Et ingressus est Joab ad regem, et ait : Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te : quare dimisisti eum, et abiit et recessit?

25. Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, ut deciperet te, et sciret exitum tuum et introitum tuum, et nosset omnia quæ agis?

26. Egressus itaque Joab a David, misit nuntios post Abner, et reduxit eum a cisterna Sira, ignorante David.

27. Cumque rediisset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Joab ad medium portæ, ut loqueretur ei in dolo : et percussit illum ibi in inguine, et mortuus est in ultionem sanguinis Asael fratris ejus.

§ IV. *David est fort irrité contre Joab et pleure amèrement la mort d'Abner. Tout le peuple le pleure avec lui, et est persuadé que David n'y a nulle part.*

28. David ayant su ce qui s'était passé, dit : Je suis innocent pour jamais devant le Seigneur, moi et mon royaume, du sang d'Abner, fils de Ner.

28. Quod cum audisset David rem jam gestam, ait : Mundus ego sum, et regnum meum, apud Dominum, usque in sempiternum, a sanguine Abner filii Ner;

---

24. *Quid fecisti?* Timens sibi Joab ne Abner se gratiosior aut potentior fieret apud regem, illum in invidiam vocare conatur, et odium regis. Hæc præcipua Joabo causa fuit eorum quæ in Abner molitus est. Accessit etiam odium ob cædem Asaelis, de qua supra, cap. 2. n. 23. — *Quare dimisisti eum?* Immerito Davidem increpat, qui datam fidem Abnero ut secure ad se veniret fallere non potuit.

25. *Ignoras Abner filium Ner?* Ignoras Abneris subdolum et fallax ingenium? — *Exitum tuum et introitum.* Quo statu res tuæ sint.

26. *Reduxit eum.* Revocavit nomine David. — *A cisterna Sira.* Sive, ut alii vertunt, *in puteo spinarum*, quem Josephus ait viginti stadiis Hebrono dissitum, hoc est, duobus milliaribus italicis cum dimidio.

27. *Ut loqueretur ei in dolo.* Finxit se velle ipsum remotis arbitris alloqui nomine regis. — *In ultionem sanguinis Asael.* Ut ipse Joab dicebat, et credi volebat. Potior tamen causa ea fuit quam dixi n. 24.

* 28. *Mundus ego sum.* Suspiciones hujus cædi a se David amolitur. — *Et*

Digitized by Google

29. Et veniat super caput Joab, et super omnem domum patris ejus : nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, et leprosus, et tenens fusum, et cadens gladio, et indigens pane.

30. Igitur Joab et Abisai frater ejus interfecerunt Abner, eo quod occidisset Asael fratrem eorum in Gabaon, in prælio.

31. Dixit autem David ad Joab, et ad omnem populum, qui erat cum eo : Scindite vestimenta vestra, et accingimini saccis, et plangite ante exequias Abner; porro rex David sequebatur feretrum.

32. Cumque sepelissent Abner in Hebron, levavit rex David vocem suam, et flevit super tumulum Abner : flevit autem et omnis populus.

33. Plangensque rex et lugens Abner, ait : Nequaquam ut mori solent ignavi, mortuus est Abner.

34. Manus tuæ ligatæ non sunt, et pedes tui non sunt compedibus aggravati, sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus flevit super eum.

29. Que son sang retombe sur Joab et sur la maison de son père, et qu'il y ait à jamais dans la maison de Joab des gens qui souffrent un flux honteux, qui *soient* lépreux, *des gens lâches*, qui tiennent le fuseau *comme les femmes*, qui tombent sous l'épée, et qui, *étant réduits à une extrême misère*, demandent leur pain.

30. Joab et Abisaï, son frère, tuèrent donc Abner, parce qu'il avait tué Asaël, leur frère, dans le combat à Gabaon.

31. Alors David dit à Joab et à tout le peuple qui était avec lui : Déchirez vos vêtements; couvrez-vous de sacs et pleurez aux funérailles d'Abner. Et le roi David, *contre la coutume des rois*, marchait après le cercueil, *pour honorer la mémoire du défunt*.

32. Après qu'Abner eut été enseveli à Hébron, le roi David éleva sa voix et pleura sur son tombeau; tout le peuple pleura aussi avec lui.

33. Et le roi, témoignant son deuil par ses larmes, dit ces paroles : Abner n'est point mort comme les lâches.

34. Vos mains n'ont point été liées, et vos pieds n'ont point été chargés de fers; *vous n'avez point été traité comme un criminel, ou comme un ennemi vaincu :* mais vous êtes mort comme *les hommes de cœur*, qui tombent devant les enfants d'iniquité, *non par la force de leurs armes, mais par un effet de leur perfidie et de leur méchanceté*. Tout le peuple à ces mots redoubla ses larmes.

---

regnum meum. Deus enim propter principum peccata subditos nonnunquam immissis plagis plectit.

29. *Super omnem domum patris ejus*. Quatenus scilicet ad ipsum aliqua ratione pertinent, aut ad ejus fratrem Abisai sceleris participem, ut patet ex n. 30. — *Tenens fusum*. Egenus, qui vili ac muliebri opificio vitam sustentet. Alii pro fuso ex hebræo legunt *scipionem*, quo scilicet ob corporis imbecillitatem nitatur, aut quo egeat ut pertentet viam, quia secus. LXX eumdem sensum exhibent, qui habent, σκυτάλην χρατῶν, *virgam* aut *rudem manu tenens*. — *Cadens gladio*. Occisus scilicet.

* 30. *Interfecerunt*. Joab manu, Abisai consensu et auxilio.

31. *Dixit autem David ad Joab*. Voluit David Joabum exequiis Abner interesse, vel ut illum ex populi luctu in cognitionem et detestationem patratæ cædis adduceret; vel ne, si desideraretur Joab cum suis infrequens esset exequiarum celebritas.

34. *Sicut solent cadere coram filiis iniquitatis*. Ut ii cadunt, qui proditorie

Digitized by Google

35. Et tous étant revenus pour manger avec David, lorsqu'il était encore grand jour, Davidjura et dit : Que Dieu me traite avec toute sa sévérité si je prends une bouchée de pain, ou quoi que ce soit, avant que le soleil soit couché.

36. Tout le peuple entendit ces paroles ; et tout ce que le roi avait fait lui plut extrêmement.

37. Et le peuple et tout Israël fut persuadé ce jour-là que David n'avait eu aucune part à l'assassinat d'Abner, fils de Ner.

38. Le roi dit aussi à ses serviteurs : Ignorez-vous que c'est un prince et un grand *prince* qui est mort aujourd'hui dans Israël, *et que je fais une grande perte?*

39. *Car* pour moi je *ne* suis roi *que* par l'onction, et *mon règne est* encore peu affermi. *Or il avait disposé les chefs des tribus et les officiers de Saül à se déclarer en ma faveur :* et ces gens-ci, ces enfants de Sarvia, sont trop violents pour *attirer à* moi *les peuples, et trop puissants pour que je les punisse comme ils le méritent. Mais* que le Seigneur traite *lui-même* celui qui fait le mal selon sa malice.

35. Cumque venisset universa multitudo cibum capere cum David, clara adhuc die juravit David, dicens : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quidquam.

36. Omnisque populus audivit, et placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi;

37. Et cognovit omne vulgus et universus Israel in die illa, quoniam non actum fuisset a rege ut occideretur Abner filius Ner.

38. Dixit quoque rex ad servos suos : Num ignoratis quoniam princeps et maximus cecidit hodie in Israel?

39. Ego autem adhuc delicatus, et unctus rex : porro viri isti filii Sarviæ duri sunt mihi : retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam suam.

CHAPITRE IV.

Baana et Réchab, serviteurs d'Isboseth, lui coupent la tête lorsqu'il dormait, et la portent à David. Ce prince, au lieu de les récompenser comme ils l'espéraient, les fait mourir.

L'AN DU MONDE 2956. — AVANT J.-C. 1048.

1. Isboseth, fils de Saül, ayant appris qu'Abner, *dont il ignorait encore la tra-*

1. Audivit autem Isboseth filius Saul, quod cecidisset Abner

---

et insidiis circumventi occiduntur. — *Congeminansque.* Davidis verba repetens, et luctum integrans.

35. *Gustavero panem vel aliud quidquam.* Hæc enim, et alia exhibita amoris signa in Abner, Davidem a suspicione imperatæ cædis vindicabant.

38. *Num ignoratis quoniam princeps.* Quasi dicat : Bene ergo collocata est exequiarum hæc pompa et celebritas in tantum virum.

39. *Ego autem adhuc delicatus.* Delicatum se vocat, id est, viribus infirmum, et ea potentia nondum præditum, quæ necessaria fuisset vindicando sceleri. — *Unctus rex.* Recens factus rex. — * *Filii Sarviæ.* Joab et Abisai Davidis ex sorore Sarvia nepotes. Vide I. Paral. 2, n. 16. — *Duri sunt mihi.* Hebr. chald. et LXX habent, *duriores me* (id est, fortiores), seu *præ me,* id est, quam ut ferre possim. Non tamen condonata pœna, sed in aliud tempus dilata.

CAP. IV. 1. *Quod cecidisset Abner in Hebron.* Videtur doluisse Isboseth

Digitized by Google

in Hebron : et dissolutæ sunt manus ejus, omnisque Israel perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomen uni Baana, et nomen alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin : siquidem et Beroth reputata est in Benjamin;

3. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advenæ usque ad tempus illud.

4. Erat autem Jonathæ filio Saul filius debilis pedibus : quinquennis enim fuit, quando venit nuntius de Saul et Jonatha ex Jezrael; tollens itaque eum nutrix sua, fugit : cumque festinaret ut fugeret, cecidit, et claudus effectus est : habuitque vocabulum Miphiboseth.

5. Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab et Baana, ingressi sunt fervente die domum Isboseth : qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus purgans triticum, obdormivit;

hison, avait été tué à Hébron, perdit courage, et tout Israël se trouva avec lui dans un grand trouble, *croyant avoir perdu en lui tout leur conseil et leur appui.*

2. Isboseth avait à son service deux chefs de voleurs, *qui commandaient les parties qu'il envoyait faire des courses dans le pays ennemi :* l'un *de ces capitaines* s'appelait Baana et l'autre Réchab, fils de Remmon de Béroth, de la tribu de Benjamin; car Béroth a été autrefois censée de Benjamin :

3. Mais les habitants de cette ville s'enfuirent à Gethaïm où ils ont demeuré comme étrangers jusqu'aujourd'hui.

4. Or Jonathas, fils de Saül, avait un fils qui était *hors d'état de succéder à la couronne, étant* boiteux des deux jambes; car lorsque la nouvelle vint de Jezraël *de la mort* de Saül et de Jonathas, il n'avait que cinq ans. Sa nourrice l'ayant pris entre ses bras, s'enfuit; et comme elle fuyait avec précipitation, l'enfant tomba et en fut boiteux : il s'appelait Miphiboseth.

5. Réchab et Baana, fils de Remmon de Béroth, *voyant donc qu'il était incapable de régner, et que David n'aurait point de concurrent si Isboseth était mort,* entrèrent dans la maison d'Isboseth, lorsqu'il dormait sur son lit, vers le midi, en la plus grande chaleur du jour. La femme qui gardait la porte de la maison s'était endormie en nettoyant du blé.

---

quod ad Davidem transisset Abner, nec jam eo extincto spes ulla superesset eum sibi reconciliandi. Eo vero destitutus inops erat consilii et præsidii. — *Dissolutæ sunt manus ejus.* Concidit animo. — *Omnisque Israel perturbatus est.* Ut fieri solet in hujusmodi casibus, animis omnium exspectatione suspensis, quo res evasura sit.

2. *Principes latronum.* Principes ac duces regiæ cohortis, quæ Isbosethi latera cingere solebat. * Latini milites præsertim prætorianos *latrones* non raro vocant, quasi laterones, quod principis latera cingant et tueantur. — *Beroth reputata est in Benjamin.* Ut patet ex libro Josue c. 18. 25, et c. 9. 17.

3. *Fugerunt Berothitæ in Gethaim.* Hæc, ut etiam quæ sequenti versiculo habentur, per parenthesim dicuntur : sententia est Berothitas occasione cladis, quæ Israeli accidit, cum mortuus est Saul, in Geth apud Philisthæos se recepisse, ibique mansisse usque ad tempus quo sacer historicus hæc litteris consignabat. Hunc sensum exhibet textus hebræus, chaldæus, et LXX qui habent, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, *usque ad diem hanc.*

4. *Erat autem Jonathæ.* Etiam hæc obiter, et per parenthesim narrantur occasione fugæ Berothitarum, de qua n. præcedenti.

* 5. *Purgans triticum.* Secernens manu triticum ab acerèbus, lapillis, glebulis, et alterius generis granis, ut ex eo purgatissimo panes et alia edulia arte pistoria vel coquinaria fieri possent.

Digitized by Google

6. Ils vinrent donc secrètement dans la maison *de ce prince,* en prenant *en leurs mains* des épis de blé, *comme des marchands qui cherchent à en vendre ou à en acheter,* et ils frappèrent Isboseth dans l'aine et s'enfuirent.

7. Car étant entrés et l'ayant trouvé dans sa chambre, qui dormait sur son lit, ils le tuèrent, prirent sa tête; et ayant marché toute la nuit par le chemin du désert,

8. Ils la présentèrent à David dans Hébron; et *croyant lui bien faire leur cour,* ils lui dirent : Voici la tête d'Isboseth, fils de Saül, votre ennemi, qui cherchait à vous ôter la vie. *Nous venons de le tuer;* et le Seigneur venge aujourd'ui, *par nos mains,* mon seigneur et mon roi de Saül et de sa race.

9. David répondit à Réchab et à Baana, son frère, fils de Remmon de Béroth : Vive le Seigneur qui m'a délivré des dangers les plus pressants!

10. Si j'ai fait arrêter et tuer à Siceleg celui qui me vint dire que Saül était mort, lui qui crut m'apporter une bonne nouvelle, et qui semblait en mériter une récompense,

11. Combien plus maintenant que des méchants ont tué un homme innocent dans sa maison, sur son lit, vengerai-je son sang sur vous qui l'avez répandu de vos mains, et vous exterminerai-je de dessus la terre?

6. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine Rechab et Baana frater ejus, et fugerunt.

7. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclavi, et percutientes interfecerunt eum : sublatoque capite ejus, abierunt per viam deserti tota nocte (1),

8. Et attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron : dixeruntque ad regem : Ecce caput Isboseth filii Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam : et dedit Dominus domino meo regi ultionem hodie de Saul, et de semine ejus.

9. Respondens autem David Rechab, et Baana fratri ejus, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos : Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,

10. Quoniam eum, qui annuntiaverat mihi, et dixerat : Mortuus est Saul : qui putabat se prospera nuntiare, tenui, et occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio,

11. Quanto magis nunc, cum homines impii interfecerunt virum innoxium, in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem ejus de manu vestra, et auferam vos de terra.

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : *Une trahison.*

---

6. *Assumentes spicas tritici.* Specie mercatorum volentium emere frumentum; sic enim explicat chaldæus, qui vertit, *ut emptores tritici;* vel tanquam regi oblaturi primitias honoris causa. Hebr. habet, *accipientes frumenta,* seu *accipientium frumenta,* id est, mercatorum specie aut habitu.

7. *Tota nocte.* Et præcedentis diei reliqua parte. De Manahim civitate trans Jordanem, in quo occisus est Isboseth, usque in Hebron ex Adrichomio est spatium triginta horarum.

8. *Filii Saul inimici tui.* Artificiosus sermo; conatur enim ei odium conflare a persona patris. — *Qui quærebat animam tuam.* Odium Saulis in David memorant, quia nihil habebant quo ipsius Isbosethi personam David redderent odiosam.

10. *Mercedem dare pro nuntio.* Fausto et læto, ut ipsi putabant. LXX habent, δοῦναι εὐαγγέλια, id est, mercedem pro bono nuntio.

Digitized by Google

12. Præcepit itaque David pueris suis, et interfecerunt eos : præcidentesque manus et pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron : caput autem Isboseth tulerunt, et sepelierunt in sepulcro Abner in Hebron (1).

12. David commanda donc à ses gens de les tuer, et ils les tuèrent ; et leur ayant coupé les mains et les pieds, il les pendirent près de la piscine d'Hébron. Ils prirent aussi la tête d'Isboseth et l'ensevelirent dans le sépulcre d'Abner.

CHAPITRE V.

§ I. *David est sacré roi sur tout Israël. Il va à Jérusalem qui était possédée par les Jébuséens. Il s'empare de la forteresse de Sion. Il s'y établit et l'appelle la ville de David.*

LA MÊME ANNÉE 2956.

1. Et venerunt universæ tribus Israel ad David in Hebron, dicentes : Ecce nos, os tuum et caro tua sumus.

1. Alors toutes les tribus d'Israël vinrent trouver David à Hébron, et lui dirent : Nous sommes vos os et votre chair, *aussi bien que ceux de la tribu de Juda ; et nous avons pour vous le même attachement et la même soumission.*

2. Sed et heri et nudiustertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras educens et reducens Israel : dixit autem Dominus ad te : Tu pasces populum meum Israel, et tu eris dux super Israel.

2. Il y a déjà longtemps que lorsque Saül était notre roi, vous meniez Israël *au combat* et vous l'en rameniez ; et c'est à vous que le Seigneur a dit : Vous serez le pasteur de mon peuple d'Israël, et vous en serez le chef. *Nous vous reconnaissons donc aujourd'hui pour tel.*

3. Venerunt quoque et seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino : unxe-

3. Les anciens d'Israël vinrent aussi trouver David à Hébron, *et lui déclarèrent la même chose.* David y fit alliance avec eux devant le Seigneur, et ils le sa-

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : *Une trahison.*

---

12. *Præcidentesque manus et pedes.* Vivis pedes, et manus amputatæ sunt, ipsi deinde sic mutilati in crucem acti, ut explicat Theodoretus quæst. 14. * Etiam in hostes admissa, si atrocitatem facinoris habeant, cum laude puniuntur ; ut Bessi scelus ab Alexandro, et Faliscorum ludimagister a Romanis. — *Super piscinam.* LXX, *Hebron, supra fontem,* id est, in media platea civitatis juxta fontem.

Cap. V. 1. *Os tuum et caro tua sumus.* Quasi dicant : Nullum obstat impedimentum quominus te eligamus in regem : nam in primis juxta Deuteronomii legem frater noster es, et de domo Jacob. Vide Deut. 17, n. 14 et 15.

2. *Tu eras educens.* Non modo absunt impedimenta, sed etiam multa in te sunt rei bene gerendæ præsidia, ac præcipue rei militaris peritia ac experientia ; nam sub Saul regiis copiis præfuisti. — *Tu pasces.* Adde tibi factam fuisse regni promissionem a Deo : itaque ad illud divino nutu et voluntate venies.

3. *Venerunt quoque et seniores.* De singulis scilicet tribubus aliquot electi, * vel senatores magni Synedrii. — *Et percussit cum eis rex David fœdus.... coram Domino.* Assumpto videlicet Deo in testem, populus spopondit David

Digitized by Google

crèrent *de nouveau* roi sur *tout* Israël.

4. David avait trente ans lorsqu'il commença à régner, et il régna quarante ans.

5. Il régna sept ans et demi à Hébron sur Juda, et trente-trois ans dans Jérusalem sur Juda et sur tout Israël.

6. Car *dès lors* le roi, accompagné de tous ceux qui étaient avec lui, marcha vers Jérusalem contre les Jébuséens qui habitaient *autrefois* le pays, *et qui tenaient encore la forteresse de cette ville.* Les assiégés disaient à David : Vous n'entrerez point ici que vous n'en ayez *auparavant* chassé les aveugles et les boiteux; comme pour lui dire qu'il n'y entrerait jamais, *et qu'il ne prendrait jamais une place bien munie d'hommes et de vivres, que les aveugles et les boiteux seuls pouvaient défendre.*

7. Néanmoins David prit la forteresse de Sion, qui est appelée *aujourd'hui* la ville de David.

8. Car David avait proposé alors une récompense pour celui qui battrait les Jébuséens, qui pourrait gagner le haut de la forteresse, et qui chasserait les aveugles et les boiteux, ennemis de David. C'est pour-

runtque David in regem super Israel.

4. Filius triginta annorum erat David, cum regnare cœpisset, et quadraginta annis regnavit.

5. In Hebron regnavit super Judam septem annis et sex mensibus : in Jerusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem Israel et Judam.

6. Et abiit rex, et omnes viri qui erant cum eo, in Jerusalem, ad Jebusæum habitatorem terræ : dictumque est David ab eis : Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos et claudos dicentes : Non ingredietur David huc.

7. Cepit autem David arcem Sion, hæc est civitas David (1).

8. Proposuerat enim David in die illa præmium, qui percussisset Jebusæum, et tetigisset domatum fistulas, et abstulisset cæcos et claudos odientes animam David;

(1) Bible vengée, II. Rois, note II. — Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 334.

---

fidem et obedientiam : David vero eodem auctore et teste pollicitus est se populum fideliter ex Dei legibus et recta ratione gubernaturum, et contra Israelis hostes pugnaturum, etc. — *Unxeruntque David in regem.* Unctio adhibita est ad repræsentandam, approbandam, ac confirmandam Samuelis unctionem, I Reg. 16. 13.

6. *Et abiit rex.* Dicitur omnis Israel venisse in Jerusalem, quia illac transi ibant recedentes de Hebron, et suos lares repetentes; erat enim Jerusalem in via venientibus de Hebron et ad tribus suas redeuntibus. — *Ad Jebusæum habitatorem terræ.* Qui scilicet arcem Sion habebat in potestate. — *Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos et claudos.* Jebusæi loci firmitate et munitione confisi irridentes David cæcos et claudos pro murorum pinnis tanquam propugnatores statuerunt, dicentes eos satis esse ad Davidis conatus eludendos, et obsidionem sustinendam.

7. *Hæc est civitas.* Quæ est civitas.

8. *Tetigisset domatum fistulas.* Canales tectorum. — *Abstulisset cæcos.* Transcensis muris, propugnatoribusque deturbatis. — *Odientes animam David.* Davidi infestos et contrarios, quique dicebant : *Non ingredieris huc,* ut habemus n. 6. — *Cæcus et claudus non intrabunt in templum.* Vatablus, quem

Digitized by Google

Idcirco dicitur in proverbio : Cæcus et claudus non intrabunt in templum.

quoi on dit en proverbe, *pour marquer qu'une chose est difficile :* Les aveugles et les boiteux n'entreront point dans le temple, *faisant allusion à ce que disaient les Jébuséens pour marquer la difficulté de prendre leur ville : David n'y entrera point qu'il n'en ait chassé les aveugles et les boiteux.*

9. Habitavit autem David in arce, et vocavit eam, civitatem David : et ædificavit per gyrum a Mello et intrinsecus.

CAP. VIII, 1. *Frenum tributi.* In hebr. est מתג האמה *meteg haama,* quarum vocum interpretatio, est *frenum tributi,* vel *frenum aquæductus,* vel ut chald. habet, *commoditas rivi.* Sententia ergo est, vel David civitatem Philisthæis eripuisse, quæ *frenum tributi* diceretur, vel liberasse Judæos tributo quod iisdem solvebant Philisthæis, hosque vicissim fecisse tributarios; vel aliquos aquæductus rigandis agris utiles, aut ad alios hujusmodi usus comparatos, Israelitici juris fecisse. Vocantur vero aquæductus frenum, quia in illis cataractæ fieri solent ad sustinendum fluxum aquarum, vel quia per canales in quam partem volumus aquas ut freno equos flectimus. LXX habent, ἀφωρισμένην *separatam* sive *sepositam* intellige, vel μερίδα, *partem,* ut putat Serarius, vel πόλιν, *civitatem,* Geth scilicet, ut c. 18. I. Paral. indicatur n. 1.

2. *Percussit Moab, et mensus est eos funiculo.* Theodoretus q. 23. hunc locum ita explicat : *Tanta,* inquit, *erat vis et victoria, et tanta erat multitudo eorum qui capti erant vivi, ut eos numerare non permitteret. Quare jussit eos pronos dejici in terram divisos trifariam, et duas quidem partes occidit, unam vero vivam reservavit :* hæc ille. Alii funiculos accipiunt metaphorice, ut sensus sit : prostravit Moabitas ingenti strage, interfecit plurimos, pepercit quibus voluit, et qua voluit, eos mensura dimensus est. Sic fere Comestor, Vatablus, Sa, Pineda l. 3, Sal. c. 2, n. 3. Abulens. 1. Paralipomenon, c. 18, q. 9, et alii. — *Coæquans terræ.* Vel eos humi sternens ut explicavimus ex

Digitized by Google

funiculos, unum ad occidendum, et unum ad vivificandum : factusque est Moab David serviens sub tributo (1).

3. Et percussit David Adarezer filium Rohob regem Soba, quando profectus est ut dominaretur super flumen Euphraten.

4. Et captis David ex parte ejus mille septingentis equitibus, et viginti millibus peditum, subnervavit omnes jugales curruum : dereliquit autem ex eis centum currus.

en deux parts, dont il destina l'une à la mort, et l'autre à la vie. Ainsi Moab fut assujetti à David et lui paya tribut.

3. David défit aussi Adarezer, fils de Rohob, roi de Soba, lorsqu'il marcha *dans la Syrie*, pour étendre sa domination jusque sur l'Euphrate *que le Seigneur avait marqué pour limites à la terre qu'il voulait donner à son peuple.*

4. David, *après avoir défait ce prince*, lui prit dix-sept cents chevaux et vingt mille hommes de pied, coupa les nerfs des jambes à tous les chevaux des chariots, et n'en réserva que pour cent chariots.

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : *Quant à.*

Theodoreto, vel clade affligens. Aliqui tamen malunt explicare de Moabitarum arcibus dirutis et solo æquatis. Ita Lyranus, Carthusianus, Cajetanus, nec improbat Abulensis II. Reg. 8, q. 3. — *Ad vivificandum.* Quibus scilicet parceret, vivosque dimitteret. Hæc autem major pars fuit, ut colligitur ex hebræo, in quo pars illa cui parcitum est, *funiculus plenitudinis* appellatur : *Mensus est duos funiculos, ad occidendum,* subaudi, *unum, et unum plenitudinis funiculum ad vivificandum.* * Sententia etiam esse potest : tres designavit terræ Moabiticæ partes, in quarum una tantum indigenas reliquit superstites occisis cæteris.

3. *Regem Soba.* Regem Syriæ ; ab urbe enim regia Soba, sive Sobal. Syria Soba dicta est, sicut a Damasco Syria Damasci : eratque utraque contermina dimidiæ tribui Manasse, quæ ultra Jordanem habitabat : Syria quidem Soba, quæ et Cœlesyria et Cavasyria appellata est, ex orientali parte ; Syria vero Damasci, versus septentrionem. — *Quando profectus est ut dominaretur super flumen Euphraten.* Incertum David ne an Adarezer dominatum hunc affectarit, cum hæc ambiguitas nec ex hebræo, nec ex græco, aut chaldæo textu tolli possit. Probabilius videtur de Adarezer intelligendum, qui Moabitis auxilium tulerit, et suspecta habens incrementa Davidis regionem ad Euphraten sibi vindicare voluerit. Certe David plures habebat hostes, quos debellaret, Idumæos, Damascenos, Ammonitas, Philisthæos, eosque adeo vicinos, ut hoc tempore externa et longinqua bella quærere non debuerit. Ita sentit Salianus cum Vatablo et Abulensi.

4. *Mille septingentis equitibus.* At I. Paral. 18. 4, habemus *septem millia equitum.* Dici potest cum Abulensi et David Kimhi, huc libro Regum primarios tantum equites, et qui erant ex regio satellitio, numerari : in Paralipomenis vero plane omnes. Salianus et Sanchez addunt forte in Paralipomenis numerari inter equites eos qui equis currulibus insidebant ; nam etiam hi equites, et de equis pugnare dici possunt. Nec novum est eos, qui quadrigis vehuntur, equites appellari, ut patet ex Isaia 21. 7 : *Vidit currum duorum equitum ;* et n. 9 : *Vir bigæ equitum, etc.,* et c. 22. 6 : *Currum hominis equitis.* — *Subnervavit.* Succisis poplitibus, aut suffraginibus, ut nulli usui esse possent. Porro David equos subnervavit, quia Deut. 17. 16, regi interdicitur equorum multitudo : *Non multiplicabit,* inquit, *sibi equos.* — *Dereliquit autem ex eis centum currus.* Habuerat enim Adarezer mille currus, ut dicimus ex I. Paral. c. 18. 4.

Digitized by Google

5. Les Syriens de Damas vinrent au secours d'Adarezer, roi de Soba; et David en tua vingt-deux mille.

6. Il mit des garnisons dans la Syrie de Damas : la Syrie lui fut assujettie et lui paya tribut; et le Seigneur le conserva dans toutes les guerres qu'il entreprit.

7. Il prit les armes d'or des serviteurs d'Adarezer, et les porta à Jérusalem.

8. Il enleva encore une prodigieuse quantité d'airain des villes de Bété et de Béroth, qui appartenaient à Adarezer.

5. Venit quoque Syria Damasci, ut præsidium ferret Adarezer regi Soba : et percussit David de Syria viginti duo millia virorum.

6. Et posuit David præsidium in Syria Damasci : factaque est Syria David serviens sub tributo : servavitque Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est.

7. Et tulit David arma aurea, quæ habebant servi Adarezer, et detulit ea in Jerusalem.

8. Et de Bete et de Beroth, civitatibus Adarezer, tulit rex David æs multum nimis.

§ II. *Thoü, roi d'Emath, envoie son fils complimenter David sur la défaite de l'armée d'Adarezer que David avait taillée en pièces. Il apporte de riches présents à David qui les consacre au Seigneur avec les dépouilles de ses ennemis vaincus. Dénombrement des officiers de David.*

9. Thoü, roi d'Emath *ou d'Emèse dans la Syrie*, ayant appris que David avait défait toutes les troupes d'Adarezer,

10. Envoya Joram, son fils, lui faire compliment, pour lui témoigner sa joie, et lui rendre grâces de ce qu'il avait vaincu Adarezer, et avait taillé son armée en pièces : car Thoü était ennemi d'Adarezer. Joram apporta avec lui des vases d'or, d'argent et d'airain,

11. Que le roi David consacra au Seigneur, avec ce qu'il lui avait déjà consacré d'argent et d'or pris sur toutes les nations qu'il s'était assujetties :

12. Sur la Syrie, sur Moab, sur les Ammonites, sur les Philistins, sur Amalec, avec les dépouilles d'Adarezer, fils de Rohob, *et* roi de Soba.

13. David s'acquit aussi un grand nom

9. Audivit autem Thou rex Emath, quod percussisset David omne robur Adarezer,

10. Et misit Thou Joram filium suum ad regem David, ut salutaret eum congratulans, et gratias ageret : eo quod expugnasset Adarezer, et percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarezer, et in manu ejus erant vasa aurea, et vasa argentea, et vasa ærea :

11. Quæ et ipsa sanctificavit rex David Domino cum argento et auro, quæ sanctificaverat de universis gentibus quas subegerat,

12. De Syria, et Moab, et filiis Ammon, et Philisthiim, et Amalec, et de manubiis Adarezer filii Rohob regis Soba.

13. Fecit quoque sibi David no-

---

5. *Syria Damasci.* Vide dicta hoc c. n. 1.

7. *Arma aurea.* Ex 1. Paral. 18. 7, discimus hæc arma fuisse aureas pharetras.

9. *Rex Emath.* Emath alio nomine dicitur Epiphania, vel Antiochia Syriæ.

10. *Et in manu ejus.* Joram scilicet filii Thou regis Emath; nam verba quæ immediate præcesserunt : *Hostis quippe erat Thou Adarezer*, parenthesi includenda sunt. LXX missam aiunt hanc legationem ut pacem a Davide peteret, quod etiam diserte habetur 1. Paralipom. 18. 10.

11. *Sanctificavit.* Dedicavit et destinavit ad templi ministeria, ad cujus fabricam jam antea animum adjecerat.

13. *Fecit quoque sibi David nomen.* Hebræi, quos Dionysius, Abulensis et

Digitized by Google

men, cum reverteretur capta Syria in valle Salinarum, cæsis decem et octo millibus :

14. Et posuit in Idumæa custodes statuitque præsidium : et facta est universa Idumæa serviens David; et servavit Dominus David in omnibus ad quæcumque profectus est.

15. Et regnavit David super omnem Israel : faciebat quoque David judicium et justitiam omni populo suo.

16. Joab autem filius Sarviæ erat super exercitum : porro Josaphat filius Ahilud erat a commentariis :

17. Et Sadoc filius Achitob, et

dans la vallée des Salines, *à l'extrémité de la mer Morte*, où il tailla en pièces dix-huit mille hommes, lorsqu'il retournait *de l'Idumée, dont il fit la conquête*, après avoir pris la Syrie.

14. Il mit de plus des officiers et des garnisons dans l'Idumée; et toute l'Idumée lui fut assujettie. Le Seigneur le conserva dans toutes les entreprises auxquelles il s'engagea.

15. David régna donc sur tout Israël, et, dans les jugements qu'il rendait, il faisait justice à tout son peuple.

16. Joab, fils de Sarvia, était général de ses armées : Josaphat, fils d'Ahilud, avait la charge des requêtes.

17. Sadoc, fils d'Achitob, *de la famille*

Salianus non improbant, de triumphali fornice interpretantur : quod si verum est, putandum David in inscriptionibus, si quæ fuerunt, totam adeptarum victoriarum gloriam in Deum illarum auctorem retulisse. Crediderim potius illa phrasi significari ingentem sibi famam David peperisse. Certe non alium sensum habet illud capitis proxime superioris n. 9 : *Fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui sunt in terra*, et illud primi Mach. 5. n. 57 : *Faciamus et ipsi nobis nomen.* — *In valle Salinarum.* Vallis Salinarum extra Syriam est non longe a mari quod Mortuum appellatur, vel Salsissimum, et pertinet ad Idumæorum fines. — * *Cæsis decem et octo millibus.* Partim Syrorum, partim Idumæorum, qui eis fuerant socii. Horum sex millia occidit Abisai, deinde Joab duodecim millia, I. Paral. 18. 11. Vide titulum Psal. 59.

15. *Super omnem Israel.* Quod dicitur, non solum ut ostendatur regnasse super omnes duodecim tribus, cum prius una tantum tribus Juda illi pareret; sed etiam quia quicumque alienigena intra fines Israeli attributos adhuc loca quædam obtinebant, David aliqua ratione subjiciebantur, saltem tributum pendentes. — *Faciebat quoque David judicium et justitiam.* Recte, juste sapienterque judicabat.

16. *Filius Sarviæ.* Sororis David. — *A commentariis.* In hebræo est מזכיר *mazchir*, quæ vox a verbo זכר *zachar* deducitur, quod recordari significat, vel reminisci. Erat ergo Josaphat vel commonefactor, id est, qui negotia tractanda in memoriam revocabat, et supplices porrigebat libellos, quos vulgo *Memioralia* appellamus, quo munere ut plurimum funguntur qui principibus sunt a secretis; vel certe res gestas in commentaria referebant, ne memoria illorum intercideret, qui libri *verba dierum* dicebantur, quod in modum ephemeridum, quæ accidebant notatu digna, per sua tempora et dies digesta notabantur, ut esset historiæ parata materia.

17. *Sadoc filius Achitob, et Achimelech filius Abiathar erant sacerdotes,* Ambo summi pontifices (si Abulensi et Josepho credimus), sed munus illud per vices tantum et alternatim ministrantes; et favet quod habemus I. Parali. 24, n. 3. Salianus tamen ait Sadoc non fuisse pontificem ante initium regni Salomonis, quando abdicatus est Abiathar, III. Reg. 2. 26, 35, sed fuisse tantum

Digitized by Google

d'Eléazar, et Achimélech, fils d'Abiathar, de la famille d'Ithamar, étaient grands prêtres, et en faisaient les fonctions : celui-là dans l'ancien tabernacle qui était à Gabaon, et celui-ci dans le nouveau qui était à Jérusalem. Saraïas était secrétaire.

18. Banaïas, fils de Joïada, commandait les Céréthiens et les Phéléthiens, qui composaient la garde du roi : et les enfants de David étaient auprès de lui, comme les prêtres étaient autour d'Aaron, prêts à exécuter ses ordres.

Achimelech filius Abiathar, erant sacerdotes : et Saraias, scriba :

18. Banaias autem filius Joiadæ, super Cerethi et Phelethi : filii autem David sacerdotes erant.

CHAPITRE IX.

David fait venir Miphiboseth, fils de Jonathas, lui rend toutes les terres de Saül, son grand-père. Il charge Siba, serviteur de Saül, du soin de les cultiver, et fait manger Miphiboseth à sa table.

LA MÊME ANNÉE 2960.

1. David, après avoir procuré le repos à son peuple et réglé l'ordre de sa maison, se souvint de Jonathas, son ami, et il dit : N'est-il point resté quelqu'un de la maison de Saül, à qui je puisse faire du bien, à cause de Jonathas, mon ami?

2. Or il y avait un serviteur de la maison de Saül, qui avait eu la principale autorité sur les autres serviteurs de ce

1. Et dixit David : Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonatham?

2. Erat autem de domo Saul, servus nomine Siba : quem cum vocasset rex ad se, dixit ei : Tune

---

hoc tempore quasi archipresbyterum sacris in Gabaone, ubi erat tabernaculum, administrandis. Vide I. Paral. c. 16, n. 39 et 40. — *Achimelech filius Abiathar.* Videtur potius dicendum Abiathar filius Achimelech. Respondet Salmeron. t. 8, tr. 14, Emman. Sa et Sanch. in hunc locum tam Achimelech quam Abiathar binomios fuisse, et utrumque tam Achimelech quam Abiathar dictum, quare promiscue dici potuisse Abiathar filium Achimelech, et Achimelech filium Abiathar. Dionysius et Salianus probabile putant nominari hoc loco duos primarios sacerdotes, quasi archipresbyteros duobus locis in quibus Dei cultus exercebatur præpositos, Gabaone scilicet, et Sione, quibus tamen præerat Abiathar summus sacerdos. *Scriba.* Legis peritus, illiusque in rebus dubiis interpres. LXX appellant σύμβουλον, id est, *consiliarium.*

18. *Cerethi et Phelethi.* Hi erant quasi prætoriani milites, et regii corporis custodes : quare illos Josephus appellat σωματοφύλακας. Fortasse sic dicti sunt, inquit Em. Sa, quod essent Cerethæi et Philisthæi, ut nunc solent Suizzeti, seu Helvetii. D. Hier. putat sic dictos quasi *interfectores;* id enim significat vox hebræa כרתים *cherethim.* Phelethi autem dicuntur quasi *mirabiles,* scilicet viribus, ut aliqui intrepretantur, deducentes a radice פלא *pala.* Chald. vertit, *sagittarios, et fundibularios.* — *Sacerdotes.* Id est, principes. Chald. *magnates.* LXX, *principes.* Vide dicta Exod. c. 2, n. 16.

Cap. IX. 1. *Et dixit David.* Id est, et subiit Davidi cogitare et quærere. 2. *Servus nomine Siba.* Hunc Josephus Saulis libertum appellat, simulque

Digitized by Google

es Siba? Et ille respondit : Ego sum servus tuus.

3. Et ait rex : Numquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi : Superest filius Jonathæ, debilis pedibus.

4. Ubi, inquit, est? Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo est Machir filii Ammiel in Lodabar.

5. Misit ergo rex David, et tulit eum de domo Machir filii Ammiel de Lodabar.

6. Cum autem venisset Miphiboseth filius Jonathæ filii Saul ad David, corruit in faciem suam, et adoravit. Dixitque David : Miphiboseth? Qui respondit : Adsum servus tuus.

7. Et ait ei David : Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Jonatham patrem tuum, et restituam tibi omnes agros Saul patris tui, et tu comedes panem in mensa mea semper.

8. Qui adorans eum, dixit : Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?

9. Vocavit itaque rex Sibam puerum Saul, et dixit ei : Omnia

prince, et qui s'appelait Siba. Et le roi l'ayant fait venir lui dit : Etes-vous Siba? Il répondit : Je le suis, pour vous servir.

3. Le roi lui dit : Est-il resté quelqu'un de la maison de Saül, que je puisse combler de grâces? Siba dit au roi : Il reste encore un fils de Jonathas, qui est incommodé des jambes.

4. Où est-il, dit David? Il est, dit Siba, à Lodabar, dans la maison de Machir, fils d'Ammiel.

5. Le roi David envoya donc des gens, et le fit venir de Lodabar, de la maison de Machir, fils d'Ammiel.

6. Miphiboseth, fils de Jonathas, fils de Saül, étant venu devant David, lui fit une profonde révérence en se prosternant en terre. David lui dit : Miphiboseth? Il lui répondit : Me voici pour vous servir.

7. David lui dit : Ne craignez point, parce que je suis résolu de vous traiter avec toute sorte d'affection, à cause de Jonathas, votre père. Je vous rendrai toutes les terres de Saül, votre aïeul, *qui ont été confisquées à cause de la révolte d'Isboseth, votre oncle,* et vous mangerez toujours à ma table.

8. Miphiboseth se prosternant devant lui, lui dit : Qui suis-je, moi votre serviteur, pour avoir mérité que vous regardiez un chien mort, tel que je suis?

9. Le roi fit donc venir Siba, serviteur de Saül, et lui dit : J'ai donné au fils de

---

significat eum non fuisse genere Judæum, sed proselytum ex aliqua circumjectarum nationum oriundum, idque confirmat Abulensis.

3. *Misericordiam Dei.* Misericordiam magnam, vel Deo gratam. Chald. *coram Domino.* — *Debilis pedibus.* Quo casu id acciderit dicitur supra, c. 4, n. 4 hujus libri.

4. *In domo est Machir.* Viri primarii et potentis, ex illustri et antiqua familia Machir filii Manasse patriarchæ, quem Miphiboseth quasi patronum et tutorem quæsivisse videtur, Davidem timens. — *In Lodabar.* Fuit civitas in monte Galaad, in tribu Gad trans Jordanem.

7. *Restituam tibi omnes agros Saul.* Qui erant fisco addicti; nam qui regno Isbosethi consenserant (inter quos procul dubio censendus est Miphiboseth) rei erant imminutæ majestatis, et bonis spoliari poterant. Hæc bona cui voluisset reddere poterat David. — * *Patris tui.* Avi tui.

8. *Super canem mortuum similem mei.* Super me, qui cani mortuo similis sum. Frequens est hæc phrasis in Scripturis, ut scilicet cum cane mortuo conferant, qui demisse de se sentiunt, et loquuntur. Vide supra, I Reg. 24. 15, et II. Reg. 3. 8.

Digitized by Google

Miphiboseth, votre maître, tout ce qui était à Saül, et toute sa maison.

10. Faites donc valoir ses terres pour lui, vous et vos fils, et vos serviteurs, afin qu'il ait de quoi subsister. Mais *pour* Miphiboseth, fils de *Saül*, votre *ancien* maître, *il* mangera toujours à ma table. Or Siba avait quinze fils et vingt serviteurs.

11. Et il dit au roi : Mon seigneur *et* mon roi, votre serviteur fera comme vous lui avez commandé *à l'égard de Miphiboseth et de son fils*. Et *David ajouta : Pour* Miphiboseth, *il* mangera à ma table, comme l'un des enfants du roi : *et vous ne serez chargé que du soin de son fils*.

12. Car Miphiboseth avait un fils encore enfant, appelé Micha. Toute la famille de Siba servait *donc le fils de* Miphiboseth, *et demeurait dans ses terres avec lui*.

13. *Mais pour* Miphiboseth, *il* demeurait à Jérusalem, parce qu'il mangeait toujours à la table du roi : et il était boiteux des deux jambes.

quæcumque fuerunt Saul, et universam domum ejus, dedi filio domini tui.

10. Operare igitur ei terram tu, et filii tui, et servi tui : et inferes filio domini tui cibos ut alatur : Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filii, et viginti servi.

11. Dixitque Siba ad regem : Sicut jussisti domine mi rex servo tuo, sic faciet servus tuus : et Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis.

12. Habebat autem Miphiboseth filium parvulum nomine Micha : omnis vero cognatio domus Sibæ serviebat Miphiboseth.

13. Porro Miphiboseth habitabat in Jerusalem : quia de mensa regis jugiter vescebatur : et erat claudus utroque pede.

CHAPITRE X.

§ I. *David envoie des ambassadeurs à Hanon, roi des Ammonites, pour le consoler de la mort de son père. Hanon, mal conseillé, outrage les ambassadeurs de David, fait alliance avec les rois de Syrie, et se prépare à la guerre.*

L'AN DU MONDE 2967. — AVANT J.-C. 1037.

1. Quelque temps après, le roi des Ammonites vint à mourir, et Hanon, son fils, régna en sa place.

2. Alors David dit : Je veux témoigner de l'affection envers Hanon, fils de Naas,

1. Factum est autem post hæc, ut moreretur rex filiorum Ammon, et regnavit Hanon filius ejus pro eo.

2. Dixitque David : Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas,

---

9. *Filio domini tui*. Miphiboseth Saulis nepoti ; phrasi enim Scripturæ nepotes aliique posteri filii dicuntur.

10. *Filio domini tui*. Hoc loco non Miphiboseth intelligitur, sed Michas Miphibosethi filius, ut explicant Lyran. Dionys. Cajetan. et Saianus. — *Ut alatur*. Ipse nimirum, et famulitium, et uxor, cum illam duxerit, etc., * *ex* proventu agrorum Saulis.

11. *Et Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis regis*. Quasi dicat : Non solum Micham alam, sed si jubes apud me esse etiam Miphiboseth, splendide illum tractabo, et ut filium regis. Ita Sanchez.

13. *De mensa regis jugiter vescebatur*. Non solum de mensa regis cibos regios, sed etiam in ipsa mensa : quare hebræi codices et græci, et chaldæa paraphrasis habent, *super mensam regis*.

Digitized by Google

sicut fecit pater ejus mecum misericordiam. Misit ergo David, consolans eum per servos suos super patris interitu. Cum autem venissent servi David in terram filiorum Ammon,

3. Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum : Putas quod propter honorem patris tui miserit David ad te consolatores, et non ideo ut investigaret, et exploraret civitatem, et everteret eam, misit David servos suos ad te?

4. Tulit itaque Hanon servos David, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, et præscidit vestes eorum medias usque ad nates, et dimisit eos.

5. Quod cum nuntiatum esset David, misit in occursum eorum : erant enim viri confusi turpiter valde, et mandavit eis David :

comme son père m'en a témoigné, *lorsque je me suis réfugié chez lui.* Il lui envoya donc des ambassadeurs pour le consoler de la mort de son père. Mais lorsqu'ils furent arrivés sur les terres des Ammonites,

3. Les plus grands du pays dirent à Hanon, leur maître : Croyez-vous que ce soit pour honorer votre père, et pour vous consoler, que David vous ait envoyé ici des ambassadeurs? et ne voyez-vous pas qu'il *ne* l'a fait *que* pour reconnaître la ville, pour y remarquer toutes choses, et pour la détruire *un jour?*

4. Hanon fit donc prendre les serviteurs de David, leur fit raser la moitié de la barbe, et leur fit couper la moitié de leurs habits, *depuis les pieds* jusqu'au haut des cuisses, et les renvoya *couverts d'opprobres et de confusion.*

5. David ayant reçu la nouvelle qu'ils avaient été outragés si honteusement, envoya au devant d'eux, et leur donna cet ordre : Demeurez à Jéricho jusqu'à ce que

---

Cap. X. 2. *Sicut fecit pater ejus mecum misericordiam.* Vox hebræa חסד *chesed,* omne benignitatis genus significat; quænam fuerit hæc misericordia incertum est. D. Hieronymus in Traditionibus in hunc locum : *Quando fugit,* inquit, *David a facie Achis regis Geth, venit ad Naas regem Ammon, qui fecit cum eo misericordiam, multa impertiens ei bona. De Naas itaque venit in speluncam Odollam, etc. — Misit ergo David, consolans eum.* Quamvis non deberent Hebræi prævenire beneficiis Ammonitas, aut Moabitas, nec eorum ambire amicitiam, eo quod Deut. 23. 6, scriptum esset, *non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum;* præventi tamen ab eis beneficiis ex lege naturæ ad gratitudinem tenebantur. Itaque præventus David beneficiis, non peccavit, si paria reponere studuit, et in regem Ammonitarum se officiosum exhibuit.

3. *Ut investigaret, et exploraret civitatem.* Habes in hac historia specimen ingenii eorum qui sapientes sunt secundum carnem, qui se oculatissimos et πολιτικωτάτους existimant, cum sunt maxime suspiciosi; quare frequenter in non absimilia discrimina principes suos trahunt, quam hi consiliarii Hanonem regem suum adduxerint.

4. *Rasitque dimidiam partem barbæ.* In libro Paral. I, c. 19. 4, habemus : *Pueros David decalcavit, et rasit.* Videntur potissimum hoc genere contumeliæ voluisse Ammonitæ Hebræos afficere, quia Ammonitæ in luctu solebant barbam et caput radere, a quo ritu abhorrebant Hebræi, quia vetebatur illis Deut. 14. 1. Cum ergo tunc defunctum Naas lugerent, voluerunt per contemptum legatos cogere ut etiam ipsi, ut in funere, capita et barbam rasam gestarent. — *Vestes eorum medias usque ad nates.* Ut turpitudo et nuditas eorum in conspectu omnium aulicorum et civium appareret, et circumcisio derideretur.

Digitized by Google

votre barbe soit crûe, et après cela vous reviendrez.

6. Or les Ammonites voyant qu'ils avaient offensé David, envoyèrent vers les Syriens de Rohob, et les Syriens de Soba, et ils firent lever à leurs dépens vingt mille hommes de pied; ils prirent aussi mille hommes du roi de Maacha, et douze mille d'Istob.

Manete in Jericho, donec crescat barba vestra, et tunc revertimini.

6. Videntes autem filii Ammon quod injuriam fecissent David, miserunt, et conduxerunt mercede Syrum Rohob, et Syrum Soba, viginti millia peditum, et a rege Maacha mille viros, et ab Istob duodecim millia virorum.

§ II. *David envoie contre les Ammonites Joab avec t nies ses troupes. Joab défait les ennemis, et revient à Jérusalem.*

7. David en ayant été averti, envoya *contre eux* Joab, avec toutes ses troupes.

8. Les Ammonites s'étant mis en campagne, rangèrent leur armée en bataille à l'entrée de la porte *de la ville de Médaba :* et les Syriens de Soba et de Rohob, d'Istob et de Maacha, étaient dans un corps séparé dans la plaine.

9. Joab voyant donc les ennemis préparés à le combattre de front et par derrière, prit l'élite d'Israël, et marcha en bataille contre les Syriens.

10. Il donna le reste de l'armée à Abisaï, son frère, qui marcha pour combattre les Ammonites;

11. Et Joab dit à Abisaï : Si les Syriens ont de l'avantage sur moi, vous viendrez

7. Quod cum audisset David, misit Joab et omnem exercitum bellatorum.

8. Egressi sunt ergo filii Ammon, et direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ : Syrus autem Soba, et Rohob, et Istob, et Maacha, seorsum erant in campo.

9. Videns igitur Joab quod præparatum esset adversum se prælium, et ex adverso et post tergum, elegit ex omnibus electis Israel, et instruxit aciem contra Syrum :

10. Reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem adversus filios Ammon.

11. Et ait Joab : Si prævaluerint adversum me Syri, eris mihi in

---

5. *Manete in Jericho.* Erat is locus olim in oppidum, tunc vero raro habitatore cultum in itinere Ammonitico, Hierosolymis distans 150 stadiis, ut ait Josephus, a Jordane autem 60.

6. *Syrum Rohob.* Ea ex parte Syriæ, cujus metropolis erat Rohob. Sunt qui putent Rohob esse nomen proprium principis ejus provinciæ, patris Adarezer; nam, ut vidimus c. 8, n. 3 et 12, Adarezer filius Rohob dicitur, sed huic expositioni adversatur quod ibi Adarezer filius Rohob dicitur rex Soba; hic autem Syrus Soba et Syrus Rohob distinguuntur. In lib. I. Par. 19. 6, dicitur Hanon conduxisse militem de Mesopotamia, quæ tamen regio ea non est, quæ jacet inter Euphratem et Tigrim, sed alia, quæ aliis Syriæ fluminibus clauditur, ut notat Salianus. — *Syrum Soba.* Vide dicta c. 8. n. 3. — *A rege Maacha.* Id est, Syros subjectos regi Maacha. — *Istob.* Id est, Syros incolas terræ Istob, in qua, ut sentit Salianus, Vatabl. et Sa, peregrinatus est Jephte, Judic. 11. 3. Josephus putat Istob esse nomen proprium regis. Hebræi separant Is-Tob, quasi dicas : Virum aut principem Tob.

8. *Introitum portæ.* * Urbis Medaba, ut patet ex I. Paral. 19. 9. — *Seorsum erant in campo.* Eo consilio ut medium Joab includerent, ut patet ex sequenti versiculo.

Digitized by Google

adjutorium : si autem filii Ammon prævaluerint adversum te, auxiliabor tibi.

12. Esto vir fortis, et pugnemus pro populo nostro, et civitate Dei nostri : Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo.

13. Iniit itaque Joab, et populus qui erat cum eo, certamen contra Syros : qui statim fugerunt a facie ejus.

14. Filii autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt et ipsi a facie Abisai, et ingressi sunt civitatem : reversusque est Joab a filiis Ammon, et venit Jerusalem.

à mon secours : et si les Ammonites en ont sur vous, je viendrai aussi vous secourir.

12. Agissez en homme de cœur, et combattons pour notre peuple et pour la cité de notre Dieu : et le Seigneur ordonnera de tout comme il lui plaira.

13. Joab attaqua donc les Syriens avec les troupes qu'il commandait; et aussitôt les Syriens fuirent devant lui.

14. Les Ammonites voyant la fuite des Syriens, s'enfuirent aussi eux-mêmes devant Abisaï, et se retirèrent dans la ville. Joab, après avoir battu les Ammonites, s'en retourna, et revint à Jérusalem.

§ III. *Les Syriens vaincus par Joab arment de nouveau. David marche contre eux, les défait et les assujettit à Israël.*

15. Videntes igitur Syri quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter.

16. Misitque Adarezer, et eduxit Syros qui erant trans fluvium, et adduxit eorum exercitum : Sobach autem, magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum.

15. Les Syriens voyant donc qu'ils avaient été défaits par Israël, s'assemblèrent tous.

16. Adarezer, *qui avait été vaincu par David, et contraint de lui payer tribut, voulant profiter de cette occasion pour s'affranchir de cette servitude*, envoya vers eux, et fit venir les Syriens qui étaient au delà du fleuve *de l'Euphrate*, et amena leurs troupes que Sobach, général de l'armée d'Adarezer, commandait.

---

12. *Pugnemus pro populo nostro.* Qui cum rege suo injuria affectus est ab Ammonitis. — *Et civitate Dei nostri.* Jerusalem scilicet nova regni Judæorum metropoli. I. Par. 19. 13, dicitur in plurali *civitatibus;* sine dubio, si vicissent Ammonitæ, clades ad plures Hebræorum civitates pertinuisset. — *Dominus autem faciet quod bonum est.* Quasi dicat : Nos pugnemus strenue; reliqua Domino, qui est Deus exercituum, cujus sunt bella atque victoriæ; curæ erunt : in ejus nos providentia acquiescemus.

13. *Qui statim fugerunt.* Syri mercenarii primi in fugam se dant; non enim par est animus conductitio militi, et ei cujus proprium est periculum. *Mercenarius fugit, quia mercenarius est.* Joan. 10. 13.

14. *Videntes quia fugissent Syri.* In quorum virtute ac multitudine spem suam collocaverunt. * Id sæpe faciunt ii qui mercede sola militant. Prudenter Joab, antequam conjuncti essent hostium exercitus, externos et pretio conductos prius impugnandos censuit. — *Ingressi sunt civitatem.* Vide dicta n. 8.

15. *Congregati sunt pariter.* Illi ipsi, qui antea fugerant, ignaviæ notam abstergere volentes fortiter pugnando. * Metuentes etiam ne, ut fieri solet, ab auxiliatore hostium suorum pœnas David deposceret, quod et factum est. Vide infra, n. 19.

16. *Eduxit Syros.* Eos evocavit non imperio quasi subditos, sed pretio, ut ait Josephus, quasi mercenarios.

Digitized by Google

17. David en ayant reçu nouvelle, assembla toutes les troupes d'Israël, passa le Jourdain, et vint à Hélam. Les Syriens marchèrent contre David, et lui donnèrent bataille.

18. Mais *l'armée d'*Israël les mit en fuite, et David tailla en pièces sept cents chariots *qui portaient chacun dix hommes* de leurs troupes, et quarante mille chevaux, et blessa tellement Sobach, général de l'armée, qu'il mourut sur-le-champ.

19. Tous les rois qui étaient venus au secours d'Adarezer, se voyant vaincus par les Israélites, furent saisis de frayeur, et s'enfuirent devant eux avec cinquante-huit mille hommes. Ils firent la paix ensuite avec les Israélites, et leur furent assujettis; et depuis ce temps-là les Syriens appréhendèrent de donner secours aux Ammonites.

17. Quod cum nuntiatum esset David, contraxit omnem Israelem, et transivit Jordanem, venitque in Helam; et direxerunt aciem Syri ex adverso David, et pugnaverunt contra eum.

18. Fugeruntque Syri a facie Israel, et occidit David de Syris septingentos currus, et quadraginta millia equitum, et Sobach principem militiæ percussit : qui statim mortuus est.

19. Videntes autem universi reges, qui erant in præsidio Adarezer, se victos esse ab Israel, expaverunt et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, et servierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

CHAPITRE XI.

§ I. *David se tenant en repos à Jérusalem, pendant que ses troupes, commandées par Joab, assiégeaient Rabba, ville des Ammonites, tombe en adultère avec Bethsabée.*

L'AN DU MONDE 2969. — AVANT J.-C. 1035.

1. Comme *dans la guerre précédente les* | 1. Factum est autem, vertente

---

17. *Venitque in Helam.* Quam urbem Syrorum putat Abulensis. Alii putant esse locum ubi congregati erant Israelitæ qui trans Jordanem habitabant, quos ut vicinos Ammonitis semper in armis paratos esse oportebat.

18. *Septingentos currus, et quadraginta millia equitum.* Videtur hic locus pugnare cum iis quæ habemus I. Paral. 19. 18 : *Interfecit David de Syris septem millia curruum, et quadraginta millia peditum.* Ut hæc duo loca concilientur, dici potest currus tantum fuisse septingentos, in quorum singulis decem milites pugnarent, qui septem millium summam efficiunt; hos autem eos esse, quos sacer textus in Paralipomenis expressit, cum ait, *Septem millia curruum,* id est, militum ex curribus pugnantium. Vide dicta c. 8, num. 4. Cum vero dicitur in Paralipomenis occisa *quadraginta millia peditum,* hoc vero loco *quadraginta millia equitum,* dicendum utrumque verum esse, ac cæsorum summam fuisse octoginta millium, præter eos qui pugnabant de curribus. Ita Lyranus, Abulensis, Vatablus, Sa, Salianus et Sanchez. — *Sobach principem militiæ percussit.* Non constat ex textu an ipsius Davidis manu percussus fuerit; nam etiam multa illa millia equitum David occidisse dicitur, quod tamen de illius exercitu intelligendum est.

19. *Qui erant in præsidio Adarezer.* Id est, qui sub ejus auspiciis contra Israel pugnabant. — *Quinquaginta et octo millia.* Ex quo apparet totum exercitum fuisse centum quadraginta quinque millium militum; nam octoginta septem millia cæsa fuerant. I. Paral. 19, additur, quod hic erat prætermissum, servos Adarezer ad Davidem transfugisse.

Digitized by Google

anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab, et servos suos cum eo, et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba : David autem remansit in Jerusalem.

2. Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ : viditque mulierem se lavantem, ex adverso super solarium suum : erat autem mulier pulchra valde.

3. Misit ergo rex, et requisivit quæ esset mulier. Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4. Missis itaque David nuntiis,

Ammonites n'avaient point été assez punis de l'outrage fait à David en la personne de ses ambassadeurs, et que la perte n'était presque tombée que sur les Syriens, un an après *la bataille donnée contre eux*, au temps que les rois ont accoutumé d'aller à la guerre, David envoya Joab avec ses officiers et toutes les troupes d'Israël, qui ravagèrent le pays des Ammonites, et assiégèrent Rabba, *qui en était la capitale;* mais David demeura à Jérusalem.

2. Pendant que ces choses se passaient, il arriva que David s'étant levé de dessus son lit, après midi, se promenait sur la terrasse de son palais. Alors il vit une femme vis-à-vis de lui, qui se baignait sur la terrasse de sa maison, et cette femme était fort belle.

3. Le roi envoya donc savoir qui elle était. On lui vint dire que c'était Bethsabée, fille d'Eliam, femme d'Urie, Héthéen.

4. David ayant envoyé des gens, la fit

CAP. XI. 1. *Vertente anno.* Hebr. *revertente*, ut etiam LXX, ἐπιστρέψαντος τοῦ ἐνιαυτοῦ, cum scilicet cum vere novo sol longiores dies faciens ad nos revertitur. — *Tempore quo solent reges ad bella procedere.* Mense martio, cum mitescit cœlum, et solum equitatui reliquisque jumentis pabulum suppeditat, aliæque commoditates ad educendum ex hibernis militem invitant. — *Vastaverunt filios Ammon.* Agris Ammonitarum vastitatem intulerunt. — *Rabba.* Metropolim Ammonitarum. — *Remansit in Jerusalem.* Neque enim diu extra regnum manere poterat in diuturna civitatis illius obsidione.

2. *Dum hæc agerentur.* In castris apud Ammonitas. — *Surgeret David de strato suo post meridiem.* Ubi se a prandio quieti dederat. — *In solario domus regiæ.* Supra palatii tectum, quod de more regionis planum erat, et peribolo cinctum, ut in eo deambulare liceret. — *Mulierem se lavantem.* Vel ad naturalem corporis, vel legalem immunditiam abstergendam, vel ut se a calore, cum tempus esset æstivum, refrigeraret. — *Viditque... ex adverso super solarium suum.* Sententia est : David existens super solarium suum vidit mulierem se lavantem : vidit autem per fenestram domus mulieris, si se abluebat in cubiculo : vel ad fontem, si, ut Susanna, se ad salientem lavabat. Hunc sensum faciunt hebræa in quibus est, *vidit de super tecto*, vel *de solario*, ut etiam LXX habent.

3. *Bethsabee filia Eliam.* Hunc autem Eliam fuisse filium Achitophel discimus infra, ex c. 23 hujus libri, n. 34, idemque affirmat D. Hier. in Traditionibus, et alii. I. Paral. c. 3, n. 5, Bethsabee dicitur filia Ammiel : sed dicendum est ejus parentem binomium fuisse, vel hæc duo nomina poni pro eodem, cum eamdem habeant significationem : nam Ammiel significat *populus Deus meus*, Eliam vero, *Deus meus populus.* — *Hethæi.* D. Hier. in Traditionibus in II. Paral. c. 11. : *Urias*, inquit, *Hethæus vir Bethsabee a loco qui vocatur Heth, Hethæus vocatus est.* Porro Heth Adrichomius in tribu Juda n. 128, ad Hebronem collocat, juxta sepulcrum Abrahæ.

Digitized by Google

venir. Etant venue vers lui, il dormit avec elle : et aussitôt elle se purifia de son impureté, *selon l'ordonnance de la loi;*

5. Et retourna chez elle ayant conçu. Dans la suite elle envoya dire à David : J'ai conçu.

tulit eam; quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea : statimque sanctificata est ab immunditia sua :

5. Et reversa est in domum suam concepto fœtu. Mittensque nuntiavit David, et ait : Concepi.

§ II. *Bethsabée ayant conçu, David, pour cacher son crime, fait venir de l'armée Urie, son mari, et tâche de l'envoyer se reposer dans sa maison. Mais, quelque chose qu'il fasse, Urie demeure toujours dans le palais du roi.*

6. Après quoi David manda à Joab de lui envoyer Urie, Héthéen. Joab le lui envoya.

7. Et quand il fut venu, David lui demanda en quel état était Joab et toute l'armée, et ce qui se passait à la guerre.

8. Et il dit à Urie : Allez-vous en chez vous; lavez-vous les pieds, *et reposez-vous.* Urie sortit du palais, et le roi lui envoya des mets de sa table.

9. Mais Urie passa la nuit suivante devant la porte du palais du roi, avec les autres officiers, et il n'alla point en sa maison.

10. David en ayant été averti, dit à Urie : D'où vient que revenant d'un voyage, vous n'êtes pas allé chez vous *vous délasser de vos fatigues?*

6. Misit autem David ad Joab, dicens : Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæsivitque David quam recte ageret Joab, et populus, et quomodo administraretur bellum;

8. Et dixit David ad Uriam : Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius.

9. Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam :

10. Nuntiatumque est David a dicentibus : Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam : Numquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam?

---

4. *Statimque sanctificata est ab immunditia sua.* Id est, statim menstrua illi fluere desierunt, ut mulieribus accidit post conceptum fœtum : ideoque sublata immunditia legalis, qua menstruatæ laborabant in lege veteri, Levit. 15. 19. LXX habent, *et ea erat sanctificata ab immunditia sua,* quasi dicerent : A menstruo purgata, ideoque apta ad conceptum.

6. *Mitte ad me Uriam Hethæum.* Excogitatum remedium occultando crimini; nam si reversus Urias uxorem cognovisset, natum infantem suum credidisset.

8. *Lava pedes tuos.* Solebant enim lavari pedes iis qui ex itinere veniebant. — *Secutusque est eum cibus regius.* Specie quidem in signum benevolentiæ, re autem ipsa, ut hilarius et lautius cibo potuque regio exceptus, ad voluptatem alliceretur, ut Abulens. et Glossa notarunt.

10. *Nuntiatumque est David a dicentibus.* Id est, respondentibus; id enim sine dubio quæsiverat David. — *Numquid non de via venisti?* Quasi dicat : Par est ut tibi aliquid indulgeas, et corpus cures, cum longum iter confeceris. Adrichomius ait Rabbam, ex qua venerat Urias, a Jerusalem itinere triginta horarum distare.

Digitized by Google

11. Et ait Urias ad David : Arca Dei et Israel et Juda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent : et ego ingrediar domum meam, ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore mea? per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.

11. Urie répondit à David : L'arche de Dieu, Israël et Juda demeurent sous des tentes, et Joab, mon seigneur, et les serviteurs de mon seigneur, couchent à plate terre : et moi cependant j'irais en ma maison manger et boire, et dormir avec ma femme? Je jure par la vie et par le salut de mon roi que je ne le ferai jamais.

12. Ait ergo David ad Uriam : Mane hic etiam hodie, et cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa et altera.

12. David dit donc à Urie : Demeurez ici encore aujourd'hui, et je vous renverrai demain. Urie demeura *donc* à Jérusalem ce jour-là et le lendemain.

13. Et vocavit eum David ut comederet coram se et biberet, et inebriavit eum : qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, et in domum suam non descendit.

13. David le fit venir pour manger et pour boire à sa table, et il l'enivra. Mais s'en étant retourné au soir, il dormit dans son lit, avec les officiers *de la garde* du roi, et n'alla point chez lui.

§ III. *David envoie à Joab, par Urie même, ordre de l'exposer à l'endroit où le combat sera le plus rude, et de l'y abandonner, afin qu'il y périsse. Ce qui est exécuté. Après la mort d'Urie, David épouse Bethsabée et en a un fils.*

14. Factum est ergo mane, et scripsit David epistolam ad Joab : misitque per manum Uriæ,

14. Le lendemain matin David envoya à Joab, par Urie même, une lettre écrite en ces termes :

15. Scribens in epistola : Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium : et derelinquite eum, ut percussus intereat.

15. Mettez Urie à la tête d'un bataillon, à l'endroit où le combat sera le plus rude; et faites en sorte qu'il soit abandonné et qu'il y périsse.

16. Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

16. Joab continuant donc le siége de la ville, mit Urie vis-à-vis le lieu où il savait qu'étaient les plus vaillants hommes.

17. Egressique viri de civitate, bellabant adversum Joab, et ceciderunt de populo servorum David, et mortuus est etiam Urias Hethæus.

17. Les ennemis ayant fait une sortie, chargèrent Joab, et tuèrent quelques-uns des gens de David, entre lesquels Urie, Héthéen, demeura mort sur la place.

---

11. *Arca Dei.* Ex hoc perspicuum est arcam Dei de Sion in castra fuisse delatam, ut in aliis quoque bellis factitatum fuisse vidimus supra. Ideoque et ibi adfuerit Abiathar pontifex, aut certe sacerdotes, qui illi adessent, eamque pro officio custodirent. — *Per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ.* Non est duplex juramentum, sed repetitio ejusdem rei; idem enim est per salutem animæ tuæ, quod per salutem tuam.

13. *Inebriavit eum.* Tum ut non recordaretur jurisjurandi sui, tum ut vino ad hilaritatem solutior, domum atque uxorem suam adiret.

16. *Posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.* Paruit Joab existimans Uriam scelus aliquod contra regem admisisse, ideoque mortem esse commeritum; velle tamen regem in eum ita animadvertere, ut simul ejus honori parceret.

Digitized by Google

18. Joab envoya donc à David pour lui faire savoir tout ce qui s'était passé dans le combat,

19. En donnant cet ordre au courrier : Lorsque vous aurez achevé de dire au roi tout ce qui s'est passé à l'armée,

20. Si vous voyez qu'il se fâche, et qu'il dise : Pourquoi êtes-vous allé combattre si près des murs? Ignorez-vous combien on lance de traits de dessus une muraille?

21. Qui tua Abimélech, fils de Jérobaal? ne fut-ce pas une femme qui jeta sur lui, du haut de la muraille, un morceau d'une meule à moudre, et le tua à Thèbes? Pourquoi vous êtes-vous approchés si près des murs! vous lui direz : Urie, Héthéen, votre serviteur, a aussi été tué.

22. Le courrier partit donc, et vint dire à David ce que Joab lui avait commandé,

23. Et il lui parla en ces termes : Les assiégés ont eu quelque avantage sur nous. Ils sont sortis de la ville pour nous charger; et nous les avons poursuivis avec grande vigueur, jusqu'à la porte de la ville.

24. Mais les archers ont lancé leurs traits contre nous du haut des murailles. Quelques-uns de vos gens y ont été tués, et Urie, Héthéen, votre serviteur, y est demeuré mort entre les autres.

25. David répondit au courrier : Vous direz ceci à Joab : Que cela ne vous étonne pas : car les événements de la guerre sont journaliers; et tantôt l'un, tantôt l'autre périt par l'épée. Relevez le courage de vos soldats, et animez-les contre la ville, afin que vous la puissiez détruire.

26. La femme d'Urie ayant appris que son mari était mort, le pleura.

18. Misit itaque Joab, et nuntiavit David omnia verba prælii :

19. Præcepitque nuntio, dicens : Cum compleveris universos sermones belli ad regem,

20. Si eum videris indignari, et dixerit : Quare accessistis ad murum, ut prœliaremini? an ignorabatis quod multa desuper ex muro tela mittantur?

21. Quis percussit Abimelech filium Jerobaal? nonne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfecit eum in Thebes? quare juxta murum accessistis? dices : Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit.

22. Abiit ergo nuntius, et venit, et narravit David omnia quæ ei præceperat Joab.

23. Et dixit nuntius ad David : Prævaluerunt adversum nos viri, et egressi sunt ad nos in agrum : nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis.

24. Et direxerunt jacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper : mortuique sunt de servis regis, quin etiam servus tuus Urias Hethæus mortuus est.

25. Et dixit David ad nuntium : Hæc dices Joab : Non te frangat ista res : varius enim eventus est belli; nunc hunc, et nunc illum consumit gladius : conforta bellatores tuos adversus urbem, ut destruas eam, et exhortare eos.

26. Audivit autem uxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, et planxit eum.

---

20. *Quare accessistis ad murum, ut prœliaremini.* Ex hoc apparet Uriam juxta murum Rabba occubuisse.

21. *Quis percussit Abimelech.* Vide Jud. 9. 50, et ibi dicta. — *Etiam servus tuus Urias Hethæus occubuit.* Jubet Joab narrare regi irascenti mortem Uriæ, ut commemoratione rei optatæ ejus indignationem leniret.

25. *Non te frangat ista res.* Eminet in his verbis animi male voti compotis lætitia, facile cladem suorum ferentis, cum etiam Uriam cecidisse cognoscit.

26. *Planxit eum.* Quanto tempore sacer textus non exprimit : Cajet. putat fuisse diuturnum luctum more nobilium matronarum. Abulensis in hoc cap.

Digitized by Google

27. Transacto autem luctu, misit David, et introduxit eam in domum suam, et facta est ei uxor, peperitque ei filium : et displicuit verbum hoc, quod fecerat David, coram Domino (1).

27. Et après que le temps du deuil fut passé, David la fit venir en sa maison, et l'épousa. Elle lui enfanta un fils. Et cette action qu'avait faite David déplut au Seigneur.

CHAPITRE XII.

§ I. *Le prophète Nathan étant venu trouver David de la part du Seigneur, pour lui reprocher son crime, le lui propose sous une parabole qui lui en fait concevoir toute l'énormité. David prononce sentence de mort contre celui qui en est coupable. Le prophète lui déclare que c'est lui-même, et le menace de plusieurs maux.*

L'AN DU MONDE 2970. — AVANT J.-C. 1034.

1. Misit ergo Dominus Nathan ad David : qui cum venisset ad eum, dixit ei : Duo viri erant in civitate una, unus dives, et alter pauper.

2. Dives habebat oves, et boves plurimos valde.

3. Pauper autem nihil habebat omnino, præter ovem unam parvulam, quam emerat et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illius

1. Le Seigneur envoya donc Nathan vers David; et Nathan étant venu le trouver, lui dit : Il y avait deux hommes dans une ville *de votre royaume*, dont l'un était riche et l'autre pauvre.

2. Le riche avait un grand nombre de brebis et de bœufs.

3. Le pauvre n'avait rien du tout qu'une petite brebis, qu'il avait achetée et avait nourrie *avec grand soin*, qui était crûe parmi ses enfants, en mangeant de son pain, buvant de sa coupe, et dormant dans

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : *Avant de répondre.*

---

quæst. 21, septem dies, aut paulo plus luxisse existimat, quod videtur probabilius, quia hoc faciebat ad occultandum adulterium suum. Adde per unius hebdomadæ spatium Hebræos solitos fuisse lugere mortuos; nam, ut habemus in Ecclesiastico, c. 22. 13, *luctus mortui septem dies.* * Lacrymæ Bethsabee similes lacrymis quibus Cæsar occisum Pompeium luxisse scribunt. Sic periisse Germanicum nulli jactantius mœrebant, quam qui maxime lætabantur, ut apud Tacitum, lib. 2. Annal., ait Domitius Celer.

7. *Tu es ille vir.* Contra quem scilicet sententiam protulisti.

. . . . . Mutato nomine, de te
Fabula narratur.

Ut ait Horatius.

8. *Uxores domini tui in sinu tuo.* Sententia est dedisse Dominum in potestatem Davidis omnia quæ fuerant Saulis, etiam uxores, ut illas, etiamsi velet, ducere posset nemine repugnante; quarum tamen nullam, quod sciamus, duxit David. — *Si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora.* In hebræo textu Pagninus habet, *adjiciam tibi similia et similia.*

9. *Contempsisti verbum Domini.* Divinam legem violasti. — *Percussisti* Gladio scilicet filiorum Ammon, ut paulo post dicitur.

Digitized by Google

bum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Ammon.

10. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod despexeris me, et tuleris uxorem Uriæ Hethæi, ut esset uxor tua.

11. Itaque hæc dicit Dominus : Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus.

12. Tu enim fecisti abscondite : ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis (1).

parole jusqu'à commettre le mal devant mes yeux? Vous avez fait perdre la vie à Urie, Héthéen : vous lui avez ôté sa femme, et l'avez prise pour vous, et vous l'avez tué par l'épée des enfants d'Ammon *qui sont mes ennemis.*

10. C'est pourquoi l'épée ne sortira jamais de votre maison; parce que vous m'avez méprisé, et que vous avez pris pour vous la femme d'Urie, Héthéen.

11. Voici donc ce que dit le Seigneur : Je vais vous susciter des maux qui naîtront de votre propre maison. Je prendrai vos femmes à vos yeux; je les donnerai à un autre; et il dormira avec vos femmes aux yeux de ce soleil *que vous voyez.*

12. Car pour vous, vous avez fait cette action en secret : mais, pour moi, je la ferai à la vue de tout Israël, et à la vue du soleil.

§ II. *David confesse son péché. Dieu le lui remet, mais sans remettre la peine qui lui était due. Mort du fils qui était le fruit de son crime.*

13. Et dixit David ad Nathan : Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David : Dominus quoque transtulit peccatum tuum : non morieris.

13. David dit à Nathan : J'ai péché contre le Seigneur, et *j'en ai une vraie douleur.* Nathan lui répondit : Le Seigneur, *qui voit la sincérité de votre repentir,* a aussi transféré votre péché. Vous ne mourrez point *d'une mort violente comme vous méritez.*

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : VIII. *Les réflexions.*

---

10. *Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum.* De cæde aliquo filiorum Davidis vide dicta n. 6. Ex posteris etiam Davidis multi, ut deinceps patebit ex sacra historia, gladio perierunt. — *Et tuleris uxorem Uriæ Hethæi.* Vide dicta superiori cap. n. 27.

11. *Suscitabo.* Suscitari et existere permittam. — *De domo tua.* Durum est a quocumque acerba pati : durum et etiam supra modum acerbum a suis. Sic idem et David in Ps. 54. 13, etc., lamentabatur : *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, etc.; tu vero homo unanimis, dux meus, et notus meus : qui simul mecum dulces capiebas cibos, etc.* — *In oculis tuis.* Non clam, sed palam, et nullo tui respectu. — *Proximo tuo.* Vinculo consanguinitatis, et eximii cujusdam amoris. Absalonem enim filium mirum quantum dilexit David.

12. *In conspectu solis.* Hujus publicam infligam pœnam sceleris, quod occultum esse voluisti.

13. *Peccavi Domino.* Idem quod Saul locutus est David, sed diverso animo, dolenti nimirum ob Deum offensum, cum Saul non ob culpam doleret, sed ob pœnam. — *Transtulit peccatum tuum.* Sustulit, dimisit, condonavit quoad culpam. In hebræo est, *transire fecit a te.* — *Non morieris.* Vitæ securus redditur; poterat enim merito timere comminationem illam, *non recedet gladius de domo tua, etc.*

Digitized by Google

17. David en ayant reçu nouvelle, assembla toutes les troupes d'Israël, passa le Jourdain, et vint à Hélam. Les Syriens marchèrent contre David, et lui donnèrent bataille.

18. Mais *l'armée d'*Israël les mit en fuite, et David tailla en pièces sept cents chariots *qui portaient chacun dix hommes* de leurs troupes, et quarante mille chevaux, et blessa tellement Sobach, général de l'armée, qu'il mourut sur-le-champ.

19. Tous les rois qui étaient venus au secours d'Adarezer, se voyant vaincus par les Israélites, furent saisis de frayeur, et s'enfuirent devant eux avec cinquante-huit mille hommes. Ils firent la paix ensuite avec les Israélites, et leur furent assujettis; et depuis ce temps-là les Syriens appréhendèrent de donner secours aux Ammonites.

17. Quod cum nuntiatum esset David, contraxit omnem Israelem, et transivit Jordanem, venitque in Helam; et direxerunt aciem Syri ex adverso David, et pugnaverunt contra eum.

18. Fugeruntque Syri a facie Israel, et occidit David de Syris septingentos currus, et quadraginta millia equitum, et Sobach principem militiæ percussit: qui statim mortuus est.

19. Videntes autem universi reges, qui erant in præsidio Adarezer, se victos esse ab Israel, expaverunt et fugerunt quinquaginta et octo millia coram Israel. Et fecerunt pacem cum Israel, et servierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere ultra filiis Ammon.

CHAPITRE XI.

§ I. *David se tenant en repos à Jérusalem, pendant que ses troupes, commandées par Joab, assiégeaient Rabba, ville des Ammonites, tombe en adultère avec Bethsabée.*

L'AN DU MONDE 2969. — AVANT J.-C. 1035.

1. Comme *dans la guerre précédente les* | 1. Factum est autem, vertente

---

17. *Venitque in Helam.* Quam urbem Syrorum putat Abulensis. Alii putant esse locum ubi congregati erant Israelitæ qui trans Jordanem habitabant, quos ut vicinos Ammonitis semper in armis paratos esse oportebat.

18. *Septingentos currus, et quadraginta millia equitum.* Videtur hic locus pugnare cum iis quæ habemus I. Paral. 19. 18 : *Interfecit David de Syris septem millia curruum, et quadraginta millia peditum.* Ut hæc duo loca conciliantur, dici potest currus tantum fuisse septingentos, in quorum singulis decem milites pugnarent, qui septem millium summam efficiunt; hos autem eos esse, quos sacer textus in Paralipomenis expressit, cum ait, *Septem millia curruum,* id est, militum ex curribus pugnantium. Vide dicta c. 8, num. 4. Cum vero dicitur in Paralipomenis occisa *quadraginta millia peditum,* hoc vero loco *quadraginta millia equitum,* dicendum utrumque verum esse, ac cæsorum summam fuisse octoginta millium, præter eos qui pugnabant de curribus. Ita Lyranus, Abulensis, Vatablus, Sa, Salianus et Sanchez. — *Sobach principem militiæ percussit.* Non constat ex textu an ipsius Davidis manu percussus fuerit; nam etiam multa illa millia equitum David occidisse dicitur, quod tamen de illius exercitu intelligendum est.

19. *Qui erant in præsidio Adarezer.* Id est, qui sub ejus auspiciis contra Israel pugnabant. — *Quinquaginta et octo millia.* Ex quo apparet totum exercitum fuisse centum quadraginta quinque millium militum; nam octoginta septem millia cæsa fuerant. I. Paral. 19, additur, quod hic erat prætermissum, servos Adarezer ad Davidem transfugisse.

Digitized by Google

anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Joab, et servos suos cum eo, et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba : David autem remansit in Jerusalem.

2. Dum hæc agerentur, accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiæ : viditque mulierem se lavantem, ex adverso super solarium suum : erat autem mulier pulchra valde.

3. Misit ergo rex, et requisivit quæ esset mulier. Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam, uxor Uriæ Hethæi.

4. Missis itaque David nuntiis,

Ammonites n'avaient point été assez punis de l'outrage fait à David en la personne de ses ambassadeurs, et que la perte n'était presque tombée que sur les Syriens, un an après *la bataille donnée contre eux*, au temps que les rois ont accoutumé d'aller à la guerre, David envoya Joab avec ses officiers et toutes les troupes d'Israël, qui ravagèrent le pays des Ammonites, et assiégèrent Rabba, *qui en était la capitale;* mais David demeura à Jérusalem.

2. Pendant que ces choses se passaient, il arriva que David s'étant levé de dessus son lit, après midi, se promenait sur la terrasse de son palais. Alors il vit une femme vis-à-vis de lui, qui se baignait sur la terrasse de sa maison, et cette femme était fort belle.

3. Le roi envoya donc savoir qui elle était. On lui vint dire que c'était Bethsabée, fille d'Eliam, femme d'Urie, Héthéen.

4. David ayant envoyé des gens, la fit

Cap. XI. 1. *Vertente anno.* Hebr. *revertente,* ut etiam LXX, ἐπιστρέψαντος τοῦ ἐνιαυτοῦ, cum scilicet cum vere novo sol longiores dies faciens ad nos revertitur. — *Tempore quo solent reges ad bella procedere.* Mense martio, cum mitescit cœlum, et solum equitatui reliquisque jumentis pabulum suppeditat, aliæque commoditates ad educendum ex hibernis militem invitant. — *Vastaverunt filios Ammon.* Agris Ammonitarum vastitatem intulerunt. — *Rabba.* Metropolim Ammonitarum. — *Remansit in Jerusalem.* Neque enim diu extra regnum manere poterat in diuturna civitatis illius obsidione.

2. *Dum hæc agerentur.* In castris apud Ammonitas. — *Surgeret David de strato suo post meridiem.* Ubi se a prandio quieti dederat. — *In solario domus regiæ.* Supra palatii tectum, quod de more regionis planum erat, et peribolo cinctum, ut in eo deambulare liceret. — *Mulierem se lavantem.* Vel ad naturalem corporis, vel legalem immunditiam abstergendam, vel ut se a calore, cum tempus esset æstivum, refrigeraret. — *Viditque... ex adverso super solarium suum.* Sententia est : David existens super solarium suum vidit mulierem se lavantem : vidit autem per fenestram domus mulieris, si se abluebat in cubiculo : vel ad fontem, si, ut Susanna, se ad salientem lavabat. Hunc sensum faciunt hebræa in quibus est, *vidit de super tecto,* vel *de solario,* ut etiam LXX habent.

3. *Bethsabee filia Eliam.* Hunc autem Eliam fuisse filium Achitophel discimus infra, ex c. 23 hujus libri, n. 34, idemque affirmat D. Hier. in Traditionibus, et alii. I. Paral. c. 3, n. 5, Bethsabee dicitur filia Ammiel : sed dicendum est ejus parentem binomium fuisse, vel hæc duo nomina poni pro eodem, cum eamdem habeant significationem : nam Ammiel significat *populus Deus meus,* Eliam vero, *Deus meus populus.* — *Hethæi.* D. Hier. in Traditionibus in II. Paral. c. 11. : *Urias,* inquit, *Hethæus vir Bethsabee a loco qui vocatur Heth, Hethæus vocatus est.* Porro Heth Adrichomius in tribu Juda n. 128, ad Hebronem collocat, juxta sepulcrum Abrahæ.

Digitized by Google

venir. Etant venue vers lui, il dormit avec elle : et aussitôt elle se purifia de son impureté, *selon l'ordonnance de la loi;*

5. Et retourna chez elle ayant conçu. Dans la suite elle envoya dire à David : J'ai conçu.

tulit eam; quæ cum ingressa esset ad illum, dormivit cum ea : statimque sanctificata est ab immunditia sua :

5. Et reversa est in domum suam concepto fœtu. Mittensque nuntiavit David, et ait : Concepi.

§ II. *Bethsabée ayant conçu, David, pour cacher son crime, fait venir de l'armée Urie, son mari, et tâche de l'envoyer se reposer dans sa maison. Mais, quelque chose qu'il fasse, Urie demeure toujours dans le palais du roi.*

6. Après quoi David manda à Joab de lui envoyer Urie, Héthéen. Joab le lui envoya.

7. Et quand il fut venu, David lui demanda en quel état était Joab et toute l'armée, et ce qui se passait à la guerre.

8. Et il dit à Urie : Allez-vous en chez vous; lavez-vous les pieds, *et reposez-vous.* Urie sortit du palais, et le roi lui envoya des mets de sa table.

9. Mais Urie passa la nuit suivante devant la porte du palais du roi, avec les autres officiers, et il n'alla point en sa maison.

10. David en ayant été averti, dit à Urie : D'où vient que revenant d'un voyage, vous n'êtes pas allé chez vous *vous délasser de vos fatigues?*

6. Misit autem David ad Joab, dicens : Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Joab Uriam ad David.

7. Et venit Urias ad David. Quæsivitque David quam recte ageret Joab, et populus, et quomodo administraretur bellum;

8. Et dixit David ad Uriam : Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius.

9. Dormivit autem Urias ante portam domus regiæ cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam :

10. Nuntiatumque est David a dicentibus : Non ivit Urias in domum suam. Et ait David ad Uriam : Numquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam?

---

4. *Statimque sanctificata est ab immunditia sua.* Id est, statim menstrua illi fluere desierunt, ut mulieribus accidit post conceptum fœtum : ideoque sublata immunditia legalis, qua menstruatæ laborabant in lege veteri, Levit. 15. 19. LXX habent, *et ea erat sanctificata ab immunditia sua,* quasi dicerent : A menstruo purgata, ideoque apta ad conceptum.

6. *Mitte ad me Uriam Hethæum.* Excogitatum remedium occultando crimini; nam si reversus Urias uxorem cognovisset, natum infantem suum credidisset.

8. *Lava pedes tuos.* Solebant enim lavari pedes iis qui ex itinere veniebant. — *Secutusque est eum cibus regius.* Specie quidem in signum benevolentiæ, re autem ipsa, ut hilarius et lautius cibo potuque regio exceptus, ad voluptatem alliceretur, ut Abulens. et Glossa notarunt.

10. *Nuntiatumque est David a dicentibus.* Id est, respondentibus; id enim sine dubio quæsiverat David. — *Numquid non de via venisti?* Quasi dicat : Par est ut tibi aliquid indulgeas, et corpus cures, cum longum iter confeceris. Adrichomius ait Rabbam, ex qua venerat Urias, a Jerusalem itinere triginta horarum distare.

Digitized by Google

11. Et ait Urias ad David : Arca Dei et Israel et Juda habitant in papilionibus, et dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent : et ego ingrediar domum meam, ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore mea? per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.

11. Urie répondit à David : L'arche de Dieu, Israël et Juda demeurent sous des tentes, et Joab, mon seigneur, et les serviteurs de mon seigneur, couchent à plate terre : et moi cependant j'irais en ma maison manger et boire, et dormir avec ma femme? Je jure par la vie et par le salut de mon roi que je ne le ferai jamais.

12. Ait ergo David ad Uriam : Mane hic etiam hodie, et cras dimittam te. Mansit Urias in Jerusalem in die illa et altera.

12. David dit donc à Urie : Demeurez ici encore aujourd'hui, et je vous renverrai demain. Urie demeura *donc* à Jérusalem ce jour-là et le lendemain.

13. Et vocavit eum David ut comederet coram se et biberet, et inebriavit eum : qui egressus vespere, dormivit in strato suo cum servis domini sui, et in domum suam non descendit.

13. David le fit venir pour manger et pour boire à sa table, et il l'enivra. Mais s'en étant retourné au soir, il dormit dans son lit, avec les officiers *de la garde* du roi, et n'alla point chez lui.

§ III. *David envoie à Joab, par Urie même, ordre de l'exposer à l'endroit où le combat sera le plus rude, et de l'y abandonner, afin qu'il y périsse. Ce qui est exécuté. Après la mort d'Urie, David épouse Bethsabée et en a un fils.*

14. Factum est ergo mane, et scripsit David epistolam ad Joab : misitque per manum Uriæ,

14. Le lendemain matin David envoya à Joab, par Urie même, une lettre écrite en ces termes :

15. Scribens in epistola : Ponite Uriam ex adverso belli, ubi fortissimum est prælium : et derelinquite eum, ut percussus intereat.

15. Mettez Urie à la tête d'un bataillon, à l'endroit où le combat sera le plus rude; et faites en sorte qu'il soit abandonné et qu'il y périsse.

16. Igitur cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.

16. Joab continuant donc le siége de la ville, mit Urie vis-à-vis le lieu où il savait qu'étaient les plus vaillants hommes.

17. Egressique viri de civitate, bellabant adversum Joab, et ceciderunt de populo servorum David, et mortuus est etiam Urias Hethæus.

17. Les ennemis ayant fait une sortie, chargèrent Joab, et tuèrent quelques-uns des gens de David, entre lesquels Urie, Héthéen, demeura mort sur la place.

---

11. *Arca Dei.* Ex hoc perspicuum est arcam Dei de Sion in castra fuisse delatam, ut in aliis quoque bellis factitatum fuisse vidimus supra. Ideoque et ibi adfuerit Abiathar pontifex, aut certe sacerdotes, qui illi adessent, eamque pro officio custodirent. — *Per salutem tuam, et per salutem animæ tuæ.* Non est duplex juramentum, sed repetitio ejusdem rei; idem enim est per salutem animæ tuæ, quod per salutem tuam.

13. *Inebriavit eum.* Tum ut non recordaretur jurisjurandi sui, tum ut vino ad hilaritatem solutior, domum atque uxorem suam adiret.

16. *Posuit Uriam in loco ubi sciebat viros esse fortissimos.* Paruit Joab existimans Uriam scelus aliquod contra regem admisisse, ideoque mortem esse commeritum; velle tamen regem in eum ita animadvertere, ut simul ejus honori parceret.

Digitized by Google

14. Mais néanmoins parce que vous avez été cause que les ennemis du Seigneur ont blasphémé *contre lui, en leur faisant remporter l'avantage sur son peuple, et leur donnant lieu de tuer ses enfants*, assurez-vous *aussi* que le fils qui vous est né *de votre crime* va perdre la vie.

14. Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.

15. Nathan retourna ensuite à sa maison. *En même temps* le Seigneur frappa l'enfant que la femme d'Urie avait eu de David, et il fut désespéré.

15. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus parvulum, quem pepererat uxor Uriæ David, et desperatus est.

16. David pria le Seigneur pour l'enfant; il jeuna; il se retira en particulier, et demeura couché sur la terre, *implorant la misericorde du Seigneur.*

16. Deprecatusque est David Dominum pro parvulo; et jejunavit David jejunio, et ingressus seorsum, jacuit super terram.

17. Les principaux de sa maison le vinrent trouver, et lui firent de grandes instances pour l'obliger à se lever de terre : mais il refusa, et ne mangea point avec eux.

17. Venerunt autem seniores domus ejus, cogentes eum ut surgeret de terra : qui noluit, nec comedit cum eis cibum.

18. Le septième jour l'enfant mourut : et les serviteurs de David n'osaient lui dire qu'il était mort; car ils s'entredisaient : Lorsque l'enfant vivait encore, et que nous lui parlions, il ne voulait point nous écouter; combien donc s'affligera-t-il encore davantage si nous lui disons qu'il est mort!

18. Accidit autem die septima ut moreretur infans : timueruntque servi David nuntiare ei quod mortuus esset parvulus; dixerunt enim : Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum, et non audiebat vocem nostram : quanto magis si dixerimus, Mortuus est puer, se affliget!

19. David, voyant que ses officiers parlaient tout bas entre eux, reconnut que l'enfant était mort; et le leur ayant demandé, ils lui répondirent qu'il était mort.

19. Cum ergo David vidisset servos suos mussitantes, intellexit quod mortuus esset infantulus : dixitque ad servos suos : Num mortuus est puer? Qui responderunt ei : Mortuus est.

20. Aussitôt il se leva de terre, alla au bain, prit de l'huile de parfums; et ayant changé d'habit, il entra dans la maison du

20. Surrexit ergo David de terra : et lotus unctusque est : cumque mutasset vestem, ingressus est do-

---

14. *Blasphemare fecisti.* Deum scilicet, qui tam improbum regem dederit. * Gravis etiam ad peccatum accessio occasionem dare potuit impiis gentibus male sentiendi de lege divina, quam sperni a primis Hebræorum videant.

15. *Percussit quoque Dominus parvulum.* Febri, aut alio languore corporis.

16. *Deprecatusque est David Dominum.* Orat, jejunat, humi cubat, etc., ut mortem a filio avertat, si forte prophetica denuntiatio conditionem habeat, et precum et afflictionis corporis interventu revocabilis sit.

18. *Die septima.* Ab ægritudine; septimus enim dies a medicis criticus appellatur, et graviter ægrotantibus periculosus est. Itaque cum septimus hic dies non sit a nativitate numerandus, sed ab initio morbi, dicendum est infantulum ante mortem circumcisione fuisse consignatum.

20. *Ingressus est domum Domini.* Potuit David adire Domini tabernacu-

Digitized by Google

mum Domini, et adoravit, et venit in domum suam, petivitque ut ponerent ei panem, et comedit.

21. Dixerunt autem ei servi sui: Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem, cum adhuc viveret, jejunasti et flebas : mortuo autem puero, surrexisti, et comedisti panem.

22. Qui ait : Propter infantem, dum adhuc viveret, jejunavi et flevi : dicebam enim : Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, et vivat infans?

23. Nunc autem quia mortuus est, quare jejunem? Numquid potero revocare eum amplius? ego vadam magis ad eum : ille vero non revertetur ad me.

Seigneur, et l'adora *avec une parfaite soumission à sa volonté.* Il revint ensuite en sa maison; il demanda qu'on lui servît à manger, et il prit de la nourriture,

21. Alors ses officiers lui dirent : D'où vient cette conduite *si extraordinaire?* Vous jeûniez et vous pleuriez pour l'enfant lorsqu'il vivait encore; et après qu'il est mort, vous vous êtes levé, et vous avez mangé.

22. David leur répondit : J'ai jeûné et j'ai pleuré pour l'enfant tant qu'il a vécu, parce que je disais : Qui sait si le Seigneur ne me le donnera point, et s'il ne lui sauvera point la vie?

23. Mais maintenant qu'il est mort, pourquoi jeûnerais-je? Est-ce que je puis encore le faire revivre? c'est moi plutôt qui irai à lui, et il ne reviendra jamais à moi.

§ III. *David console Bethsabée, et en a un fils qu'il appelle Salomon. Le Seigneur aime cet enfant. David va au siége de Rabbath et la prend. Rigueurs qu'il exerce contre les Ammonites.*

24. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam, ingressusque ad eam, dormivit cum ea : quæ genuit filium, et vocavit nomen ejus Salomon, et Dominus dilexit eum.

25. Misitque in manu Nathan prophetæ, et vocavit nomen ejus, Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus.

24. David ensuite consola sa femme Bethsabée : il dormit avec elle, et elle eut un fils qu'il appela Salomon. Le Seigneur aima cet enfant.

25. Et ayant envoyé *à David* le prophète Nathan, il donna à l'enfant le nom d'Aimable au Seigneur, parce que le Seigneur l'aimait.

---

lum; neque enim ex luctu erat immundus; contrahebatur enim immunditia non propter lacrymas, sed exeundo ad exequias, aut defuncti cubiculum ingrediendo.

21. *Sermo.* Res.

23. *Numquid potero revocare eum amplius?* Nec de animarum immortalitate, nec de corporum resurrectione dubitat David, sed pro certo habet Deum vitæ non restituturum eum pro quo ne moreretur tam ferventer oraverat. Adde quod nullum adhuc exstabat exemplum mortui ad vitam viventium precibus revocati.

24. *Consolatus est David Bethsabee uxorem suam.* Non solum suadens ut in placito divinæ voluntatis acquiesceret, sed etiam, ut putant Pineda lib. 1 de Salomone cap. 6, et Salianus, promissione regni in eum filium, qui ex illa nasceretur, transmittendi. — *Salomon.* Id est, *pacificum.* Ratio nominis habetur I. Paral. cap. 22. 9 : *Faciam enim,* inquit, *eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum, et ob hanc causam Pacificus vocabitur, et pacem, et otium dabo in Israel cunctis diebus ejus.*

25. *Misitque in manu Nathan prophetæ.* Dominus scilicet, ut nomen infanti

Digitized by Google

26. Joab continua à battre Rabbath, ville des Ammonites : et étant près de prendre cette ville royale,

27. Il envoya des courriers à David, avec ordre de lui dire : J'ai battu jusqu'ici Rabbath, et cette ville environnée d'eaux va être prise.

28. Faites assembler le reste du peuple, et venez au siége de la ville et la prenez, de peur que, lorsque je l'aurai détruite, on ne m'attribue l'honneur de cette victoire.

29. David assembla donc le peuple, et marcha contre Rabbath, et après quelques combats, il la prit.

30. Il ôta de dessus la tête du roi des Ammonites le diadème qui pesait un talent d'or, et était enrichi de pierreries très-précieuses, et il fut mis sur la tête de David. Il remporta aussi de la ville un fort grand butin.

31. Et *en* ayant fait sortir les habitants, *il les traita, par l'ordre de Dieu, comme*

26. Igitur pugnabat Joab contra Rabbath filiorum Ammon, et expugnabat urbem regiam.

27. Misitque Joab nuntios ad David, dicens : Dimicavi adversum Rabbath, et capienda est urbs aquarum.

28. Nunc igitur congrega reliquam partem populi, et obside civitatem, et cape eam : ne, cum a me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur victoria.

29. Congregavit itaque David omnem populum, et profectus est adversum Rabbath : cumque dimicasset, cepit eam.

30. Et tulit diadema regis eorum de capite ejus, pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas, et impositum est super caput David. Sed et prædam civitatis asportavit multam valde (1) :

31. Populum quoque ejus adducens serravit, et circumegit su

(1) Bible vengée, II Rois, note V.

---

imponeret, *Amabilis Domino*, hebr. יְדִידְיָה *jedidejah*. Itaque Salomon binomius fuit, licet secundum hoc nomen hoc tantum loco referatur.

26. *Expugnabat.* Oppugnabat.

27. *Urbs aquarum.* Rabbath, quæ dicta est urbs aquarum, vel quod plurimis aquis locisque palustribus cincta esset, ideoque ut munitissima Joabi conatus frustraretur, ut tradit Lyranus et alii : vel quod torrens Jaboc eam circumflueret, ut vult Serarius, et Adrichomius in tribu Gad, n. 23 et 37.

28. *Congrega reliquam partem populi.* Ut scilicet tibi cum novis copiis supervenienti cedat decus urbis captæ, quasi minori exercitu rege absente capi non potuerit. * Curtius rem similem de Cratero narrat in Artacacnæ obsidione : *Ille omnibus præparatis, regis exspectabat adventum, captæ urbis titulo (sicut par erat) cedens.*

30. *Diadema regis eorum de capite ejus.* Regem eorum appellat idolum Moloch, sive Melchom, quæ vox interpretata *regem eorum* sonat. Ita hunc locum interpretantur S. Hier. et Pineda, ac Villalpandus ex recentioribus, et alii apud Salianum, licet non desint qui non de idolo, sed de rege intelligant. — *Impositum est super caput David.* Deut. 7. 25. lex est : *Sculptilia eorum igne combures, non concupisces argentum et aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, etc.* Aliqui Davidem excusant a peccato contra legem hanc, quod ea de idolis tantum Chananæorum accipienda esset : alii quod de ipsis idolis, non de eorum ornamentis, coronis, torquibus, etc.

31. *Serravit.* Serris secuit. * Non incognitum illis in regionibus supplicium, quo et Isaiam affectum a Manasse aiunt Hebr., et innuit D. Paulus ad Hebr. 11. 37, *secti sunt*, ἐπρίσθησαν. Videntur quæ hic narrantur sapere crudelitatem : sed fœdissime violatum ab Ammonitis jus gentium, et concitati alii re-

Digitized by Google

per eos ferrata carpenta : divisitque cultris, et traduxit in typo laterum : sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon. Et reversus est David, et omnis exercitus in Jerusalem (1).

ils traitaient eux-mêmes leurs ennemis. Il les coupa avec des scies, fit passer sur eux des chariots avec des roues de fer, les tailla en pièces avec des couteaux, et les jeta dans des fourneaux où l'on cuit la brique : c'est ainsi qu'il traita *les habitants de* toutes les villes des Ammonites. David revint ensuite à Jérusalem avec toute son armée.

CHAPITRE XIII.

§ I. *Amnon, fils de David, conçoit une passion violente pour Thamar, sœur d'Absalom. Il la surprend et en abuse.*

L'AN DU MONDE 2972. — AVANT J.-C. 1032.

1. Factum est autem post hæc, ut Absalom, filii David, sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius David,

1. Après cela Amnon, fils de David, conçut une passion violente pour la sœur d'Absalom, aussi fils de David, qui était très-belle, et qui s'appelait Thamar.

2. Et deperiret eam valde, ita ut propter amorem ejus ægrotaret ; quia cum esset virgo, difficile ei videbatur ut quippiam inhoneste ageret cum ea.

2. L'affection qu'il avait pour elle devint si excessive, que cet amour le rendit malade, parce qu'étant vierge *et renfermée dans des appartements où les hommes n'avaient pas la liberté d'entrer,* il paraissait difficile à Amnon de rien faire avec elle contre l'honnêteté.

3. Erat autem Amnon amicus, nomine Jonadab, filius Semmaa fratris David, vir prudens valde.

3. Cependant Amnon avait un ami fort prudent *et fort ingénieux,* qui s'appelait Jonadab, fils de Semmaas, frère de David.

4. Qui dixit ad eum : Quare sic attenuaris macie fili regis per

4. Jonadab dit donc à Amnon : D'où vient, mon prince, que vous emmaigris-

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : *Quant aux cruautés.* — Rép. crit., tome I, page 2 *et suiv.*

---

ges adversus Israelem, et creata molestia diuturni belli gravem pœnam exigebant; si vero aliquid crudelius designatum est, Joab auctori cum Saliano adscribi fortasse potest. — *Circumegit super eos.* Sensus est aliquos fuisse serra dissectos, alios suppositos ferratis carpentis contritos, alios gladiis trucidatos, alios traductos per fornacem lateritiam, ut igni comburerentur; hoc enim *est traduci in typo laterum*, id est, per eum locum in quo lateres formantur, et igni durantur. Locum hunc fusius explicavi in Hieropoliticis lib. 2, cap. 3, num. 1.

CAP. XIII. 1. *Absalom filii David sororem.* Soror dicitur Absalonis, quia eadem cum illo matre genita.

2. *Cum esset virgo.* Quæ propter ea diligenter custodiebatur.

3. *Filius Semmaa.* Patruelis ipsius Amnonis. — *Prudens valde.* Prudentia carnis, quæ astutia est. * Jonadab unus erat ex eorum numero quibus omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est, ut Tacitus loquitur tertio Annalium.

4. *Filii regis.* Emphasim habet, quasi inertiæ cujusdam sit filium regis, qui

Digitized by Google

sez ainsi de jour en jour? Pourquoi ne m'en dites-vous point la cause? Amnon lui répondit : J'aime Thamar sœur de mon frère Absalom.

5. Jonadab lui dit : Couchez-vous sur votre lit, et faites semblant d'être malade; lorsque votre père vous viendra visiter, dites-lui : *Je suis entièrement dégoûté.* Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, pour m'apprêter à manger, et qu'elle me prépare quelque chose que je reçoive de sa main.

6. Amnon se mit donc au lit, et commença à faire le malade. Et le roi l'étant venu visiter, il lui dit : Que ma sœur Thamar vienne, je vous prie, et qu'elle fasse devant moi deux petits plats, afin que je prenne à manger de sa main; *car je suis extrêmement dégoûté.*

7. David envoya donc chez Thamar, et lui fit dire : Allez chez votre frère Amnon, et préparez-lui à manger.

8. Thamar y étant venue, trouva son frère Amnon qui était couché. Elle prit de la farine, la pétrit et la délaya, et fit cuire le tout devant lui.

9. Et prenant ce qu'elle avait fait cuire, elle le mit dans un vase, et le lui présenta. Mais Amnon n'en voulut point *alors* manger, et il dit : Qu'on fasse sortir tout le monde. Lorsque tout le monde fut sorti,

10. Amnon dit à Thamar : Portez dans mon cabinet ce que vous m'avez apprêté, afin que je le reçoive de votre main. Thamar le prit et le porta à Amnon, son frère, dans le cabinet *où il était couché.*

11. Et le lui ayant présenté, Amnon se saisit d'elle et lui dit : Venez, ma sœur, couchez avec moi.

12. Elle lui répondit : Non, mon frère, non : ne me faites pas violence, cela n'est

singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon : Thamar sororem fratris mei Absalom amo.

5. Cui respondit Jonadab : Cuba super lectum tuum, et languorem simula : cumque venerit pater tuus ut visitet te, dic ei : Veniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, et faciat pulmentum ut comedam de manu ejus.

6. Accubuit itaque Amnon, et quasi ægrotare cœpit : cumque venisset rex ad visitandum eum, ait Amnon ad regem : Veniat, obsecro, Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, et cibum capiam de manu ejus.

7. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens : Veni in domum Amnon fratris tui, et fac ei pulmentum.

8. Venitque Thamar in domum Amnon fratris sui : ille autem jacebat; quæ tollens farinam commiscuit : et liquefaciens, in oculis ejus coxit sorbitiunculas.

9. Tollensque quod coxerat, effudit, et posuit coram eo, et noluit comedere : dixitque Ammon : Ejicite universos a me. Cumque ejecissent omnes,

10. Dixit Amnon ad Thamar : Infer cibum in conclave, ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas, quas fecerat, et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave.

11. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, et ait : Veni, cuba mecum, soror mea.

12. Quæ respondit ei : Noli frater mi, noli opprimere me, neque

---

voti cujuscumque compos esse possit, tabescere rei alicujus desiderio, nec conari illam consequi.

5. *Languorem simula.* Ægritudinem paulo graviorem, quæ lecto affigat; nam prius etiam, sed leviter ægrotabat. — *Thamar soror mea.* Vocare jubet sororem ad amoliendam suspicionem meditati facinoris.

6. *Sorbitiunculas.* LXX, *placentas;* alii, *lagana.*

Digitized by Google

enim hoc fas est in Israel : noli facere stultitiam hanc.

13. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, et tu eris quasi unus de insipientibus in Israel : quin potius loquere ad regem, et non negabit me tibi (1).

14. Noluit autem acquiescere precibus ejus, sed prævalens viribus oppressit eam, et cubavit cum ea.

pas permis dans Israël : ne faites pas cette folie;

13. Car je ne pourrai porter mon opprobre, et vous passerez parmi tout le peuple pour un insensé; mais demandez-moi plutôt au roi en mariage, et il ne refusera pas de me donner à vous. *Elle lui parlait ainsi, afin de gagner du temps, et de pouvoir se retirer.*

14. Amnon ne voulut point se rendre à ses prières; et étant plus fort qu'elle, il lui fit violence, et abusa d'elle.

§ II. *Amnon conçoit pour Thamar une haine encore plus grande que la passion qu'il avait eue pour elle. Il la chasse honteusement de chez lui. Elle se retire chez Absalom où elle sèche de douleur. David laisse ce crime impuni, et Absalom le dissimule.*

15. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis : ita ut majus esset odium quo oderat eam, amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon : Surge, et vade.

16. Quæ respondit ei : Majus est hoc malum, quod nunc agis adversum me, quam quod ante fecisti, expellens me. Et noluit audire eam :

17. Sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit : Ejice hanc a me foras, et claude ostium post eam.

15. Aussitôt il conçut pour elle une étrange aversion, de sorte que la haine qu'il lui portait était encore plus excessive que la passion qu'il avait eue pour elle auparavant. Il lui dit donc : Levez-vous, et allez-vous en.

16. Thamar lui répondit : L'outrage que vous me faites maintenant, en me chassant de la sorte, est encore plus grand que celui que vous venez de me faire. Amnon ne voulut point l'écouter :

17. Mais ayant appelé un de ses gens qui le servait, il lui dit : Mettez-la hors d'ici, et fermez la porte après elle.

(1) Bible vengée, II. Rois, note VI.

---

12. *Neque enim hoc fas est in Israel.* Quia in Levitico, c. 18. 6, dicitur : *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelet turpitudinem ejus. Ego Dominus;* et num. 9, ad rem nostram propius : *Turpitudinem sororis tuæ ex patre, sive ex matre, quæ domi vel foris genita est, non revelabis.*

13. *Opprobrium meum.* Dedecus ob violationem. — *Quasi unus de insipientibus.* Sceleratis, divinæ legis violatoribus. — *Non negabit me tibi.* Id fortasse licitum putavit Thamar ignoratione legis : vel qualemcumque spem Amnoni objiciendam putavit, ut, si fieri posset, desisteret ab injuria.

15. *Exosam eam habuit Amnon.* Quæ odii causa? an ex conscientiæ stimulo et synderesi, et pudore infamiæ secuturæ? * juxta ea, quæ docet Aristoteles in Problematis sect. 4. probl. 11; an potius id egit dæmon, ut, expulsa virgine, et propalato crimine, turbæ domi, odia, cædesque nascerentur, quod etiam consecutus est.

16. *Majus est hoc malum.* Id est, perpetratum malum majus fit expulsione, quia infamiam affert expulsio, et spem excludit patrati criminis tegendi, et aliquod remedium adhibendi.

Digitized by Google

18. Thamar était vêtue d'une robe *de diverses couleurs*, qui traînait jusqu'à terre, les filles des rois qui étaient encore vierges ayant accoutumé de s'habiller de la sorte. L'officier d'Amnon la mit donc hors de la chambre, et ferma la porte après elle.

19. Alors Thamar ayant mis de la cendre sur sa tête, et déchiré sa robe, s'en alla, en jetant de grands cris, et tenant sa tête couverte de ses deux mains.

20. Absalom son frère lui dit : Est-ce que mon frère Amnon a abusé de vous? Mais, ma sœur, n'en dites rien; car c'est votre frère : *et ce que vous diriez ne servirait qu'à vous couvrir de confusion vous et votre famille.* Ne vous affligez point non plus de ce qui vous est arrivé : *cette injure qu'on vous a faite ne restera point impunie.* Thamar demeura donc *renfermée* dans la maison d'Absalom, son frère, séchant d'ennui et de douleur.

21. Le roi David ayant appris ce qui s'était passé, s'en affligea fort; mais il ne voulut point attrister Amnon, son fils, parce qu'il l'aimait étant son aîné. *Ainsi il laissa son crime impuni.*

22. Absalom ne parla en aucune sorte *de tout ceci* à Amnon : mais il conçut contre lui une *grande* haine, de ce qu'il avait violé sa sœur Thamar.

18. Quæ induta erat talari tunica : hujuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus utebantur. Ejecit itaque eam minister illius foras : clausitque fores post eam.

19. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens, et clamans.

20. Dixit autem ei Absalom frater suus : Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est, neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui.

21. Cum autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valde, et noluit contristare spiritum Amnon filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.

22. Porro non est locutus Absalom ad Amnon, nec malum nec bonum : oderat enim Absalom Amnon, eo quod violasset Thamar sororem suam.

---

18. *Talari.* Sic LXX : at hebr. כַּסְּתֹת *passim*, id est, ut alibi noster vertit interpres, *polymita*. Vide dicta Genes. 37. 3.

19. *Impositisque manibus super caput suum.* Manuum impositio capiti signum erat dolentis animi. Sic Jer. c. 2 extremo dicitur : *Ab ista egredieris, et manus tuæ erunt super caput tuum; quoniam obtrivit Dominus, etc. — Ingrediens, et clamans.* Ne si re jam manifesta leviter injuriam ferre videretur, non vim passa, sed volens corrupta crederetur.

20. *Frater tuus est.* Non significat id Absaloni fratri licuisse, aut impune esse debere, sed premendam rem silentio, ne major fiat infamia, quæ tam in eos redundet, qui intulerunt, quam in eos qui passi sunt. Vel etiam consolatur, quod cum Amnon frater illius esset, nemo jure suspicari posset eam in stuprum consensisse. — *Contabescens.* Hebr. et chald. *desolata*, scilicet mœsta. LXX, *animo deficiens.*

21. *Noluit contristare spiritum Amnon.* Nimiæ remissionis Davidem accusat Abulensis, quod peccantem adeo graviter filium ne asperius quidem appellaverit. Alii plures existimant tempore opportuno non fuisse neglectam a Davide correptionem, licet id sacer textus non expresserit. Ita sentit Lyranus, Dion., Salianus, et alii.

22. *Non est locutus.... nec malum nec bonum.* De hoc scilicet violatæ sororis

Digitized by Google

§ III. *Absalom prie David de venir manger chez lui avec tous ses enfants. David refuse d'y aller. Il permet à Absalom d'emmener tous ses frères. Lorsqu'ils y sont, il fait tuer Amnon, et se retire chez Tholomaï, roi de Gessur.*

23. Factum est autem post tempus biennii, ut tonderentur oves Absalom in Baalhasor, quæ est juxta Ephraim : et vocavit Absalom omnes filios regis,

24. Venitque ad regem, et ait ad eum : Ecce tondentur oves servi tui : veniat, oro, rex cum servis suis ab servum suum.

25. Dixitque rex ad Absalom : Noli, fili mi, noli rogare ut veniamus omnes, et gravemus te. Cum autem cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei.

26. Et ait Absalom : Si non vis venire, veniat, obsecro, nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex : Non est necesse ut vadat tecum.

27. Coegit itaque Absalom eum, et dimisit cum eo Amnon et universos filios regis. Feceratque Absalom convivium quasi convivium regis.

28. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens : Observate cum temulentus fuerit Amnon vino, et dixero vobis : Percutite

23. Deux ans après il arriva qu'Absalom fit tondre ses brebis à Baalhasor, que est près *de la ville d'Ephrem, dans la tribu* d'Ephraïm. *Comme chacun avait accoutumé de traiter ses parents et ses amis dans cette occasion*, il invita tous les enfants du roi *à venir manger chez lui.*

24. Il vint *pour cela* trouver le roi, et lui dit : Votre serviteur fait tondre ses brebis ; je supplie *donc* le roi de venir, avec les princes, chez son serviteur.

25. Le roi dit à Absalom : Non, mon fils, ne nous priez pas de venir tous, pour vous incommoder. Et Absalom lui fit encore de grandes instances ; mais David refusa *toujours d'y aller*, et il le bénit.

26. Absalom lui dit donc : Si vous ne voulez pas y venir, je vous supplie au moins que mon frère Amnon, *qui est votre aîné*, vienne avec nous, *comme pour tenir votre place.* Le roi lui répondit : Il n'est point nécessaire qu'il y aille.

27. Néanmoins Absalom l'en conjura avec tant d'instances qu'il laissa aller avec lui Amnon avec tous ses frères. Absalom avait fait préparer un festin de roi.

28. Et il avait donné cet ordre à ses officiers : Prenez garde quand Amnon commencera à être troublé par le vin, et que je vous ferai signe : frappez-le et le tuez.

---

facinore ; si enim plane ab omni ejus colloquio abstinuisset, suspectum eum habuisset Amnon, et ab eo sibi cavisset.

23. *In Baalhasor, quæ est juxta Ephraim.* Non tribum Ephraim, sed civitatem hujus nominis in tribu Juda, quæ etiam dicitur Ephrem et Ephræm cum diphthongo, cujus mentio est, Joan. 11. 54.

24. *Ecce tondentur oves.* Quod tempus celebre et lætum erat illo ævo Judæis rei pecuariæ intentis : quare etiam convivia tunc agitabant, ut vidimus supra in Nabal Carmeli, I. Reg. 25. 11. — *Veniat, oro, rex cum servis suis.* Cum tota familia regia. Cum regem ipsum invitat Absalom, hoc agit ut suspicionem meditati criminis amoliatur.

25. *Gravemus te.* Apparet Absalonem sua sibi bona habuisse separata, et conjugio fuisse devinctum, præsertim cum capite sequenti tres ejus filii et una filia memorentur. — *Benedixit.* Bene precatus est, scilicet valedicens.

27. *Coegit itaque Absalom eum.* Precibus importunis. Tam morosus David in danda venia videtur mali aliquid timuisse. — *Quasi convivium regis.* Quippe qui regem et regios filios omnes convivio excipere volebat.

Digitized by Google

Ne craignez point ; car c'est moi qui vous le commande. Soyez résolus, et agissez en gens de cœur.

29. Les officiers d'Absalom exécutèrent donc à l'égard d'Amnon le commandement que leur maître leur avait fait ; et *aussitôt* tous les enfants du roi se levant de table, montèrent chacun sur leur mule, et s'enfuirent.

30. Ils étaient encore en chemin lorsque le bruit vint jusqu'aux oreilles de David qu'Absalom avait tué tous les enfants du roi, sans qu'il en fût resté un seul.

31. Le roi se leva aussitôt, déchira ses vêtements, se jeta par terre ; et tous ses officiers qui étaient près de lui déchirèrent leurs vêtements.

32. Alors Jonadab, fils de Semmaa, frère de David, dit au roi : Que le roi mon seigneur ne s'imagine pas que tous les enfants du roi aient été tués. Amnon seul est mort, parce qu'Absalom avait résolu de le perdre depuis le jour qu'il avait fait violence à sa sœur Thamar.

33. Que le roi mon seigneur ne se mette donc pas cela dans l'esprit, et qu'il ne croie pas que tous ses enfants aient été tués ; Amnon seul est mort.

34. Cependant Absalom s'enfuit ; et celui qui était en sentinelle levant les yeux, vit une grande troupe de monde qui venait

eum, et interficite : nolite timere : ego enim sum qui præcipio vobis : roboramini, et estote viri fortes.

29. Fecerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas, et fugerunt.

30. Cumque adhuc pergerent in itinere, fama pervenit ad David, dicens : Percussit Absalom omnes filios regis, et non remansit ex eis saltem unus.

31. Surrexit itaque rex, et scidit vestimenta sua : et cecidit super terram, et omnes servi illius, qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua.

32. Respondens autem Jonadab filius Semmaa fratris David, dixit : Ne æstimet dominus meus rex, quod omnes pueri filii regis occisi sint : Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus, ex die qua oppressit Thamar sororem ejus.

33. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens : Omnes filii regis occisi sunt : quoniam Amnon solus mortuus est.

34. Fugit autem Absalom : et elevavit puer speculator oculos suos, et aspexit : et ecce populus

---

28. *Ego enim sum qui præcipio vobis.* Quasi dicat : Ego periculum vestrum in me recipio, ego damnum omne præstabo.

29. *Pueri Absalom.* Est probabile, ut Lyranus, Abulensis, et Dionysius volunt, fuisse istos alienigenas ex regno Tholomai regis Gessur avi sui materni oriundos, ut patrata cæde cum Absalone aufugerent, nec filios, aut familias suas in certo vitæ ac fortunarum discrimine relinquerent.

30. *Fama pervenit ad David.* Fama, ut sæpe solet, mendax ; quæ tamen divino consilio atque judicio ad majus Davidis supplicium pertineret, dum mortis omnium filiorum falsa opinione cruciatur.

32. *In ore.* In decreto et voluntate Absalonis positus erat, et destinatus ad cædem, quia decreverat, et fortasse etiam jurejurando confirmaverat se illum interfecturum. Chaldæus vertit, *in corde. In ore,* proprie hic accipi non potest, quia consilium suum Absalom mira dissimulatione texerat.

34. *Fugit autem Absalom.* Ad Tholomai regem Assur avum suum maternum, ut habetur n. 37 sequenti. * Urbes refugii non texissent deliberato pa-

Digitized by Google

multus veniebat per iter devium ex latere montis.

35. Dixit autem Jonadab ad regem : Ecce filii regis adsunt : juxta verbum servi tui sic factum est.

36. Cumque cessasset loqui, apparuerunt et filii regis : et intrantes levaverunt vocem suam, et fleverunt : sed et rex et omnes servi ejus fleverunt ploratu magno nimis.

37. Porro Absalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo David filium suum cunctis diebus.

38. Absalom autem cum fugisset, et venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis.

39. Cessavitque rex David persequi Absalom, eo quod consolatus esset super Amnon interitu.

par un chemin détourné à côté de la montagne.

35. Jonadab dit au roi : Voilà les enfants du roi qui viennent : ce qu'avait dit votre serviteur s'est trouvé vrai.

36. Il n'eut pas plutôt dit ces mots qu'on vit paraître les enfants du roi. Et lorsqu'ils furent arrivés, ils commencèrent à jeter des cris et à pleurer ; et le roi et tous ses serviteurs fondirent en larmes.

37. *Cependant* Absalom ayant pris la fuite, se retira chez Tholomaï, fils d'Ammiud, roi de Gessur, *père de Maachu, sa mère ;* et David pleurait son fils *Amnon* tous les jours.

38. Absalom demeura trois ans à Gessur où il était venu se réfugier.

39. Et le roi David cessa de le poursuivre, parce qu'il s'était *enfin* consolé de la mort d'Amnon.

CHAPITRE XIV.

§ I. ***Joab se sert d'une femme fort sage de la ville de Thécua pour obtenir de David le retour d'Absalom.***

L'AN DU MONDE 2977. — AVANT J.-C. 1027.

1. Intelligens autem Joab filius Sarviæ, quod cor regis versum esset ad Absalom,

2. Misit Thecuam, et tulit inde mulierem sapientem : dixitque ad eam : Lugere te simula, et induere veste lugubri, et ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuum :

1. Joab, fils de Sarvia, ayant reconnu que le cœur du roi se rapprochait d'Absalom,

2. Fit venir de Thécua, *ville de la tribu de Juda,* une femme sage, et lui dit : Faites semblant d'être dans l'affliction : prenez un habit de deuil, et ne vous parfumez point, afin que vous paraissiez comme une femme qui pleure un mort depuis longtemps.

---

tricidam. — *Per iter devium ex latere montis.* Putat Abulensis filios regis metu Absalonis compendia viarum fuisse sectatos, non via regia progressos.

39. *Eo quod consolatus esset super Amnon interitu.* Quod scilicet ira deferbuisset, qua exarserat in Absalonem propter Amnonis mortem. * Cum præsertim expenderet cum justas suæ necis causas dedisse.

CAP. XIV. 1. *Cor regis versum esset ad Absalom.* Quod scilicet illi placatior esset factus.

2. *Misit Thecuam.* Ea fuit olim urbs tribus Juda a Bethlehem distans duobus milliaribus. * Voluit Joab hoc beneficio sibi Absalonem devincire quem patri in regno successurum sperabat. — *Plurimo tempore lugens mortuum.* Non funeris exequias celebrans, quæ paucis diebus finiebantur, sed mœrens pro

Digitized by Google

3. Ensuite vous vous présenterez au roi et vous lui tiendrez tels et tels discours. Et Joab lui mit en la bouche *toutes* les paroles *qu'elle devait dire.*

4. Cette femme de Thécua s'étant donc présentée au roi, se jeta à terre devant lui, et *ainsi* prosternée elle lui dit : Seigneur, sauvez-moi.

5. Le roi lui dit : Quelle est votre affaire? Elle lui répondit : Hélas! je suis une femme veuve : car mon mari est mort.

6. Votre servante avait deux fils qui se sont querellés à la campagne, où il n'y avait personne qui les pût séparer; et l'un d'eux a frappé l'autre et l'a tué.

7. Et maintenant tous les parents se soulèvent contre votre servante, et me disent : Donnez-nous celui qui a tué son frère, afin que le sang de son frère qu'il a répandu soit vengé par sa mort, et que nous faisions périr l'héritier. Ainsi ils veulent éteindre la seule étincelle qui m'est demeurée, afin qu'il ne reste plus personne sur la terre qui puisse faire revivre le nom de mon mari.

8. Le roi dit à cette femme : Retournez-vous-en chez vous; je donnerai ordre que vous soyez satisfaite.

9. Elle lui répondit : Mon seigneur et

3. Et ingredieris ad regem, et loqueris ad eum sermones hujuscemodi. Posuit autem Joab verba in ore ejus.

4. Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, et adoravit, et dixit : Serva me rex.

5. Et ait ad eam rex : Quid causæ habes? quæ respondit : Heu! mulier vidua ego sum : mortuus est enim vir meus.

6. Et ancillæ tuæ erant duo filii : qui rixati sunt adversum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset : et percussit alter alterum, et interfecit eum.

7. Et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam dicit : Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, et deleamus hæredem : et quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, et reliquiæ super terram.

8. Et ait rex ad mulierem : Vade in domum tuam, et ego jubebo pro te.

9. Dixitque mulier Thecuitis ad

---

sua in defunctum benevolentia et damno accepto. Hæc omnia adornantur ad ciendam in Davide misericordiam.

3. *Posuit autem Joab verba in ore ejus.* Quasi mulieris ore ipse loqueretur, et parabolam, qua uteretur, docens, et illius apodosim et usum.

5. *Quid causæ habes?* A quonam periculo, aut malo eripi cupis?

6. *Interfecit eum.* Non fatetur crimen vidua, cum id testibus convinci non posset, neque id reus fateretur, sed accusatorum orationem referebat, ut placet Abulensi.

7. *Trade eum, qui percussit.* Erant hi cognati ex parte patris, qui occiso filio superstite hæredes futuri erant : itaque non zelo justitiæ, sed hæreditatis amore in viduam insurgebant. — *Deleamus hæredem.* Notat illorum intentionem : non enim hoc verbis dicebant, sed factis. — *Extinguere scintillam meam, quæ relicta est.* In qua extinctus jam pridem pater reviviscat, et ego prope diem moritura deinceps vivam. — *Non supersit viro meo nomen.* Viri sui nomen memorat, tacet suum, quia filii patribus succedebant, non matribus, quæ nisi hæredes essent, quod fratribus carerent, nihil habebant. Filii etiam a patre denominabantur, ut cum dicitur Saul filius Cis, Salomon filius David.

8. *Jubebo pro te.* Quod opportunum fuerit, ac necessarium fieri jubebo, de premaris injuste.

Digitized by Google

regem : In me, domine mi rex, sit iniquitas, et in domum patris mei : rex autem et thronus ejus sit innocens.

10. Et ait rex : Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, et ultra non addet ut tangat te.

11. Quæ ait : Recordetur rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, et nequaquam interficiant filium meum. Qui ait : Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.

12. Dixit ergo mulier : Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait : Loquere.

13. Dixitque mulier : Quare cogitasti hujuscemodi rem contra populum Dei, et locutus est rex verbum istud, ut peccet, et non reducat ejectum suum?

14. Omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur : nec vult Deus

mon roi, *s'il y a quelque injustice dans la grâce que je demande pour un fils homicide*, qu'elle retombe sur moi et sur la maison de mon père; mais que le roi et son trône soit innocent, *et qu'on ne lui impute pas d'avoir laissé un meurtre impuni.*

10. Le roi ajouta : Si quelqu'un vous dit un mot, amenez-le-moi, et assurez-vous qu'il ne vous troublera plus.

11. Elle dit encore : Je vous conjure, par le Seigneur votre Dieu, d'empêcher que les parents ne s'élèvent l'un après l'autre pour venger par la mort de mon fils le sang de celui qui a été tué. Le roi lui répondit : Vive le Seigneur! il ne tombera pas à terre un seul poil de la tête de votre fils.

12. Cette femme ajouta : Que mon seigneur et mon roi permette à sa servante de lui dire une parole. Parlez, dit le roi.

13. La femme lui dit : Pourquoi refusez-vous au peuple de Dieu la grâce *qu'il vous demande pour Absalom*, et que vous m'accordez *pour mon fils?* et pourquoi le roi se résout-il à pécher *contre le Seigneur, en ne pardonnant point*, plutôt que de rappeler son *fils qu'il a* banni.

14. Nous mourons tous, et nous nous écoulons sur la terre comme des eaux qui ne reviennent plus; et Dieu ne veut pas

---

9. *In me, domine mi rex.* Quasi dicat : Si tu rex tibi a Deo times, quasi occisi fratris reum impunitum dimittere peccatum sit, in caput meum pœna iniquitatis hujus deferatur; tu vero sis innoxius, nec tibi regno tuo incommodum ullum inde proveniat. Quamvis principes pro arbitrio nocentes impunitos dimittere non possint, poterat tamen David in casu proposito; nam nec reus crimen fatebatur, nec aderant testes quibus revinceretur. Itaque cum delictum non probaretur, nec pœna poterat infligi.

10. *Adduc eum ad me.* Ego quippe ei nominatim interdicam ne tibi aut filio tuo molestiam exhibeat.

11. *Non multiplicentur proximi sanguinis.* Mulier dixerat universam cognationem adversus ipsam consurrexisse; petit a rege ut non tantum qui proximus est, ac habet primarium jus ad accusandum, ab accusatione repellatur, sed alii quoque, qui illo recedente illius juri succedunt, ne multiplicentur ultores fusi sanguinis, sed plane ab omni molestia liberetur.

13. *Contra populum Dei... ut peccet.* Quasi dicat : Nisi revocetur hic exul, peccaturus est, et futurus cultor idolorum in damnum et dedecus populi Dei.

14. *Omnes morimur.* Altera ratio est, quasi dicat : Quod factum est, infectum esse non potest, qui mortuus est exilio vivi non revocatur ad vitam. Cur ergo malum malo cumulemus, et non potius venia et indulgentia illud reparare studeamus? — *Nec vult Deus perire animam.* Altera ratio petita ex Dei exemplo, qui resipiscenti peccatori noxam condonat, etiamsi objectus

Digitized by Google

qu'une âme périsse : mais il diffère l'exécution de son arrêt, de peur que celui qui a été rejeté ne se perde entièrement, *comme il arriverait s'il punissait son crime sans lui donner le temps de s'en repentir.*

15. C'est pourquoi je suis venue pour dire cette parole au roi mon seigneur devant le peuple. Et votre servante a dit : Je parlerai au roi, pour voir si je ne pourrai point obtenir de lui en quelque manière la grâce que je lui demande.

16. Le roi a déjà écouté sa servante pour la délivrer, elle et son fils, de la main de tous ceux qui voulaient les exterminer de l'héritage du Seigneur.

17. Permettez donc à votre servante de vous supplier encore que ce que le roi mon seigneur a ordonné *pour mon fils* s'exécute *en faveur d'Absalom*, comme un sacrifice *promis à Dieu*. Car le roi mon seigneur est comme un ange de Dieu, qui n'est touché ni des bénédictions ni des malédictions. C'est pourquoi le Seigneur votre Dieu est avec vous.

18. Alors le roi dit à cette femme : Je vous demande une chose : avouez-moi la vérité. La femme lui répondit : Mon seigneur et mon roi, dites ce qu'il vous plaira.

19. Le roi lui dit : N'est-il pas vrai que tout ce que vous me venez de dire est de l'invention de Joab? Elle lui répondit : Mon seigneur et mon roi, je vous jure,

perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abjectus est.

15. Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præsente populo. Et dixit ancilla tua. Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ.

16. Et audivit rex, ut liberaret ancillam suam de manu omnium, qui volebant de hæreditate Dei delere me, et filium meum simul.

17. Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium. Sicut enim angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur : unde et Dominus Deus tuus est tecum.

18. Et respondens rex, dixit ad mulierem : Ne abscondas a me verbum, quod te interrogo. Dixitque ei mulier : Loquere domine mi rex.

19. Et ait rex : Numquid manus Joab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, et ait : Per salutem animæ tuæ, domine mi rex,

---

sit, quod scilicet divina ceciderit gratia. — *Retractat.* Sententiam mutat.

15. *Nunc igitur veni.* Ego scilicet. Hebraice est, *et nunc quod veni*, id est, causa propter quam veni. — *Præsente populo.* Ex hebræo verti potest, *quia terruit me populus.* Potestque locus hic explicari, vel de Absalone, vel de filio viduæ. De hoc quidem, ut sit sensus : volui hæc dicere præsente populo, ut omnes noverint sententiam regis filium meum absolventis; ita Theodore, tus et Abulensis. De Absalone vero, ut sit sensus : parabolam proposui tibi rex, in gratiam populi, quem vidi mœstum ob exilium Absalonis, et quem hoc tuo beneficio exhilarabis.

17. *Dicat ergo ancilla tua.* Obtineat ab humanitate et benignitate tua. — *Fiat verbum domini mei regis sicut sacrificium.* Sententia, quam pronuntiasti, rata sit et immutabilis, ideoque Deo grata ut sacrificium. — *Sicut enim angelus Dei.* Quasi dicat : Hoc etiam decet constantiam tuam qui instar es angeli, ut sermonibus hominum non movearis, sive bene sive male de te sentiant et loquantur, modo facias quod justum est, et consentaneum divinæ legi. — *Est tecum.* Tibi favet rebusque tuis.

19. *Numquid manus Joab tecum est?* Id est, nonne opera ejus et consilio

Digitized by Google

nec ad sinistram, nec ad dexteram est, ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex : servus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi et ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.

20. Ut verterem figuram sermonis hujus, servus tuus Joab præcepit istud : tu autem, domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.

21. Et ait rex ad Joab : Ecce placatus feci verbum tuum : vade ergo, et revoca puerum Absalom.

22. Cadensque Joab super faciem suam in terram, adoravit et benedixit regi : et dixit Joab : Hodie intellexit servus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex : fecisti enim sermonem servi tui.

par votre vie que Dieu conserve, que rien n'est plus véritable que ce que vous dites : car c'est en effet votre serviteur Joab qui m'a donné cet ordre de me présenter devant vous, et qui a mis tout ce que je vous viens de dire dans la bouche de votre servante.

20. C'est lui qui m'a commandé de vous parler ainsi en parabole. Mais vous, ô mon seigneur et mon roi, vous êtes sage comme l'est un ange de Dieu, et vous pénétrez tout *ce qui se fait* sur la terre.

21. Le roi dit donc à Joab : Je vous accorde la grâce que vous me demandez : allez, et faites revenir mon fils Absalom.

22. Joab aussitôt se jeta à terre; et se tenant prosterné devant le roi, lui souhaita les bénédictions *du ciel*, et lui dit : O mon Seigneur et mon roi, votre serviteur reconnaît aujourd'hui qu'il a trouvé grâce devant vous, puisque vous avez fait ce qu'il vous avait supplié de faire.

§ II. *Joab va à Gessur et amène Absalom à Jérusalem. Il y demeure deux ans sans voir son père. Il met le feu dans le champ de Joab pour l'engager à le venir trouver. Joab obtient enfin sa grâce, et David le reçoit avec bonté.*

23. Surrexit ergo Joab et abiit in Gessur, et adduxit Absalom in Jerusalem.

24. Dixit autem rex : Revertatur in domum suam, et faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalom in domum suam, et faciem regis non vidit.

23. Joab partit donc *aussitôt* et s'en alla à Gessur, d'où il amena Absalom à Jérusalem.

24. Et le roi dit : Qu'il retourne en sa maison; mais il ne me verra point. Absalom revint donc en sa maison et il ne vit point le roi.

---

usa es in hoc toto negotio tuo?—*Nec ad sinistram, nec ad dexteram est.* Rem ipsam attigisti, plane dixi quæ ille suggessit. Non dissimulat mulier auctorem parabolæ, sive quia Joab illi id permiserat, sive quia cum cor regis versum esset ad Absalom, ut supra dictum est, gratum erat illorum officium qui de eo revocando agebant.

20. *Verterem figuram sermonis hujus.* Parabolam applicarem. — *Sapiens es.* Quasi dicat : Fas mihi non est dissimulare diutius, aut sperare te falli posse, cum sis sapiens sicut angelus, tantoque intervallo reliquos mortales post te relinquas, quanto angeli Dei omnes homines sapientia antecedunt.

21. *Verbum tuum.* Quod proposita viduæ persona a me postulasti. — *Puerum Absalom.* Vox *puerum* tacitam habet criminis excusationem ex imprudentia, fervore et temeritate juvenili. Vel etiam formula est blande, indulgenter et amanter filium charissimum appellantis.

22. *Cadensque Joab super faciem suam.* Pronus se inclinavit in terram, in signum reverentiæ.—*Benedixit.* Verbis officiosis quæ sequuntur gratias egit.

24. *Faciem meam non videat.* Quod factum est a Davide, ut ferox Absalonis ingenium contineret in officio, utque ex pœna diuturniore, admissi criminis gravitatem agnosceret.

Digitized by Google

25. Or il n'y avait point d'homme dans tout Israël qui fût si bien fait ni si beau qu'était Absalom; depuis la plante des pieds jusqu'à la tête il n'y avait pas en lui le moindre défaut.

26. Lorsqu'il se faisait faire les cheveux (ce qu'il faisait une fois tous les ans, parce qu'ils lui chargeaient trop la tête) on trouvait que ses cheveux pesaient deux cents sicles, selon le poids ordinaire.

27. Il avait trois fils, et une fille appelée Thamar, qui était fort belle.

28. Absalom demeura deux ans à Jérusalem sans voir le roi.

29. Et ensuite il manda Joab, pour l'envoyer vers David. Mais Joab ne voulut pas le venir trouver. L'ayant mandé une seconde fois, et Joab n'ayant pas encore voulu venir,

30. Il dit à ses serviteurs : Vous savez que Joab a un champ qui est auprès du mien, où il y a de l'orge : allez donc, et y mettez le feu. Ses gens *aussitôt* brûlèrent cette orge. Les serviteurs de Joab vinrent ensuite trouver leur maître, et lui dirent, en déchirant leurs vêtements : Les serviteurs d'Absalom ont brûlé une partie de votre champ.

31. Joab alla donc trouver Absalom dans sa maison, et lui dit : Pourquoi vos gens ont-ils mis le feu à mes orges?

32. Absalom répondit à Joab : J'ai en-

25. Porro sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, et decorus nimis : a vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.

26. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia gravabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico.

27. Nati sunt autem Absalom filii tres, et filia una nomine Thamar, elegantis formæ.

28. Mansitque Absalom in Jerusalem duobus annis, et faciem regis non vidit.

29. Misit itaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem : qui noluit venire ad eum. Cumque secundo misisset, et ille noluisset venire ad eum,

30. Dixit servis suis : Scitis agrum Joab juxta agrum meum, habentem messem hordei : ite igitur, et succendite eum igni. Succenderunt ergo servi Absalom segetem igni. Et venientes servi Joab, scissis vestibus suis, dixerunt : Succenderunt servi Absalom partem agri igni.

31. Surrexitque Joab, et venit ad Absalom in domum ejus, et dixit : Quare succenderunt servi tui segetem meam igni?

32. Et respondit Absalom ad

---

25. *Non erat in eo ulla macula.* Nullum plane vitium, nihil quod reprehendi posset, aut improbari.

26. *Ponderabat.* Scilicet qui vendere volebat, fortasse ad feminarum ornatum. * Nec enim probabile videtur filium regis quæstum inde quæsivisse, sed aliquibus e suis donabat, qui postea pretio accepto, distrahebant. Pondus autem quidam referunt ad capillorum gravitatem, alii ad pretium quo vendebantur. — *Ducentis siclis.* Sæpius dictum est siclum unum argenteum quatuor regalibus Hispanicis æquivalere. — *Pondere publico.* Hebr. chald., et LXX habent, *regio,* id est, justi ponderis.

27. *Nomine Thamar.* Vel pater id nomen filiæ dedit in memoriam, aut desiderium sororis suæ, ut ait Abulensis, aut ipsa potius amita, quæ cum Absalone morabatur, nepti nomen suum attribuit, consentiente patre.

29. *Ut mitteret eum ad regem.* Ut illo uteretur tanquam legato apud patrem. Probabile est Absalonem non habitasse Hierosolymis, sed in agro suo aliquo, hancque procrastinationis Joab causam fuisse.

Digitized by Google

Joab : Misi ad te obsecrans ut venires ad me, et mitterem te ad regem, et diceres ei : Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse : obsecro ergo ut videam faciem regis : quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.

33. Ingressus itaque Joab ad regem, nuntiavit ei omnia : vocatusque est Absalom, et intravit ad regem, et adoravit super faciem terræ coram eo : osculatusque est rex Absalom.

voyé chez vous pour vous prier de me venir voir, et d'aller dire au roi de ma part : Pourquoi suis-je revenu de Gessur? Il vaudrait mieux que j'y fusse encore. Je demande donc la grâce de voir le roi. Que s'il se souvient encore de ma faute, qu'il me fasse mourir.

33. Joab étant allé trouver le roi, lui rendit compte de tout : après quoi Absalom fut mandé. Il se présenta devant le roi, et se prosterna en terre devant lui; et le roi le baisa.

CHAPITRE XV.

§ I. ***Absalom gagne l'affection des peuples et demande permission à David d'aller à Hébron s'acquitter d'un vœu.***

L'AN DU MONDE 2981. — AVANT J.-C. 1023.

1. Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus, et equites, et quinquaginta viros qui præcederent eum.

2. Et mane consurgens Absalom, stabat juxta introitum portæ, et omnem virum, qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium, vocabat Absalom ad se, et dicebat : De qua civitate es tu? Qui respondens aiebat : Ex una tribu Israel ego sum servus tuus.

3. Respondebatque ei Absalom : Videntur mihi sermones tui boni et justi. Sed non est qui te

1. Après cela Absalom, *devenu l'aîné des enfants de David par la mort d'Amnon*, se fit faire des chariots, *prit* des gens de cheval, et cinquante hommes qui marchaient devant lui.

2. Et se levant dès le matin, il se tenait à l'entrée du palais, il appelait tous ceux qui avaient des affaires, et qui venaient demander justice au roi. Et il disait à chacun d'eux : D'où êtes-vous? Cet homme lui répondait : Votre serviteur est d'une telle tribu d'Israël.

3. *Et après qu'il lui avait expliqué son affaire*, Absalom lui disait : Votre affaire me paraît bien juste; mais il n'y a personne

---

32. *Misi ad te.* Etsi non habeatur in sacro textu, dubitandum tamen non est quin Joab illatum damnum se reparaturum promiserit, blande compellarit rogaveritque ut quod apud regem optabat expediret.

33. *Osculatusque est rex Absalom...* Eum morem frequentem fuisse apud Hebræos, præsertim in reconciliatione filiorum, ex parabola filii prodigi in parentis gratiam recepti, Luc. 15. 20, intelligi potest.

CAP. XV. 1. *Fecit sibi Absalom currus, etc.* Non jam æquo animo ferens vitam privatam, sed regiam dignitatem et illius insignia ante tempus affectans.

2. *Juxta introitum portæ.* Ubi juxta illius ævi morem prætorium erat, et judicia exercebantur. — *Ex una tribu Israel.* Ex tali tribu illius edens nomen.

* 3. *Videntur mihi.* Plebem sibi conatur adjungere, illique blanditur ambitiose. Sic apud Terentium in Adelphis dicebat Demea :

Paulatim plebem primulum facio meam.

— *Non est qui te audiat constitutus a rege.* Falsum hoc; nam de Davide dic-

Digitized by Google

qui ait ordre du roi de vous écouter. Et il ajoutait :

4. O qui m'établira juge sur la terre afin que tous ceux qui ont des affaires viennent à moi, et que je les juge selon la justice?

5. Et lorsque quelqu'un venait lui faire la révérence, il lui tendait la main, le prenait et le baisait.

6. Il traitait ainsi *avec honnêteté* ceux qui venaient de toutes les villes d'Israël demander justice au roi; et il s'insinuait *par là* dans l'affection des peuples.

7. Quarante ans après *la défaite de Goliath par David et quatre ans après le retour d'*Absalom, *ce prince* dit au roi David : Permettez-moi d'aller à Hébron, pour y accomplir les vœux que j'ai faits au Seigneur.

8. Car lorsque j'étais à Gessur en Syrie, j'ai fait ce vœu à Dieu : Si le Seigneur me ramène à Jérusalem, je lui offrirai un sacrifice, *dans le lieu où mon père a reçu l'onction royale, et où il a été reconnu roi de tout Israël.*

audiat constitutus a rege; dicebatque Absalom :

4. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, et juste judicem?

5. Sed et cum accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, et apprehendens, osculabatur eum.

6. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad judicium, ut audiretur a rege, et sollicitabat corda virorum Israel.

7. Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David : Vadam, et reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron.

8. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens : Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.

---

tum est c. 8 hujus libri, n. 15 : *Et regnavit David super omnem Israel, faciebat quoque David judicium et justitiam omni populo suo*, et ipse per se audiens et idoneos judices constituens.

4. *Omnes qui habent negotium.* Omnes indiscriminatim et sine delectu vocabat ad se, ut ostenderet se non respicere personam hominum, sed tantum de bono communi esse sollicitum.

5. *Cum accederet ad eum homo ut salutaret illum.* In hebræo est, *cum appropinquabat, quispiam, et incurvabat se ei.* — *Extendebat manum suam.* Illum humanissime erigebat, complectebatur, osculabatur.

6. *Sollicitabat corda.* In hebr. est, *furabatur corda.* Etiam italice de eo, qui cum egregiis animi corporisque dotibus sit ornatus, benignus est et humanus dicimus : *Ruba il cuore delle personne.*

7. *Post quadraginta autem annos.* Quos Vatablus ab eo tempore numerat quo Israelitæ regem petierunt a Samuele. Salianus vero a prima Davidis unctione in regem. * Aliqui putant mendum esse, et legendum *post quatuor annos;* tot enim intercessisse dicit Josephus et Theodoretus. — *Reddam vota mea... in Hebron.* Parum probabilis prætextus; nam jam dudum reversus erat ab exilio, et vota, si quæ conceperat, jam dudum debuisset persolvisse : deinde locus sacrificiorum eo tempore non erat Hebron, sed aut Gabaon ubi erat excelsum maximum, et sacerdos Sadoc, aut Sion, ubi erat arca Domini. Fortassis David sensit fraudem, sed voluit potius videri parum prudens quam nimium suspicax. Vel etiam id egit Deus qui per Absalonem exercere Davidem parabat. Vel tandem, quod ad locum attinet, eam fortasse rationem suæ profectioni in Hebron prætexit Absalom, quod ibi, ut notavit D. Hier. in Tradit. hebr. corpora requiescerent patriarcharum Abraham, Isaac et Jacob.

Digitized by Google

9. Dixitque ei rex David : Vade in pace. Et surrexit, et abiit in Hebron.

9. Le roi David lui dit : Allez en paix. Et au sortir de là il s'en alla à Hébron.

§ II. *Absalom envoie des gens apostés dans toutes les tribus d'Israël pour se faire déclarer roi. David est averti que tout Israël suit Absalom. Il sort à pied de Jérusalem avec très-peu de troupes, et y laisse dix de ses concubines pour garder son palais.*

LA MÊME ANNÉE 2981.

10. Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israel, dicens : Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite : Regnavit Absalom in Hebron.

10. En même temps Absalom envoya dans toutes les tribus d'Israël des gens qu'il avait gagnés, avec cet ordre : Aussitôt que vous entendrez sonner de la trompette, publiez qu'Absalom règne dans Hébron.

11. Porro cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde, et causam penitus ignorantes.

11. Absalom emmena avec lui deux cents hommes de Jérusalem qui le suivirent simplement, sans savoir en aucune sorte son dessein.

12. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium David, de civitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom.

12. Absalom fit venir aussi de la ville de Gilo Achitophel, Gilonite. *Il avait été* conseiller du roi David, *et s'était retiré de la cour, mécontent de ce prince.* Et comme on immolait *à Hébron* des victimes *qui y attiraient un grand nombre de personnes,* la conspiration devint puissante, le peuple qui prenait le parti d'Absalom, croissant de plus en plus.

13. Venit igitur nuntius ad David, dicens : Toto corde universus Israel sequitur Absalom.

13. Il vint aussitôt un courrier à David qui lui dit : Tout Israël suit Absalom de tout son cœur.

14. Et ait David servis suis, qui erant cum eo in Jerusalem : Surgite, fugiamus : neque enim erit nobis effugium a facie Absalom : festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, et impellat super nos ruinam, et percutiat civitatem in ore gladii.

14. David, *reconnaissant la justice de Dieu dans la révolte de son fils,* dit à ses officiers qui étaient avec lui à Jérusalem : Allons, fuyons d'ici; car nous ne pourrions éviter de tomber entre les mains d'Absalom : Hâtons-nous de sortir, de peur qu'il ne nous prévienne, que nous ne nous trouvions exposés à sa violence, et qu'il ne fasse passer *toute* la ville au fil de l'épée *à cause de nous.*

---

*10. *Exploratores.* Concitores vulgi, homines ad res turbandas idoneos.— *Regnavit Absalom in Hebron.* Cum regalibus insignibus etiam ceremonia unctionis in regem adhibita est, ut aperte colligitur c. 19 sequenti, n. 10, cum ait populus *Absalom quem unximus super nos, mortuus est in bello.* Lyranus probabiliter putat etiam fideiitatis juramentum a populo exhibitum.

12. *Achitophel.* Bethsabeæ avum ut supra diximus, quem Salianus Davidi putat infensum fuisse propter adulterium cum nepte et Uriæ occisionem. — *Gilonitem.* De Gilo civitate, quæ erat in tribu Juda.

14. *Neque enim erit nobis effugium a facie Absalom.* Agnoscebat pius rex se, Deo pro Absalone stante, non posse resistere; itaque ultro cedendum Deo. — *Impellat super nos ruinam.* Cadentes urgeat, et præcipites det.

Digitized by Google

15. Les officiers du roi lui dirent : Nous exécuterons toujours de tout notre cœur tout ce qu'il vous plaira de nous commander.

16. Le roi sortit donc à pied avec toute sa maison, et laissa dix femmes de ses concubines pour garder son palais.

17. Etant sorti à pied avec tous les Israélites qui l'accompagnaient, il s'arrêta lorsqu'il était déjà loin de sa maison.

18. Tous ses officiers marchaient auprès de lui : les légions des Céréthiens et des Phélétiens, et les six cents hommes de pied de la ville de Geth, qui avaient suivi David, et qui étaient très-vaillants, marchaient tous devant lui.

15. Dixeruntque servi regis ad eum : Omnia quæcumque præceperit dominus noster rex, libenter exequemur servi tui.

16. Egressus est ergo rex, et universa domus ejus, pedibus suis : et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

17. Egressusque rex et omnis Israel pedibus suis, stetit procul a domo (1),

18. Et universi servi ejus ambulabant juxta eum, et legiones Cerethi et Phelethi, et omnes Gethæi, pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

§ III. *David veut renvoyer Ethaï Géthéen pour lui épargner les travaux de cette guerre; mais il déclare qu'il sera avec lui à la vie et à la mort. Il renvoie à Jérusalem Sadoc et Abiathar qui le voulaient suivre et emporter l'arche avec eux.*

19. Alors le roi dit à Ethaï Géthéen, *qui commandait ces six cents hommes :* Pourquoi venez-vous avec nous? Retournez, et allez avec le *nouveau roi;* parce que vous êtes étranger, et que vous êtes sorti de votre pays.

19. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum : Cur venis nobiscum? revertere, et habita cum rege, quia peregrinus es, et egressus es de loco tuo.

(1) Bible vengée, note VII.

---

16. *Pedibus suis.* Vel festinatione, vel patiendi desiderio, vel ut humili hac ratione agendi quasi cum reverentia Domini flagella exciperet, illumque placaret. — *Dereliquit rex decem mulieres concubinas.* Secundarias scilicet uxores suas, reliquis secum adductis. — *Ad custodiendam domum.* Non quidem contra vim hostium, quibus potius milites fuissent opponendi; sed ut domum eo modo quo mulieres solent, gubernarent.

17. *Stetit procul a domo.* Non ingressi sunt domos, ut late circumspicerent, si qui ad eos de amicis se reciperent, uti postmodum factum est. Vel ita substitit in aperto, ut suos ordinaret, qui confuse ob festinationem egressi fuerant.

18. *Legiones Cerethi et Phelethi.* De quibus supra diximus, c. 8, n. 18. — *Sexcenti viri.* Antiqui illi Davidis milites et exilii comites qui illum secuti fuerant in speluncam Odollam, in Ziphæorum desertis locis, in Siceleg Gethæorum, unde et illis nomen adhæsit. Hi adhuc erant sexcenti; nam cum aliquis ex hac legione desiderabatur, alium David in ejus locum sufficiebat.

19. *Ad Ethai Gethæum.* Quem graves auctores existimant filium fuisse Achis Gethæorum regis, qui admiratione virtutis Davidis ad illum transierat, judaicam religionem professus. — *Habita cum rege.* Absalone scilicet quem non vocat tyrannum, ut revera erat, quia sic locutus quod volebat non persuasisset. — *Quia peregrinus es.* Sententia est : Hierosolymis maneas cum novo rege; neque enim æquum est te peregrinum nostris turbis, quæ ad te non pertinent, jactari, idque tui apud nos incolatus initio.

Digitized by Google

20. **Heri venisti, et hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum : revertere, et reduc tecum fratres tuos, et Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem.**

20. Vous n'êtes que d'hier à Jérusalem; et vous en sortiriez aujourd'hui, à cause de moi? Pour moi, j'irai où je dois aller, *et où il plaira à Dieu de me conduire.* Mais pour vous, retournez, et ramenez vos gens avec vous; et le Seigneur qui est plein de bonté et de justice, récompensera lui-même le zèle et la fidélité avec laquelle vous m'avez *toujours* servi.

21. **Et respondit Ethai regi, dicens : Vivit Dominus, et vivit dominus meus rex : quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus.**

21. Ethaï lui répondit : Vive le Seigneur, et vive le roi mon maître! en quelque état que vous puissiez être, mon seigneur et mon roi, votre serviteur y sera, soit à la mort ou à la vie.

22. **Et ait David Ethai : Veni, et transi. Et transivit Ethai Gethæus, et omnes viri qui cum eo erant, et reliqua multitudo.**

22. David lui répondit : Venez donc, et passez *le torrent de Cédron.* Ainsi Ethaï Géthéen passa *le torrent*, avec tous les gens qui le suivaient, et tout le reste du peuple.

23. **Omnesque flebant voce magna, et universus populus transibat : rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, et cunctus populus incedebat contra viam, quæ respicit ad desertum.**

23. Tout le monde pleurait dans ce passage, et l'on entendait partout retentir leurs cris. Le roi passa *donc ainsi* le torrent de Cédron, et tout le peuple allait le long du chemin qui regarde le désert, *et qui conduit à Béthel.*

24. **Venit autem et Sadoc sacerdos, et universi levitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, et deposuerunt arcam Dei : et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus, qui egressus fuerat de civitate.**

24. En même temps Sadoc, grand prêtre, vint accompagné de tous les lévites qui portaient l'arche de l'alliance de Dieu : et ils la posèrent *en un lieu éminent où elle pouvait être vue de tout le monde.* Abiathar monta *au lieu où était l'arche*, en attendant que tout le peuple qui sortait de la ville fût passé.

25. **Et dixit rex ad Sadoc : Re-**

25. Alors le roi dit à Sadoc : Reportez à

---

20. *Ego autem vadam quo iturus sum.* Ad locum nescio quem; neque enim adhuc mihi constitutum est quo me recipiam. — *Reduc tecum fratres tuos.* Cives tuos ac socios Gethæos qui te ducem sequuntur.

22. *Veni, et transi.* In talem scilicet ordinem, vel potius, ut ex consequentibus intelligitur, transi torrentem Cedron.

23. *Contra viam quæ respicit ad desertum.* Hæc dicuntur per anticipationem; nam sacerdotes cum arca Domini ad Davidem pervenerunt antequam ille torrentem Cedron pertransiret. Cæterum hoc desertum, cujus hic mentio fit, situm erat orientem versus inter Jerusalem et Jericho; ibi commoratus dicitur S. Joan. Baptista, et Christus Dominus, cum jejunavit dies quadraginta.

24. *Portantes arcam fœderis.* Ut pro Davide Dominum cum res ferret consulere possent. — *Deposuerunt.* In tumulo aliquo idoneo, donec omnes adessent, et congregarentur qui Davidem sequi volebant, utque eam honorare possent, et Dominum in ea adorare. — *Ascendit Abiathar.* Fortasse ad orandum prope arcam, vel quasi dicat : Comitatus est eos.

25. *Ad Sadoc.* Qui forte honoris causa arcam Domini suis ipse humeris tulerat, Abiathar pontifice infantulo, et cum ephod pontificio subsequente. —

Digitized by Google

la ville l'arche de Dieu. Si je trouve grâce devant le Seigneur, il me ramènera, et il me fera revoir son arche et son tabernacle.

26. Que s'il me dit : Vous ne m'agréez point, je suis tout prêt : qu'il fasse de moi ce qu'il lui plaira.

27. Le roi dit encore, en parlant au grand prêtre Sadoc : O voyant, *ne voyez vous pas que, dans l'état où je suis, il ne convient pas que vous veniez avec moi?* Retournez *donc* à la ville avec vos deux fils, Achimaas, votre fils, et Jonathas, fils d'Abiathar, *où vous exercerez vos fonctions publiquement.*

28. *Et pour moi*, je m'en vais me cacher dans les plaines du désert, jusqu'à ce que vous m'envoyiez des nouvelles de l'état des choses.

29. Sadoc et Abiathar reportèrent donc à Jérusalem l'arche de Dieu et y demeurèrent.

porta arcam Dei in urbem : si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, et ostendet mihi eam, et tabernaculum suum.

26. Si autem dixerit mihi : Non places : præsto sum, faciat quod bonum est coram se.

27. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem : O videns revertere in civitatem in pace : et Achimaas filius tuus, et Jonathas filius Abiathar, duo filii vestri, sint vobiscum.

28. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo a vobis indicans mihi.

29. Reportaverunt ergo Sadoc et Abiathar arcam Dei in Jerusalem, et mansuerunt ibi.

§ IV. ***David prie Dieu de renverser les conseils d'Achitophel. Il renvoie Chusaï, afin qu'il dissipe les conseils de ce traître, et qu'il lui fasse donner avis de ce qui se passera chez le roi Absalom.***

30. Cependant David montait la colline des Oliviers, et pleurait en montant. Il allait nu-pieds, et la tête couverte, et tout

30. Porro David ascendebat clivum Olivarum, scandens et flens, nudis pedibus incedens, et operto

---

Reporta arcam Dei in urbem. Quia consulente Dominum Abiathar pontifice responsum non tulit David, ideo intelligens nondum sibi divinum numen esse placatam (silentium enim illud signum quoddam erat offensionis illius), arcam jussit reportari. — *Si invenero gratiam in oculis Domini.* Quam scilicet nondum inveni. — *Et tabernaculum suum.* Sive quod in Sione ipse tetenderat, sive mosaicum quod adhuc in Gabaone sub Sadochi cura extensum fuisse diximus supra, c. 8, n. 17.

26. *Non places.* Nolo te habere in conspectu meo, nolo te regem esse, nolo te vivere. — *Faciat quod bonum est coram se.* Quasi dicat : *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Psal. 107. 2.

27. *O videns.* Sadoc vocatur videns fortasse propter donum prophetiæ. In hebræo est, *nonne videns tu?* quod Vatablus explicat, *vides ne? vales ne consilio?* quasi dicat : Si vales consilio revertere; plus enim mihi profueris redeundo quam manendo. Verius mihi videtur quod ait Dionysius, vocari prophetam, quia in divino obsequio psallentibus et prophetarum oracula recitantibus præerat. Sic Chonenias princeps levitarum prophetiæ præfuisse dicitur, 1. Paral. 15. 22. Juxta eorum sententiam qui putant Sadoc una cum Abiathar pontificem fuisse, idem esset *videns* ac consulens Dominum per ephod. Vide dicta supra, c. 8, n. 17.

28. *In campestribus deserti.* De quo n. 23 est dictum. — *Indicans mihi.* Quid geratur et quid faciendum videatur.

30. *Clivum Olivarum.* Per quem in montem Oliveti ascenditur. — *Flens,*

Digitized by Google

capite : sed et omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans (1).

31. Nuntiatum est autem David, quop et Achitophel esset in conjuratione cum Absalom, dixitque David : Infatua, quæso Domine, consilium Achitophel.

32. Cumque ascenderet David summitatem montis, in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, et terra pleno capite.

33. Et dixit ei David : Si veneris mecum, eris mihi oneri :

34. Si autem in civitatem revertaris, et dixeris Absalom : Servus tuus sum, rex : sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus : dissipabis consilium Achitophel.

35. Habes autem tecum Sadoc et Abiathar sacerdotes : et omne verbum quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc et Abiathar sacerdotibus.

36. Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc, et Jonathas filius Abiathar : et mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37. Veniente ergo Chusai amico David in civitatem, Absalom quoque ingressus est Jerusalem.

le peuple qui était avec lui montait la tête couverte et en pleurant.

31. Or David reçut nouvelle qu'Achitophel était aussi dans la conjuration d'Absalom. Seigneur, dit alors David, renversez, je vous prie, *et rendez inutiles* les conseils d'Achitophel.

32. Et lorsque David arrivait au haut de la montagne *des Oliviers* où il devait adorer le Seigneur, *en se tournant du côté de Jérusalem où était l'arche*, Chusaï d'Arachi vint au-devant de lui, ayant ses vêtements déchirés et la tête couverte de terre.

33. David lui dit : Si vous venez avec moi, vous me serez à charge.

34. Mais si vous retournez à la ville, et si vous dites à Absalom : Mon roi, je viens vous offrir mon service, et je vous servirai comme j'ai servi votre père, vous dissiperez le conseil d'Achitophel.

35. Vous avez avec vous les grands prêtres Sadoc et Abiathar, auxquels vous direz tout ce que vous aurez appris chez le roi.

36. Ils ont leurs deux fils, Achimaas, fils de Sadoc, et Jonathas, fils d'Abiathar; vous m'enverrez dire par eux tout ce que vous aurez appris.

37. Chusaï, ami de David, retourna donc à Jérusalem; et Absalom y entrait en même temps.

(1) Bible vengée, note VII.

---

nudis pedibus incedens. Non ex animi dejectione, sed ex peccatorum suorum dolore. — *Operto capite.* Caput velatum habitus est eorum qui sunt in luctu.

31. *Infatua... consilium Achitophel.* Optat vel ineptum ab eo dari consilium, vel tanquam ineptum et inutile contemni.

32. *Summitàtem montis.* Oliveti. — *Adoraturus erat Dominum.* Convertendo se versus montem Sion, ubi sedes erat arcæ. *Chusai Arachites.* A civitate Arach cujus mentio est Genes. 10. 10, et ponitur in terra Sennaar, quam aliqui Cœlesyriam interpretantur. S. Hier. in Tradit. in c. 10 Genes. ait Arach notiori vocabulo *Edessam* dici. Videtur Chusai fuisse ex gentili proselytus hebræus.

33. *Eris mihi oneri.* Quia fortassis melior consilio quam gladio, fortasse propter ætatem. Magni consilii virum fuisse ex eo patet quia illum David Achitopheli oppositum cupit, et ex eventu etiam patet, de quo infra.

Digitized by Google

CHAPITRE XVI.

§ I. *Siba, serviteur de Miphiboseth, va trouver David, lui porte des vivres et calomnie son maître. David surpris par ces artifices, lui donne tous les biens de Miphiboseth.*

LA MÊME ANNÉE 2981.

1. Après que David eut passé un peu le haut de la montagne, Siba, serviteur de Miphiboseth, vint au devant de lui avec deux ânes chargés de deux cents pains, de cent paquets de raisins secs, de cent cabas de figues, et d'un vaisseau plein de vin.

2. Le roi lui dit : Que voulez-vous faire de cela? Siba lui répondit : Les ânes sont pour servir de monture aux officiers du roi; les pains et les figues, pour donner à ceux qui vous suivent; et le vin, afin que si quelqu'un se trouve faible dans le désert, il en puisse boire.

3. Le roi lui dit : Où est le fils de votre maître? Il est demeuré, dit Siba, dans Jérusalem, en disant : La maison d'Israël me rendra aujourd'hui le royaume de mon père.

4. Le roi dit à Siba : Je vous donne tout ce qui était à Miphiboseth. Siba lui répondit : Ce que je souhaite, mon seigneur

1. Cumque David transisset pauluhm montis verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum ejus, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, et centum alligaturis uvæ passæ, et centum massis palatharum, et utre vini.

2. Et dixit rex Sibæ : Quid sibi volunt hæc? Responditque Siba : Asini, domesticis regis ut sedeant : panes et palathæ, ad vescendum pueris tuis : vinum autem, ut bibat si quis defecerit in deserto.

3. Et ait rex : Ubi est filius domini tui? Responditque Siba regi : Remansit in Jerusalem, dicens : Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei.

4. Et ait rex Sibæ : Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth. Dixitque Siba : Oro ut inveniam

---

CAP. XVI. 1. *Siba puer Miphiboseth.* De quo vide supra, c. 9. — *In occursum.* Ex aliqua proxima villa Miphibosethi, cujus erat curator bonorum, ut ex c. 9. patet. — *Centum alligaturis uvæ passæ.* Vide dicta I. Reg. 25. 18. — — *Palatharum.* Ficorum exsiccatorum, quas massas caricarum non semel appellat sacra Scriptura.

2. *Domesticis regis.* Mulieribus.

3. *Ubi est filius domini tui?* Miphiboseth scilicet Jonathæ filius. Ita David interrogat, quia Siba nullam heri sui mentionem faciebat, nec satis intelligere poterat suone illa, an domini sui nomine daret. — *Hodie restituet mihi domus Israel.* Improbabilis calumnia, cum appareret totum Israelem in Absalonis desiderium esse conversum, et Miphiboseth membris captus, et in domestico otio nutritus regno non esset idoneus.

4. *Tua sint omnia quæ fuerunt Miphiboseth.* Nimia sane Davidis credulitas. Sed non putavit mentiri Sibam in re tam gravi, et cujus veritas facile deprehendi posset. Adde eos qui calamitate aliqua pressis opem ferunt, ut nunc Davidi Siba, viros bonos videri : et dolore aliquo perturbatos minus aptos esse ad pervidendum quid verum sit; quæ tamen non ita excusant David ut non peccaverit inauditum Miphibosethum damnando. — *Oro ut inveniam gratiam.* Quasi dicat : Non hæc dixi, aut huc veni accusandi causa, aut ut me in Miphibosethi bona immitteres; sed ut animum meum tibi patefacerem, et gratiam tuam promereri possem, quæ mihi instar erit bonorum omnium.

Digitized by Google

gratiam coram te, domine mi rex (1).

et mon roi, c'est d'avoir quelque part à vos bonnes grâces.

§ II. *Séméi maudit David et lui jette des pierres. Abisaï veut lui aller couper la tête. David l'en empêche. Il espère que Dieu lui tiendra compte de ce mauvais traitement qu'il souffre.*

5. Venit ergo rex David usque Bahurim, et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatque egrediens, et maledicebat,

5. Le roi David étant venu jusqu'auprès de Bahurim, *ville de la tribu de Benjamin*, il en sortit un homme de la maison de Saül, appelé Séméi, fils de Géra, qui, s'avançant dans son chemin, maudissait David,

6. Mittebatque lapides contra David, et contra universos servos regis David : omnis autem populus, et universi bellatores, a dextro et a sinistro latere regis incedebant.

6. Lui jetait des pierres et à tous ses gens, pendant que tout le peuple et tous les hommes de guerre marchaient à droite et à gauche à côté du roi.

7. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi : Egredere, egredere vir sanguinum, et vir Belial.

7. Et il maudissait le roi en ces termes : Sors, sors, homme de sang, homme de Bélial, *plein de corruption et de malice.*

8. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul : quoniam invasisti regnum pro eo, et dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui : et ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.

8. Le Seigneur a fait retomber sur toi tout le sang de la maison de Saül, parce que tu as usurpé le royaume pour le mettre en sa place. Et maintenant le Seigneur fait passer le royaume entre les mains d'Absalom ton fils, et tu te vois accablé des maux que tu as faits *aux autres*, parce que tu es un homme de sang.

9. Dixit autem Abisai filius Sarviæ, regi : Quare maledicit canis hic mortuus domino meo regi? vadam, et amputabo caput ejus.

9. Alors Abisaï, fils de Sarvia, dit au roi : Faut-il que ce chien mort maudisse le roi mon seigneur? Je m'en vais lui couper la tête.

10. Et ait rex : Quid mihi et vobis est filii Sarviæ? dimittite eum, ut maledicat : Dominus enim præcepit ei ut malediceret David : et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit?

10. Le roi dit à Abisaï : Qu'y a-t-il de commun entre vous et moi, enfants de Sarvia? Laissez-le faire; car le Seigneur lui a ordonné de *me châtier, en lui permettant de* maudire David. Et qui osera lui demander pourquoi il l'a fait?

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : VI. *Les Incrédules.*

---

5. *Bahurim.* Oppidum et castrum in monte situm unius fere horæ itinere ultra Bethaniam, Jordanem versus. Vide Adrichomium in tribu Benjamin, num. 28.

7. *Egredere.* Exi ex finibus regni Israelis. — *Vir sanguinum.* Qui ut sicarius et homicida multum sanguinis fudisti. — *Vir Belial.* Vir profane, sceleste, et divinæ legis contemptor.

8. *Universum sanguinem.* Pœnas pro sanguine.

9. *Abisaï filius Sarviæ.* Davidis ex sorore nepos, et Joabi frater. — *Canis hic mortuus.* Vide dicta c. 3, n. 8.

10. *Quid mihi et vobis est, filii Sarviæ?* Quasi dicat : Omitte me. — *Dominus enim præcepit.* Divinæ justitiæ me punientis instrumentum est.

Digitized by Google

11. Le roi dit encore à Abisaï et à tous ses serviteurs : Vous voyez que mon fils qui est sorti de moi cherche à m'ôter la vie : combien plus un fils de Jémini, *un homme de la tribu de Benjamin, plus attaché à la maison de Saül qu'à la mienne,* me traitera-t-il de cette sorte? Laissez-le faire, laissez-le *me* maudire, selon l'ordre qu'il en a reçu du Seigneur;

12. Et peut-être que le Seigneur regardera mon affliction, et qu'il me fera quelque bien pour ces malédictions que je reçois aujourd'hui.

13. David continuait donc son chemin, accompagné de ses gens; et Séméi, qui le suivait, marchant à côté sur le haut de la montagne, le maudissait, lui jetait des pierres, et faisait voler la poussière *en l'air, pour lui marquer sa haine et sa fureur.*

14. Le roi arriva enfin *à Bahurim,* et avec lui tout le peuple qui l'accompagnait, fort fatigué, et ils prirent là un peu de repos.

11. Et ait rex Abisai, et universis servis suis : Ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quærit animam meam : quanto magis nunc filius Jemini? Dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini :

12. Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, et reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.

13. Ambulabat itaque David et socii ejus per viam cum eo. Semei autem, per jugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, et mittens lapides adversum eum, terramque spargens.

14. Venit itaque rex, et universus populus cum eo lassus, et refocillati sunt ibi.

§ III. *Absalom entre dans Jérusalem, y abuse des concubines de son père, suivant le conseil d'Achitophel qui était regardé comme un oracle.*

15. Cependant Absalom entra dans Jérusalem, suivi de tous ceux de son parti, et accompagné d'Achitophel.

16. Chusaï d'Arach, ami de David, vint lui faire la révérence, et lui dit : Mon roi, Dieu vous conserve, mon roi.

17. Absalom lui répondit : Est-ce donc là la reconnaissance que vous avez pour votre ami? D'où vient que vous n'êtes pas allé avec votre ami?

18. Dieu m'en garde, dit Chusaï; car je serai à celui qui a été élu par le Seigneur, par tout ce peuple et par tout Israël, et je demeurerai avec lui.

19. Et de plus, qui est celui que je viens servir? N'est-ce pas le fils du roi? Je vous obéirai comme j'ai obéi à votre père.

15. Absalom autem et omnis populus ejus ingressi sunt Jerusalem, sed et Achitophel cum eo.

16. Cum autem venisset Chusai Arachites amicus David ad Absalom, locutus est ad eum : Salve rex, salve rex.

17. Ad quem Absalom : Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non ivisti cum amico tuo?

18. Responditque Chusai ad Absalom : Nequaquam : quia illius ero, quem elegit Dominus, et omnis hic populus, et universus Israel, et cum eo manebo.

19. Sed ut et hoc inferam, cui ego serviturus sum? nonne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo et tibi.

---

11. *Quanto magis nunc filius Jemini!* Vir nempe neque domo, neque familia, neque tribu, meus. Imo de tribu Benjamin et cognatione Saulis, cujus in me invidiam imitatur.

14. *Refocillati sunt ibi.* In oppido Bahurim.

17. *Hæc est, inquit, gratia tua ad amicum tuum?* David scilicet, quasi dicat: Qualem ego te mecum futurum sperem, cum videam te eum deseruisse, qui de te bene meritus est?

Digitized by Google

20. **Dixit autem Absalom ad Achitophel : Inite consilium quid agere debeamus.**

21. **Et ait Achitophel ad Absalom : Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum : ut cum audierit omnis Israel quod fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.**

22. **Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram universo Israel.**

23. **Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum : sic erat omne consilium Achitophel, et cum esset cum David, et cum esset cum Absalom.**

20. Absalom dit alors à Achitophel : Consultez ensemble pour voir ce que nous avons à faire.

21. Achitophel dit à Absalom : Abusez des concubines de votre père, qu'il a laissées pour garder son palais; afin que lorsque tout Israël saura que vous avez déshonoré votre père, ils s'attachent plus fortement à votre parti; *ne voyant plus d'apparence que vous puissiez vous réconcilier avec lui.*

22. On fit donc dresser une tente pour Absalom sur la terrasse *du palais du roi,* et il abusa devant tout Israël des concubines de son père, *selon que Nathan l'avait prédit à David.*

23. Or les conseils que donnait Achitophel étaient regardés alors comme des oracles de Dieu même; et on les considérait toujours en cette manière, soit lorsqu'il était avec David, ou lorsqu'il était avec Absalom.

CHAPITRE XVII.

§ I. *Achitophel est d'avis de poursuivre David sans lui donner le temps de se reconnaître. Chusaï renverse ce conseil et fait avertir David de ce qu'il a à faire.*

LA MÊME ANNÉE 2981.

1. **Dixit ergo Achitophel ad Absalom : Eligam mihi duodecim millia virorum, et consurgens persequar David hac nocte.**

2. **Et irruens super eum (quippe qui lassus est, et solutis manibus)**

1. Achitophel dit donc à Absalom : Si vous l'agréez, je m'en vais prendre douze mille hommes choisis. J'irai poursuivre David cette même nuit :

2. Et fondant sur lui et sur *ses gens,* qui sont tous las et hors de défense, je les

---

21. *Ingredere ad concubinas patris tui.* Aliqui ex primoribus et populo timide sequebantur Absalonem, timentes ne fortasse inter se filius ac pater reconciliarentur, et qui pro Absalone stetissent pœnas luerent : fit ergo Achitophel auctor Absaloni, ut adeo gravem patri irroget injuriam, ut plane omnes sibi persuadeant nullam inter ipsos reconciliationis spem superesse.

22. *In solario.* Vide dicta c. 11, n. 2.

23. *Quasi si quis consuleret Deum.* Achitopheli sacer textus non prudentiam veram, sed quæ carnis dicitur attribuit. Sive etiam naturalem quamdam circumspectionem quæ apta media ad finem aliquem, sive bonum, sive malum excogitat, et opportune applicat. Confertur autem cum divina propter certitudinem eventorum, in quo tamen est hyperbole, quasi dicatur : Erat præditus divina prudentia, quantum licet magnis parva componere, terrena cœlestibus, humana divinis. Italice diceremus : *Pigliavano i suo consigli come oracoli.*

CAP. XVII. 2. *Solutis manibus.* Remissis seu debilibus. — *Percutiam eum,*

Digitized by Google

battrai *sans peine*. Tout le monde fuira : et le roi se trouvant seul je m'en déferai.

3. Je ramènerai tout ce peuple comme si ce n'était qu'un seul homme ; car vous ne cherchez qu'une seule personne *qu'il me sera aisé de vous remettre entre les mains;* et après cela tout sera en paix.

4. Cet avis plut à Absalom et à tous les anciens d'Israël.

5. Néanmoins Absalom dit : Faites venir Chusaï d'Arach, afin que nous sachions aussi son avis.

6. Chusaï étant venu devant Absalom, Absalom lui dit : Voici le conseil qu'Achitophel nous vient de donner : le devons-nous suivre? Que nous conseillez-vous?

7. Chusaï *qui en vit les suites, et qui voulait détourner la ruine inévitable de David,* répondit à Absalom : Le conseil qu'a donné Achitophel ne me paraît pas bon pour cette fois.

8. Vous n'ignorez pas, ajouta-t-il, quel est votre père, que les gens qui sont avec lui sont très-vaillants, et que maintenant ils ont le cœur outré, comme une ourse qui est en furie dans un bois, de ce qu'on lui a ravi ses petits. Votre père aussi, qui sait parfaitement la guerre, ne s'arrêtera point avec ses gens.

9. Il est peut-être maintenant caché dans une caverne, ou dans quelque autre lieu qu'il aura choisi. Que si quelqu'un de vos gens est tué d'abord, on publiera aussitôt partout que le parti d'Absalom a été battu.

percutiam eum : cumque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum.

3. Et reducam universum populum, quomodo unus homo reverti solet : unum enim virum tu quæris : et omnis populus erit in pace.

4. Placuitque sermo ejus Absalom, et cunctis majoribus natu Israel.

5. Ait autem Absalom : Vocate Chusai Arachiten, et audiamus quid etiam ipse dicat.

6. Cumque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum : Hujuscemodi sermonem locutus est Achitophel : facere debemus an non? quod das consilium?

7. Et dixit Chusai ad Absalom : Non est bonum consilium, quod dedit Achitophel hac vice.

8. Et rursum intulit Chusai : Tu nosti patrem tuum, et viros qui cum eo sunt, esse fortissimos et amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat : sed et pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo.

9. Forsitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo voluerit, loco : et cum ceciderit unus quilibet in principio, audiet quicumque audierit, et dicet : Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom.

Hebræa et LXX, *tenebo eum*. Chald. *turbabo eum*. — *Desolatum*. Solum relictum.

3. *Quomodo unus homo reverti solet*. Sententia nostræ vulgatæ esse videtur : totus Israel te sequetur unanimi consensu, nullo excepto; nam unius tantum caput quærimus, quo sublato nemo supererit qui populum in varias partes distrahat.

8. *Et amaro animo*. Quasi dicat : Periculosum est cum desperatis hominibus pugnare, non inulti cadent. — *Nec morabitur cum populo*. Ponebat Achitophel Davidem in medio populi fuisse, ibique a suis perturbatis destitutum iri. Chusai contra opponit Davidis consuetudinem nocte secedentis a turba, ne a suismet conjuratione aliqua comprehensus, hostibus dedi posset; sicque fore ut quamvis Davidis copiæ deleantur, ille tamen evadat.

9. *Audiet*. Id est, quicumque audierit, dicet.

Digitized by Google

10. Et fortissimus quisque, cujus cor est quasi leonis, pavore solvetur : scit enim omnis populus Israel, fortem esse patrem tuum, et robustos omnes qui cum eo sunt.

11. Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium : Congregetur ad te universus Israel, a Dan usque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis : et tu eris in medio eorum.

12. Et irruemus super eum in quocumque loco inventus fuerit : et operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram : et non relinquemus de viris, qui cum eo sunt, ne unum quidem.

13. Quod si urbem aliquam fuerit ingressus, circumdabit omnis Israel civitati illi funes, et trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur ne calcus quidem ex ea.

14. Dixitque Absalom, et omnes viri Israel : Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achitophel : Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitophel utile, ut induceret Dominus super Absalom malum.

15. Et ait Chusai Sadoc et Abia-

10. Et en même temps les plus hardis de ceux qui vous suivent, et qui ont des cœurs de lion, seront saisis d'effroi. Car tout le peuple d'Israël sait que votre père et tous ceux qui sont avec lui sont très-vaillants.

11. Voici donc, ce me semble, le meilleur conseil que vous puissiez suivre : Faites assembler tout Israël, depuis Dan jusqu'à Bersabée, comme le sable de la mer qui est innombrable, et vous serez au milieu d'eux.

12. Et en quelque lieu qu'il puisse être, nous irons nous jeter sur lui : nous l'accablerons, *par notre grand nombre*, comme quand la rosée tombe sur la terre : et nous ne laisserons pas un seul de tous les gens qui sont avec lui.

13. Que s'il se retire dans quelque ville, tout Israël en environnera les murailles de cordes, et nous l'entraînerons dans un torrent, sans qu'il en reste seulement une petite pierre.

14. Alors Absalom et tous les principaux d'Israël dirent : L'avis de Chusaï d'Arach est meilleur que celui d'Achitophel. Mais ce fut par la volonté du Seigneur que le conseil d'Achitophel, qui était *le plus* utile, fut ainsi détruit, afin que le Seigneur fît tomber Absalom dans le malheur *que méritaient sa révolte et sa perfidie*.

15. Alors Chusaï dit aux grands prêtres

---

10. *Fortissimus quisque.* In hebr. est, *et ipse etiam filius fortitudinis*, id est, ipse Achitophel, qui dat hoc consilium, trepidabit. Aut cum Hieronymo, et aliis, intelligitur de quovis fortissimo qui, si semel noctu fuerit offensus, expavescet.

11. *Hoc mihi videtur rectum esse consilium.* Bonum utileque consilium, in Davidis scilicet commodum, quod si Chusai in mente habuit, non est mentitus. —* *Tu eris in medio eorum.* Dux scilicet, quem pluris facturi sint milites quam Achitophelem, qui sibi ducatum hunc depoposcerat n. 1.

12. *Sicut cadere solet ros super terram.* Cujus guttulæ innumerabiles sunt.

13. *Circumdabit... illi funes.* Videtur esse proverbiale et hyperbolicum dicendi genus, quo gloriosi milites tunc utuntur, cum suas vires jactant. Simili dicendi formula usi videntur reges Samariæ et Syriæ, licet paulo obscurius, Isa. 7. 6, cum ingenti exercitu adversus Judam comparato aiunt : *Ascendamus ad Judam, et suscitemus eum, et avellamus eum ad nos.* — *Ut non reperiatur ne calculus quidem ex ea.* Hæc etiam proverbialis est et hyperbolica dicendi formula.

14. *Consilium Achitophel utile.* Potuit enim David opprimi, si celeritate usi fuissent, nec tempus illi ad copias contrahendas reliquissent.

Digitized by Google

Sadoc et Abiathar : Voici l'avis qu'Achitophel a donné à Absalom et aux enfants d'Israël, et voici celui que je lui ai donné.

16. Envoyez donc en diligence à David pour lui en donner nouvelle, et faites-lui dire qu'il ne demeure point cette nuit dans les plaines du désert; mais qu'il passe au plus tôt le Jourdain, de peur qu'il ne périsse, lui et tous ses gens.

17. Jonathas et Achimaas étaient près de la fontaine de Rogel, *aux environs de Jérusalem*, n'osant se montrer ni entrer dans la ville : et une servante, *faisant semblant d'aller puiser de l'eau*, les alla avertir de tout ceci. Ils partirent en même temps pour en porter la nouvelle au roi David.

18. Il arriva néanmoins qu'un garçon les vit et en donna avis à Absalom. Mais ils entrèrent aussitôt chez un homme de Bahurim qui avait un puits à l'entrée de sa maison, dans lequel ils descendirent.

19. Et la femme de cet homme étendit une couverture sur la bouche du puits, comme si elle eût fait sécher des grains pilés. Ainsi la chose demeura cachée.

20. Les gens d'Absalom étant venus dans cette maison, dirent à la femme : Où sont Achimaas et Jonathas? Elle leur répondit : Ils ont pris un peu d'eau et s'en sont allés bien vite. Ainsi ceux qui les cherchaient ne les ayant point trouvés s'en revinrent à Jérusalem.

thar sacerdotibus : Hoc et hoc modo consilium dedit Achitophel Absalom, et senioribus Israel : et ego tale et tale dedi consilium.

16. Nunc ergo mittite cito, et nuntiate David, dicentes : Ne moreris nocte hac in campestribus deserti, sed absque dilatione transgredere : ne forte absorbeatur rex et omnis populus qui cum eo est.

17. Jonathas autem et Achimaas stabant juxta fontem Rogel : abiit ancilla et nuntiavit eis : et illi profecti sunt, ut referrent ad regem David nuntium : non enim poterant videri, aut introire civitatem.

18. Vidit autem eos quidam puer, et indicavit Absalom : illi vero concito gradu ingressi sunt domum cujusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, et descenderunt in eum.

19. Tulit autem mulier, et expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas : et sic latuit res.

20. Cumque venissent servi Absalom in domum, ad mulierem dixerunt : Ubi est Achimaas et Jonathas? Et respondit eis mulier : Transierunt festinanter, gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cum non reperissent, reversi sunt in Jerusalem.

---

16. *Ne moreris nocte hac in campestribus.* Ne forte iterum Absalom in Achitophelis consilium inclinet, et supervenientibus ejus copiis cædatur aut in filii potestatem veniat.

17. *Jonathas autem et Achimaas.* Ab ipso David destinati ut munere nuntiorum fungerentur. — *Juxta fontem Rogel.* Id est, *fontem fullonis.* Fuit hic fons in surburbanis Hierosolymorum versus orientem. — *Abiit ancilla.* Specie lavandi in fonte pannos, ut ait Hieronymus in traditionibus, et ex eo alii. — *Poterant.* Id est, tutum erat.

18. *Quidam puer.* Ejusdem ancillæ filius, ex iisdem Traditionibus. — *Concito gradu.* Ut se periculo eriperent; senserant enim aliquo indicio se a militibus Absalonis quæri.

19. *Expandit velamen super os putei.* Ita ut ne puteus quidem ipse appareret cum careret peribolo. — *Quasi siccans ptisanas.* Grana frumenti sive hordei madefacta et contusa.

Digitized by Google

21. Cumque abiissent, ascenderunt illi de puteo, et pergentes nuntiaverunt regi David, et dixerunt : Surgite, et transite cito fluvium : quoniam hujuscemodi dedit consilium contra vos Achitophel.

21. Après qu'ils s'en furent retournés, Achimaas et Jonathas sortirent du puits, continuèrent leur chemin et vinrent dire à David : Décampez, et passez le fleuve au plus tôt, parce qu'Achitophel a donné un tel conseil contre vous.

§ II. *David passe le Jourdain et se met en sûreté. Achitophel se pend de dépit de ce que son conseil n'a pas été suivi. David reçoit des rafraîchissements pour ses troupes de la part de Sobi, de Machir et de Berzellaï.*

22. Surrexit ergo David, et omnis populus qui cum eo erat, et transierunt Jordanem, donec dilucesceret : et ne unus quidem residuus fuit, qui non transisset fluvium.

22. David marcha donc aussitôt avec tous ses gens, passa le Jourdain avant la pointe du jour, *avec tous ceux qui l'accompagnaient*, sans qu'il en demeurât un seul au deçà du fleuve.

23. Porro Achitophel videns quod non fuisset factum consilium suum, stravit asinum suum, surrexitque et abiit in domum suam et in civitatem suam : et disposita domo sua, suspendio interiit, et sepultus est in sepulcro patris sui.

23. Achitophel, voyant qu'on n'avait point suivi le conseil qu'il avait donné, fit seller son âne, s'en alla à la maison qu'il avait en sa ville *de Gilo;* et ayant disposé de toutes ses affaires, il se pendit, et fut enseveli dans le sépulcre de son père.

24. David autem venit in Castra, et Absalom transivit Jordanem, ipse et omnes viri Israel cum eo.

24. David vint ensuite au *lieu appelé Mahanaïm, qui signifie un* camp. *C'était une place très-forte où il pouvait demeurer en sûreté.* Et *quelques jours après,* Absalom, suivi de tout Israël, passa *aussi* le Jourdain.

25. Amasam vero constituit Absalom pro Joab super exercitum : Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Jetra de Jezraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, sororem Sarviæ, quæ fuit mater Joab.

25. Absalom fit général de son armée, au lieu de Joab, Amasa, fils d'un homme de Jezraël, nommé Jétra, qui avait épousé Abigaïl, fille de Naas, *père de David,* et sœur de Sarvia, mère de Joab.

26. Et castrametatus est Israel cum Absalom in terra Galaad.

26. Israël se campa avec Absalom dans le pays de Galaad, *assez près de la ville de Mahanaïm.*

---

22. *Ne unus quidem residuus fuit.* Cum albesceret cœlum, omnes Davidis comites partim naviculis, partim vado Jordanem transierunt.

23. *Disposita domo sua.* Datis familiæ mandatis quid se mortuo fieri vellet. — *Suspendio interiit.* Jam animo præsagiens victorem futurum Davidem, et extrema quæque sibi timens; impulsus etiam indignatione, quod consilium suum Chusai consilio posthabitum fuisset.

24. *Venit in Castra.* Quæ urbs hebraice Mahanaim dicitur, eratque ultra Jordanem. Vide Gen. 32. 2.

25. *De Jezraeli.* Civitate Juda, sicut et Achinoam uxor Davidis, et mater Amnon. — *Ingressus est ad Abigail filiam Naas.* Modus hic loquendi, ut notavit Sanch., aliquid indicat non omnino legitimum; quare aliqui putant Amasam ex furtivo concubitu fuisse susceptum, ex Scriptura nihil certi haberi potest.

Digitized by Google

27. David étant venu au camp, *c'est-à-dire dans cette ville*, Sobi, fils de Naas de Rabbath, ville des Ammonites, Machir, fils d'Ammihel, de Lodabar, et Berzellaï, de Rogelim en Galaad,

28. Lui offrirent des lits, des tapis, des vaisseaux de terre, du blé, de l'orge, de la farine, de l'orge séché au feu, des fèves, des lentilles et des poids fricassés,

29. Du miel, du beurre, des brebis et des veaux gras. Ils apportèrent tout ceci à David et à ceux qui le suivaient, parce qu'ils crurent bien que le peuple, se trouvant dans un désert, était abattu de faim, de soif et de lassitude.

27. Cumque venisset David in castra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, et Machir filius Ammihel de Lodabar, et Berzellai Galaadites de Rogelim.

28. Obtulerunt ei stratoria, et tapetia, et vasa fictilia, frumentum, et hordeum, et farinam, et polentam, et fabam, et lentem, et frixum cicer,

29. Et mel, et butyrum, oves, et pingues vitulos; dederuntque David, et populo qui cum eo erat, ad vescendum : suspicati enim sunt, populum fame et siti fatigari in deserto.

CHAPITRE XVIII.

§ I. *David fait la revue de ses troupes, règle l'ordre de bataille, veut se trouver au combat. Ses gens l'en empêchent. Il ordonne à ses généraux de conserver Absalom. La bataille se donne, et l'armée d'Absalom est taillée en pièces.*

LA MÊME ANNÉE 2981.

1. David, *dont l'armée s'était extrêmement grossie*, ayant fait la revue de ses gens, établit sur eux des tribuns et des centeniers; *et les ayant partagés en trois corps*,

2. Il donna le tiers de ses troupes à commander à Joab, le tiers à Abisaï, fils de Sarvia et frère de Joab, et le tiers à Ethaï, de Geth. Le roi dit ensuite à ses gens : Je veux me trouver au combat avec vous.

1. Igitur considerato David populo suo, constituit super eos tribunos et centuriones,

2. Et dedit populi tertiam partem sub manu Joab, et tertiam partem sub manu Abisai filii Sarviæ fratris Joab, et tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth, dixitque rex ad populum : Egrediar et ego vobiscum.

---

27. *Sobi filius Naas de Rabbath.* Frater Hanonis Ammonitæ, qui contumeliose acceptis Davidis legatis, dein male mulctatus a Davide, in gratiam Naas parentis de ipso Davide bene meriti in regnum fuerat restitutus. — *Machir.* Ille idem est, qui Miphiboseth Jonathæ filium nutriebat, antequam ad Davidis convictum admitteretur. Vide c. 9, num. 4. — *Berzellai.* De quo c. 19 sequenti erit sermo.

28. *Stratoria.* Lectos. Chald. *sindones.* — *Tapetia.* Fortasse stragula, et lectorum operimenta. — *Polentam.* Frumenti aut farris grana tosta et contusa. * Fuit Berzellai pro sua copia liberalis in Davidem et ejus milites. Multa enim in beneficii nomen veniunt ob tempus quo dantur : *Quanti æstimas in solitudine hospitium, in imbre tectum, in frigore balneum aut ignem,* inquit Seneca, lib. 6 de Benef. c. 15.

CAP. XVIII. 2. *Sub manu Ethai.* Voluit enim David fidelitatem et amicitiam Gethæi hujus principis, qui constantissime illi adhæserat, honorare.

Digitized by Google

3. Et respondit populus : Non exibis : sive enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit : sive media pars ceciderit e nobis, non satis curabunt : quia tu unus pro decem millibus computaris : melius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio.

3. Mais ses gens lui répondirent : Vous ne viendrez point avec nous; car quand les ennemis nous auraient fait fuir, ils ne croiraient pas avoir fait grand chose; et quand ils auraient taillé en pièces la moitié de nos troupes, ils n'en seraient pas fort satisfaits, parce que vous êtes considéré vous seul comme dix mille hommes. Il vaut donc mieux que vous demeuriez dans la ville, afin que vous soyez en état de nous secourir.

4. Ad quos rex ait : Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex juxta portam : egrediebaturque populus per turmas suas, centeni, et milleni.

4. Le roi leur dit : Je ferai tout ce que vous voudrez. Il se tint donc à la porte de la ville de *Mahanaïm*, pendant que toute l'armée *en* sortait en diverses troupes de cent et de mille hommes.

5. Et præcepit rex Joab, et Abisai, et Ethai, dicens : Servate mihi puerum Absalom. Et omnis populus audiebat præcipientem regem cunctis principibus pro Absalom.

5. En même temps il donna cet ordre à Joab, à Abisaï et à Ethaï : Conservez-moi mon fils Absalom. Et tout le peuple entendit le roi qui recommandait Absalom à tous ses généraux.

6. Itaque egressus est populus in campum contra Israel, et factum est prælium in saltu Ephraim.

6. L'armée marcha donc en bataille contre Israël, et la bataille fut donnée dans la forêt *appelée la forêt* d'Ephraïm, *à cause de quelque action mémorable que cette tribu y avait faite.*

7. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu David, factaque est plaga magna in die illa, viginti millium.

7. L'armée de David tailla en pièces celle d'Israël. La défaite fut grande, et vingt mille hommes demeurèrent sur la place.

8. Fuit autem ibi prælium di-

8. Les gens d'Absalom fuyant après le

---

3. *Sis nobis in urbe præsidio.* LXX habent, *in auxilium nostrum,* ut nimirum si quid militum aut commeatus ad exercitum ex oppido mittendum sit, tuo jussu promptius effectum detur. Chald. habet, *ad orandum pro nobis.*

4. *Juxta portam.* Civitatis, de qua superiori c. n. 24.

5. *Servate mihi puerum Absalom.* Videtur subaudienda conditio, si viceritis. Putat tamen Abulensis certum fuisse Davidem de victoria, sive quia nullam Scriptura conditionem addit, sive quia, cum illi Deo favente successisset votum de evertendo Achitophelis consilio, sentiebat sibi Numen esse placatum. Putat S. Aug. 3 de Doctrina christiana, c. 23, propterea jussisse Davidem ut Absaloni parceretur, ut *edomito servaretur pœnitendi locus,* ut ille ait, et æternum evaderet exitium.

6. *In saltu Ephraim.* Non erat hic saltus in tribu Ephraim; nam et David et Absalom Jordanem transmiserant. Abulensis, Torniellus et Salianus existimant Ephraimitas prioribus temporibus memorabile aliquod facinus ibi edidisse, unde loco nomen adhæserit, et omnino suspicor, inquit Salianus, Oreb et Zeb ibi ab Ephraimitis tempore Gedeonis interfectos. Em. Sa saltum Ephraim interpretatur, ubi Ephraim Jordane transmisso solebat pecora pascere. * Vel tandem saltus Ephraim locus ille est in quo cæsi olim fuerant Ephraimitæ, ut habemus Judic. c. 7.

8. *Prælium dispersum super faciem omnis terræ.* Clades late fusa. — *Quos*

Digitized by Google

combat, furent dispersés de tous côtés; et il en périt beaucoup plus dans la forêt qu'il n'y en eut qui moururent par l'épée en ce jour-là.

spersum super faciem omnis terræ, et multo plures erant quos saltus consumpserat de populo, quam hi quos voraverat gladius in die illa.

§ II. *Les cheveux d'Absalom s'embarrassent dans les branches d'un chêne touffu et il y demeure suspendu. Joab en ayant été averti, le perce de plusieurs coups, le tue et fait sonner la retraite.*

9. Absalom *même fut obligé de prendre la fuite. Mais il fut bientôt* rencontré par les gens de David; car lorsqu'il était sur son mulet, et qu'il passait sous un grand chêne fort touffu, sa tête s'embarrassa dans les branches du chêne, et son mulet passant outre, il demeura suspendu entre le ciel et la terre.

10. Un *soldat* l'ayant vu en cet état vint dire à Joab : J'ai vu Absalom pendu à un chêne.

11. Joab lui dit : Si tu l'as vu, pourquoi ne lui as-tu pas passé ton épée au travers du corps, et je t'aurais donné dix sicles d'argent et un baudrier.

12. Il répondit à Joab : Quand vous me donneriez présentement mille pièces d'argent, je me garderais bien de porter la main sur la personne du fils du roi; car nous avons tous entendu l'ordre que le roi vous a donné, à vous, à Abisaï et à Ethaï, lorsqu'il vous a dit : Conservez-moi mon fils Absalom.

9. Accidit autem ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo : cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum et magnam, adhæsit caput ejus quercui : et illo suspenso inter cœlum et terram, mulus, cui insederat, pertransivit.

10. Vidit autem hoc quispiam, et nuntiavit Joab, dicens : Vidi Absalom pendere de quercu.

11. Et ait Joab viro, qui nuntiaverat ei : Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, et ego dedissem tibi decem argenti siclos, et unum balteum?

12. Qui dixit ad Joab : Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis : audientibus enim nobis præcepit rex tibi, et Abisai, et Ethai, dicens : Custodite mihi puerum Absalom.

---

saltus consumpserat. Quia per saltum invium conciti ferebantur, et in terræ voragines imminente a tergo hoste, abjiciebant se, ne gladiis confoderentur. Has autem terræ voragines Absalonis sepultura confirmat; dicitur enim projectus in saltu in foveam grandem, in quam comportatus sit ingens acervus lapidum, infra, n. 17.

9. *Adhæsit caput...* Ramis implicita cæsarie, quam puto fuisse in aliquot capillorum discrimina, floccos aut tricas collectam. Italice dicimus *le treccie.* Tales erant septem illi Samsonis capilli; de quibus Jud. 16. 13, ut ibi explicavimus.

10. *Nuntiavit Joab.* Vel non ausus ipse in filium regis manus injicere, vel opima hæc spolia militiæ principi reservare volens, vel jussui Davidis parere de servando Absalom, quod verius est, ut patet ex sequentibus.

11. *Quare non confodisti eum cum terra?* De quercu dejectum, et hasta ita transfixum, ut mortuus terræ adhæresceret. — *Decem argenti siclos.* Qui æquivalent quadraginta regalibus Hispanicis. — *Unum balteum.* Militare cingulum in mercedem, ac monumentum egregii facinoris.

12. *Mille argenteos.* Siclos scilicet. — *In filium regis.* Majorem habet emphasim oratio quam si dixisset, Absalonem.

Digitized by Google

13. Sed et si fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, et tu stares ex adverso?

14. Et ait Joab : Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, et infixit eas in corde Absalom : cumque adhuc palpitaret hærens in quercu,

15. Cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab, et percutientes interfecerunt eum.

16. Cecinit autem Joab buccina, et retinuit populum, ne persequeretur fugientem Israel, volens parcere multitudini.

13. Et si je m'étais hasardé à faire une action si téméraire, elle n'aurait pu être cachée au roi *qui m'en aurait puni*. Et vous seriez-vous opposé à lui?

14. Joab lui dit : Je ne m'en rapporterai pas à toi; mais je l'attaquerai moi-même en ta présence. Il prit donc à la main trois dards dont il perça le cœur d'Absalom. Et lorsqu'il respirait encore, toujours pendu au chêne,

15. Dix jeunes écuyers de Joab accoururent, le percèrent de coups, et l'achevèrent.

16. Aussitôt Joab fit sonner la retraite; et voulant épargner le peuple, il empêcha ses gens de poursuivre les Israélites qui fuyaient.

§ III. *Les Israélites se retirent. Absalom est jeté dans une fosse sur laquelle on élève un grand monceau de pierres. Achimaas et Chusi portent à David la nouvelle de la victoire. David pleure Absalom sans pouvoir se consoler.*

17. Et tulerunt Absalom, et projecerunt eum in saltu, in foveam grandem, et comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis : omnis autem Israel fugit in tabernacula sua.

18. Porro Absalom erexerat sibi, cum adhuc viveret, titulum qui est in valle Regis : dixerat

17. Ainsi les Israélites se retirèrent chacun chez soi. On emporta Absalom, et on le jeta dans une grande fosse qui était dans le bois, sur laquelle on éleva un grand monceau de pierres.

18. Or Absalom, *ayant perdu ses trois fils*, lorsqu'il vivait encore, s'était fait dresser une colonne dans la vallée du Roi.

---

13. *Si fecissem contra animam meam audacter.* Si reluctanti conscientiæ meæ vim intulissem. — *Et tu stares ex adverso?* Fieresne patronus meus? Num eriperes me de manu regis?

14. *Tulit ergo tres lanceas.* Sive tria spicula, ut est in hebræo. — *In corde Absalom.* Perfosso pectore.

15. *Interfecerunt eum.* Motus ac sensus expertem penitus reddiderunt.

17. *Comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis.* Sicque locum habuit in Absalonis pœna lex Deut. 21. 21, quæ filium protervum et contumacem lapidibus obrui ab universo populo jubet, quod in Traditionibus hebraicis, et a Lyrano notatum est. Noluit vero Joab cadaver ad Davidem deferri, ne oculi augerent parentis dolorem, quem sciebat acerbissimum fore.

18. *Absalom erexerat sibi... titulum.* Hujus monumenti, quod sibi paraverat Absalom, hoc loco Scriptura mentionem facit, ad ostendendam hominis vanitatem, qui, cum ad perpetuam memoriam sibi titulum illum erexisset, ad perpetuam infamiam ingenti lapidum acervo obrutus est. — *Titulum.* Aliqui columellam fuisse putant, aut pyramidem; alii statuam, alii triumphalem arcum, omnes probabiliter, nam certi nihil habemus. — *In valle Regis.* Valle Cedron, sive Josaphat, quæ inter Jerusalem et inter montem Oliveti jacebat, et a rege Melchisedech dictam indicant Biblia LXX interpretum Regiæ, et Complutensis editionis, in quibus Genes. 14. 17, ubi in Vulgata habemus, *vallis Regis*, legimus τὸ πεδίον βασιλεως Μελχισεδέχ, *campus regis Melchisedech*,

Digitized by Google

Je n'ai point de fils, disait-il, et ce sera là un monument *qui fera vivre* mon nom. Il donna donc son nom à cette colonne, et on l'appelle encore aujourd'hui la Main d'Absalom, *parce qu'elle est l'ouvrage de ce prince.*

19. *Après la mort d'Absalom*, Achimaas, fils de Sadoc, dit à Joab : Je m'en vais courir vers le roi et lui dire que Dieu lui a fait justice et l'a vengé de ses ennemis.

20. Joab lui dit : Vous porterez les nouvelles une autre fois, mais non aujourd'hui. Je ne veux pas que ce soit vous présentement, parce que le fils du roi est mort.

21. Joab dit donc à Chusi : Allez-vous-en, vous, et annoncez au roi ce que vous avez vu. Chusi lui fit une profonde révérence, et se mit à courir.

22. Achimaas, fils de Sadoc, dit encore à Joab : Mais si je courais aussi après Chusi? Mon fils, dit Joab, pourquoi voulez-vous courir? vous serez le porteur d'une méchante nouvelle.

23. Mais enfin si je courais, ajouta Achimaas? Courez donc, répondit Joab. Ainsi Achimaas courant par un chemin plus court, passa Chusi.

24. Cependant David était assis entre les deux portes de la ville; et la sentinelle qui était sur la muraille au haut de la porte,

enim : Non habeo filium, et hoc erit monimentum nominis mei. Vocavitque titulum nomine suo, et appellatur Manus Absalom, usque ad hanc diem.

19. Achimaas autem, filius Sadoc, ait : Curram, et nuntiabo regi, quia judicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum ejus.

20. Ad quem Joab dixit : Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia : hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus.

21. Et ait Joab Chusi : Vade, et nuntia regi quæ vidisti. Adoravit Chusi Joab, et cucurrit.

22. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab : Quid impedit si etiam ego curram post Chusi? Dixitque ei Joab : Quid vis currere fili mi? non eris boni nuntii bajulus.

23. Qui respondit : Quid enim si cucurrero? Et ait ei : Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendii, transivit Chusi.

24. David autem sedebat inter duas portas : speculator vero, qui erat in fastigio portæ super mu-

---

in quo scilicet Melchisedech Abrahamo occurrit. — *Non habeo filium.* Ex quo apparet eos jam mortuos fuisse, quos Scriptura memorat supra, c. 14, n. 27. — *Manus Absalom.* Quia manus operum pene omnium artifex est, fit ut pro ipso sumatur opere. Sic Martialis lib. 8, epigram. 51, ait de phiala affabre facta :

Mentoris hæc manus est, an, Polyclete, tua?

manus ergo *Absalom*, est opus Absalonis.

19. *Judicium fecerit ei Dominus.* Ultionem, vel quasi dicat : Jus dixit. — *De manu.* Scilicet liberans.

20. *In hac die.* Hac vice. — *Filius enim regis est mortuus.* Quasi dicat : Alia occasione lætiori eris nuntius, non hac, quæ magnum parenti mœrorem afferet.

21. *Chusi.* Plebeio cuidam, qui ita appellabatur, vel qui gente Æthiops; hoc enim Chusi significat. Puto tamen hoc nomen illi proprium fuisse.

23. *Quid enim si cucurrero?* Hebr. et chald. habent, *quidquid sit, curram.* — *Per viam compendii.* In hebr. est, *per viam planitiei.* LXX hebræam vocem כִּכָּר retinuerunt, innuentes id esse proprium loci nomen.

24. *Inter duas portas.* Urbis scilicet et septi, quod ante portas ex trabibus, aut alia materia fieri solet ad munimentum tempore belli. — *In fastigio portæ.* Turri, quæ portæ urbis, ut assolet, incumbebat.

Digitized by Google

rum, elevans oculos, vidit hominem currentem solum.

25. Et exclamans indicavit regi: dixitque rex: Si solus est, bonus est nuntius in ore ejus. Properante autem illo, et accedente propius,

26. Vidit speculator hominem alterum currentem, et vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitque rex: Et iste bonus est nuntius.

27. Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex: Vir bonus est: et nuntium portans bonum, venit.

28. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem: Salve rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui levaverunt manus suas contra dominum meum regem.

29. Et ait rex: Estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas: Vidi tumultum magnum, cum mitteret Joab servus tuus, o rex, me servum tuum: nescio aliud.

30. Ad quem rex: Transi, ait, et sta hic. Cumque ille transisset, et staret,

31. Apparuit Chusi: et veniens ait: Bonum apporto nuntium, domine mi rex: judicavit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te.

32. Dixit autem rex ad Chusi: Estne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi, Fiant, inquit,

élevant les yeux, vit un homme qui courait tout seul.

25. Et jetant un grand cri il en avertit le roi; le roi lui dit: S'il est seul, il porte une bonne nouvelle. Lorsque ce premier s'avançait à grande hâte, et était déjà proche,

26. La sentinelle en vit un second qui courait *aussi*, et criant d'en haut, il dit: Je vois courir encore un autre homme qui est seul. Le roi lui dit: Il apporte aussi une bonne nouvelle.

27. La sentinelle ajouta: A voir courir le premier, il me semble que c'est Achimaas, fils de Sadoc. Le roi lui dit: C'est un homme de bien; et il nous apporte de bonnes nouvelles.

28. Achimaas criant *de loin*, dit au roi: Seigneur, que Dieu vous conserve. Et s'abaissant jusqu'en terre devant lui, il ajouta: Béni soit le Seigneur votre Dieu qui a livré entre vos mains ceux qui s'étaient soulevés contre le roi mon seigneur.

29. Le roi lui dit: Mon fils Absalom est-il en vie? Achimaas lui répondit: Lorsque Joab, votre serviteur, m'a envoyé vers vous, j'ai vu s'élever un grand tumulte, c'est tout ce que je sais.

30. Passez, lui dit le roi, et tenez-vous là. Lorsqu'il fut passé, et qu'il se tenait en sa place,

31. Chusi parut, et il dit en arrivant: Mon seigneur et mon roi, je vous apporte une bonne nouvelle: car le Seigneur a jugé aujourd'hui en votre faveur, et il vous a délivré de la main de tous ceux qui s'étaient soulevés contre vous.

32. Le roi dit à Chusi: Mon fils Absalom est-il en vie? Chusi lui répondit: Que les ennemis de mon roi, et tous ceux qui se

---

25. *Si solus est, bonus est nuntius.* Nam victi turmatim fugiunt. Victores vero occupantur spoliis detrahendis, et persequendis hostibus, et imperator unum aliquem destinat, qui victoriam nuntiet.

28. *Conclusit.* Punivit scilicet, ac perdidit.

29. *Estne pax?* Salvusne est? — *Nescio aliud.* Caute lætam victoriam nuntiat, tristem mortem dissimulat, et Chusi nuntiandam relinquit.

30. *Transi, ait, et sta hic.* Abire eum vult post se, aut ad latus, nec tamen longius discedere, ut ex utroque nuntio plenius cognosceret pugnæ eventum.

31. *Judicavit.* Vide dicta n. 19. — *De manu.* Vide ibidem.

32. *Fiant, inquit, sicut puer, inimici.* Id erat ei mortem Absalonis fateri,

Digitized by Google

soulèvent contre lui pour le perdre, soient traités comme il l'a été.

33. Le roi étant donc saisi de douleur *pour la perte de son fils*, monta à la chambre qui était au-dessus de la porte, et se mit à pleurer, Et il disait en se promenant : Mon fils Absalom ! Absalom, mon fils ! Que ne puis-je donner ma vie pour la tienne ! mon fils Absalom ! Absalom, mon fils !

sicut puer, inimici domini mei regis, et universi qui consurgunt adversus eum in malum.

33. Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, et flevit. Et sic loquebatur, vadens : Fili mi Absalom, Absalom fili mi : quis mihi tribuat ut ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom ?

CHAPITRE XIX.

§ I. *David continue de pleurer son fils Absalom. Joab lui en fait des reproches, comme s'il eût fait peu de cas de ses plus fidèles serviteurs, et l'oblige de se montrer à son peuple.*

LA MÊME ANNÉE 2981.

1. En même temps on avertit Joab que le roi était dans les larmes, et qu'il pleurait son fils.

2. Et la victoire fut changée en deuil dans toute l'armée, parce que tout le peuple sut que le roi était affligé de la mort d'Absalom.

3. Les troupes entrèrent dans la ville *sans bruit* et sans oser presque se montrer, comme une armée qui aurait été défaite et mise en fuite dans une bataille.

4. Le roi cependant s'était couvert la

1. Nuntiatum est autem Joab quod rex fleret et lugeret filium suum :

2. Et versa est victoria in luctum in die illa omni populo : audivit enim populus in die illa dici : Dolet rex super filio suo.

3. Et declinavit populus in die illa ingredi civitatem, quomodo declinare solet populus versus et fugiens de prælio.

4. Porro rex operuit caput suum,

---

alioqui bene precaretur inimicis domini sui regis. — *In malum.* Malo fine, ut ei noceant.

33. *Ascendit cœnaculum portæ.* Superius scilicet tabulatum, quod imminebat portæ; neque enim decebat regem coram populo lacrymari; sed potius regium et excelsum animum præ se ferre, et omnibus casibus superiorem. Quid in Absalone David luxerit diximus supra, hoc c. n. 5.

CAP. XIX. 2. *Versa est victoria in luctum.* Et quia lugente principe par non erat triumphare populum gaudio, et quia victoriæ in bello civili luctuosæ esse solent, aliis fratres, aliis cognatos, aliis amicos et necessarios desiderantibus.

3. *Declinavit populus in die illa ingredi civitatem.* Chaldæus habet, *et furati sunt sese populus,* id est, clam et furtim egressi sunt, *in die illa, ut intrarent in urbem,* sive ingrediendo in urbem, ut est in hebr. *sicut sese furatur populus, qui pudefacti sunt in conversione sua,* quasi sibi conscii et rei mortis Absalom, in cujus mortem consenserant, et super quem extinctum lapides miserant. Nostra tamen Vulgata editio significat non ingressos civitatem, quod fortasse explicari potest non ingressos per portam illam in qua rex erat, quia illos pudebat dare se in conspectum illius, ingressos tamen per alias portas clam et furtim.

4. *Operuit caput suum.* De more lugentium.

Digitized by Google

et clamabat voce magna : Fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi.

5. Ingressus ergo Joab ad regem in domum, dixit : Confudisti hodie vultus omnium servorum tuorum, qui salvam fecerunt animam tuam, et animam filiorum tuorum, et filiarum tuarum, et animam uxorum tuarum, et animam concubinarum tuarum.

6. Diligis odientes te, et odio habes diligentes te, et ostendisti hodie, quia non curas de ducibus tuis, et de servis tuis : et vere cognovi modo, quia si Absalom viveret, et omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi.

7. Nunc igitur surge, et procede, et alloquens satisfac servis tuis : juro enim tibi per Dominum, quod si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac : et pejus erit hoc tibi, quam omnia mala quæ venerunt super te, ab adolescentia tua usque in præsens.

8. Surrexit ergo rex et sedit in porta : et omni populo nuntiatum est quod rex sederet in porta : venitque universa multitudo coram rege : Israel autem fugit in tabernacula sua,

tête, et il se récriait à haute voix : Mon fils Absalom! Absalom, mon fils!

5. Joab étant entré au lieu où était le roi, lui dit, *avec sa hardiesse et ses hauteurs ordinaires :* Vous avez aujourd'hui couvert de confusion tous les serviteurs qui vous ont sauvé la vie, qui l'ont sauvée à vos fils et à vos filles, à vos femmes et à vos concubines.

6. Vous aimez ceux qui vous haïssent, et vous haïssez ceux qui vous aiment : vous avez fait voir aujourd'hui que vous ne vous souciez guère ni de vos officiers ni de vos soldats : et je vois fort bien que si Absalom vivait, et que nous eussions tous été tués, vous seriez content.

7. Venez donc présentement vous montrer à vos serviteurs. Parlez-leur, et témoignez-leur la satisfaction que vous avez d'eux : car je vous jure par le Seigneur que si vous ne le faites, vous n'aurez pas cette nuit un seul homme auprès de vous; et vous vous trouverez dans un plus grand péril que vous n'avez jamais été, depuis les premières années de votre vie jusqu'aujourd'hui.

8. Le roi alla donc s'asseoir à la porte *de la ville;* et le peuple ayant été averti qu'il était là, tout le monde vint se présenter devant lui. Cependant, comme, après la fuite *des troupes d'Israël,* chacun s'était retiré chez soi,

---

5. *Confudisti.* Pudefecisti. — *Salvam fecerunt animam tuam.* Vitam tuam, in quam conjuraverat Absalom cum suis. — *Et animam filiorum tuorum.* Quos ille interfecturus erat, ut sibi regnum stabiliret, ut olim Abimelech fecit Jud. 9. 5.

6. *Tunc placeret tibi.* Hoc falsum erat; suos enim cupiebat incolumes, sed Absalonem quoque.

7. *Surge.* A luctu in quo jaces. — *Procede.* In publicum. — *Alloquens satisfac servis tuis.* Hebr. *loquere ad cor servorum tuorum,* id est, alloquere eos non tetrice, ut iratus, sed placide ac benevole. — *Si non exieris.* Ad populum, præ te ferens grata tibi esse quæ ab ipso tua causa facta sunt. — *Ne unus quidem remansurus sit.* Sed omnes, te deserto, rebus suis consulturos. * Ut qui visuri sint se labore et periculo suo nihil aliud lucratos quam sui regis offensam.

8. *Surrexit ergo rex.* E loco in quo sedebat lugens. — *Sedit in porta.* In aula quapiam ad urbis portam, ubi judicia exerceri solebant, ibique ad se adeuntibus benevole sui copiam fecit. — *Israel autem fugit in tabernacula sua.* Illi nimirum, qui Absalonem secuti fuerant.

Digitized by Google

§ II. *Toutes les tribus d'Israël s'excitent à l'envi à rappeler le roi. David, averti de cette bonne disposition, engage ceux de Juda à venir au-devant de lui.*

9. Le peuple, dans toutes les tribus, s'entre-disait à l'envi l'un de l'autre : Le roi nous a délivrés de nos ennemis : il nous a sauvés de la main des Philistins, et il a été contraint de fuir hors de son pays, à cause du soulèvement d'Absalom.

10. Absalom, que nous avions sacré pour roi, est mort dans le combat. Qu'attendez-vous donc? et pourquoi ne faites-vous point revenir le roi?

11. Le roi David ayant été averti de cette bonne volonté que tout Israël avait pour lui, *et voulant piquer d'honneur la tribu de Juda, et la faire entrer dans la même disposition*, envoya dire aux grands prêtres Sadoc et Abiathar : Parlez aux anciens de Juda, et dites-leur : Pourquoi êtes-vous les derniers à faire revenir le roi en sa maison?

12. Vous êtes mes frères, vous êtes mes os et ma chair, pourquoi êtes-vous les derniers à faire revenir le roi?

13. Dites aussi *de ma part* à Amasa : N'êtes-vous pas ma chair et mes os, *puisque vous êtes le fils de ma sœur? Pourquoi donc soutiendrez-vous le parti rebelle? Si vous voulez l'abandonner, je veux bien* que Dieu me traite avec toute sa sévérité, si je ne vous fais pour toujours général de mon armée à la place de Joab.

9. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens : Rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse salvavit nos de manu Philisthinorum, et nunc fugit de terra propter Absalom.

10. Absalom autem, quem unximus super nos, mortuus est in bello : usquequo siletis, et non reducitis regem?

11. Rex vero David misit ad Sadoc et Abiathar sacerdotes, dicens : Loquimini ad majores natu Juda, dicentes : Cur venitis novissimi ad reducendum regem in domum suam? (Sermo autem omnis Israel pervenerat ad regem in domo ejus.)

12. Fratres mei vos, os meum, et caro mea vos, quare novissimi reducitis regem?

13. Et Amasæ dicite : Nonne os meum, et caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab.

---

9. *Certabat.* Certatim contendebat pro Davide restituendo, ejus in populum merita tum privatim in circulis, tum publice in civicis conventibus commemorando. *Fugit de terra.* De tribu sua Juda.

10. *Quem unximus super nos.* Vide dicta cap. 15, num. 10. — *Usquequo siletis?* Quare non initis hac de re consilium, et quod in regem peccatum est illum ejiciendo, quamprimum emendetis revocando?

11. *Cur venitis novissimi.* Hoc dicitur a Davide, quia reliquæ tribus Israeliticæ legatione missa, tribum Juda antevenerant, officiose regem revocantes, ut patet ex sequentibus. — *Sermo autem omnis Israel.* Legatio quam D. Hier. agnoscit in Traditionibus hebr. in hoc cap.

12. *Fratres mei vos, os meum.* Quia David e tribu Juda erat, et in ea consanguineos et affines multos habebat.

13. *Nonne os meum.* Erat Amasa Davidi nepos ex sorore Abigail. — *Magister militiæ fueris.* Abdicato Joab, ut jure facere poterat : 1. propter Absalonem occisum contra regis imperium; 2. propter cædem Abner per insidias, et proditionem patratam; 3. quia regi gravis, in illum inverecundus et imperiosus erat.

Digitized by Google

14. Et inclinavit cor omnium virorum Juda, quasi viri unius : miseruntque ad regem, dicentes : Revertere tu, et omnes servi tui.

15. Et reversus est rex : et venit usque ad Jordanem, et omnis Juda venit usque in Galgalam, ut occurreret regi, et traduceret eum Jordanem.

14. Il gagna *ainsi* le cœur de tous ceux de Juda, qui tous unanimement lui envoyèrent dire : Revenez, vous et tous ceux qui sont demeurés attachés à votre service.

15. Le roi retourna donc, et s'avança jusqu'au Jourdain, et tout Juda vint au devant de lui jusqu'à Galgala, pour lui faire passer le fleuve.

§ III. *Séméi et Siba viennent au-devant de David. Il pardonne au premier, et reprend fortement Abisaï qui voulait le tuer pour le punir. David reçoit les justes excuses de Miphiboseth, et ordonne que Siba lui rendra la moitié de son bien qu'il lui avait donné.*

16. Festinavit autem Semei filius Gera filii Jemini de Bahurim; et descendit cum viris Juda in occursum regis David

17. Cum mille viris de Benjamin, et Siba puer de domo Saul : et quindecim filii ejus, ac viginti servi erant cum eo : et irrumpentes Jordanem, ante regem

18. Transierunt vada, ut traducerent domum regis, et facerent juxta jussionem ejus : Semei autem filius Gera prostratus coram rege, cum jam transisset Jordanem,

19. Dixit ad eum : Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris injuriarum servi

16. Or Séméi de Bahurim, fils de Géra, de la tribu de Benjamin, *craignant le ressentiment de David pour l'injure qu'il lui avait faite,* vint à grande hâte, avec ceux de Juda, au-devant du roi David,

17. Suivi de mille hommes de Benjamin. Siba, serviteur de la maison de Saül, y vint aussi avec ses quinze fils et vingt serviteurs. Il se hâtèrent de passer le Jourdain pour aller trouver le roi, *craignant d'être prévenus par Miphiboseth qu'ils avaient calomnié auprès de lui,*

18. Ils le passèrent à gué, pour faire passer toute la maison du roi, et pour faire tout ce qu'il leur commanderait. Lorsque le roi eut passé le Jourdain, Séméi, fils de Géra, se prosternant devant lui,

19. Lui dit : Ne me traitez point selon mon iniquité, mon seigneur : oubliez les injures que vous avez reçues de votre ser-

15. *Reversus est rex.* Cum iis qui aderant ex tribu sua frequentes, cum nondum convenissent qui ex aliis tribubus expectabantur, quæ res jurgio causam dedit, de quo infra, n. 41. — *Usque in Galgalam.* Galgala a Jordane distat itinere horæ unius cum dimidia. Josephus ait distare stadiis quinquaginta.

16. *Descendit cum viris Juda.* Qui progredientes e sua tribu in Galgala per tribum Benjamin et Bahurim transibant.

17. *Cum mille viris de Benjamin.* Ut officiosus videretur in regem tam multis quasi clientibus ad Davidis partes adjunctis. Vel fortasse tribunus fuit inter suos, ideoque sibi subjectos milites adduxit. — *Irrumpentes Jordanem.* Viri scilicet Juda, qui venerant ut regem reducerent. Hi ergo vada explorantes, fortasse sedentes in equis, ne quod periculum rex, aut ejus familia adiret in Jordane transmittendo.

18. *Cum jam transisset Jordanem.* Scilicet Semei.

19. *Neque memineris.* Ad pœnam exigendam. — *Neque ponas, rex, in corde tuo.* Sed contempe, quasi rem nihili.

Digitized by Google

viteur le jour que vous sortites de Jérusalem; et que votre cœur, ô mon Seigneur et mon roi, n'en conserve point de ressentiment.

20. Car je reconnais le crime que j'ai commis : c'est pourquoi je suis venu le premier de toute la maison *d'Israël*, *père* de Joseph, au devant de mon seigneur et de mon roi,

21. Abisaï, fils de Sarvia, dit alors : Ces paroles donc suffiront-elles pour sauver la vie à Séméi, après qu'il a maudit l'oint du Seigneur?

22. Sur quoi David répondit à Abisaï : Qu'y a-t-il entre vous et moi, enfants de Sarvia? Pourquoi me devenez-vous aujourd'hui des tentateurs? Est-ce ici un jour à faire mourir un Israélite? Et puis-je oublier que je deviens aujourd'hui roi d'Israël?

23. Alors il dit à Séméi : Vous ne mourrez point. Et il le lui jura.

24. Miphiboseth, fils de Saül, vint aussi au-devant du roi, *pour lui marquer sa joie, comme il avait témoigné publiquement sa douleur, pendant tout le temps de son absence : car* depuis le jour que David sortit *de Jérusalem*, jusqu'à celui-ci, qu'il retournait en paix, il n'avait ni lavé ses pieds, ni fait faire sa barbe, ni pris aucun soin de ses vêtements.

25. Etant *donc* venu faire la révérence au roi à Jérusalem, le roi lui dit : Miphiboseth, pourquoi n'êtes-vous point venu avec moi?

26. Miphiboseth lui répondit : Mon seitui in die qua egressus es domine mi rex de Jerusalem, neque ponas rex in corde tuo.

20. Agnosco enim servus tuus peccatum meum : et idcirco hodie primus veni de omni domo Joseph, descendique in occursum domini mei regis.

21. Respondens vero Abisai filius Sarviæ, dixit : Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit christo Domini?

22. Et ait David : Quid mihi, et vobis filii Sarviæ? cur efficimini mihi hodie in Satan? ergone hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me factum regem super Israel?

23. Et ait rex Semei : Non morieris. Juravitque ei.

24. Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis, illotis pedibus, et intonsa barba : vestesque suas non laverat a die qua egressus fuerat rex, usque ad diem reversionis ejus in pace.

25. Cumque Jerusalem occurrisset regi, dixit ei rex : Quare non venisti mecum Miphiboseth?

26. Et respondens ait : Domine

---

20. *De omni domo Joseph.* Nomine Joseph intelligit omnes tribus præter Judam, quia in Judam et Joseph divisa sunt jura primogenituræ, quibus privatus est Ruben. Vide I. Paral. 5. 1.

21. *Pro his verbis.* Quamvis demisse agat, crimen agnoscat, et veniam petat. — *Christo Domini.* Davidi, prophetæ unctione in regem inuncto.

22. *Quid mihi, et vobis filii Sarviæ?* Quid vestra interest, si ego misericors esse voluero? — *In Satan.* Adversarium erat enim re ipsa hujusmodi consilium inimici; mors quippe Semei omnes tribus a Davide alienas reddidisset, dum de venia desperarent, et par supplicium sibi formidarent. — *Ergone hodie.* Significat in die tantæ lætitiæ non esse sumendum de quoquam supplicium.

* 23. *Non morieris.* Scilicet hodie, vel mea manu, vel quamdiu vixero.

24. *Illotis pedibus, et intonsa barba.* Totum enim Davidici exilii tempus in luctu posuit, quem in corporis et vestium neglectu præ se tulit, ex quo aperte agnovit David vera esse quæ dicebantur a Miphiboseth; satis enim apparebat illum in diuturno luctu fuisse.

Digitized by Google

mi rex, servus meus contempsit me : dixique ei ego famulus tuus, ut sterneret mihi asinum, et ascendens abirem cum rege : claudus enim sum servus tuus.

27. Insuper et accusavit me servum tuum ad te dominum meum regem : tu autem domine mi rex, sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi.

28. Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi : tu autem posuisti me servum tuum inter convivas mensæ tuæ : quid ergo habeo justæ querelæ? aut quid possum ultra vociferari ad regem?

29. Ait ergo ei rex : Quid ultra loqueris? fixum est quod locutus sum : tu et Siba dividite possessiones (1).

30. Responditque Miphiboseth regi : Etiam cuncta accipiat, postgneur et mon roi, mon serviteur ne m'a pas voulu obéir : car étant incommodé des jambes, comme je suis, je lui avais dit de me préparer un âne pour vous suivre :

27. Et au lieu de le faire, il m'est venu accuser devant mon seigneur. Mais pour vous, ô mon seigneur et mon roi, vous êtes comme un ange de Dieu, *plein de lumière et de justice.* Faites de moi tout ce qu'il vous plaira.

28. Car au lieu que vous pouviez traiter toute la maison de mon père comme digne de mort, vous m'avez donné place à votre table. De quoi donc me pourrais-je plaindre avec quelque justice ? et quel sujet aurais-je de vous importuner encore ?

29. Le roi lui répondit : C'est assez : n'en dites pas davantage : *je reçois vos excuses. Mais* ce que j'ai ordonné subsistera. Vous et Siba, partagez le bien.

30. Miphiboseth répondit au roi : Je veux bien même qu'il ait tout, puisque

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : *Nous ne concevons pas.*

---

26. *Servus meus contempsit me.* Per contemptum scilicet neglexit mandatum meum. In hebræo et apud LXX est, *decepit me.* Chaldæus habet, *dolose egit contra me,* quia nimirum jumenta et viaticum non paravit domino suo, meque eum frustra expectantem reliquit, contemptum simul et illusum. Munera etiam fortasse Miphiboseth erant, quæ servus nequam nomine suo obtulit.

27. *Accusavit me.* Vide supra, c. 16, n. 3. — *Sicut angelus Dei.* Eximia sapientia, et quasi supra hominem.

28. *Domus patris mei, nisi morti obnoxia.* Sensus est : si placet me reum credere, et non solum possessionibus, sed etiam vita privare, id facile potes; præsertim cum tota Saulis familia ob injurias ab eo in te illatas morte affici a te potuerit. — *Vociferari ad regem?* Quasi mihi fiat injuria.

29. *Quid ultra loqueris?* Quid pluribus verbis opus est? Qui loquendi modus indicat longiorem intercessisse sermonem præsente fortasse Siba, et se, ut poterat, verbis, mendaciis et calumniis defendente. — *Fixum est quod locutus sum.* Nolo omnino retractare et irritum reddere quod statui. — *Dividite possessiones.* Sententiam hanc et factum Davidis injustum fuisse omnes fere tradunt; nam inauditum damnavit Miphibosethum calumniæ fidem accommodans, et innocentem compertum media bonorum suorum parte mulctavit, et calumniatorem Sibam adeo non punivit, ut etiam cum domino suo bona dividere jusserit. Abulensis et Sanchez putant alia bona Miphibosetho dedisse Davidem in compensationem eorum quæ illi abstulerat, nec voluisse Sibam privare concessis, ut beneficii accepti memorem se ostenderet et gratum. Adde Sibam non punivisse, quia omnibus, propter diei illius lætitiam, parcebat. Vide supra, hoc. c. n. 22.

Digitized by Google

je vois mon seigneur et mon roi revenu heureusement en sa maison.

quam reversus est dominus meus rex pacifice in domum suam.

§ IV. *Berzellaï prend congé du roi et ne songe plus qu'à aller mourir en paix dans son pays. Il laisse son fils auprès de David. Murmure d'Israël contre Juda.*

31. Berzellaï de Galaad, étant venu de Rogelim, accompagna aussi le roi à son passage du Jourdain; et il était prêt à le conduire encore au delà du fleuve.

32. C'était un homme fort vieux, qui avait déjà quatre-vingts ans: il avait fourni des vivres au roi, lorsqu'il était au camp, car il était extrêmement riche.

33. Le roi lui dit donc: Venez avec moi, afin que vous viviez en repos auprès de moi dans Jérusalem.

34. Berzellaï dit au roi: Suis-je maintenant en âge d'aller avec le roi à Jérusalem?

35. Ayant, comme j'ai, quatre-vingts ans, peut-il me rester quelque vigueur dans les sens pour discerner ce qui est doux d'avec ce qui est amer? Puis-je trouver quelque plaisir à boire et à manger, ou à entendre la voix des musiciens et des musiciennes? Pourquoi votre serviteur serait-il à charge à mon seigneur et à mon roi?

36. Je vous suivrai encore un peu, après avoir passé le Jourdain. Mais ce changement de vie ne m'accommoderait point.

37. Permettez-moi seulement de m'en retourner, afin que je meure dans mon pays, et que je sois enseveli auprès de mon père et de ma mère. Mais, mon seigneur et mon roi, voilà *mon fils* Chamaam,

31. Berzellai quoque Galaadites, descendens de Rogelim, traduxit regem Jordanem, paratus etiam ultra fluvium prosequi eum.

32. Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est, octogenarius, et ipse præbuit alimenta regi, cum moraretur in castris: fuit quippe vir dives nimis.

33. Dixit itaque rex ad Berzellai: Veni mecum, ut requiescas securus mecum in Jerusalem.

34. Et ait Berzellai ad regem: Quot sunt dies annorum vitæ meæ, ut ascendam cum rege in Jerusalem?

35. Octogenarius sum hodie: numquid vigent sensus mei ad discernendum suave, aut amarum? aut delectare potest servum tuum cibus et potus? vel audire possum ultra vocem cantorum, atque cantatricum? quare servus tuus sit oneri domino meo regi?

36. Paululum procedam famulus tuus ab Jordane tecum: non indigeo hac vicissitudine,

37. Sed obsecro ut revertar servus tuus, et moriar in civitate mea, et sepeliar juxta sepulcrum patris mei, et matris meæ. Est autem servus tuus Chamaam, ipse

---

30. *Dominus meus rex.* Qui mihi bonorum omnium instar est.

31. *De Rogelim.* Civitate sua trans Jordanem, in qua habitabat.

32. *In castris.* In Mahanaim. Vide supra, c. 17. 24.

33. *Ut requiescas securus mecum in Jerusalem.* LXX verterunt, *et nutriam senectutem tuam;* cupiebat enim David illi gratam vicem rependere pro acceptis ab eo alimentis.

34. *Quot sunt dies annorum vitæ meæ?* Quasi dicat: Quid est opus ad tantulum tempus vitæ, quod mihi superest, sedem mutare; cum præsertim idoneus non sim ad fruendum aulæ deliciis.

35. *Quare servus tuus sit oneri?* Scilicet senio confectus nulla in re usui esse possum.

36. *Paululum procedam.* Te comitando. — *Non indigeo hac vicissitudine.* Ut vicem mihi reddas acceptorum a me alimentorum.

37. *Chamaam.* Filius Berzellai.

Digitized by Google

vadat tecum, domine mi rex, et fac ei quidquid tibi bonum videtur.

38. Dixit itaque ei rex : Mecum transeat Chamaam, et ego faciam ei quidquid tibi placuerit, et omne, quod petieris a me, impetrabis.

39. Cumque transisset universus populus et rex Jordanem, osculatus est rex Berzellai, et benedixit ei : et ille reversus est in locum suum.

40. Transivit ergo rex in Galgalam, et Chamaam cum eo; omnis autem populus Juda traduxerat regem, et media tantum pars adfuerat de populo Israel.

41. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem dixerunt ei : Quare te furati sunt fratres nostri viri Juda, et traduxerunt regem et domum ejus Jordanem, omnesque viros David cum eo?

42. Et respondit omnis vir Juda ad viros Israel : Quia mihi propior est rex : cur irasceris super hac re? numquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt?

43. Et respondit vir Israel ad viros Juda, et ait : Decem partibus major ego sum apud regem, magisque ad me pertinet David quam ad te : cur fecisti mihi injuriam,

votre serviteur, que vous pouvez emmener avec vous, et faire de lui ce qu'il vous plaira.

38. Le roi dit à Berzellaï : Que Chamaam passe avec moi : *cela me fait plaisir.* Je ferai pour lui tout ce que vous voudrez, et je vous accorderai tout ce que vous me demanderez.

39. Le roi passa *ensuite* le Jourdain avec tout le peuple. Il laissa Berzellaï et lui souhaita les bénédictions du ciel ; et Berzellaï retourna en sa maison.

40. Le roi passa à Galgala, et Chamaam avec lui. Lorsque le roi passa le Jourdain, il fut accompagné de toute la tribu de Juda, et il ne s'y trouva que la moitié du peuple d'Israël.

41. Tous ceux d'Israël s'adressèrent donc en foule au roi, et lui dirent : Pourquoi nos frères de Juda nous ont-ils enlevé le roi *sans nous attendre*, avant que de lui faire passer le Jourdain avec sa maison et toute sa suite.

42. Et tous ceux de Juda leur répondirent : C'est que le roi nous touche de plus près, *étant de notre tribu. D'ailleurs*, quel sujet avez-vous de vous fâcher? *Avons-nous agi en cela par intérêt? avons-nous vécu aux dépens du roi?* ou nous a-t-on fait quelques présents ?

43. Ceux d'Israël leur répondirent : Le roi nous considère *comme étant* dix fois plus que vous, *puisque nous faisons plus de dix tribus, et que vous n'en faites qu'une;* et *ainsi* David nous appartient plus

---

38. *Transeat.* Jordanem scilicet.

39. *Benedixit ei.* Bene precatus est, officiosis verbis in digressu propensam in illum ostendens voluntatem.

40. *Media tantum pars.* Ut suæ tribus viris David satisfaceret, non expectatis reliquis ex aliis tribubus, qui illum deducere parabant, qui media pars erant, ut habet hic sacer textus, se dederat in iter. Hinc natum sequens jurgium contra viros tribus Juda, quasi ambitiose alios a deducendo rege sua festinatione exclusissent.

41. *Quare te furati sunt fratres nostri?* Cur furtim, nos non expectans, et hac gloria privans, in regnum reducere voluit sola tribus Juda?

42. *Mihi propior est rex.* Quippe qui ex eadem tribu Juda est, et in nostra tribu, ex quo rex est, semper habitavit. — *Numquid comedimus aliquid ex rege?* Non hoc facimus utilitatis alicujus causa, quasi nos rex alat, aut det munera; sed quia propius nos attingit.

43. *Decem partibus major ego sum.* Si David spectetur ut privatus, magis ad vos pertinet, quia ex vestra tribu : si vero ut rex, magis ad nos, qui de-

Digitized by Google

qu'à vous. Pourquoi nous avez-vous fait cette injure? et pourquoi n'avons-nous pas été avertis les premiers pour venir ramener notre roi? Mais ceux de Juda répondirent un peu durement à ceux d'Israël; *ce qui pensa causer une nouvelle guerre civile.*

et non mihi nuntiatum est priorit, ut reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Juda viris Israel.

CHAPITRE XX.

§ I. *Séba excite un nouveau soulèvement contre David, et sépare de lui tout Israël. David renferme pour toujours ses concubines dont son fils avait abusé. Joab prend ombrage de la confiance que David témoigne à Amasa et le tue par trahison.*

LA MÊME ANNÉE 2981.

1. Car il se trouva là un homme *méchant, un enfant* de Bélial, nommé Séba, fils de Bochri, de la tribu de Benjamin, *toujours peu affectionné à David :* et il commença à sonner de la trompette, et il dit *en même temps :* Nous n'avons que faire de David, et nous n'attendons rien du fils d'Isaï. Israël, retournez chacun dans votre maison.

2. Ainsi tout Israël se sépara de David et suivit Séba, fils de Bochri, mais ceux de Juda demeurèrent toujours auprès du roi, *et l'accompagnèrent* depuis le Jourdain jusqu'à Jérusalem.

3. Le roi étant revenu en son palais à Jérusalem, commanda que les dix concubines qu'il avait laissées pour le garder fussent renfermées dans une maison où il leur faisait donner ce qui leur était nécessaire; et il ne s'approcha plus d'elles :

1. Accidit quoque ut ibi esset vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Jemineus, et cecinit buccina, et ait : Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai : revertere in tabernacula tua Israel.

2. Et separatus est omnis Israel a David, secutusque est Seba filium Bochri : viri autem Juda adhæserunt regi suo, a Jordane usque Jerusalem.

3. Cumque venisset rex in domum suam in Jerusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, et tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens : e

---

cem partibus vos numero superamus, et ideo maxima illius regni pars sumus. — *Durius autem responderunt viri Juda.* Sed quibus verbis usi sint, ex Scriptura non habemus.

CAP. XX. 1. *Vir Belial.* Recte Seba *vir Belial* appellatur, jugum scilicet exculiens, improbus et seditiosus. — *Vir Jemineus.* De tribu Benjamin, vir primarius, et fortasse, ut Semei, Saulis propinquus, ideoque Davidi infensus. — *Cecinit buccina.* Israelitas convocans, ut relicto Judæis rege ipsi secederent, quandoquidem, ut extremo superiori capite vidimus, ita despiciebantur. Emman. Sa putat cecinisse e tuba ut sedaret tumultum, et attentis loqueretur. — *Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isai.* Hæc Hæbræorum erat formula qua negabant sibi cum aliquo futurum commercium. Italice diceremus : *Non abbiamo che fare con Davidde.* Sic Act. c. 8. 21, D. Petrus ait ad Simonem magum : *Non est tibi pars, neque sors in sermone isto.* Alia exempla vide apud Sanchez latius hoc explicantem.

3. *Tradidit eas in custodiam.* Liberali custodia; supponebat enim invitas cum Absalone cubuisse. Dedit etiam alimenta, sive mercedem præcedentis

Digitized by Google

non est ingressus ad eas, sed erant clausæ usque in diem mortis suæ in viduitate viventes.

4. Dixit autem rex Amasæ : Convoca mihi omnes viros Juda in diem tertium, et tu adesto præsens.

5. Abiit ergo Amasa ut convocaret Judam, et moratus est extra placitum quod ei constituerat rex.

6. Ait autem David ad Abisai : Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri quam Absalom : tolle igitur servos domini tui, et persequere eum, ne forte inveniat civitates munitas, et effugiat nos.

7. Egressi sunt ergo cum eo viri Joab, Cerethi quoque et Phelethi : et omnes robusti exierunt de Jerusalem ad persequendum Seba filium Bochri.

8. Cumque illi essent juxta lapidem grandem, qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porro Joab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia, in vagina, qui

mais elles demeurèrent ainsi enfermées, vivant comme veuves, jusqu'au jour de leur mort.

4. Le roi dit alors à Amasa : Faites-moi venir dans trois jours tous ceux de Juda, et trouvez-vous-y avec eux.

5. Amasa partit aussitôt pour assembler *ceux de* Juda ; mais il ne vint pas dans le temps que le roi lui avait marqué.

6. David dit donc à Abisaï : Séba, fils de Bochri, nous va maintenant plus faire de mal que ne nous en a fait Absalom. C'est pourquoi prenez avec vous tout ce que j'ai de troupes ici, et poursuivez-le, de peur qu'il ne se rende maître de *quelques* places fortes et qu'il ne nous échappe.

7. Il partit donc de Jérusalem, accompagné des gens de Joab, des Céréthiens et des Phéléthiens, et de tous les plus vaillants hommes, afin de poursuivre Séba, fils de Bochri.

8. Lorsqu'ils furent près de la grande pierre qui est à Gabaon, ils rencontrèrent Amasa qui venait *trouver le roi*. Joab était revêtu d'un habillement étroit qui lui était juste sur le corps, et par dessus il avait son épée pendue au côté dans un fourreau fait de telle sorte qu'on pouvait

---

famulatus, sive quia aliis nupturæ non erant, a quibus alerentur. — *Non est ingressus ad eas.* Quia factæ erant quasi nurus ipsius : vetitus autem erat, Levit. 18. 15, accessus ad nurum. — *In viduitate.* In cœlibatu, neque enim erant proprie viduæ superstite Davide cui nupserant.

4. *Convoca mihi omnes viros Juda.* Jam enim se in domos suas receperant. Causa convocandi fuit ut novum ducem exercitui imponeret Amasam, ut pollicitus fuerat superiori c. n. 13, utque gliscentem Seba seditionem opprimeret.

5. *Moratus est extra placitum.* Dum urget quod rex jusserat, et varia, ut fit, interveniunt impedimenta.

6. *Ait autem David ad Abisai.* Misit Abisai, quia Joabi opera uti nolebat, ne timeret Amasa novus dux exercitus Joabum militari præfecturæ, quam hactenus exercuerat, restituendum. — *Magis afflicturus est nos Seba.* Hæc per auxesim dicuntur, et cum aliqua amplificatione. Nam Absalonem omnis tribus etiam Juda ad regnum admovere conata fuerat. — *Tolle igitur servos domini tui.* Id est, David, qui de se in tertia persona loquitur. Alii putant dominum vocari Joab, quia ætate major erat, et dignitate. — *Inveniat.* Invadat, occupet.

7. *Cerethi quoque et Phelethi.* Vide dicta c. 8, n. 18.

8. *Juxta lapidem grandem, qui est in Gabaon.* Distat locus hic Hierosolymis stadiis quadraginta ex Josepho, lib. 7, c. 10. Circa hunc eumdem locum Joab cum Abnere pugnaverat initio ducto a gladiatorio certamine, supra, c. 2 hujus libri. — *Stricta ad mensuram habitus sui.* Hebr. *vestimenti sui,* quo scili

Digitized by Google

la tirer et en frapper en un moment.

9. Joab dit donc à Amasa : Bonjour, mon frère. Et il prit de sa main droite le menton d'Amasa comme pour le baiser.

10. Et comme Amasa ne prenait pas garde à l'épée qu'avait Joab, Joab l'en frappa dans le côté. Les entrailles *aussitôt* lui sortirent hors du corps; et sans qu'il en fût besoin d'un second coup, il tomba mort. Joab et Abisaï, son frère, continuèrent à poursuivre Séba, fils de Bochri.

11. Quelques-uns des gens de Joab s'étant arrêtés près du corps d'Amasa, disaient : Voilà celui qui voulait être le général de David, au lieu de Joab.

12. Cependant Amasa tout couvert de son sang était étendu au milieu du chemin. Mais quelqu'un voyant que tout le peuple s'arrêtait pour le voir, le tira hors du chemin, dans le champ *proche*, et le couvrit d'un manteau, afin que ceux qui passaient ne s'arrêtassent plus à cause de lui.

13. Lors donc qu'on l'eut ôté du chemin, tout le monde marcha après Joab, et poursuivit Séba, fils de Bochri.

fabricatus levi motu egredi poterat, et percutere.

9. Dixit itaque Joab ad Amasam : Salve mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum.

10. Porro Amasa non observavit gladium quem habebat Joab, qui percussit eum in latere, et effudit intestina ejus in terram, nec secundum vulnus apposuit, et mortuus est. Joab autem, et Abisai frater ejus, persecuti sunt Seba filium Bochri.

11. Interea quidam viri, cum stetissent juxta cadaver Amasæ, de sociis Joab, dixerunt : Ecce qui esse voluit pro Joab comes David.

12. Amasa autem conspersus sanguine, jacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quod subsisteret omnis populus ad videndum eum, et amovit Amasam de via in agrum, operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes propter eum.

13. Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Joab ad persequendum Seba filium Bochri.

§ II. *Séba, retiré dans Abéla, y est assiégé par Joab. Une femme fort sage de cette ville fait couper la tête à Séba et l'envoie à Joab. Ce général se retire avec ses troupes et s'en retourne à Jérusalem.*

14. Séba ayant passé au travers de toutes | 14. Porro ille transierat per

---

cet vestiri solebat. — *Qui fabricatus levi motu egredi poterat.* Laxiori vaginæ inditus, ut facillime posset educi, aut inclinato corpore e vagina sponte cadere. In hebr. est, *qui egressus est et cecidit.* Modum occisionis clare Josephus expressit his verbis loco citato : *Ibi Joabus thorace munitus, accinctusque gladio, accedente ad complectendum Amasa de industria gladium sibi e vagina elabi passus est, eoque mox e terra sublato, et altera manu barba Amasæ deosculandi causa prehensa improviso ictu ventrem ei perfodit, hominemque confecit.*

9. *Tenuit manu dextera mentum Amasæ.* Hic enim erat mos osculantium. Sic Thetis apud Homerum, Iliad. 1, Jovi supplicatura illius genua et barbam apprehendit, *Antiquis Græcis,* inquit Plin. lib. 11, c. 45, *in supplicando mentum attingere mos erat.*

11. *Ecce qui esse voluit pro Joab comes David.* In hebr. est, *qualis est, qui voluit esse pro Joab, et qualis est qui voluit esse Davidi post Joab,* id est, Joabi successor in militum præfectura.

14. *Transierat per omnes tribus.* Pervenerat enim ad tribum Nephthalim,

Digitized by Google

omnes tribus Israel in Abelam, et Bethmaacha : omnesque viri electi congregati fuerant ad eum.

15. Venerunt itaque et oppugnabant eum in Abela, et in Bethmaacha, et circumdederunt munitionibus civitatem, et obsessa est urbs : omnis autem turba, quæ erat cum Joab, moliebatur destruere muros.

16. Ex exclamavit mulier sapiens de civitate : Audite, audite, dicite Joab : Appropinqua huc, et loquar tecum.

17. Qui cum accessisset ad eam, **ait illi : Tu es Joab? Et ille respondit : Ego. Ad quem sic locuta est : Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit : Audio.**

18. Rursumque illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri proverbio : **Qui interrogant, interrogent in Abela : et sic perficiebant.**

19. Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, et tu quæris subvertere civitatem, et evertere matrem in Israel? Quare

les tribus d'Israël, était allé à Abéla et à Bethmaacha, *dans la tribu de Nephthali ;* et tous les hommes choisis d'Israël s'étaient ralliés auprès de lui.

15. Joab et ses gens vinrent donc assiéger Abéla et Bethmaacha. Ils élevèrent des terrasses autour de la ville ; et ils l'investirent : et tous les gens de Joab travaillaient à saper la muraille.

16. Alors une femme de la ville, qui était fort sage, s'écria : Ecoutez, écoutez : Dites à Joab qu'il s'approche, et que je veux lui parler.

17. Joab s'étant approché, elle lui dit : Etes-vous Joab? Il lui répondit : Oui, *je le suis.* Ecoutez, lui dit-elle, les paroles de votre servante. Il lui répondit : Je vous écoute.

18. Elle ajouta : Autrefois on disait d'ordinaire : Que ceux qui demandent conseil le demandent à Abéla ; et ils terminaient ainsi leurs affaires, *s'en rapportant aux habitants de cette ville, qui ont toujours fait profession d'une grande droiture et d'une grande équité. Que n'en avez-vous usé de la sorte, en nous demandant si nous voulions la paix ou la guerre? Et vous auriez vu que nous aimons la justice et la vérité.*

19. *En effet* n'est-ce pas moi qui dis la vérité dans Israël à ceux qui me la demandent? *et qui ai toujours été fidèle à mon roi?* Cependant, *au lieu de prendre d'a-*

---

quæ ultima est septentrionem versus; a tribu enim Juda digressus alias tribus perambulaverat. — *In Abelam, et Bethmaacha.* In hebræo additur Sebam transisse per omnia loca Berim, quo nomine provinciam aliqui intelligunt, in qua essent Abela et Bethmaacha, quæ pertinent ad Galilæam superiorem, quæ ab Isaia c. 9. 1, dicitur *Galilæa gentium.*

* 15. *Circumdederunt munitionibus.* LXX, ἐξέχεαν προσχωμα πρὸς τὴν πόλιν, *effuderunt in aggerem ad civitatem.* Effuderunt materiam ad complanandam fossam.

18. *Qui interrogant, interrogent in Abela.* Commendat mulier patriam suam ab antiquitate et opinione, quod cives haberet sapientes ad quos nimirum se conferrent, qui difficilem haberent quæstionem, ut sapientem aliquem ex Abela interrogarent. * Vel sic loquitur, quod ibi esset publica litterarum academia. — *Et sic perficiebant.* Capto consilio illud sequebantur, et negotia sua feliciter conficiebant.

19. *Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel?* Hæc dicuntur in persona civitatis. — *Evertere matrem.* Metropolim et primariam civitatem, * et de publico bene meritam. — *Hæreditatem Domini.* Civitatem hanc quæ

Digitized by Google

bord ces voies de douceur et de paix, vous voulez *tout d'un coup* ruiner une ville si célèbre et une ville mère de tant d'autres? Pourquoi détruisez-vous *ainsi* l'héritage du Seigneur?

20. Joab lui répondit: A Dieu ne plaise: je ne viens point pour ruiner ni pour détruire.

21. Ce n'est point là mon intention; mais je cherche un Séba, fils de Bochri, de la *tribu de Benjamin, qui a sa demeure dans la* montagne d'Ephraïm, qui s'est soulevé contre le roi David, *et qui s'est renfermé dans cette ville.* Rendez-nous seulement cet homme, et nous nous retirerons *aussitôt.* Cette femme dit à Joab: On va vous jeter sa tête par dessus la muraille.

22. Elle alla ensuite trouver tout le peuple, et elle leur parla si sagement, qu'en même temps on coupa la tête à Séba, fils de Bochri, et on la jeta à Joab. Il fit aussitôt sonner la retraite. L'armée leva le siége de devant la ville, et chacun s'en retourna chez soi. Joab revint trouver le roi à Jérusalem.

23. Joab était donc général de toute l'armée d'Israël, *ayant tué Amasa qui partageait cet honneur avec lui.* Banaïas, fils de Joïada, commandait les Céréthiens et les Phéléthiens.

24. Aduram était surintendant des tributs; Josaphat, fils d'Ahilud, avait la garde des requêtes;

25. Siva était secrétaire: Sadoc et Abiathar grands prêtres;

26. Et Ira, de Jaïr *en Galaad,* était prêtre de David, *c'est-à-dire son confident, le dispensateur de ses aumônes et le ministre de ses bonnes œuvres.*

præcipitas hæreditatem Domini?

20. Respondensque Joab, ait: Absit, absit hoc a me: non præcipito, neque demolior.

21. Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, levavit manum suam contra regem David: tradite illum solum, et recedemus a civitate. Et ait mulier ad Joab: Ecce caput ejus mittetur ad te per murum.

22. Ingressa est ergo ad omnem populum, et locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Seba filii Bochri projecerunt ad Joab; et ille cecinit tuba, et recesserunt ab urbe, unusquisque in tabernacula sua: Joab autem reversus est Jerusalem ad regem.

23. Fuit ergo Joab super omnem exercitum Israel: Banaias autem filius Joiadæ super Cerethæos et Phelethæos.

24. Aduram vero super tributa: porro Josaphat filius Ahilud, a commentariis;

25. Siva autem, scriba: Sadoc vero et Abiathar, sacerdotes;

26. Ira autem Jairites erat sacerdos David.

---

pertinet ad regnum Israel, quod est hæreditas Domini.

21. *De monte Ephraim.* Erat Seba de tribu Benjamin, ut patet ex hoc c. n. 1; sed dicitur de monte Ephraim, quia fortasse in eo habitavit.

22. *Locuta est eis sapienter.* Suadens ut caput Seba Joabo mitterent. — *Reversus est Jerusalem ad regem.* Quem mœrorem animi ex Amasæ cæde dissimulantem narratione civilis belli feliciter oppressi recreavit.

23. *Fuit ergo Joab super omnem exercitum.* Quia illius sine magnis motibus substitui non poterat.

24. *Super tributa.* Quæstor regni. — *A commentariis.* Explicatum est hoc supra, c. 8, n. 16.

25. *Scriba.* Vide eodem c. 8, n. 17. — *Sadoc vero et Abiathar, sacerdotes.* Etiam hoc ibidem explicatum est n. scilicet 17.

26. *Sacerdos David.* Vide ibidem dicta n. 18.

Digitized by Google

CHAPITRE XXI.

§ I. *Dieu, en punition des cruautés que Saül avait exercées contre les Gabaonites, afflige la terre d'Israël d'une famine qui dure trois ans. David, pour satisfaire les Gabaonites, leur livre sept enfants de Saül qu'ils crucifient sur une montagne. Respha mère de deux d'entre eux les garde jour et nuit, jusqu'à ce que la pluie tombe sur eux. David les fait ensevelir, avec les os de Saül et de Jonathas, dans le tombeau de Cis, père de Saül.*

L'AN DU MONDE 2981. — AVANT J.-C. 1023.

1. Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter: et consuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saul, et domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaonitas.

1. Du temps de David il y eut une famine qui dura trois ans. David, *pour en savoir la cause*, consulta l'oracle du Seigneur. Et le Seigneur lui répondit que cette famine était arrivée à cause de Saül et de sa maison qui était une maison de sang, parce qu'il avait tué les Gabaonites, *contre la parole qu'on leur avait donnée de leur sauver la vie.*

2. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porro Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum: filii quippe Israel juraverant eis, et voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel et Juda.)

2. Or les Gabaonites n'étaient point des enfants d'Israël, mais un reste des Amorrhéens: et les Israélites s'étaient liés à eux *du temps de Josué, et leur avaient promis* avec serment *de leur sauver la vie.* Cependant Saül avait entrepris de les perdre, par un *faux* zèle pour les enfants d'Israël et de Juda, *ne voulant pas souffrir parmi eux ce mélange d'un peuple étranger.*

3. Dixit ergo David ad Gabaonitas: Quid faciam vobis? et quod erit vestri piaculum, ut benedicatis hæreditati Domini?

3. David fit donc venir les Gabaonites, et leur dit: Que vous puis-je faire pour réparer l'injure que vous avez reçue *de Saül,* afin que vous bénissiez l'héritage du Seigneur, *et que vous y attiriez les bénédictions du ciel?*

CAP. XXI. 1. *Oraculum Domini.* Per Abiathar sacerdotem ephod applicantem. — *Sanguinum.* Homicidam, sanguinarium. — *Occidit Gabaonitas.* Contra datam a Josue fidem. Vide n. sequenti.

2. *Reliquiæ Amorrhæorum.* Chananæorum, qui aliquando Amorrhæi dicuntur: sic Gen. 15. 16, dicitur, *necdum enim impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum,* id est, Chananæorum; erant enim Amorrhæi inter Chananæos potentissimi, ex quo factum ut illorum nomen toti Chananæorum regioni adhæserit. — *Filii quippe Israel juraverant eis.* Vide Josue 9. 15. — *Voluit Saul percutere eos zelo.* Quasi Gabaonitis parcendum non esset, nec permitti posset salvo officio ut inter Israelitas agerent. * Voluit percutere, et percussit quosdam, ut jamjam sequitur, et narrat Josephus. — *Quasi pro filiis Israel et Juda.* Quasi supplens ipse id quod Israelitæ et tribus Juda facere debuissent, ut scilicet exterminarentur Gabaonitæ.

3. *Quod erit vestri piaculum?* Quomodo vobis vultis satisfieri, sicque expiari Saulis peccatum in vos commissum? — *Ut benedicatis hæreditati Domini.* Quasi diceret: Ne efficiatis ut divina maledictio exitio nobis sit.

Digitized by Google

4. Les Gabaonites répondirent : Nous ne voulons, pour satisfaction, ni or ni argent. Nous demandons justice contre Saül et contre sa maison : et *hors cela* nous ne voulons point qu'on fasse mourir aucun homme d'Israël. Que voulez-vous donc, dit David, que je fasse pour vous?

5. Ils lui répondirent : Nous devons tellement exterminer *la race de* celui qui nous a tourmentés et opprimés si injustement, qu'il n'en reste pas un seul dans toutes les terres d'Israël.

6. Qu'on nous donne *au moins* sept de ses enfants, afin que nous les mettions en croix, pour satisfaire le Seigneur à Gabaa, d'où était Saül, qui fut autrefois l'élu du Seigneur. Le roi leur dit : Je vous les donnerai.

7. Il épargna Miphiboseth, fils de Jonathas, fils de Saül, à cause de l'alliance que Jonathas et lui s'étaient jurée au nom du Seigneur.

8. Mais il prit les deux fils de Respha, fille d'Aïa, Armoni et Miphiboseth, qu'elle avait eus de Saül; et cinq fils que Michol, fille de Saül, avait *adoptés comme étant les enfants que Mérob, sa sœur aînée, avait* eus d'Hadriel, fils de Berzellaï, qui était de Molathi.

4. Dixeruntque ei Gabaonitæ : Non est nobis super argento et auro quæstio, sed contra Saul, et contra domum ejus : neque volumus ut interficiatur homo de Israel. Ad quos rex ait : Quid ergo vultis ut faciam vobis?

5. Qui dixerunt regi : Virum, qui attrivit nos et oppressit inique, ita delere debemus, ut ne unus quidem residuus sit de stirpe ejus in cunctis finibus Israel.

6. Dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. Et ait rex : Ego dabo.

7. Pepercitque rex Miphiboseth filio Jonathæ filii Saul, propter jusjurandum Domini, quod fuerat inter David et inter Jonatham filium Saul.

8. Tulit itaque rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, et Miphiboseth : et quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi,

---

4. *Super argento et auro.* Nolumus nobis compensari injuriam, aut damnum argento vel auro. — *Neque volumus ut interficiatur homo de Israel.* Nullos alios ex Israelitis ad necem quærimus, nisi domum Saulis.

5. *Virum, qui attrivit nos.* Saulem scilicet.

6. *Dentur nobis septem viri.* Prius omnes extinguere volebant, postea septem tantum postulant. Fortasse David, dum hi miscebantur sermones, significaverat se Miphibosethum non daturum; itaque septem tantum petunt, ut David Miphiboseth, et si cui alteri voluerit, parcere possit. — *Crucifigamus eos Domino.* Ad placandum Dominum. LXX habent, ἐξηλιάσωμεν αὐτους, id est, sub dio palam eos de ligno suspendamus. — *In Gabaa Saul.* Quod calamitatem auget miserorum, si in qua urbe Saul regiam suam constituerat, in ea ipsi agantur in crucem. — *Quondam electi Domini.* A Domino electi ut rex esset.

7. *Jusjurandum Domini.* Per quem juraverat Jonathæ. Vide I. Reg. 18. 3 et c. 20. 42.

8. *Quinque filios Michol.* Adoptivos; nam genuerat eos Merob soror Micholis, quæ Hadrieli nupserat, ut patet ex I. Reg. 18. 19. Hic autem filii dicuntur Hadrielis. Ita fere auctores explicant hunc locum. Ingerit tamen difficultatem, quod filios illos genuisse dicitur Michol in nostro textu; mater vero adoptans non potest dici genuisse. Emmanuel Sa censet Merob etiam Michol appellatam fuisse. Alii, quos refert Salianus, nec omnino improbat,

Digitized by Google

9. Et dedit eos in manus Gabaonitarum : qui crucifixerunt eos in monte coram Domino : et ceciderunt hi septem, simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei(1).

9. Et il les mit entre les mains des Gabaonites qui les crucifièrent sur une montagne devant le Seigneur. Ainsi moururent ces sept hommes, ayant été exécutés tous ensemble, dans les premiers jours de la moisson, lorsqu'on commençait à couper les orges.

10. Tollens autem Respha filia Aia cilicium, substravit sibi supra petram, ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo : et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem.

10. Respha, fille d'Aïa, *mère de deux de ces hommes qui sont attachés en croix*, prenant un cilice, l'étendit sur une pierre, et demeura là, depuis le commencement de la moisson jusqu'à ce que *la colère de Dieu étant apaisée*, l'eau du ciel tombât sur eux : et elle empêcha les oiseaux de déchirer leurs corps pendant le jour, et les bêtes de les manger pendant la nuit.

11. Et nuntiata sunt David quæ fecerat Respha, filia Aia, concubina Saul.

11. Et cette action de Respha, fille d'Aïa, concubine de Saül, fut rapportée à David *qui en fut touché.*

12. Et abiit David, et tulit ossa Saul, et ossa Jonathæ filii ejus a viris Jabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthiim cum interfecissent Saul in Gelboe :

12. Alors David alla prendre les os de Saül, et de Jonathas, son fils, à Jabès en Galaad; ceux de cette ville les ayant enlevés de la place de Bethsan, où les Philistins les avaient pendus après que Saül eut été tué à Gelboé.

13. Et asportavit inde ossa Saul, et ossa Jonathæ filii ejus : et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant,

13. David transporta donc de là les os de Saül et de Jonathas son fils : et ayant fait recueillir les os de ceux qui avaient été crucifiés, *et qu'Aïa avait conservés avec tant de soin,*

(1) Bible vengée, I. Rois, note XXIII, alinéa : *Il n'est pas vrai que David.*

---

putant in textum hebraicum mendum irrepsisse, et pro *Merob* scriptum fuisse *Michol*. * David Saulis nepotes neci tradidit instinctu Dei, qui vitæ et mortis Dominus est, et punit peccata patrum in tertiam et quartam generationem, Exod. 20. 5, præsertim cum filii parentibus scelere et nequitia similes sunt, ut de his verisimillimum esse putant Cajetan. et Abulensis.

9. *In monte.* In Gabaa, cujus situs excelsus erat, et montanus. — *Coram Domino.* Ad placandum Dominum, vel publice. — *Incipiente messione hordei.* Quæ fit in Judæa circa æquinoctium vernum, et festum Azymorum.

* 10. *Cilicium, substravit.* Rude stragulum, in quo subinde quiesceret. — *Donec stillaret aqua super eos.* Quia Saulis peccatum prohibebat pluviam, et sterilitatem faciebat, probabile est non multo post horum crucifixionem imbrem decidisse. Aliqui putant usque ad ineuntem septembrem non pluisse. Raro enim illis in regionibus pluit æstate; appetente vero autumno ea pluvia cadere solet, quam Scriptura temporaneam appellat. Vide dicta Josue c. 3, n. 15. Quod si tamdiu non pluit, per aliquot menses Respha filiorum cadavera singulari pietatis exemplo custodivit. Quamvis autem juberet lex ut crucifixorum cadavera eodem die de crucibus deponerentur, Deut. 21. 23, tamen rex de cruce hos pendere voluit usque ad supervenientem pluviam, quia illa erat signum divinæ clementiæ exoratæ, ad quam propitiandam suspensi erant, et suo illam modo implorabant.

12. *Qui furati fuerant ea de platea Bethsan.* Vide historiam I. Reg. 31. 10.

Digitized by Google

14. Il les fit ensevelir avec ceux de Saül et de Jonathas son fils, dans le sépulcre de Cis, père de Saül, à Séla, au pays de Benjamin. Ces ordres que le roi avait donnés furent exactement exécutés. Et après cela Dieu se rendit propice à la terre comme auparavant.

14. Sepelierunt ea cum ossibus Saul et Jonathæ filii ejus in terra Benjamin, in latere, in sepulcro Cis patris ejus : feceruntque omnia, quæ præceperat rex, et repropitiatus est Deus terræ post hæc (1).

§ II. *David soutient encore quatre guerres contre les Philistins et en demeure victorieux. Ils y perdent quatre hommes d'une grandeur prodigieuse.*

15. Les Philistins firent encore une guerre contre Israël. David marcha contre eux, avec son armée, leur donna bataille, et s'étant trouvés las *dans le combat*,

15. Factum est autem rursum prælium Philisthinorum adversum Israel, et descendit David, et servi ejus cum eo, et pugnabant contra Philisthiim. Deficiente autem David,

16. Jesbibénob, de la race d'Arapha, qui avait une lance dont le fer pesait trois cents onces, et une épée qui n'avait point encore servi, était près de le tuer.

16. Jesbibenob, qui fuit de genere Arapha, cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, et accinctus erat ense novo, nisus et percutere David.

17. Mais Abisaï, fils de Sarvia, prévint le Philistin, le tua, et sauva David. Alors les gens de David lui firent cette protestation avec serment : Nous ne souffrirons plus que vous veniez à la guerre avec nous, de peur que vous n'éteigniez la lampe d'Israël, *et qu'en vous perdant il ne perde toute sa gloire.*

17. Præsidioque ei fuit Abisai filius Sarviæ, et percussum Philisthæum interfecit. Tunc juraverunt viri David, dicentes : Jam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel.

18. Il y eut une seconde guerre à Gob, *ou Gazer*, contre les Philistins, où Sobochaï de Husati tua Saph, descendu d'Arapha, de la race des géants.

18. Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos : tunc percussit Sobochai de Husati, Saph de stirpe Arapha de genere gigantum.

(1) Bible vengée, Rois, note XXIII, alinéa : *Il n'est pas vrai que David.*

---

14. *In latere.* Montis alicujus extra oppidum Gabaa, de more Hebræorum, qui extra urbem sepulcra habebant. Alii putant τὸ *in latere*, quod in hebræo est צֶלַע *tselach*, esse nomen proprium. Ita Pagninus, Vatablus, Sa, Salianus et alii. Honos aliquis est condi in monumentis majorum potius quam alibi. — *Omnia quæ præceperat rex.* Ad funus spectantia. — *Repropitiatus est Deus terræ.* Fertilitate restituta.

15. *Deficiente.* Viribus destituto.

16. *De genere Arapha.* Arapha ejus pater non erat, sed unus de majoribus, puta avus, aut proavus. — *Trecentas uncias.* Viginti quinque libras. Vide dicta I. Reg. 17. n. 5 et 17.

17. *Ne extinguas lucernam Israel.* Ne gloria et splendor Israelis te morient extinguatur. Chaldæus habet, *et non extinguas, vel pereat tecum regnum Israel.*

18. *In Gob.* I. Paralip. 20. 4, dicitur hoc bellum gestum in Gazer. Fortasse locus ille utroque nomine appellabatur. Porro Gazer erat in tribu Ephraim, et dicebatur etiam Gazera, et Gezer, et a Josepho Gazara. — *Sobochai.* Hic

Digitized by Google

19. Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Gethæum, cujus hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium.

20. Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, viginti quatuor, et erat de origine Arapha.

21. Et blasphemavit Israel : percussit autem eum Jonathan filius Samaa fratris David.

22. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, et ceciderunt in manu David, et servorum ejus.

19. Il y eut aussi une troisième guerre à Gob contre les Philistins, en laquelle Elcana, fils de Jaharé, *surnommé* Orgim, de Bethléhem, tua Goliath de Geth, qui avait une lance dont la hampe était comme le grand bois dont se servent les tisserands.

20. Il se fit une quatrième guerre à Geth, où il se trouva un grand homme qui avait six doigts aux pieds et aux mains, c'est-à-dire vingt-quatre doigts, et qui était de la race d'Arapha.

21. Il vint outrager insolemment Israël : mais Jonathan, fils de Samaa, frère de David, le tua.

22. Ces quatre hommes étaient de Geth, de la race d'Arapha, et ils furent tués par David, ou par ses gens.

CHAPITRE XXII.

Cantique que David prononce pour remercier Dieu de l'avoir délivré de tous ses ennemis (1).

1. Locutus est autem David Domino verba carminis hujus, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saul;

2. Et ait : Dominus petra mea, et robur meum, et salvator meus.

3. Deus fortis meus, sperabo in eum : scutum meum, et cornu salutis meæ : elevator meus, et refugium meum : salvator meus, de iniquitate liberabis me.

1. David prononça ce cantique à la louange du Seigneur, après qu'il l'eut délivré de la main de tous ses ennemis, et de la main de Saül.

2. Et il dit : Le Seigneur est mon rocher : *je trouve en lui un asile assuré.* Il est ma force; il est mon sauveur.

3. Mon Dieu est mon soutien; *c'est pourquoi* j'espérerai en lui : il est mon bouclier; il est l'appui de mon salut; c'est lui qui m'élève *au-dessus de tous mes ennemis;* il est mon refuge, *et il le sera toujours. Oui,* mon Dieu, vous me délivrerez de *tous les maux où* l'iniquité *et la malice de mes ennemis voudrait me précipiter.*

Sobochai I. Paralipom. 11. 29, numeratur inter fortes David. — *De stirpe Arapha.* Vide dicta n. 16.

19. *Adeodatus.* Hebraice, *Elcana,* cujus nominis latina interpretatio est Adeodatus. Hic numeratur inter fortissimos David I. Paral. 11. 26. — *Filius Saltus.* Hebraice, *filius Jahare,* quæ vox *saltum* significat. — *Quasi liciatorium texentium.* Jugum circa quod textores telam circumvolvunt; quod intellige quoad hastilis crassitiem. Abulensis putat hunc Goliath ejus fratrem fuisse, qui a Davide occisus est, I. Reg. 17.

* 20. *Senos... digitos.* Vide Plin. lib. 11. c. 43, qui hujusmodi homines se digitos appellari docet, et se digitorum exempla affert.

21. *Blasphemavit.* Probris affecit Israel.

(1) Hoc caput nihil aliud continet quam Psalmum decimum septimum, qui commodius suo loco cum aliis Psalmis explicabitur.

Digitized by Google

4. J'invoquerai le Seigneur *qui est* digne de toute louange; et il me délivrera *des mains* de mes ennemis, *comme il a déjà fait plusieurs fois.*

5. *Car* les douleurs de la mort m'ont assiégé; les torrents *des persécutions que m'ont suscitées les enfants* de Bélial m'ont épouvanté.

6. Les liens de l'enfer m'ont environné, et les filets de la mort m'ont enveloppé, *et il m'a délivré de ces maux dont je me sentais accablé.*

7. *C'est pourquoi* j'invoquerai le Seigneur dans mon affliction, et je crierai vers mon Dieu; et il entendra ma voix de son temple, et mes cris parviendront jusqu'à ses oreilles, *comme firent les cris des enfants d'Israël, lorsqu'ils étaient affligés par les Egyptiens.*

8. *Alors* la terre *de l'Egypte* fut émue, et elle trembla; les fondements des montagnes *qui lui servent de barrières* furent agités et ébranlés, parce que *le Seigneur* était en colère contre elles.

9. La fumée de ses narines s'éleva en haut; un feu dévorant sortit de sa bouche; *les foudres et les éclairs partirent de ses mains;* et des charbons en furent allumés.

10. *Avant de faire ressentir aux Egyptiens ces effets terribles de sa juste colère,* il abaissa les cieux, et il descendit, ayant un nuage sombre sous ses pieds, *pour voir les maux dont ils accablaient injustement son peuple.*

11. Et il monta *ensuite* sur les chérubins; il prit son vol, et il vola sur les ailes des vents, *pour aller avec rapidité au secours de ce peuple affligé.*

12. Il se cacha dans les ténèbres qui l'environnaient, *pour se dérober à la vue de ses ennemis;* et il fit distiller *sur eux avec impétuosité* les eaux des nuées du ciel.

13. Il fit briller devant lui une lumière qui alluma des charbons de feu *dont ils furent consumés.*

14. Le Seigneur tonna du *haut du* ciel; le Très-Haut fit retentir sa voix *par le bruit de son tonnerre.*

15. Il tira ses flèches *contre les Egyptiens,* et il les dispersa; il lança ses foudres *contre eux,* et ils furent consumés.

16. *En même temps* la mer s'ouvrit jusqu'au fond des abîmes *pour laisser*

4. Laudabilem invocabo Dominum : et ab inimicis meis salvus ero.

5. Quia circumdederunt me contritiones mortis : torrentes Belial terruerunt me.

6. Funes inferni circumdederunt me : prævenerunt me laquei mortis.

7. In tribulatione mea invocabo Dominum, et ad Deum meum clamabo : et exaudiet de templo suo vocem meam, et clamor meus veniet ad aures ejus.

8. Commota est et contremuit terra : fundamenta montium concussa sunt, et conquassata, quoniam iratus est eis.

9. Ascendit fumus de naribus ejus, et ignis de ore ejus vorabit : carbones succensi sunt ab eo.

10. Inclinavit cœlos, et descendit : et caligo sub pedibus ejus.

11. Et ascendit super cherubim, et volavit : et lapsus est super pennas venti.

12. Posuit tenebras in circuitu suo latibulum : cribrans aquas de nubibus cœlorum.

13. Præ fulgore in conspectu ejus, succensi sunt carbones ignis.

14. Tonabit de cœlo Dominus : et Excelsus dabit vocem suam.

15. Misit sagittas, et dissipavit eos; fulgur, et consumpsit eos.

16. Et apparuerunt effusiones maris, et revelata sunt fun-

Digitized by Google

menta orbis, ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris ejus.

17. Misit de excelso, et assumpsit me : et extraxit me de aquis multis.

18. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, et ab his qui oderant me : quoniam robustiores me erant.

19. Prævenit me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus firmamentum meum.

20. Et eduxit me in latitudinem : liberavit me, quia complacui ei.

21. Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam : et secundum munditiam manuum mearum reddet mihi.

22. Qiua custodivi vias Domini, et non egi impie, a Deo meo.

23. Omnia enim judicia ejus in conspectu meo : et præcepta ejus non amovi a me.

24. Et ero perfectus cum eo : et custodiam me ab iniquitate mea.

25. Et restituet mihi Dominus secundum justitiam meam : et secundum munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

26. Cum sancto sanctus eris et cum robusto perfectus.

27. Cum electo electus eris : et cum perverso perverteris.

28. Et populum pauperem salvum facies : oculisque tuis excelsos humiliabis.

29. Quia tu lucerna mea Domine : et tu Domine illuminabis tenebras meas.

30. In te enim curram accinc-

passer son peuple, et les fondements du monde furent découverts par les menaces du Seigneur et par le souffle des tempêtes de sa colère.

17. *Ce que Dieu fit alors pour son peuple, il l'a fait aujourd'hui en ma faveur ; car* il a étendu *sa main* du haut du ciel ; il m'a pris, et il m'a retiré du milieu des eaux *où j'étais comme submergé.*

18. Il m'a délivré d'un ennemi très-puissant *qui cherchait à me perdre ; et il m'a sauvé de la fureur* de ceux qui me haïssaient, *et auxquels je n'aurais pu résister sans son secours*, parce qu'ils étaient plus forts que moi.

19. Il m'a prévenu au jour de mon affliction : et, *dans toutes les persécutions qu'on m'a faites*, le Seigneur a été mon ferme appui.

20. Il m'a mis au large *lorsque j'étais serré par mes ennemis :* il m'a délivré *de leurs mains*, parce que je lui ai plu, *et que j'ai mis en lui toute ma confiance.*

21. *En effet je disais alors :* Le Seigneur me rendra selon ma justice, et il me traitera selon la pureté de mes mains.

22. Car j'ai gardé les voies du Seigneur, et je n'ai point commis d'infidélité contre mon Dieu.

23. J'ai eu toutes ses ordonnances devant les yeux, et je ne me suis point détourné de ses préceptes.

24. *J'ai dit en moi-même :* Je serai parfait, *en marchant* avec lui : je me tiendrai sur mes gardes, *et je m'abstiendrai de suivre* mon *penchant à* l'iniquité.

25. Et le Seigneur me rendra selon ma justice et selon que mes mains seront pures à ses yeux.

26. *Car, ô mon Dieu,* vous serez saint avec les saints, et parfait avec les parfaits, et fort avec les forts.

27. Vous serez pur avec les purs, et vous paraîtrez méchant avec les méchants.

28. Vous sauverez le peuple pauvre ; et, d'un clin d'œil, vous humilierez les superbes.

29. Seigneur, vous êtes ma lampe : c'est vous, Seigneur, qui éclairez mes ténèbres *et qui conduisez mes pas.*

30. *Aussi* je cours avec vous tout prêt à

Digitized by Google

combattre *les plus furieux ennemis.* Le secours *que je reçois* de mon Dieu me fait franchir la muraille *la plus haute et la plus forte.*

4. *Dormiebatque cum rege.* Duxerat enim illam rex in uxorem. — *Ministrabat ei.* Ut delectabilius comederet de manu ejus, ut pridem Amnon de manu Thamar. — *Rex vero non cognovit eam.* Hoc exprimitur a Scriptura : 1. quia facit ad laudem Davidis a licita delectatione quæ ætati parum conveniebat abstinentis; 2. quia pertinet ad significandum puellæ statum, quæ rege mortuo virgo permaneret; 3. confert ad causam Adoniæ eam in uxorem postulantis, quod alioqui non licuisset illi, ut multis disputat Abulens. quæst. 6 in hoc caput, de quo tamen vide infra, c. 2, n. 21.

Digitized by Google

elevabatur, dicens : Ego regnabo. Fecitque sibi currus et equites, et quinquaginta viros qui currerent ante eum.

6. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens : Quare hoc fecisti? Erat autem et ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom.

7. Et sermo ei cum Joab filio Sarviæ, et cum Abiathar sacerdote, qui adjuvabant partes Adoniæ.

8. Sadoc vero sacerdos, et Banaias filius Joiadæ, et Nathan prophta, et Semei et Rei, et robur exercitus David, non erat cum Adonia.

9. Immolatis ergo Adonias arietibus et vitulis, et universis pinguibus, juxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocavit universos fratres suos filios

devenu l'aîné depuis la mort d'Absalom, s'élevait en disant : Ce sera moi qui régnerai. Et il se fit faire des chariots, *prit* des gens de cheval, et cinquante hommes pour courir devant lui.

6. Jamais son père ne l'en reprit, en lui disant : Pourquoi agissez-vous ainsi? Or Adonias, qui était le second après Absalom, était aussi parfaitement beau.

7. Il s'était lié avec Joab, fils de Sarvia, et avec Abiathar, grand prêtre, qui soutenaient son parti.

8. Mais Sadoc, grand prêtre, Banaïas, fils de Joïada, le prophète Nathan, Séméi et Rei, ni le gros de l'armée de David, n'étaient point pour Adonias.

9. Adonias ayant donc immolé des béliers, des veaux et toutes sortes de *victimes* grasses auprès de la pierre de Zohéleth qui était près de la fontaine de Rogel, y convia tous ses frères, fils du roi, et tous ceux

---

5. *Elevabatur.* Ambitioso spiritu. — *Fecitque sibi currus et equites.* Absalonem imitatus, de quo supra, lib. 2, cap. 15 initio, putabat sibi regnum deberi, quia erat primogenitus.

6. *Nec corripuit eum pater suus.* Cujus indulgentiæ in filium causa in sacro textu subditur, cum ait : *Erat autem et ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom.* Nimiæ remissionis et negligentiæ merito accusatur David ab Abulensi q. 12 et 13 in hoc caput, et ab aliis. Sunt tamen qui putent senem, et lecto frequenter affixum, quæ fierent ignorasse, quod parum est probabile, aut metu majoris mali dissimulandum censuisse. * Adde senectutem homines rerum incuriosos facere et segnes ad agendum.

7. *Sermo ei cum Joab.* Joab et Abiathar Adoniæ favebant, quia forte sibi persuaserant regnum illi ut primogenito deberi, quemadmodum pontificatus ad primogenitum transibat. Sic Josaphat Joram regnum reliquit, eo quod primogenitus esset, ut dicitur II. Par. 21. 3; vel etiam illi favebant, ut sibi eum devincerent, et in muneribus ducis exercitus et summi pontificis confirmarentur.

8. *Sadoc vero sacerdos.* Abiatharis æmulus. — *Banaias.* Summæ militum præfecturæ candidatus. — *Nathan propheta.* Qui Salomoni erat educatione : eruditione et benevolentia pater. — *Semei.* Quem D. Hier. in Traditionibus hebraicis in hunc librum ait fuisse Nabath patrem Jeroboam qui postea regnavit super decem tribus. — *Rei.* Quem idem Hier. tradit fuisse Iram Jairitim, qui II. Reg. 20. 26, dicitur sacerdos David.

9. *Immolatis ergo Adonias arietibus.* Non per seipsum, sed sacerdotum ministerio. — *Juxta lapidem Zoheleth.* Qui erat lapis magnus extra civitatem, inquit Lyranus, in cujus motione et tractione viri fortes experiebantur vires suas. Porro lapis hic, sicut et fons Rogel, erant ad orientalem partem urbis, in valle Josaphat, juxta torrentem Cedron. — *Vocavit universos fratres suos* Ad convivium quod institutum est, quia semper sequebatur hujusmodi sacri

Digitized by Google

de Juda qui étaient au service du roi;

10. Mais il n'y convia ni le prophète Nathan, ni Banaïas, ni tous les plus vaillants de l'armée, ni Salomon son frère.

11. Alors Nathan dit à Bethsabée, mère de Salomon : Savez-vous qu'Adonias, fils d'Haggith, s'est fait roi, sans que David notre seigneur le sache?

12. Venez donc, et suivez le conseil que je vous donne; sauvez votre vie et celle de votre fils Salomon.

13. Allez-vous présenter au roi David, et dites-lui : O roi, mon seigneur, ne m'avez-vous pas juré, à moi qui suis votre servante, en me disant : Salomon votre fils règnera après moi; et c'est lui qui sera assis sur mon trône? Pourquoi donc Adonias règne-t-il?

14. Pendant que vous parlerez encore au roi, je surviendrai après vous, et j'appuierai tout ce que vous aurez dit.

15. Bethsabée alla donc trouver le roi dans sa chambre. Le roi était fort vieux, et Abisag de Sunam le servait.

16. Bethsabée se baissa profondément, et adora le roi. Le roi lui dit : Que désirez-vous?

17. Elle lui répondit : Mon seigneur, vous avez juré à votre servante par le Seigneur votre Dieu, et vous m'avez dit : Salomon, votre fils, régnera après moi, te

regis, et omnes viros Juda servos regis;

10. Nathan autem prophetam, et Banaiam, et robustos quoque, et Salomonem fratrem suum, non vocavit.

11. Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis : Num audisti, quod regnaverit Adonias filius Haggith, et dominus noster David hoc ignorat (1)?

12. Nunc ergo veni, accipe consilium a me, et salva animam tuam, filiique tui Salomonis.

13. Vade, et ingredere ad regem David, et dic ei : Nonne tu domine mi rex jurasti mihi ancillæ tuæ, dicens : Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias?

14. Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, et complebo sermones tuos.

15. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculum : rex autem senuerat nimis, Abisag Sunamitis ministrabat ei;

16. Inclinavit se Bethsabee, et adoravit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis?

17. Quæ respondens, ait : Domine mi, tu jurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ; Salomon filius tuus regnabit post me,

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 104.

---

ficia pacifica, et quia fratrum et aliorum benevolentiam sibi conciliare studebat, a quibus admoveri volebat ad regnum. * Nathan prophetam, Banaiam, Salomonem non invitavit, partim contemptu, partim quod eos suis consiliis adversos crederet, ut amicos Bethsabeæ.

11. *David hoc ignorat.* Adeo illius jussu hoc factum non est, ut etiam totius rei gestæ sit prorsus ignarus; quasi dicat : Non eo res deducta est ut disturbari non possit; connitendum ergo ut Adoniæ conatus irritos reddamus.

12. *Salva animam tuam, filiique tui Salomonis.* Vobis enim, si Adonias regnet, imminet exitium.

13. *Jurasti mihi.* Quando juraverit diximus supra, lib. II, c. 12, n. 24. * Haud dubie regnum Salomoni divino nutu destinatum fuit, idque per Nathan Davidi indicatum, quod fatetur Adonias infra, cap. 2. 15, et apertissime dicitur I. Paral. 28. 5.

14. *Complebo sermones tuos.* A te dicta confirmans, et alia addens quæ Salomonis causam juvare possint.

Digitized by Google

et ipse sedebit in solio meo.

18. Et ecce nunc Adonias regnat, te, domine mi rex, ignorante.

19. Mactavit boves, et pinguia quæque, et arietes plurimos, et vocavit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, et Joab principem militiæ : Salomonem autem servum tuum non vocavit.

20. Verumtamen, domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, ut indices eis, quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex, post te.

21. Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego et filius meus Salomon peccatores.

22. Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit.

c'est lui qui sera assis sur mon trône.

18. Cependant voilà Adonias qui s'est fait roi, sans que vous le sachiez, ô roi mon seigneur,

19. Il a immolé des bœufs, toutes sortes de *victimes* grasses, et un grand nombre de béliers; il y a convié tous les enfants du roi, Abiathar, grand prêtre, et Joab, général de l'armée; mais il n'a point convié Salomon, votre serviteur.

20. Cependant tout Israël a maintenant les yeux sur vous, ô roi mon seigneur, attendant que vous déclariez, seigneur mon roi, qui doit être assis après vous sur votre trône.

21. Car après que le roi mon seigneur se sera endormi avec ses pères, nous serons *traités comme* criminels, moi et mon fils Salomon, *si nous voulons l'élever sur le trône sans que vous l'ayez ordonné.*

22. Elle parlait encore au roi, lorsque le prophète Nathan arriva.

§ III. *Nathan vient appuyer la demande que fait Bethsabée de la couronne pour Salomon son fils. David la lui promet, et elle l'en remercie.*

23. Et nuntiaverunt regi, dicentes : Adest Nathan propheta. Cumque introisset in conspectu regis, et adorasset eum pronus in terram,

24. Dixit Nathan : Domine mi rex, tu dixisti : Adonias regnet post me, et ipse sedeat super thronum meum?

25. Quia descendit hodie, et immolavit boves, et pinguia, et arietes plurimos, et vocavit universos filios regis, et principes exercitus, Abiathar quoque sacer-

23. Et l'on dit au roi : Voilà le prophète Nathan. Nathan s'étant présenté devant le roi, l'adora en se baissant profondément en terre,

24. Et lui dit : O roi mon seigneur, avez-vous dit : Qu'Adonias règne après moi, que ce soit lui qui soit assis sur mon trône?

25. Car il est descendu aujourd'hui, il a immolé des bœufs, des *victimes* grasses et plusieurs béliers; et il a convié tous les fils du roi, les généraux de l'armée et le grand prêtre Abiathar, qui ont mangé et bu

---

18. *Te, Domine mi rex, ignorante.* Utique non sine contemptu tuo, quem tanti negotii non solum conscium, sed auctorem etiam fieri oportebat.

19. *Salomonem autem servum tuum non vocavit.* Quod Salomonem et Nathan non vocasset, conspirationis signum erat; eos enim habere præsentes noluit Adonias, qui ejus conatibus potuissent adversari.

20. *In te oculi respiciunt totius Israel.* Expectatione suspensi, quem tibi in regno successorem designes.

21. *Dormierit.* Mortuus fuerit. — *Erimus ego et filius meus Salomon peccatores.* Invenietur prætextus aliquis, ut tanquam peccati aut criminis alicujus rei morti tradamur, ut nobis de medio sublatis Adonias regnet securius. * Vel ego ut adultera, Salomon ut *mamzer*, id est, de scorto et adulterio natus, habebimur, et indignis modis tractabimur.

24. *Dixisti : Adonias regnet.* Ita enim se gerit ac si a te regnare jussus esset

Digitized by Google

avec lui, en disant : Vive le roi Adonias !

26. Mais pour moi, qui suis votre serviteur, il ne m'a point convié, ni le grand prêtre Sadoc, ni Banaïas, fils de Joïada, non plus que Salomon, votre serviteur.

27. Cet ordre est-il venu de la part du roi mon seigneur? et ne m'avez-vous point déclaré à moi, votre serviteur, qui devait être assis après le roi mon seigneur sur son trône?

28. Le roi David dit : Qu'on me fasse venir Bethsabée. *Car elle s'était retirée lorsque le prophète Nathan était entré.* Bethsabée s'étant *donc* présentée devant le roi, et se tenant devant lui,

29. Le roi lui jura et lui dit : Vive le Seigneur qui a délivré mon âme de toutes sortes de périls!

30. Ainsi que je vous ai juré par le Seigneur, le Dieu d'Israël, en vous disant : Salomon, votre fils, régnera après moi, et c'est lui qui sera assis en ma place sur mon trône : je le ferai aussi, et je l'exécuterai dès aujourd'hui.

31. Bethsabée baissant le visage jusqu'en terre, adora le roi, et lui dit : Que David mon seigneur règne à jamais.

dotem : illisque vescentibus, et bibentibus coram eo, et dicentibus : Vivat rex Adonias :

26. Me servum tuum, et Sadoc sacerdotem, et Banaiam filium Joiadæ, et Salomonem famulum tuum, non vocavit.

27. Numquid a domino meo rege exivit hoc verbum, et mihi non indicasti servo tuo, quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum?

28. Et respondit rex David, dicens : Vocate ad me Bethsabee. Quæ cum fuisset ingressa coram rege, et stetisset ante eum,

29. Juravit rex, et ait : Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,

30. Quia sicut juravi tibi per Dominum Deum Israel, dicens : Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit super solium meum pro me : sic faciam hodie (1).

31. Summissoque Bethsabee in terram vultu, adoravit regem, dicens : Vivat dominus meus David in æternum.

§ IV. *David envoie sacrer Salomon, et le fait asseoir sur son trône. Tout le peuple en témoigne une grande joie.*

32. Le roi David dit encore : Faites-

32. Dixit quoque rex David :

(1) Bible vengée, note I. — Lettres de quelques Juifs, tome III, page 303. — Histoire véritable des temps fabuleux, tome IV, page 346.

---

25. *Vivat rex Adonias.* Acclamatio erat usitata in regum inauguratione, *vivat rex*! Nolebat tamen Adonias ita regnare, ut exturbaret David, sed res suas ita componere, ut David extincto, nemo se illi auderet opponere quominus rex esset.

27. *Exivit hoc verbum.* Quasi dicat : Num inscio me mutasti sententiam a Deo tibi per me denuntiatam, et a te Bethsabeæ juramento firmatam de constituendo post te rege Salomone?

28. *Vocate ad me Bethsabee.* Quæ cubiculo regio exierat Nathan prophetæ cedens, ut nunc vice versa Nathan locum dedit Bethsabeæ revertenti, ut patet ex versu 32 sequenti.

31. *Adoravit regem.* Gratias illi agens, et simul inclinatione corporis reverentiam exhibens. — *Vivat dominus meus David in æternum.* Hæc est non æternæ, sed diuturnioris vitæ precatio, quasi dicat : Vis Salomonem post te regnare; gratias ago, et ut post diuturnum tempus hoc fiat opto, te adhuc ad multos annos superstite.

Digitized by Google

Vocate mihi Sadoc sacerdotem, et Nathan prophetam, et Banaiam filium Joiadæ. Qui cum ingressi fuissent coram rege,

33. Dixitad eos : Tollite vobiscum servos domini vestri, et imponite Salomonem filium meum super mulam meam, et ducite eum in Gihon;

34. Et ungat eum ibi Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, in regem super Israel : et canetis buccina, atque dicetis : Vivat rex Salomon.

35. Et ascendetis post eum, et veniet, et sedebit super solium meum, et ipse regnabit pro me : illique præcipiam ut sit dux super Israel, et super Judam.

36. Et respondit Banaias filius Joiadæ, regi, dicens : Amen : sic loquatur Dominus Deus domini mei regis.

37. Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, et sublimius faciat solium ejus a solio domini mei regis David.

38. Descendit ergo Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, et Banaias filius Joiadæ, et Cerethi, et Phelethi : et imposuerunt Salomonem super mulam regis David, et adduxerunt eum in Gihon.

moi venir le grand prêtre Sadoc, le prophète Nathan et Banaïas, fils de Joïada. Lorsqu'ils se furent présentés devant le roi,

33. Il leur dit : Prenez avec vous les serviteurs de votre maître : faites monter sur ma mule mon fils Salomon ; menez-le à *la fontaine du* Gihon *où il y a toujours beaucoup de monde, afin de rendre la chose plus publique*,

34. Et que Sadoc, grand prêtre, et Nathan, prophète, le sacrent en ce lieu pour être roi d'Israël. Et vous sonnerez *aussi* de la trompette, et vous crierez : Vive le roi Salomon!

35. Vous retournerez en le suivant, et il viendra s'asseoir sur mon trône ; il régnera en ma place, et je lui ordonnerai de gouverner Israël et Juda.

36. Banaïas, fils de Joïada, répondit au roi : Que cela soit ainsi, que le Seigneur, le Dieu du roi mon seigneur l'ordonne ainsi *et qu'il le fasse réussir.*

37. Comme le Seigneur a été avec le roi mon seigneur, qu'il soit de même avec Salomon, et qu'il élève son trône encore plus que ne l'a été le trône de David mon roi et mon seigneur.

38. Alors le grand prêtre Sadoc descendit avec le prophète Nathan, Banaïas, fils de Joïada, les Céréthiens et les Phéléthiens; et ils firent monter Salomon sur la mule du roi David, et le menèrent à Gihon.

---

33. *Servos domini vestri.* Cerethi et Phelethi ad propulsandam vim, si forte Adonias illam tentet inferre. Loquitur vero de se in tertia persona David, cum ait, *domini vestri*, David scilicet. — *Super mulam meam.* Quam solus David solebat inscendere, itaque id erat regii honoris indicium. — *Ducite eum in Gihon.* Ad fontem videlicet qui erat ab occasu Hierosolymorum, e regione oppositus fonti Rogel ad quem inunctus fuerat Adonias, ut nihil interturbarent, sed res prius confecta esset quam id illi sentirent, ut etiam revera contigit.

35. *Veniet.* Huc in arcem. — *Regnabit pro me.* Non dicit *post me*, quia nimirum vivo Davide rex erat futurus, Davide sponte regno cedente.

36. *Sic loquatur Dominus Deus domini mei.* Confirmet Dominus quæ a te dicta sunt. LXX habent, *confirmet verba.* Chaldæus, *sic velit.*

37. *Sublimius faciat solium.* Non timuit Banaias his verbis Davidem offendere; hoc enim optant parentes ut a filiis felicitate vincantur. Simile est votum illud apud Claudianum in quarto consulatu Honorii :

> Aspice, completum votum, jam natus adæquat
> Te meritis, et quod magis est optabile, vincit.

Digitized by Google

39. Et Sadoc, grand prêtre, prit du tabernacle une corne *pleine* d'huile, et sacra Salomon. Ils sonnèrent de la trompette, et tout le monde s'écria : Vive le roi Salomon!

40. Tout le peuple vint après lui. Plusieurs jouaient de la flûte, et donnaient toutes les marques d'une réjouissance publique; et les cris *de joie* retentissaient de toutes parts.

39. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, et unxit Salomonem : et cecinerunt buccina, et dixit omnis populus : Vivat rex Salomon.

40. Et ascendit universa multitudo post eum, et populus canentium tibiis, et lætantium gaudio magno, et insonuit terra a clamore eorum.

§ V. *Adonias et ceux de son parti apprennent que David a établi roi Salomon. Ils en sont troublés et fuient de tous côtés. Adonias va embrasser les cornes de l'autel. Salomon l'en envoie tirer, et lui donne la vie et la liberté.*

41. Adonias et tous ceux qu'il avait conviés entendirent ce bruit, lorsque le festin était déjà achevé. Et Joab ayant ouï sonner de la trompette, dit : Que veulent dire ces cris et ce tumulte de la ville?

42. Lorsqu'il parlait encore, Jonathas, fils d'Abiathar, grand prêtre, se présenta, et Adonias lui dit : Entrez, car vous êtes un brave homme, et vous nous apportez de bonnes nouvelles.

43. Jonathas répondit à Adonias : Je n'en ai point de bonnes à vous dire; car le roi David notre seigneur a établi roi Salomon.

44. Il a envoyé avec lui le grand prêtre Sadoc, le prophète Nathan, Banaïas, fils de Joïada, les Céréthiens et les Phéléthiens; et ils l'ont fait monter sur la mule du roi : *ce qui n'est permis qu'à celui qui lui doit succéder.*

45. Et Sadoc, grand prêtre et le prophète Nathan l'ont sacré roi à Gihon, d'où ils sont revenus avec des cris de réjouissance qui ont retenti par toute la ville : c'est là le bruit que vous avez entendu.

46. Salomon même est déjà sur le trône du royaume.

47. Et les serviteurs du roi en ont été

41. Audivit autem Adonias, et omnes qui invitati fuerant ab eo, jamque convivium finitum erat : sed et Joab, audita voce tubæ, ait : Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis?

42. Adhuc illo loquente, Jonathas filius Abiathar sacerdotis venit : cui dixit Adonias : Ingredere, quia vir fortis es, et bona nuntians.

43. Responditque Jonathas Adoniæ : Nequaquam : dominus enim noster rex David regem constituit Salomonem :

44. Misitque cum eo Sadoc sacerdotem, et Nathan prophetam, et Banaiam filium Joiadæ, et Cerethi et Phelethi, et imposuerunt eum super mulam regis.

45. Unxeruntque eum Sadoc sacerdos et Nathan propheta regem in Gihon : et ascenderunt inde lætantes, et insonuit civitas : hæc est vox, quam audistis.

46. Sed et Salomon sedet super solium regni.

47. Et ingressi servi regis bene-

---

39. *Sadoc sacerdos.* Qui nondum erat summus pontifex; nec necessarium erat regem a pontifice inungi, David enim et Saul a Samuele, et alii ab aliis qui pontifices non erant uncti sunt in reges, et in hac etiam Salomonis inauguratione et unctione Nathan ministerium videtur intervenisse; dixerat enim rex num. 34 : *Ungat eum ibi Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, in regem.*

40. *Insonuit.* Hebr. *scindebatur,* id est videbatur scindi. Chaldæus, *tremebat.*

* 42. *Fortis.* Chaldæus, *timens peccata,* id est, bonus.

46. *Salomon sedet super solium regni.* Adita regni possessione.

Digitized by Google

dixerunt domino nostro regi David, dicentes : Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, et magnificet thronum ejus super thronum tuum. Et adoravit rex in lectulo suo.

48. Et locutus est : Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis.

49. Territi sunt ergo, et surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adonia, et ivit unusquisque in viam suam.

50. Adonias autem timens Salomonem, surrexit, et abiit, tenuitque cornu altaris.

51. Et nuntiaverunt Salomoni, dicentes : Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens : Juret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat servum suum gladio.

52. Dixitque Salomon : Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram : sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.

53. Misit ergo rex Salomon, et eduxit eum ab altari : et ingressus adoravit regem Salomonem : dixitque ei Salomon : Vade in domum tuam.

faire leur conjouissance au roi David notre seigneur, en lui disant : Que Dieu rende le nom de Salomon encore plus illustre que le vôtre, et qu'il élève son trône au-dessus de votre trône. Et le roi adorant *Dieu* dans son lit,

48. A dit : Béni soit le Seigneur, le Dieu d'Israël, qui m'a fait voir aujourd'hui de mes propres yeux *mon fils* assis sur mon trône.

49. Ceux donc qu'Adonias avait conviés se levèrent tous saisis de frayeur, et chacun s'en alla de son côté.

50. Adonias, craignant Salomon, se leva de même, sortit au plus tôt, et s'en alla embrasser la corne de l'autel, *pour y demeurer en sûreté.*

51. Alors on vint dire à Salomon : Voilà Adonias qui, craignant le roi Salomon, se tient attaché à la corne de l'autel, et qui dit : Que le roi Salomon me jure aujourd'hui qu'il ne fera point mourir son serviteur par l'épée.

52. Salomon répondit : S'il se conduit en homme de bien, il ne tombera pas en terre un seul cheveu de sa tête; mais s'il vient à se conduire mal, il mourra.

53. Le roi Salomon envoya donc *vers Adonias*, et le fit tirer de l'autel; et *Adonias* s'étant présenté devant le roi Salomon, l'adora; et Salomon lui dit : Allez-vous-en en votre maison, *et demeurez-y en paix.*

---

47. *Benedixerunt.* Bene precati sunt, agentes gratias pro novo rege dato Salomone. — *Adoravit rex in lectulo suo.* Deo et ipse gratias agens, ut patet sequenti versiculo.

49. *In viam suam.* In domos suas, ut ibi se abderent, et dissimularent se Adoniæ favisse.

50. *Abiit, tenuitque cornu altaris.* Abiit in Gabaon, ubi erat tabernaculum Mosis, et altare holocaustorum, ut habetur II. Paral. 1. 3. Tenuit autem cornu altaris, quia immunitatis privilegium altari maxime tribuebatur. Sunt tamen qui velint tenuisse cornu altaris quod David Hierosolymis extruxerat, non autem ejus quod erat in Gabaon.

51. *Quod non interficiat servum suum gladio.* Humilis oratio, et idonea veniæ impetrandæ.

52. *Sin autem.* Præteritas noxas condono; si vero peccaverit in posterum, pœnas dabit.

53. *Vade in domum tuam.* Qua voce non ablegat eum ab aula, sed ei securitatem in domo sua pollicetur.

Digitized by Google

CHAPITRE II.

§ I. *David étant près de mourir donne plusieurs avis à son fils Salomon. Il l'exhorte à observer les commandements de Dieu. Il lui recommande de punir Joab et Séméi, et de récompenser les enfants de Berzellaï.*

L'AN DU MONDE 2990. — AVANT J.-C. 1014.

1. Le jour de la mort de David étant proche, il donna cet avis à Salomon, son fils, et lui dit :

2. Me voici venu au terme où toute la terre doit arriver : *je vais mourir, et vous allez me succéder.* Armez-vous de fermeté, et conduisez-vous en homme de bien.

3. Observez tout ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé; marchez dans ses voies : gardez ses cérémonies, ses préceptes, ses ordonnances et ses lois, selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse, afin que tout ce que vous entreprendrez, vous le fassiez avec sagesse.

4. C'est ainsi que le Seigneur vérifiera la parole qu'il m'a donnée lorsqu'il m'a dit : Si vos enfants veillent sur leurs voies, et qu'ils marchent devant moi dans la vérité, de tout leur cœur et de toute leur âme, vous aurez toujours quelqu'un de vos descendants qui sera assis sur le trône d'Israël.

5. Vous savez aussi de quelle manière m'a traité Joab, fils de Sarvia, *après qu'il eut tué Absalom, mon fils,* et ce qu'il a fait à deux généraux de l'armée d'Israël, à Abner, fils de Ner, et à Amasa, fils de Jéther, qu'il a assassinés, ayant répandu leur sang

1. Appropinquaverunt autem dies David ut moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens :

2. Ego ingredior viam universæ terræ : confortare, et esto vir.

3. Et observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias ceremonias ejus, et præcepta ejus, et judicia, et testimonia, sicut scriptum est in lege Moisi : ut intelligas universa quæ facis, et quocumque te verteris :

4. Ut confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens : Si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint coram me in veritate, in omni corde suo, et in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.

5. Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Joab filius Sarviæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, et Amasæ filio Jether : quos occidit, et effudit sanguinem belli in pace, et

---

Cap. II. 2. *Ingredior viam universæ terræ.* In terram revertor de qua formatus sum. — *Confortare, et esto vir.* Quasi dicat : Me superstite adolescentem agere tibi licuit; nunc vero quando mortuus fuero, virum te præstes necesse est, fortitudine scilicet, sapientia, et rerum gerendarum peritia.

3. *Observa custodias Domini.* Custodias vocat et quæ Dominus custodiri vult et servari, hoc est, mandata divina. — *Ceremonias.* Præcepta ceremonialia. — *Præcepta ejus.* Moralia. — *Judicia.* Præcepta judicialia. — *Testimonia.* Pacta et leges a Domino præscriptas. — *Intelligas universa quæ facis.* Hebr. habetur, *ut prudenter agas.* Chald. *ut prospere tibi omnia succedant.* — *Quocumque te verteris.* Quidquid facere aggressus fueris.

4. *Si custodierint.* Habetur hæc promissio II. Reg. 7. 16.

5. *Quæ fecerit mihi Joab.* Absalonem scilicet occidendo, imperiose agendo, afflictum exacerbando, et seditionem minando, II. Reg. 19. 7, Adoniæ regnum affectanti favendo. — *Abner filio Ner.* Quem per proditionem interfecit. — *Amasæ filio Jether.* Davidis nepos hic erat ex Abigaile sorore, quem etiam ut supra vidimus, Joab interfecit. — *Effudit sanguinem belli in pace.*

Digitized by Google

posuit cruorem prælii in balteo suo, qui erat circa lumbos ejus, et in calceamento suo, quod erat in pedibus ejus (1).

durant la paix, comme il aurait fait durant la guerre ; et ayant teint le baudrier qui était sur ses reins, et les souliers qu'il avait aux pieds : *cependant je ne l'ai point puni. Les troubles continuels dont mon règne a été agité, et le crédit qu'il s'était acquis sur les peuples, m'en ont empêché ; mais pour vous, vous n'aurez point ces raisons de le ménager.*

6. Facies ergo juxta sapientiam tuam, et non deduces canitiem ejus pacifice ad inferos.

6. Vous ferez donc *à son égard* selon votre sagesse ; et vous ne permettrez pas qu'après avoir vieilli *dans l'impunité de son crime* il descende en paix dans le tombeau.

7. Sed et filius Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua : occurrerunt enim mihi quando fugiebam a facie Absalom fratris tui.

7. Vous témoignerez aussi votre reconnaissance aux fils de Berzellaï, de Galaad ; et ils mangeront à votre table, parce qu'ils sont venus au-devant de moi lorsque je fuyais devant Absalom, votre frère.

8. Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bathurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad Castra : sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Jordanem, et juravi ei per Dominum, dicens : Non te interficiam gladio :

8. Vous avez de plus auprès de vous Séméi, fils de Géra, fils de Jémini, de Bahurim, qui prononça des malédictions contre moi, et me dit les outrages les plus sanglants, lorsque je m'en allais au camp. Mais, parce qu'il vint au devant de moi quand je passai le Jourdain, je lui jurai par le Seigneur que je ne le ferais point mourir par l'épée.

9. Tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, ut scias quæ facies ei, deducesque canitiem ejus sanguine ad inferos.

9. Ne laissez pas *néanmoins* son crime impuni. Vous êtes sage pour savoir comment vous le devez traiter ; et vous aurez

(1) Bible vengée, I Rois, note XXIII, alinéa : XIII. *Les incrédules continuent.*

Quasi cum hoste in bello pugnaret, cum illi pacifice et mecum et cum eo agerent. — *In balteo suo... et in calceamento suo.* Alludit ad modum perpetratæ cædis utriusque principis, præsertim Amasæ, quem dum occidit Joab, habuit cingulum gladii ad lumbos suos in vagina sua, qui inde egressus est Joabo se incurvante ad proditoriam salutationem, quem levatum sinistra sua immersit in latus ejus, unde sanguis exiliens balteum et calceamenta ejus cruentavit, quippe qui eum complexum tenebat.

6. *Canitiem.* Licet Joab Davidis esset ex sorore nepos, erat tamen illi suppar ætate senex et canus. — *Pacifice.* Impune, seu absque punitione. — *Inferos.* Id est, sepulcrum. Punitio Joab tamdiu dilata est, quia Davidis regnum inquietum fuit, nec potuit in illum animadverti sine periculo magnarum turbarum.

7. *Occurrerunt enim mihi.* Vide II. Reg. 19. 31.

8. *Semei filium Gera.* Vide II. Reg. 16. 5. — *Maledictione pessima.* Cum scilicet ingeminabat *egredere, egredere, vir sanguinum et vir Belial,* II. Reg. 16. 7. — *Quando ibam ad castra.* Ad urbem Manahim ultra Jordanem.

9. *Innoxium.* Impunitum. — *Scias quæ facies ei.* Quomodo cum illo te gerere debeas, et qua ratione illum punire. — *Cum sanguine.* Cum cæde, morte violenta : non fuit perjurus David mandando Salomoni ut occideret Semei, quia cum illi mortem commerito peperci, præcise juravit se illum

Digitized by Google

soin qu'en sa vieillesse il ne descende au tombeau que par une mort violente *qui venge l'outrage qu'il a fait à la majesté royale, et qui apprenne aux peuples à demeurer dans le respect qui est dû au souverain.*

10. David s'endormit donc avec ses pères, *étant âgé de soixante-dix ans;* et il fut enseveli dans la ville de David.

11. Le temps du règne de David sur Israël fut de quarante ans; il régna sept ans à Hébron, et trente-trois dans Jérusalem.

12. En même temps Salomon prit possession du royaume de David, son père; et son règne s'affermit puissamment.

nos ejus cum sanguine ad inferos.

10. Dormivit igitur David cum patribus suis, et sepultus est in civitate David (1).

11. Dies autem quibus regnavit David super Israel, quadraginta anni sunt : in Hebron regnavit septem annis : in Jerusalem, triginta tribus.

12. Salomon autem sedit super thronum David patris sui, et firmatum est regnum ejus nimis.

§ II. *Adonias engage Bethsabée à prier Salomon de lui donner en mariage Abisag de Sunam. Salomon, irrité de cette demande, fait tuer Adonias.*

13. Alors Adonias, fils d'Haggith, vint trouver Bethsabée, mère de Salomon. Bethsabée lui dit : Venez-vous *ici* avec un esprit de paix. Il lui répondit : *Oui,* j'y viens avec des pensées de paix.

14. Et il ajouta : J'ai un mot à vous dire. Dites, répondit Bethsabée.

15. Vous savez, dit Adonias, que la couronne m'appartenait *par le droit d'aînesse,* et que tout Israël m'avait choisi par préférence pour être son roi : mais le royaume a été transféré; et il a passé à mon frère, parce que c'est le Seigneur qui le lui a donné.

16. Maintenant donc je n'ai qu'une prière à vous faire : ne me faites pas cette con-

13. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei : Pacificusne est ingressus tuus? Qui respondit : Pacificus.

14. Addiditque : Sermo mihi : est ad te. Cui ait : Loquere. Et ille :

15. Tu, inquit, nosti, quia meum erat regnum, et me præposuerat omnis Israel sibi in regem : sed translatum est regnum, et factum est fratris mei ; a Domino enim constitutum est ei.

16. Nunc ergo petitionem unam precor a te : ne confundas faciem

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 365.

---

non occisurum; quod idem erat ac si dixisset : Polliceor ac juro tibi, me, quoad vixero, te non interfecturum.

10. *In civitate David.* In arce Sion.

12. *Firmatum est regnum ejus nimis.* Populi, tribuum, omniumque ordinum consensu in comitiis exhibito, et juramento fidelitatis, et omnium propensa in illum voluntate. Acta comitiorum, vide I. Paral. c. 28.

13. *Pacificusne est ingressus tuus?* Merito dubitare potuit Bethsabee pacificusne esset Adoniæ adventus, quia ab illa regno propemodum occupato dejectus erat.

14. *Sermo mihi : est ad te.* Habeo quæ tibi dicam, et in quo ut mihi favere velis rogem.

15. *Meum erat regnum.* Titulo primogenituræ et electionis.

16. *Confundas.* Pudefacias negando. Hebr. *avertere facias,* scilicet præ pudore. LXX, *avertas faciem tuam.*

Digitized by Google

meam. Quæ dixit ad eum : Loquere.

17. Et ille ait : Precor ut dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quidquam potest) ut det mihi Abisag Sunamitidem uxorem (1).

18. Et ait Bethsabee : Bene, ego loquar pro te regi.

19. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem, ut loqueretur ei pro Adonia : et surrexit rex in occursum ejus, adoravitque eam, et sedit super thronum suum : positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram ejus.

20. Dixitque ei : Petitionem unam parvulam ego deprecor a te; ne confundas faciem meam. Et dixit ei rex : Pete, mater mea : neque enim fas est ut avertam faciem tuam.

21. Quæ ait : Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.

22. Respondit que rex Salomon, et dixit matri suæ : Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei et regnum : ipse est

fusion que de me refuser. Bethsabée ajouta : Expliquez-vous.

17. Adonias lui dit : Comme le roi Salomon ne vous peut rien refuser, je vous prie de lui demander pour moi Abisag de Sunam, afin que je l'épouse.

18. Bethsabée, *qui ne pénétrait pas les conséquences de la demande d'Adonias*, lui répondit : *Je le veux* bien : je parlerai pour vous au roi.

19. Bethsabée vint donc trouver le roi Salomon, afin de lui parler pour Adonias. Le roi se leva, vint au-devant d'elle, la salua profondément, et il s'assit sur son trône ; et l'on mit un trône pour la mère du roi, laquelle s'assit à sa main droite.

20. *Bethsabée* dit à Salomon : Je n'ai qu'une petite prière à vous faire, ne me donnez pas la confusion d'être refusée. Le roi lui dit : Ma mère, dites ce que vous me demandez ; car il ne serait pas juste de vous renvoyer mécontente.

21. Bethsabée lui dit : Donnez Abisag de Sunam à votre frère Adonias, afin qu'il l'épouse.

22. Le roi Salomon répondit à sa mère, et lui dit : Pourquoi demandez-vous Abisag de Sunam pour Adonias? Demandez donc aussi pour lui le royaume; car il est

(1) Bible vengée, III. Rois, note I.

---

18. *Bene, ego loquar pro te.* Non solum spondet se petitionem renuntiaturam regi, sed etiam rem videtur suscipere perficiendam.

19. *Pro Adonia.* Non dicitur *de Adonia,* sed *pro Adonia,* cujus scilicet causam tanquam patrona susceperat. — *Adoravitque eam.* Conveniente corporis inclinatione utens. — *Sedit ad dexteram ejus.* Salianus putat in throno humiliori, ne alioqui supra regem honorari videretur. Abulensis vero pari throno, et ad dexteram honoris causa collocatam; quod facit probabile occursus reverens, et præcedens adoratio.

20. *Neque enim fas est ut avertam faciem tuam.* Pudore et dolore repulsæ, quasi te insipientiæ arguam, quod ea postulaveris quæ concedi non possunt; aut quasi parum te diligam, et parvi faciam, ideoque quod petis negare non verear.

21. *Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo uxor.* Videtur hujusmodi matrimonium contra legem levitici fuisse, c. 18. 8, ubi vetatur ne quis uxorem patris ducat. Nec obstat quod cognita non fuisset, quia non copula, sed consensus matrimonium facit : et licet impedimentum publicæ honestatis, quod a jure positivo est, eo tempore non esset, jus tamen publicæ honestatis, quod naturæ est, violabatur; natura enim tale matrimonium refugit. Adde quod non constabat Abisag a rege cognitam non fuisse.

22. *Postula ei et regnum.* Quasi dicat : Habet tam multos qui illi favent;

Digitized by Google

mon aîné ; et il a *déjà pour lui* Abiathar, grand prêtre, et Joab, fils de Sarvia.

23. Salomon jura donc par le Seigneur, et dit : Que Dieu me traite dans toute sa sévérité, s'il n'est vrai qu'Adonias, par cette demande, a parlé contre sa propre vie, *et a témoigné le désir qu'il a de s'emparer du royaume.*

24. Et maintenant je jure par le Seigneur qui m'a assuré *la couronne*, qui m'a fait asseoir sur le trône de David, mon père, et a établi ma maison, comme il l'avait dit, qu'Adonias sera mis à mort aujourd'hui.

25. Et le roi Salomon ayant envoyé Banaïas, fils de Joïada, pour exécuter cet ordre, il perça Adonias, et le tua.

enim farter meus major me, et habet Abiathar sacerdotem, et Joab filium Sarviæ.

23. Juravit itaque rex Salomon per Dominum, dicens : Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.

24. Et nunc vivit Dominus, qui firmavit me, et collocavit me super solium David patris mei, et qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias.

25. Misitque rex Salomon per manum Banaiæ filii Joiadæ, qui interfecit eum, et mortuus est (1).

§ III. *Salomon relègue le grand prêtre Abiathar. Il fait tuer Joab dans le tabernacle où il tenait les cornes de l'autel. Il établit Banaïas à la place de Joab, et Sadoc en celle d'Abiathar.*

26. Le roi dit aussi à Abiathar, grand prêtre : Allez à Anathoth, dans la terre qui vous appartient. Vous méritez la mort ; mais je ne vous ferai pas mourir, parce que vous avez porté l'arche du Seigneur *notre* Dieu devant David, mon père, et que vous avez accompagné mon père dans tous les travaux qu'il a endurés.

27. Salomon relégua donc Abiathar, afin

26. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex : Vade in Anathoth ad agrum tuum, equidem vir mortis es : sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo, et sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus.

27. Ejecit ergo Salomon Abia-

(1) Bible vengée, note I.

---

acclamatus est rex ; est etiam me major, cum etiam sit regis primogenitus ; si hoc etiam accedat, quod Abisag regiam paulo ante uxorem ipse ducat, nihil illi deesse videbitur ad regnum.

23. *Contra animam suam.* In perniciem suam. Aliqui injustitiæ et crudelitatis accusant Salomonem, quod ex levi suspicione fratrem quasi reum majestatis occiderit. Alii jure fecisse putant, idque Salianus divinæ tribuit inspirationi, quæ, ut ei patefecit insidias, ita et voluntatem statim occidendi suggessit : sane eo nomine nusquam Salomon reprehenditur in Scriptura.

24. *Fecit mihi domum.* Familiam scilicet regiam. — *Sicut locutus est.* Sicut promisit.

25. *Interfecit eum.* Modus et locus tacentur, quia nihil in eis singulare contingit.

26. *Vade in Anathoth ad agrum tuum.* Erat Anathoth civitas sacerdotalis in tribu Benjamin, ut patet Josue 21. 18. — *Vir mortis es.* Mortis reus propter conjurationem cum Adonia. — *Quia portasti arcam Domini.* Propter reverentiam sacræ dignitatis pontificalis, in qua ministrasti. — *Sustinuisti laborem.* Davidi enim ipsos sex et quadraginta annos tam in prosperis quam in adversis adhæserat.

27. *Ejecit ergo Salomon Abiathar ut non esset sacerdos.* Non poterat laicus

Digitized by Google

thar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo.

28. Venit autem nuntius ad Joab, quod Joab declinasset post Adoniam, et post Salomonem non declinasset : fugit ergo Joab in tabernaculum Domini, et apprehendit cornu altaris (1).

29. Nuntiatumque est regi Salomoni, quod fugisset Joab in tabernaculum Domini, et esset juxta altare : misitque Salomon Banaiam filium Joiadæ, dicens : Vade, interfice eum.

30. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, et dixit ei : Hæc dicit rex : Egredere. Qui ait : Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiavit Banaias regi sermonem, dicens : Hæc locutus est Joab, et hæc respondit mihi.

31. Dixitque ei rex : Fac sicut locutus est : et interfice eum, et sepeli, et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Joab, a me, et a domo patris mei.

qu'il ne fît plus les fonctions de grand prêtre du Seigneur, et que la parole que le Seigneur avait prononcée dans Silo, touchant la maison d'Héli, fût *ainsi* accomplie.

28. Cette nouvelle étant venue à Joab, qui avait suivi le parti d'Adonias, et non celui de Salomon, il s'enfuit dans le tabernacle du Seigneur, et prit la corne de l'autel.

29. On vint dire au roi Salomon que Joab s'était enfui dans le tabernacle du Seigneur, et qu'il se tenait à l'autel. Et Salomon envoya Banaïas, fils de Joïada, et lui dit : Allez, *et* le tuez.

30. Banaïas vint au tabernacle du Seigneur, et dit à Joab : Le roi vous commande de sortir de là. Joab lui répondit : Je ne sortirai point, mais je mourrai en ce lieu. Banaïas fit son rapport au roi, et lui dit : Voilà la réponse que Joab m'a faite.

31. Le roi lui dit : *L'autel ne peut être un asile pour les méchants comme lui :* faites *donc* comme il vous a dit : tuez-le *dans le tabernacle*, et l'ensevelissez; et vous empêcherez que ni moi, ni la maison de mon père, ne soyons chargés du sang innocent répandu par Joab.

(1) Bible vengée, note II. — Lettres de quelques Juifs, tome III, page 206.

---

princeps jure communi pontificem deponere; itaque divina intervenit ordinatio, cujus executor Salomon fuit, ut docent Theodoretus, Procopius, Pineda lib. 6 de Rebus Salomonis, c. 15, n. 7, Salianus et alii. Probabile etiam est Sadoc sententiam consensumque intervenisse; a levitis enim et sacerdotibus maximam judiciorum partem fuisse tractatam ex pluribus Scripturæ locis habemus. Vide plura apud Salian. anno 3. Salomonis n. 15 margin. — *Sermo Domini.* Quem habemus I. Reg. 2. 31. — *Super domum Heli.* Ex qua erat Abiathar.

28. *Venit autem nuntius ad Joab, quod Joab declinasset post Adoniam.* Venit ad Joab fama, quod in regia Salomonis diceretur illum declinasse ad Adoniam, secunda scilicet hac conjuratione et molitione, cum Abisag uxorem sibi dari postulavit.

29. *In tabernaculum Domini.* Vide dicta c. 1, n. 50.

31. *Interfice eum.* Quod jure fieri poterat, dicente lege Exod. 21. 14 : *Si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.* Recte credidit Salomon perinde esse Joabum ad aram occidere, vel eum inde extractum alibi jugulare; utrovis enim modo locus violabatur, nisi legis dispensatio intervenisset; ita Salianus. — *Sepeli.* Id enim viri dignitati et generi dari par erat. — *Amovebis sanguinem.* Nisi hoc facerem, et Joab occidi juberem, reus essem fusi sanguinis ab ipso Joab.

Digitized by Google

32. Et le Seigneur fera retomber son sang sur sa tête, parce qu'il a assassiné deux hommes justes qui valaient mieux que lui, et qu'il a tué par l'épée, sans que mon père David le sût, Abner, fils de Ner, général de l'armée d'Israël; et Amasa, fils de Jéther, général de l'armée de Juda :

32. Et reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus, quia interfecit duos viros justos, melioresque se : et occidit eos gladio, patre meo David ignorante, Abner filium Ner principem militiæ Israel, et Amasam filium Jether principem exercitus Juda :

33. Et leur sang retombera pour jamais sur la tête de Joab et sur sa postérité. Mais que le Seigneur donne une éternelle paix à David et à sa postérité, à sa maison et à son trône.

33. Et revertetur sanguis illorum in caput Joab, et in caput seminis ejus in sempiternum. David autem et semini ejus, et domui et throno illius, sit pax usque in æternum a Domino.

34. Banaïas, fils de Joïada, étant donc allé *trouver Joab*, il l'attaqua, et le tua, et on l'ensevelit en sa maison, dans le désert.

34. Ascendit itaque Banaias filius Joiadæ, et agressus eum interfecit : sepultusque est in domo sua in deserto.

35. Alors le roi établit, en la place de Joab, Banaïas, fils de Joïada, pour être général de l'armée; et Sadoc pour grand prêtre, en la place d'Abiathar.

35. Et constituit rex Banaiam filium Joiadæ pro eo super exercitum, et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.

§ IV. *Salomon défend à Séméi de sortir de Jérusalem sous peine de la vie. Séméi y consent. Il en sort et est puni de mort.*

36. Le roi envoya aussi appeler Séméi, et lui dit : Bâtissez-vous une maison dans Jérusalem, et demeurez-y, et n'en sortez point, pour aller d'un côté et d'un autre.

36. Misit quoque rex, et vocavit Semei, dixitque ei : Ædifica tibi domum in Jerusalem, et habita ibi : et non egredieris inde huc atque illuc (1).

37. Si vous en sortez jamais, et que vous passiez le torrent de Cédron, sachez que vous serez tué au même jour, et votre sang retombera sur votre tête, *comme étant vous-même cause de votre mort.*

37. Quacumque autem die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum : sanguis tuus erit super caput tuum.

(1) Bible vengée, note III.

— *Et a domo patris mei.* A Davide, qui a multis fortasse accusabatur, quod tot et tam atrocia Joab crimina tacitus transmisisset.

32. *Sanguinem ejus.* Quem scilicet ipse fudit. — *Super caput ejus.* Ut capite luat quod peccavit fundendo sanguinem.

34. *Eum interfecit.* Amputato capite, ut asserit Josephus. — *In deserto.* Deserti hujus nomen Scriptura non expressit. Fortasse fuit in deserto Techuæ, vel in montanis Hebron, vel juxta Bethlehem; hæc enim omnia erant in sorte Juda. Porro de æterna salute Joab, sicut eorum qui legitimo judicio supplicio afficiuntur, non est nisi in re clara desperandum.

37. *Transieris torrentem Cedron.* Sententia est : si vel tantulo spatio ab urbe excesseris, quantum est usque ad torrentem Cedron; nam quando ivit in Geth, torrentem hunc revera non transivit; torrens enim erat civitati ad orientem, Geth vero ad occidentem. Neque tamen sine causa torrentem Cedron nominavit Salomon, quia de Jerusalem euntibus in Bahurim, ubi agros habebat Semei, transeundus erat Cedron. — *Sanguis tuus erit super caput tuum.* Tu tibi eris causa mortis.

Digitized by Google

38. Dixitque Semei regi : Bonus sermo; sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus. Habitavit itaque Semei in Jerusalem diebus multis.

39. Factum est autem post annos tres, ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth : nuntiatumque est Semei, quod servi ejus issent in Geth.

40. Et surrexit Semei, et stravit asinum suum : ivitque ad Achis in Geth ad requirendum servos suos, et adduxit eos de Geth.

41. Nuntiatum est autem Salomoni, quod isset Semei in Geth de Jerusalem, et rediisset.

42. Et mittens vocavit eum, dixitque illi : Nonne testificatus sum tibi per Dominum, et prædixi tibi : Quacumque die egressus, ieris huc et illuc, scito te esse moriturum? Et respondisti mihi : Bonus sermo, quem audivi.

43. Quare ergo non custodisti jusjurandum Domini, et præceptum quod præceperam tibi?

44. Dixitque rex ad Semei : Tu nosti omne malum, cujus tibi conscium est cor tuum, quod fecisti David patri meo : reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.

45. Et rex Salomon benedictus, et thronus David erit stabilis coram Domino usque in sempiternum.

38. Séméi dit au roi : Cet ordre est très-juste. Ce que le roi mon seigneur a dit sera exécuté par son serviteur. Séméi demeura donc longtemps à Jérusalem.

39. Mais trois ans s'étant passés, il arriva que les esclaves de Séméi s'enfuirent vers Achis, fils de Maacha, roi de Geth; et l'on vint dire à Séméi que ses esclaves étaient allés à Geth.

40. Séméi fit donc aussitôt seller son âne, et s'en alla vers Achis à Geth, pour redemander ses esclaves, et les ramena de Geth.

41. Salomon ayant été averti que Séméi avait été de Jérusalem à Geth, et en était revenu,

42. L'envoya quérir, et lui dit : Ne vous ai-je point averti auparavant, et ne vous ai-je pas juré par le Seigneur, en vous disant : Si vous sortez jamais pour aller d'un côté et d'un autre, sachez que vous serez puni de mort au même jour? Et vous m'avez répondu : Rien de plus juste que ce que je viens d'ouïr.

43. Pourquoi donc n'avez-vous pas gardé le serment que vous avez fait au Seigneur, et l'ordre que je vous avais donné?

44. Et le roi dit à Séméi : Vous savez tout le mal que votre conscience vous reproche d'avoir fait à David, mon père. Le Seigneur a fait retomber votre méchanceté sur votre tête, *vous serez puni comme vous le méritez.*

45. Mais le roi Salomon sera béni; et le trône de David sera stable éternellement devant le Seigneur.

---

38. *Bonus sermo.* Quasi dicat : Recta atque honesta oratio est.

39. *Servi Semei.* Duo scilicet, ut habetur in hebræo, græco et chaldæo. — *Ad Achis filium Maacha regem Geth.* Quem Abulensis in hoc c. q. 44 eum putat, ad quem ante 44 circiter annos fugerat David. Porro servi in Geth fugerunt, quia fortasse Philisthæi erant, et ex Geth.

40. *Ivitque ad Achis in Geth.* Quieta enim erant omnia inter Hebræos et Palæstinos, qui illis etiam tributa pensitabant. Putavit Semei facile se posse latere Salomonem, qui multis regni negotiis occupabatur.

42. *Testificatus sum.* Hebr. *juravi* seu *adjuravi*, id est, a te jusjurandum exegi, ut per Dominum jurares te jussa facturum.

44. *Reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.* In pœnam peccati illius quo Davidem contumelia affecisti, in hoc alterum peccatum, ut mihi non pareres, vindex scelerum Numen te labi permisit, ut utrumque nunc una eademque ultione puniretur.

45. *Et thronus David erit stabilis.* Cum dicit hoc reo castigato stabile fu-

Digitized by Google

46. Le roi donna donc cet ordre à Banaïas, fils de Joïada, qui étant allé *l'exécuter*, frappa Séméi et le tua.

46. Jussit itaque rex Banaiæ filio Joiadæ : qui egressus, percussit eum, et mortuus est (1).

CHAPITRE III.

§ I. *Salomon épouse la fille de Pharaon, roi d'Egypte. Il demande à Dieu la sagesse, et Dieu lui accorde non-seulement la sagesse, mais aussi les richesses et la gloire.*

L'AN DU MONDE 2991. — AVANT J.-C. 1013.

1. Le règne de Salomon s'étant ainsi affermi *au dedans par la mort de ceux qui en pouvaient troubler la tranquillité, il voulut aussi chercher de l'appui au dehors.* Il s'allia *donc* avec Pharaon, roi d'Egypte; car il épousa sa fille qu'il emmena dans la ville de David, *où elle demeura* jusqu'à ce qu'il eût achevé de bâtir sa maison, la maison du Seigneur, et les murs qu'il faisait faire tout autour de Jérusalem.

2. Cependant le peuple immolait *toujours* dans les hauts lieux, parce que jusqu'alors on n'avait point encore bâti de temple au nom du Seigneur.

3. Or Salomon aima le Seigneur, et il se conduisit selon les préceptes de David, son père, excepté qu'il sacrifiait *au Seigneur,*

1. Confirmatum est igitur regnum in manus Salomonis, et affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti : accepit namque filiam ejus, et adduxit in civitatem David, donec compleret ædificans domum suam, et domum Domini, et murum Jerusalem per circuitum (2).

2. Attamen populus immolabat in excelsis : non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.

3. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, excepto quod in

(1) Bible vengée, note III. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 404.

---

turum regnum suum, utique significavit illud labefactandum, nisi in Semei animadvertisset.

46. *Egressus.* E conspectu regis; noluit enim illum coram se occidi. * Justa pœna duplici ex causa, quia et vetus crimen condonatum ei non fuerat, nisi sub conditione, cui non stetit, et quia regium præceptum violare capitale erat, non minus quam si quis statione discessisset.

CAP. III. 1. *Confirmatum est igitur regnum in manus Salomonis.* Sublatis inimicis, aut quasi vinculis constrictis, ne se unquam cum publico damno commovere possent. — *Pharaoni regi Ægypti.* Pertinebat hæc affinitas ad confirmandum regnum, cum Ægypti rex Pharao, et finitimus esset, et valde potens. Regis autem non prodidit Scriptura : videtur ex Eupolemo apud Eusebium, l. 9 de Præpar. Evang. c. ult. dictus fuisse Vaures. Sponsam credibile est judaica sacra professam, quare hanc conjugem ducendo non peccavit Salomon, qui nusquam in sacris Litteris hoc nomine reprehenditur, et colligi etiam potest ex iis quæ paulo post dicuntur hoc c. n. 3 : *Dilexit autem Salomon Dominum.* — *In civitatem David.* In arcem Sion, in qua habitavit, donec, ædificato templo, regiam uxori domum ædificavit, quam illi propriam esse voluit. Vide infra, c. 7, n. 8.

2. *Populus immolabat in excelsis.* Vide dicta lib. 1, c. 9, n. 12.

3. *Excepto quod in excelsis immolabat.* Hac in re excusari non posse a peccato Salomonem sentit Sanchez in hunc locum; erat enim Domini præcep-

Digitized by Google

excelsis immolabat, et accendebat thymiama.

4. Abiit itaque in Gabaon, ut immolaret ibi : illud quippe erat excelsum maximum : mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

5. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis ut dem tibi (1).

6. Et ait Salomon : Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, et justitia, et recto corde tecum : custodisti ei misericordiam tuam grandem, et dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie.

7. Et nunc Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo : ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum.

et qu'il brûlait de l'encens *en son honneur* dans les hauts lieux, *contre la défense de la loi.*

4. Il s'en alla donc à Gabaon *avec tout Israël* pour y sacrifier, parce que c'était là le plus considérable de tous les hauts lieux; et il offrit *au Seigneur* mille hosties en holocauste, sur l'autel *d'airain* qui était à Gabaon. *C'était le même que Moïse avait dressé dans le désert.*

5. Or le Seigneur apparut à Salomon en songe pendant la nuit, et lui dit : Demandez-moi ce que vous voulez que je vous donne.

6. Salomon lui répondit : Vous avez usé d'une grande miséricorde envers David, mon père, votre serviteur, selon qu'il a marché devant vous dans la vérité et dans la justice, et que son cœur a été droit à vos yeux. Vous lui avez conservé votre grande miséricorde, et vous lui avez donné un fils qui est assis sur son trône, comme il paraît aujourd'hui.

7. Maintenant donc, ô Seigneur mon Dieu, vous m'avez fait régner, moi qui suis votre serviteur, en la place de David, mon père. Mais je ne suis encore qu'un jeune enfant qui ne sait de quelle manière se conduire :

(1) **Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 360.**

---

tum Levit. 17, 4, et Deut. 12. 13, ut sacrificia fierent solum ante tabernaculum. Vide Riberam lib. 1 de Templo, c. 2. Videtur Salomon reprehendi, inquit Sa : vel sensus est, id tamen David, quanquam licitum, nunquam fecerat. Vide Pined. de rebus Salom. lib. 5, c. 5, n. 5.

4. *Abiit itaque in Gabaon. Gabaon*, inquit D. Hieron. de Locis hebraicis, *unde Gabaonitæ supplices venerunt ad Jesum, erat olim metropolis civitas, et regalis Hevæorum, cecidítque in sortem tribus Benjamin, ubi Salomon hostiis immolatis divinum meruit oraculum. — Illud quippe erat excelsum maximum.* Alibi enim fuerant, vel erant adhuc excelsa in Cariathiarim, Ramatha, Bethel, Maspha, Galgala, Gabaa, Benjamin, Silo et Hebron. Erat autem maxima hujus excelsi in Gabaon religio, quia ibi adhuc stabat Mosis tabernaculum.

5. *Apparuit autem Dominus Salomoni.* Qua forma Scriptura non expressit. — *Postula quod vis ut dem tibi.* Sciebat quid vellet; sed voluit ea interrogatione attentionem renovari, et affectum ad rem præsentem applicari.

* 6. *Et ait Salomon.* Postulatum Salomonis consentaneum fuit votis ejusdem vigilantis, quibus elegerat sapientiam, et antequam se componeret ad quietem petiverat et meritus fuerat. — *Misericordiam magnam.* Regem Israelis constituendo. — *Sicut ambulavit in conspectu tuo et veritate.* Quasi dicat : Cui misericordiæ ipse correspondit, ut qui ambularit in conspectu tuo, in veritate, et justitia, et recto corde coram te. — *Custodisti ei misericordiam tuam grandem.* Ut ex ea non decideret, ut Saul ejusque familia.

7. *Sum puer parvulus.* Adolescens. — *Egressum et introitum.* Quomodo gerere me debeam, et populum gubernare.

Digitized by Google

8. Et votre serviteur se trouve au milieu de votre peuple que vous avez choisi, d'un peuple infini, qui est innombrable à cause de sa multitude.

9. *Je vous supplie* donc de donner à votre serviteur un cœur docile *aux instructions de votre sagesse divine*, afin qu'il puisse juger votre peuple, et discerner entre le bien et le mal. Car qui pourra *sans cette sagesse* rendre la justice à votre peuple, à ce peuple qui est si nombreux?

10. Le Seigneur agréa donc que Salomon lui eût fait cette demande.

11. Et il dit à Salomon : Parce que vous m'avez fait cette demande, et que vous n'avez point désiré que je vous donnasse, ni un grand nombre d'années, ni de grandes richesses, ni la vie de vos ennemis, mais que vous m'avez demandé la sagesse pour discerner ce qui est juste,

12. J'ai déjà fait ce que vous m'avez demandé, et je vous ai donné un cœur si plein de sagesse et d'intelligence, qu'il n'y a jamais eu d'homme avant vous qui vous ait égalé, et qu'il n'y en aura point après vous *qui vous égale.*

13. Mais je vous ai même donné *de plus* ce que vous ne m'avez point demandé, savoir, les richesses et la gloire; de sorte qu'aucun roi ne vous aura jamais égalé *en ce point* dans tous les siècles passés.

14. Que si vous marchez dans mes voies, et que vous gardiez mes préceptes et mes ordonnances, comme votre père les a gardés, je vous donnerai encore une longue vie.

15. Salomon s'étant éveillé fit réflexion au songe qu'il avait eu; et étant venu à

8. Et servus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari et supputari non potest præ multitudine.

9. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum; quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum (1)?

10. Placuit ergo sermo coram Domino, quod Salomon postulasset hujuscemodi rem.

11. Et dixit Dominus Salomoni : Quia postulasti verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium :

12. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit (2).

13. Sed et hæc, quæ non postulasti, dedi tibi : divitias scilicet, et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus;

14. Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea, et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

15. Igitur evigilavit Salomon, et intellexit quod esset somnium :

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 360.—(2) Ibid., p. 361.

9. *Cor docile.* In hebr. est, *audiens*, id est, obediens Deo.

11. *Animas inimicorum tuorum.* Ultionem et mortem inimicorum.

12. *Ut nullus ante te.* Non tamen videtur dicendus sapientior Adamo orbis terrarum magistro, et perfectionum exemplari, ad quas in hac vita homo evehi potest. Nec obstat quod de summa Salomonis sapientia universim pronuntiatur; sæpe enim universæ propositiones in Scriptura cum aliqua exceptione accipiendæ sunt. Aliqui comparari tantum, putant Salomonis sapientiam cum sapientia regum Israel : quare non Adamum tantum, sed alios etiam nonnullos, Mosem, v. gr., prophetas, aut apostolos sapientiores existimant. Ita Lyranus, Cajet. Vatabl. Emman. Sa.

14. *Longos faciam dies tuos.* Id non est factum, quia peccavit.

15. *Intellexit quod esset somnium.* Divinitus immissum.

Digitized by Google

cumque venisset Jerusalem, stetit coram arca fœderis Domini, et obtulit holocausta, et fecit victimas pacificas, et grande convivium universis famulis suis.

Jérusalem, il se présenta devant l'arche de l'alliance du Seigneur, offrit des holocaustes et des victimes pacifiques, et fit à tous ses serviteurs un grand festin.

§ II. *Jugement de Salomon. Moyen dont il se sert pour découvrir la vraie mère d'un enfant que deux femmes se disputaient. Il fait paraître dans cette occasion la sagesse dont Dieu l'avait rempli.*

16. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo,

16. Alors deux femmes de mauvaise vie vinrent trouver le roi, et se présentèrent devant lui,

17. Quarum una ait : Obsecro, mi domine : ego et mulier hæc habitabamus in domo una, et peperi apud eam in cubiculo.

17. Dont l'une lui dit : Je vous prie, mon seigneur, *faites-moi justice*. Nous demeurions, cette femme et moi, dans une même maison, et je suis accouchée dans la *même* chambre où elle était.

18. Tertia autem die postquam ego peperi, peperit et hæc : et eramus simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus (1).

18. Elle est accouchée aussi trois jours après moi. Nous étions ensemble, et il n'y avait dans cette maison qui que ce soit que nous deux.

19. Mortuus est autem filius mulieris hujus nocte; dormiens quippe oppressit eum.

19. Le fils de cette femme est mort pendant la nuit, parce qu'elle l'a étouffé en dormant.

20. Et consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, et collocavit in sinu suo : suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

20. Et se levant dans le silence d'une nuit profonde, pendant que je dormais, moi qui suis votre servante, elle m'a ôté mon fils que j'avais à mon côté; et l'ayant pris auprès d'elle, elle a mis auprès de moi son fils qui était mort.

21. Cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo, apparuit mortuus : quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non esse meum quem genueram.

21. M'étant levée le matin pour donner à téter à mon fils, il m'a paru qu'il était mort; et le considérant avec plus d'attention au grand jour, j'ai reconnu que ce n'était point le mien que j'avais enfanté.

22. Responditque altera mulier : Non est ita ut dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem

22. L'autre femme lui répondit : Ce que vous dites n'est point vrai : mais c'est votre fils qui est mort, et le mien est vivant. La

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 393.

---

16. *Meretrices.* Chaldæus paraphrastes habet, *mulieres tabernarias.* Sed verius est fuisse meretrices. Vide dicta Josue c. 2, n. 1. Satis etiam apparet esse meretrices, quia nulla maritorum mentio, imo profitetur illarum altera nullum præter eas in domo fuisse, et licet meretrices fere concipere non soleant, tamen hoc de omnibus verum non est, sed tantum de iis quæ passim et multis vulgant corpora.

20. *Intempestæ noctis silentio. Media nocte,* ut habent hebr., chald. et LXX. Nox idonea furtis et maleficiis. — *Tulit filium meum.* Ad quod furtum non prolis amore, sed invidia fuerat excitata, dolens sociam suam eo bono frui quo ipsa se misere privarat.

21. *Filio meo.* Quem meum esse putabam.

Digitized by Google

première au contraire répliquait : Vous mentez : car c'est mon fils qui est vivant, et le vôtre est mort. Et elles disputaient ainsi devant le roi.

23. Alors le roi dit : Celle-ci dit : Mon fils est vivant, et le vôtre est mort. Et l'autre répond : Non, mais c'est votre fils qui est mort, et le mien est vivant.

24. Le roi ajouta : Apportez-moi une épée. Lorsqu'on eut apporté une épée devant le roi,

25. Il dit *à ses gardes* : Coupez en deux cet enfant qui est vivant, et donnez-en la moitié à l'une et la moitié à l'autre.

26. Alors la femme dont le fils était vivant dit au roi (car ses entrailles furent émues *de tendresse* pour son fils) : Seigneur, donnez-lui, je vous supplie, l'enfant vivant, et ne le tuez point. L'autre disait au contraire : Qu'il ne soit ni à moi ni à vous, mais qu'on le divise en deux.

27. Alors le roi prononça *cette sentence :* Donnez à celle-ci l'enfant vivant, et qu'on ne le tue point; car c'est elle qui est sa mère.

28. Tout Israël ayant donc su la manière dont le roi avait jugé cette affaire, ils eurent tous de la crainte et du respect pour lui, voyant que la sagesse de Dieu était en lui pour rendre justice.

vivit. E contrario illa dicebat : Mentiris : filius quippe meus vivit, et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex ait : Hæc dicit, Filius meus vivit, et filius tuus mortuus est. Et ista respondit : Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24. Dixit ergo rex : Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege,

25. Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, et date dimidiam partem uni, et dimidiam partem alteri.

26. Dixit autem mulier, cujus filius erat vivus, ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo) : Obsecro domine, date illi infantem vivum, et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat : Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur.

27. Respondit rex, et ait : Date huic infantem vivum, et non occidatur : hæc est enim mater ejus (1).

28. Audivit itaque omnis Israel judicium quod judicasset rex, et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium (2).

CHAPITRE IV.

§ I. *Noms des principaux officiers de Salomon, leurs fonctions. Etendue de sa domination. Paix dans son royaume. Son peuple innombrable.*

1. Or le roi Salomon régnait sur tout Israël, *n'ayant personne qui lui disputât la couronne ni qui la partageât avec lui.*

2. Et voici quels étaient ses principaux

1. Erat autem rex Salomon regnans super omnem Israel.

2. Et hi principes quos habebat :

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 395.—(2) Ibid., p. 390.

---

28. *Timuerunt regem.* Admirati sunt. Sic timor accipitur Lucæ 7. 16, cum dicitur : *Accepit autem omnes timor, et magnificabant Deum.*

CAP. IV. 1. *Regnans super omnem Israel.* A principio regni, non sicut David, qui tantum post annum septimum.

2. *Hi principes quos habebat.* Viri primarii supremos magistratus in curia

Digitized by Google

Azarias filius Sadoc sacerdotis :

3. Elioreph et Ahia filii Sisa scribæ : Josaphat filius Ahilud a commentariis :

4. Banaias filius Joiadæ super exercitum : Sadoc autem, et Abiathar sacerdotes.

5. Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant regi : Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis :

6. Et Ahisar præpositus domus : et Adoniram filius Abda super tributa.

7. Habebat autem Salomon duodecim præfectos super omnem Israel, qui præbebant annonam regi et domui ejus : per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant.

8. Et hæc nomina eorum : Benhur, in monte Ephraim.

9. Bendecar, in Macces, et in Salebim, et in Bethsames, et in Elon, et in Bethanan.

10. Benhesed in Aruboth : ipsius erat Socho, et omnis terra Epher.

11. Benabinadab, cujus omnis Nephathdor, Tapheth filiam Sa-

officiers : Azarias, fils de Sadoc, prêtre.

3. Elioreph et Ahia, fils de Sisa, étaient secrétaires. Josaphat, fils d'Ahilud, était chancelier.

4. Banaïas, fils de Joïada, était général d'armée. Sadoc et Abiathar étaient *grands* prêtres : *mais Abiathar était relégué dans sa maison, et n'en faisait pas les fonctions.*

5. Azarias, fils de Nathan, avait l'intendance sur ceux qui étaient toujours auprès du roi. Zabud, fils de Nathan, prêtre, était favori du roi.

6. Ahisar était grand maître de sa maison : et Adoniram, fils d'Abda, était surintendant des tributs.

7. Salomon avait établi douze officiers sur tout Israël, qui avaient soin d'entretenir la table du roi et de toute sa maison. Chacun fournissait pendant un mois de l'année tout ce qui était nécessaire *pour cette dépense.*

8. Voici les noms des officiers : Benhur avait l'intendance sur la montagne d'Ephraïm.

9. Bendécar, à Maccès, Salébim, Bethsamès, Elon et Béthanan.

10. Benhésed, à Aruboth : il avait *aussi* Socho et toute la terre d'Epher.

11. Bénabinadab, qui avait l'intendance de tout *le pays de* Néphathdor, eut

---

gerentes. — *Azarias filius Sadoc.* Hic cum reliquis duobus, qui statim nominantur, scriba erat. Quod munus esset scribæ diximus II. Reg. c. 8, n. 17. Salianus hunc locum interpretans, docet scribarum munere contineri scientiam recte legendi et scribendi Scripturas, cum olim litteris tantum consonantibus scriberentur, et per notas et mystica compendia litterarum; tum etiam easdem Scripturas intelligendi et interpretandi.

3. *A commentariis.* Vide dicta II. Reg. 8. 16.

4. *Sadoc autem et Abiathar sacerdotes.* Sadoc solus exercebat pontificalia ministeria; Abiathar vero sacerdos dicitur, quia, etiamsi ejectus esset a pontificatu, nomen tamen et dignitatem retinebat, sicut solent episcopi qui episcopatu cesserunt.

5. *Super eos qui assistebant regi.* Qui regi aderant, ut consiliarii, præses regii consilii. — *Sacerdos.* Vide dicta II. Reg. 8. 18. — *Amicus regis.* Aliqui putant esse nomen muneris alicujus. Alii significari solum existimant Zabud regi carum et amicum fuisse. Italice diceremus, *favorito del re.*

6. *Præpositus domus.* Is nimirum qui regis familiam regis nomine moderatur. LXX *œconomum* vocant. — *Super tributa.* Præfectus tributis exigendis, et in regium ærarium inferendis.

11. *Filiam Salomonis habebat uxorem.* Idem statim dicitur de Achimaas

Digitized by Google

pour femme Taphet, fille de Salomon.

12. Bana, fils d'Ahilud, était gouverneur de Thanac, de Mageddo, de tout *le pays de* Bethsan, qui est proche de Sarthana, au-dessous de Jezraël, depuis Bethsan jusqu'à Abelméhula, vis-à-vis de Jecmaan.

13. Bengaber était intendant de Ramoth Galaad; et il avait les bourgs de Jaïr, fils de Manassé, qui sont en Galaad. Il commandait dans tout le pays d'Argob, qui est en Basan, à soixante villes qui étaient *fort* grandes, et fermées de murailles, et avaient des portes de bronze.

14. Ahinadab, fils d'Addo, était intendant en Manaïm.

15. Achimaas, en Nephthali; et il eut aussi pour femme une fille de Salomon, nommée Basemath.

16. Baana, fils d'Husi, était *intendant dans tout le pays d'*Aser et *de* Baloth.

17. Josaphat, fils de Pharué, en Issachar.

18. Séméi, fils d'Ela, en Benjamin.

19. Gaber, fils d'Uri, en la province de Galaad, dans le pays de Séhon, roi des Amorrhéens, et d'Og, roi de Basan, et sur tout ce qui était en cette terre.

20. Le peuple de Juda et d'Israël était innombrable comme le sable de la mer; et ils vivaient dans l'abondance et dans la joie.

21. Salomon avait sous sa domination tous les royaumes, depuis le fleuve d'*Euphrate* jusqu'au pays des Philistins, et jusqu'à la frontière d'Egypte. Ils lui offraient tous des présents, et lui demeurèrent assujettis tous les jours de sa vie.

lomonis habebat uxorem.

12. Bana filius Ahilud regebat Thanac et Mageddo, et universam Bethsan, quæ est juxta Sarthana subter Jezrael, a Bethsan usque Abelmehula e regione Jecmaan.

13. Bengaber in Ramoth Galaad: habebat Avothjair filii Manasse in Galaad, ipse præerat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta civitatibus magnis atque muratis, quæ habebant seras æreas.

14. Ahinadab filius Addo præerat in Manaim.

15. Achimaas in Nephthali: sed et ipse habebat Basemath filiam Salomonis in conjugio.

16. Baana filius Husi, in Aser, et in Baloth.

17. Josaphat filius Pharue, in Issachar.

18. Semei filius Ela, in Benjamin.

19. Gaber filius Uri, in terra Galaad, in terra Sehon regis Amorrhæi et Og regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra.

20. Juda et Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine: comedentes, et bibentes, atque lætantes.

21. Salomon autem erat in ditione sua, habens omnia regna a flumine terræ Philisthiim usque ad terminum Ægypti: offerentium sibi munera, et servientium ei cunctis diebus vitæ ejus (1).

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 208. — Bible vengée, note IV.

---

n. 15, qui alteram Salomonis filiam duxit; sed hæc anticipata narratione dicuntur a sacro historico: nam hoc tempore Salomon nubiles filias habere non potuit.

* 19. *Super omnia.* Unus procurator regis in terra, quæ fuerat duorum regum.

21. *A flumine.* Sensus est: Salomon incipiendo a flumine Euphrate, et progrediendo versus Ægyptum, habebat omnia regna intermedia terræ, etiam Philisthiim, usque ad terminum Ægypti. Vide S. August. in Josue quæst. 21, tomo 4.

Digitized by Google

§ II. *Vivres nécessaires pour la table de Salomon. Multitude de ses chevaux et de ses chariots. Grandeur de sa sagesse. Nombre de ses paraboles et de ses cantiques.*

22. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos, triginta cori similæ, et sexaginta cori farinæ (1),

23. Decem boves pingues, et viginti boves pascuales, et centum arietes, excepta venatione cervorum, caprearum, atque bubalorum, et avium altilium (2).

24. Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans flumen, a Thaphsa usque ad Gazam, et cunctos reges illarum regionum : et habebat pacem ex omni parte in circuitu.

25. Habitabatque Juda et Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua, et sub ficu sua, a Dan usque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.

26. Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium (3).

22. Les vivres pour la table de Salomon étaient chaque jour trente mesures de fleur de farine, et soixante de farine ordinaire,

23. Dix bœufs gras, vingt bœufs de pâturages, cent moutons, outre la *viande* de venaison, les cerfs, les chevreuils, les bœufs sauvages et toutes sortes de volaille, *qu'on lui apportait des pays voisins.*

24. Car il dominait sur tous les pays qui étaient au deçà du fleuve *de l'Euphrate*, depuis Thaphsa, *qui est sur le bord oriental de ce fleuve* jusqu'à Gaza, *des Philistins, qui est sur la mer Méditerranée*, et tous les rois de ces provinces lui étaient assujettis; et il avait la paix de toutes parts avec tous ses voisins.

25. Dans Juda et Israël *tout homme* demeura sans aucune crainte, chacun sous sa vigne et sous son figuier, depuis Dan jusqu'à Bersabée, pendant tout le règne de Salomon.

26. Et Salomon avait quarante mille chevaux dans ses écuries pour les chariots, et douze mille chevaux de selle.

(1) Bible vengée, note V. — (2) Ibid. — (3) Ibid. note VI. — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 234.

---

22. *Cibus Salomonis.* Domus et familiæ Salomonis.—*Triginta cori similæ.* Cum corus decem ephi, sive triginta sata, quæ et modii dicuntur, contineat, et singula sata singulis hominibus in diem unum sufficiant, sequitur panem, qui quotidie dabatur ad annonam Salomonis, duobus hominum millibus et septingentis suffecisse. Vide Cornelii a Lapide opusculum de Ponderibus et Mensuris ad finem Pentateuchi.

23. *Pascuales.* Non saginati, sed quales e pascuis redeunt. — *Bubalorum.* De bubalis vide dicta Deut. 14. 5.

24. *A Thaphsa usque ad Gazam.* Sunt termini latitudinis regni Salomonis, sicut n. 21 positi sunt termini longitudinis. Itaque Thaphsa posita fuisse videtur ultra flumen Jordanis ad orientem. — * *Cunctos reges.* Erant illi reges in Salomonis fide atque tutela, et ob id certi aliquid pensitabant.

25. *Sub vite.* Etiam ruri libere agebant nullum timentes hostem. — *A Dan usque Bersabee.* Qui, ut sæpe dictum est, extremi sunt termini regni Israelitici : Dan quidem ad septentrionem, Bersabee autem ad austrum.

26. *Quadraginta millia præsepia equorum currilium.* Id est, quadraginta millia equorum; nam II. Paral. 9. 25 expresse dicitur : *Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis.* — *Duodecim millia.* Scilicet præsepiorum equestrium, quod eodem modo explicandum est, ut sint equorum duodecim millia, ut eodem loco Paralipomenon habetur, ubi legimus *equitumque duodecim millia;* totidem ergo equi.

Digitized by Google

27. Ces *douze officiers* du roi dont on a déjà parlé, *avaient la charge* de les nourrir; et ils fournissaient dans le temps, avec un extrême soin, tout ce qui était nécessaire pour la table du roi Salomon.

28. Ils faisaient aussi porter l'orge et la paille pour les chevaux et les autres bêtes au lieu où était le roi, selon l'ordre qu'ils avaient reçu.

29. Dieu donna de plus à Salomon une sagesse et une prudence prodigieuse, et un esprit capable de s'appliquer à autant de choses qu'il y a de grains de sable sur les rivages de la mer.

30. Et la sagesse de Salomon surpassait la sagesse de tous les Orientaux et de tous les Egyptiens.

31. Il était plus sage que tous les hommes, plus sage qu'Ethan Ezrahite, qu'Héman, que Chalcol et que Dorda, enfants de Mahol, *très-célèbres en ce temps-là pour la musique et la poésie :* et sa réputation était répandue dans toutes les nations voisines.

32. Salomon composa aussi trois mille paraboles, et il fit cinq mille cantiques.

33. Il traita aussi de tous les arbres, de-

27. Nutriebantque eos supradicti regis præfecti : sed et necessaria mensæ regis Salomonis, cum ingenti cura præbebant in tempore suo.

28. Hordeum quoque et paleas equorum et jumentorum, deferebant in locum ubi erat rex, juxta constitutum sibi.

29. Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in littore maris (1).

30. Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum (2),

31. Et erat sapientior cunctis hominibus : sapientior Ethan Ezrahita, et Heman, et Chalcol, et Dorda, filiis Mahol : et erat nominatus in universis gentibus per circuitum.

32. Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas : et fuerunt carmina ejus quinque et mille.

33. Et disputavit super lignis,

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 361. — (2) Ibid.

---

29. *Latitudinem cordis.* Capacitatem.—*Quasi arenam.* Capiendi pene infinita.

30. *Sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum.* Quorum sapientia in astrorum cognitione imprimis versabatur. * Orientalium nomine peculiariter designari videntur Arabes, qui philosophiam peculiari studio coluerunt, et Arabia est ad orientem Judææ.

31. *Ethan Ezrahita.* Cum Ethan inter cantores numeretur, I. Paral. 15. 19, videntur etiam alii, qui cum eo hic numerantur, cantores et musici fuisse, ut existimant Abulensis et Pineda. Lyranus etiam eos cantores et levitas fuisse ait. — *Heman.* Heman inter principes cantorum a Scriptura numeratur, I. Paral. 15. 19; 25. 4, quo etiam capite n. 5 dicitur, *videntis regis in sermonibus Dei.* Fuit autem etiam hic Ezrahita, ut patet ex titulo Psalmi 87 et 88. Reliquorum, qui hic numerantur, nusquam alibi meminit Scriptura.

32. *Parabolas.* Parabola est similitudo et comparatio. Erat autem apud hebræos rabbinos frequens docendi modus per similitudines et parabolas, quorum se consuetudini Christus Dominus accommodavit. Parabola autem sermonem obscurum significat, et ænigmaticum. Quare Matth. 13. 10, quærentibus discipulis : *Quare in parabolis loqueris eis?* Respondit Dominus : *Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum.* — *Carmina ejus quinque et mille.* Liber Odarum Salomonis, quem ediderat, inquit Vatablus, complectebatur mille et quinque odas. LXX habent, *quinque millia*; sed in hebræo et chaldæo est ut in Vulgata nostra editione.

33. *Disputavit super lignis.* De seipso idem Salomon dicit, Sapient. 7. 20,

Digitized by Google

a cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete : et disseruit de jumentis, et volucribus, et reptilibus, et piscibus.

34. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, et ab universis regibus terræ, qui audiebant sapientiam ejus.

puis le cèdre qui est sur le Liban jusqu'à l'hysope qui sort de la muraille; et il traita de même des animaux de la terre, des oiseaux, des reptiles et des poissons.

34. Il venait des gens de tous les pays pour entendre la sagesse de Salomon, et tous les rois de la terre envoyaient vers lui pour être instruits par sa sagesse.

CHAPITRE V.

§ I. *Hiram, roi de Tyr, envoie féliciter Salomon sur son avènement à la couronne. Salomon lui demande des bois pour la construction du temple. Hiram lui en donne, et Salomon lui fournit des vivres.*

L'AN DU MONDE 2992. — AVANT J.-C. 1012.

1. Misit quoque Hiram rex Tyri servos suos ad Salomonem : audivit enim quod ipsum unxissent regem pro patre ejus : quia amicus fuerat Hiram David omni tempore (1).

2. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens (2) :

3. Tu scis voluntatem David patris mei, et quia non potuerit ædificare domum nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedum ejus.

4. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus meus mihi per circuitum : et non est Satan, neque occursus malus.

5. Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei,

1. Hiram, roi de Tyr, envoya aussi ses serviteurs vers Salomon, ayant appris qu'il avait été sacré roi en la place de son père; car Hiram avait toujours été ami de David.

2. Salomon de son côté envoya vers Hiram, et lui fit dire :

3. Vous savez quel a été le désir de David, mon père, et qu'il n'a pu bâtir une maison au nom du Seigneur son Dieu, à cause des guerres qu'il avait à soutenir de toutes parts, jusqu'à ce que le Seigneur ait mis *tous* ses ennemis sous ses pieds.

4. Mais maintenant le Seigneur mon Dieu m'a donné la paix de tous côtés : je n'ai plus ni d'ennemis *à combattre,* ni rien qui s'oppose à moi.

5. C'est pourquoi j'ai dessein de bâtir un temple au nom du Seigneur mon Dieu,

(1) Bible vengée, notes VII et VIII. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tom. III, page 357.

---

didicisse se *naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias virgultorum, et virtutes radicum, et quæcumque sunt absconsa et improvisa. — Usque ad hyssopum.* De hyssopo vide dicta Exod. 12. 22.

34. *Ab universis regibus terræ.* Qui legationibus missis quæstiones et ænigmata proponebant, id per alios facientes, quod regina Saba per seipsam fecit, quæ ultro venit, et sapientiam Salomonis suis auribus audivit.

Cap. V. 4. *Non est Satan, neque occursus malus.* Nullum habeo adversarium, neque qui mihi hostiliter occurrat.

5. *Nomini Domini.* In Domini honorem.

Digitized by Google

selon que le Seigneur l'a ordonné à David, mon père, en lui disant : Votre fils, que je ferai asseoir en votre place sur votre trône, sera celui qui bâtira une maison à mon nom.

6. Donnez donc ordre à vos serviteurs qu'ils coupent pour moi des cèdres du Liban; et mes serviteurs seront avec les vôtres, et je donnerai à vos serviteurs telle récompense que vous me demanderez : car vous savez qu'il n'y a personne parmi mon peuple qui sache couper le bois comme les Sidoniens.

7. Hiram ayant entendu ces paroles de Salomon en eut une grande joie, et il dit : Béni soit aujourd'hui le Seigneur qui a donné à David un fils très-sage pour gouverner un si grand peuple.

8. Et il envoya dire à Salomon : J'ai entendu tout ce que vous m'avez fait dire. J'exécuterai tout ce que vous désirez pour les bois de cèdre et de sapin.

9. Mes serviteurs les porteront du Liban sur le bord de la mer, et je les ferai mettre sur mer en radeaux, jusqu'au lieu que vous m'aurez marqué, où je les ferai débarquer; et vous aurez soin de les *faire* prendre. Et pour cela vous me ferez donner tout ce qui me sera nécessaire pour nourrir ma maison; *car vous savez que les Tyriens, tout occupés de leur commerce, s'appliquent peu à l'agriculture, et ne trouvent pas chez eux suffisamment de quoi se nourrir.*

sicut locutus est Domini David patri meo, dicens : Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo.

6. Præcipe igitur ut præcidant mihi servi tui cedros de Libano, et servi mei sint cum servis tuis : mercedem autem servorum tuorum dabo tibi quamcumque petieris : scis enim quomodo non est in populo meo vir qui noverit ligni cædere sicut Sidonii.

7. Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lætatus est valde, et ait : Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum super populum hunc plurimum.

8. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens : Audivi quæcumque mandasti mihi : ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis.

9. Servi mei deponent ea de Libano ad mare : et ego componam ea in ratibus in mari, usque ad locum quem significaveris mihi; et applicabo ea ibi, et tu tolles ea : præbebisque necessaria mihi, ut detur cibus domui meæ.

---

6. *Qui noverit ligna cædere sicut Sidonii.* Non negat Salomon simpliciter se habere in populo suo qui norint ligna cædere, sed ea in re Sidoniis majorem peritiam tribuit.

* 7. *Benedictus Dominus Deus.* Scilicet Israel, ut habetur expresse II. Par. 2. 12. Laudat Deum Israel rex idololatra ex errore gentilium, qui plures deos statuebant.

9. *Componam ea in ratibus.* Arborum truncis inter se colligatis, ut remulco trahi possint, aut etiam a nautis remis agi. — *Usque ad locum, quem significaveris mihi.* Locus destinatus fuit portus Joppe, II. Paral. 2. 16; inde autem ad Jerusalem aliqui novem, alii duodecim (in quibus est Adrichomius) horarum iter constituunt. — *Domui meæ.* Quo alantur ii qui tibi inservient, quod clarius habetur II. Paral. 2. 10, ubi legimus : *Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna servis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, et hordei coros totidem, et vini viginti millia metretas, olei quoque satu viginti millia.* De coro et sato vide dicta capite superiori, n. 22.

Digitized by Google

10. Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, et ligna abiegna, juxta omnem voluntatem ejus.

11. Salomon autem præbebat Hiram, coros tritici viginti millia, in cibum domui ejus, et viginti coros purissimi olei : hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos.

12. Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei : et erat pax inter Hiram et Salomonem, et percusserunt ambo fœdus.

10. Hiram donna donc à Salomon des bois de cèdre et de sapin autant qu'il en désirait.

11. Et Salomon donnait à Hiram, pour l'entretien de sa maison, vingt mille mesures de froment et vingt mesures d'huile très-pure. Ce sont là les provisions que Salomon envoyait chaque année à Hiram.

12. Le Seigneur donna aussi la sagesse à Salomon, selon qu'il le lui avait promis. Il y avait paix entre Hiram et Salomon, et ils firent alliance l'un avec l'autre.

§ II. *Salomon choisit des ouvriers pour la construction du temple. Leur nombre, leur ordre, leurs fonctions.*

13. Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, et erat indictio triginta millia virorum.

14. Mittebatque eos in Libanum, decem millia per menses singulos vicissim, ita ut duobus mensibus essent in domibus suis : et Adoniram erat super hujuscemodi indictione.

15. Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant, et octoginta millia latomorum, in monte,

16. Absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero trium millium et trecentorum, præcipientium populo et his qui faciebant opus.

13. Le roi Salomon choisit aussi des ouvriers dans tout Israël, et il ordonna que l'on prendrait *pour cet ouvrage* trente mille hommes *de toutes les tribus d'Israël.*

14. Il les envoyait au Liban tour à tour, dix mille chaque mois, de sorte qu'ils demeuraient deux mois dans leurs maisons : et Adoniram avait l'intendance sur tous ces gens-là.

15. Salomon avait soixante-dix mille manœuvres qui portaient les fardeaux, et quatre-vingt mille qui taillaient les pierres sur la montagne,

16. Sans ceux qui avaient l'intendance sur chaque ouvrage, qui étaient au nombre de trois mille trois cents, et *trois cents autres plus distingués* qui donnaient les ordres au peuple et à ceux qui travaillaient. *Ces cent cinquante-trois mille six cents hommes étaient pris d'entre les prosélytes et les étrangers.*

---

13. *Et erat indictio triginta millia virorum.* Indictio, id est, ii quibus jussum et indictum ut operarii essent. Hæc autem triginta millia erant ex Israelitis, alia vero erant ex proselytis. Illa triginta millia tantum in Libano laborabant, reliqua etiam alibi; illa quater in anno erant in opere, ista toto anno; illa ligna tantum cædebant, ista portabant, et lapides cædebant. Vide n. 17 inferiori, et II. Paral. cap. 2, n. 2 et 18.

15. *Qui onera portabant.* In his aurigas et nautas intellige, et alios hujus generis.

16. *Numero trium millium et trecentorum.* In II. vero Paral. c. 2, n. 2, ait sacer textus fuisse *tria millia sexcentos* : ratio diversi numeri est quia in Paralipomenis adduntur qui præfectis præerant, ut ex Hebræis aiunt Vatabl., Sa in Paral., Cajet. et Dionys. in III. Reg.

Digitized by Google

17. Et le roi leur commanda *aussi* de prendre de grandes pierres, des pierres d'un grand prix, pour les *murs et même pour les* fondements du temple, et de les préparer *pour cet effet.*

18. Et les maçons de Salomon et ceux d'Hiram eurent soin de les tailler; et ceux de Giblos, *ou de Biblos dans la Phénicie*, apprêtèrent le bois et les pierres pour bâtir la maison du Seigneur, *étant très-habiles dans cet art.*

17. Præcepitque rex, ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos, in fundamentum templi, et quadrarent eos:

18. Quos dolaverunt cæmentarii Salomonis, et cæmentarii Hiram: porro Giblii præparaverunt ligna et lapides ad ædificandam domum.

CHAPITRE VI.

***Temps auquel on commence à bâtir un temple au Seigneur. Description de ce temple et de ses différentes parties* (1).**

L'AN DU MONDE 2992. — AVANT J.-C. 1012.

1. On commença à bâtir une maison au Seigneur quatre cent quatre-vingts ans après la sortie des enfants d'Israël hors de l'Egypte, la quatrième année du règne de Salomon sur Israël, au mois de zio, qui est le second mois *de l'année sacrée.*

2. La maison que le roi Salomon bâtissait à *la gloire du Seigneur* avait soixante coudées de long, *de l'orient à l'occident*, vingt coudées de large *du midi au septentrion*, et trente coudées de haut. *La coudée avait environ vingt pouces.*

3. Il y avait un vestibule devant le temple de vingt coudées de long *du septentrion au midi*, autant que le temple avait de largeur, et il avait dix coudées de large, *de*

1. Factum est ergo quadringentesimo et octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto, mense zio (ipse est mensis secundus), regni Salomonis super Israel, ædificari cœpit domus Domino (2).

2. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, et viginti cubitos in latitudine, et triginta cubitos in altitudine.

3. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitudinis templi: et habebat decem cubitos latitu-

(1) Bible vengée, note VIII.— (2) Ibid., note IX.

---

17. *Pretiosos.* Optimos, qui proinde exigui non essent pretii.

18. *Giblii.* Ex Giblo urbe Phœniciæ.

CAP. VI. 1. *Anno quarto.* Regni Salomonis. — *Mense zio.* Aprili. Chaldæus habet, *splendoris florum.* — *Mensis secundus.* Non regni Salomonis, sed anni cujusque. Est autem mensis secundus habita ratione festorum, sive anni sacri non autem secundus anni profani, qui septembri fere inchoabatur.

2. *Habebat sexaginta cubitos in longitudine.* Sermo est de vacuo templi spatio, seclusis parietibus; nam si geminum undique murum comprehendamus, longitudinem habuit centum cubitorum, latitudinem vero fere sexaginta. — *Triginta.* Quod eodem modo de interiori templi conceptu intelligendum est; nam si crassitiem murorum comprehendas, erat quinquaginta, ut Villalpando placet tom. 2, lib. 5, c. 14.

3. *Porticus.* Pars hæc templi etiam vestibulum dicitur, Symmachus etiam vocat propyleum, quasi dicat: Quod ante portas Sancti et Sancti Sanctorum

Digitized by Google

dinis ante faciem templi (1).

4. Fecitque in templo fenestras obliquas.

5. Et ædificavit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi et oraculi, et fecit latera in circuitu.

6. Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, et medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, et tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in

l'orient à l'occident : et ce vestibule était devant la face du temple, *et avait la même hauteur.*

4. Et il fit au temple des fenêtres obliques, *plus larges en dedans qu'en dehors, et fermées avec des treillis.*

5. *Le fenêtres étaient de quinze coudées au-dessus du rez-de-chaussée, afin qu'elles donnassent du jour au temple par-dessus les bâtiments qui étaient autour :* car il bâtit des *chambres à trois* étages, *appuyées* sur les murailles du temple et de l'oracle. Et il fit *de ces chambres comme* des *bas*-côtés, *qui régnaient tout* autour *de la maison du Seigneur.*

6. L'étage d'en bas *de ces chambres* avait cinq coudées de large; celui du milieu, *gagnant une coudée par la retraite prise en dehors sur l'épaisseur de la muraille du temple,* avait six coudées de large; et le troisième, *gagnant encore une coudée*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 553.

---

positum est. S. Hieronymus hanc porticum ita describi posse putat in Ezech. 8 : *Tectum atrium, quod inter templum et altare erat.*

4. *Fecitque in templo fenestras obliquas.* Pars interior templi, quæ oraculum dicitur, sive Sancta Sanctorum, fenestris omnino caruit, nec lumen aliunde quam ex porta accipere poterat. Vide Villalpand. in c. 41; Ezech. lib. 4, cap. 34; Pined. de reb. Salomon. lib. 5, cap. 5, n. 142; Salian. anno 5 Salomon. num. 42. In reliquo vero templo fenestræ erant, quas Scriptura *obliquas* vocat, quia exterius angustiores erant, interius vero latiores.

5. *Ædificavit super parietem templi tabulata per gyrum.* Nomine tabulatorum cubiculorum ordines tabulatis distinctos intelligit; nam templum gemino pariete cingebatur, et inter parietes spatium erat latitudinis quinque cubitorum, in quo spatio cubicula erant intra utrumque parietem inclusa. Horum cubiculorum usus erat, ut in illis reponeretur templi supellex, vel thesauri, in eaque se reciperent sacerdotes. Ab inferioribus cubiculis ad superiora per cochleam in crassitie murorum fabricatam ascendebatur, de qua vide infra, n. 8.—*In parietibus domus.* Dicitur *in parietibus,* quia ad utrumque parietem tabulatum pertinebat, illisque hinc et inde innitebatur.—*Fecit latera in circuitu.* Utrumque templi parietem, de quo diximus, ad majorem fabricæ firmitatem, per certa intervalla, lateribus, sive costis (sic enim in textu hebraico appellantur, ut etiam a LXX), quas antas, sive anteridas vocant architecti, munivit. Hæc latera, sive costæ latæ erant quatuor cubitos, et uno cubito extra murum eminebant; ita aliqui. Verius tamen videtur hæc latera fuisse parva cubicula inter muros intercepta, de quibus n. præced. Vide dicta Ezech. c. 41, n. 6.

6. *Tabulatum quod subter erat.* Tres erant istarum cellarum ordines, et superior ordo semper inferiore latior uno cubito; idque, quia templi muri post decem cubitos semper reducuntur, et in reductionibus istis (quæ eminentiæ dicuntur Ezech. 41. 6, ab aliis contractiones, sive imminutiones murorum) cellæ superædificatæ sint, ut vult Arias, et Theodoretus, et alii.—*Trabes au-*

Digitized by Google

par une semblable retraite, en avait sept. Il mit, *pour porter les planchers de ces chambres*, des poutres *dont le bout était posé sur ces retraites qui régnaient* autour de la maison *du Seigneur* par le dehors, afin que ces poutres ne fussent point attachées aux murailles du temple, *et qu'on ne fût point obligé d'en entailler les pierres pour y faire entrer ces poutres.*

7. Car lorsque la maison *du Seigneur* se bâtissait, elle fut bâtie des pierres qui étaient *déjà* toutes taillées et achevées *de polir :* en sorte qu'on n'entendit dans la maison ni marteau, ni cognée, ni *le bruit* d'aucun instrument pendant qu'elle se bâtit.

8. *Il y avait une porte à chacun des bas-côtés :* la porte du *bas*-côté *droit* était au côté droit de la maison *du Seigneur, et celle du bas-côté gauche était à gauche; chacune* au milieu *du bas-côté :* et l'on montait par un escalier qui allait en tournant, *du rez-de-chaussée* en la chambre *de l'étage* du milieu, et de celle *de l'étage* du milieu en la *chambre du* troisième *étage.*

9. Il bâtit *ainsi* et acheva la maison *du Seigneur;* et il la revêtit de lambris de cèdre.

10. Et il fit un plancher au-dessus de tout l'édifice, *en forme de voûte*, de cinq coudomo per circuitum forinsecus, ut non hærerent muris templi.

7. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est, et malleus, et securis, et omne ferramentum, non sunt audita in domo cum ædificaretur.

8. Ostium lateris medii in parte erat domus dextræ : et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, et a medio in tertium.

9. Et ædificavit domum, et consummavit eam : texit quoque domum laquearibus cedrinis.

10. Et ædificavit tabulatum super omnem domum quinque cu-

---

tem. Trabes, quæ a muro ad murum pertinebant, quibus superponebantur tabulæ, quæ cubiculorum pavimentum faciebant. — *Forinsecus.* Posuit forinsecus, id est, super reductiones murorum. — *Ut non hærerent muris templi.* Scilicet per foramina, ut fit, sed niterentur ipsa prominentia parietis.

7. *Malleus, et securis.* In monte enim ex quo excidebantur ita concinnabantur et poliebantur lapides ad normam sibi ab architectis datam, nihil ut postea opus fuerit instrumentis in templo ad eos reliquæ fabricæ coaptandos.

8. *Ostium lateris medii.* Sententia est templum præter portas tres, quæ erant in vestibulo, habuisse etiam aliam portam secretiorem in latere medio, sive in anteride media, quæ erat in parte dextera templi, hoc est, in ea parte, quæ meridiem spectabat. Chaldæus, *porta*, inquit, *appendicis inferioris aperta erat in latere domus dextro, etc.* — *In medium cœnaculum.* Ad medium tabulatum et a medio ad tertium, quod summum erat.

9. *Laquearibus cedrinis.* Nam, ut infra dicitur n. 18 : *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.*

10. *Tabulatum super omnem domum.* Tectum fastigiatum, non planum, ut fieri solebant in Palæstina. Ita vero factum ad majorem loci religionem, ne liceret in tecto ambulare et versari, ut fiebat in tectis profanorum ædificiorum; ita hunc locum explicat Villalpandus in cap. 41. Ezech. cap. 23, et Sanchez in hunc locum. Salianus tamen anno Salomonis quinto, n. 81, vult hoc tabulatum fuisse peribolum, qui circa summum tectum erat ad prohibendum

Digitized by Google

bitis altitudinis, et operuit domum lignis cedrinis.

11. Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens :

12. Domus hæc, quam ædificas, si ambulaveris in præceptis meis, et judicia mea feceris, et custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea : firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad David patrem tuum.

13. Et habitabo in medio filiorum Israel, et non derelinquam populum meum Israel.

14. Igitur ædificavit Salomon domum, et consummavit eam.

15. Et ædificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis, a pavimento domus usque ad summitatem parietum, et usque ad laquearia, operuit lignis cedrinis intrinsecus : et texit pavimentum domus tabulis abiegnis.

16. Ædificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, a pavimento usque ad superiora : et fecit interiorem domum oraculi in Sanctum Sanctorum.

17. Porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi.

18. Et cedro omnis domus in-

dées de haut, *à compter depuis la naissance de cette voûte jusqu'au milieu;* et il couvrit cette maison de bois de cèdre, *laissant encore cinq coudées de vide entre ce plafond cintré et la couverture.*

11. Alors le Seigneur parla à Salomon, et lui dit :

12. *J'ai vu avec plaisir* cette maison que vous bâtissez *en mon honneur.* Si vous marchez dans mes préceptes, si vous exécutez mes ordonnances, et que vous gardiez tous mes commandements, sans vous en détourner d'un pas, je vérifierai en votre personne la parole que j'ai dite à David votre père.

13. J'habiterai au milieu des enfants d'Israël, et je n'abandonnerai point mon peuple d'Israël.

14. Salomon bâtit donc la maison *du Seigneur* et l'acheva.

15. Il lambrissa d'ais de cèdre le dedans des murailles du temple, depuis le pavé du temple jusqu'au haut des murailles et jusqu'au plancher d'en haut : il le couvrit par le dedans de lambris de cèdre, et il planchéia *tout* le temple de bois de sapin.

16. Il fit aussi une séparation d'ais de cèdre *qui renfermait un espace de* vingt coudées, *depuis cette séparation jusqu'au* fond du temple; *il éleva cette cloison* depuis le plancher jusqu'au haut : et il fit, *en cet espace,* le lieu intérieur de l'oracle, qui est le Saint des Saints.

17. Le temple, depuis *le vestibule jusqu'à* l'entrée de l'oracle, avait quarante coudées, *et l'oracle en avait vingt.*

18. Et tout le temple était au-dedans

---

casum, et præbendum commodum apricandi, ambulandi, aut orandi locum. Hic peribolus etiam dicebatur pinnaculum templi, Matth. 4. 5. Cum Saliano sentiunt Eucherius, Angelomus, Lyranus, Richardus ab ipso citati, et alii. — *Operuit.* Scilicet suprema tecti superficies, seu planities cedrina erat.

12. *Firmabo sermonem meum.* Effectum dabo, implebo.

15. *Abiegnis.* Ex abiete.

16. *Ædificavitque viginti cubitorum.* Spatium viginti cubitorum ædificavit et ornavit tabulis cedrinis, ut esset oraculum, sive Sancta Sanctorum. — *Posteriorem partem templi.* Nam Sancta Sanctorum erat interior, et extrema pars templi occidentem versus.

17. *Ipsum templum.* Ea pars templi quæ inter vestibulum et Sancta Sanctorum intercipiebatur, eratque ante ostium Sancti Sanctorum.

18. *Et cedro omnis domus.* Hic locus apud Vatablum ita vertitur : *Porro*

Digitized by Google

lambrissé de cèdre; et les jointures du bois étaient faites avec grand art et ornées de sculptures et de mouiures. Tout était revêtu de lambris de cèdre, et il ne paraissait point de pierre dans la muraille.

19. Il fit l'oracle au milieu du temple, en la partie la plus intérieure, pour y mettre l'arche de l'alliance du Seigneur,

20. L'oracle avait vingt coudées de long, vingt coudées de large, et vingt coudées de haut, *depuis le rez-de-chaussée jusqu'à la naissance de la voûte;* et il le couvrit et revêtit d'or très-pur : il couvrit aussi *d'un or très-pur* l'autel de bois de cèdre, *sur lequel l'arche devait être posée.*

21. Il couvrit encore d'un or très-pur la partie du temple qui était devant l'oracle, et il attacha les lames d'or avec des clous d'or.

22. Et il n'y avait rien dans le temple qui ne fût couvert d'or. Il couvrit aussi d'or tout l'autel *des parfums, qui était* devant l'oracle.

23. Il fit dans l'oracle deux chérubins de bois d'olivier qui avaient dix coudées de haut.

24. L'une des ailes du chérubin avait cinq coudées, et l'autre avait aussi cinq coudées : ainsi il y avait dix coudées

trinsecus vestiebatur, habens tornaturas et juncturas suas fabrefactas, et cælaturas eminentes : omnia cedrinis tabulis vestiebantur : nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

19. Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, ut poneret ibi arcam fœderis Domini.

20. Porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, et viginti cubitos latitudinis, et viginti cubitos altitudinis : et operuit illud atque vestivit auro purissimo; sed et altare vestivit cedro.

21. Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, et affixit laminas clavis aureis.

22. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur : sed et totum altare oraculi texit auro.

23. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis olivarum, decem cubitorum altitudinis (1).

24. Quinque cubitorum ala cherub una, et quinque cubitorum ala cherub altera : id est, de-

(1) Bible vengée, note X.

---

asseres isti cedrini, qui erant intus in æde extrudebant nodos prominulos, floresque apertos; omnia ex cedro erant, ut lapis nullus appareret.

19. *In medio domus.* Intra domum, ut statim explicatur.

20. *Altare.* Thymiamatis, quod erat ante Sancta Sanctorum.

21. *Operuit auro purissimo.* Ne quis tamen putaret inaurasse tantum, addit laminas aureas clavis aureis ad cedrinas tabulas fuisse confixas.

22. *Altare oraculi.* Altare thyamiamatis, quod dicitur altare oraculi, quia erat non intra ipsum oraculum, sed ante.

23. *Et fecit in oraculo duos cherubim.* Non se mutuo aspiciebant cherubim, sed facies habebant versas ad domum exteriorem, sive ad orientem, terga ad occidentem, et alas habebant quinque cubitorum singulas extensas versus meridiem et septentrionem, ita ut ala exterior unius tangeret parietem meridianum, altera alterius parietem septentrionalem, interiores vero alæ amborum, sese attingerent, tegentes arcam cum propitiatorio, et tegentes etiam duos cherubim aureos, quos fecerat Moses, et ibi similiter positi erant, ut ait Abulensis q. 18. num. 25. cap. Exod. Hæc ex Ribera de Templo lib. 2, cap. 6. — *Decem cubitorum altitudinis.* Quæ plane gigantea magnitudo est, quæ tamen ad magnificentiam pertinebat, et ad ipsius Dei magnitudinem æstimandam erigebat.

Digitized by Google

cem cubitos habentes, a summitate alæ unius usque ad alæ alterius summitatem.

25. Decem quoque cubitorum erat cherub secundus : in mensura pari, et opus unum erat in duobus cherubim,

26. Id est, altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum, et similiter cherub secundus.

27. Posuitque cherubim in medio templi interioris : extendebant autem alas suas cherubim, et tangebat ala una parietem, et ala cherub secundi tangebat parietem alterum : alæ autem alteræ in media parte templi se invicem contingebant.

28. Texit quoque cherubim auro.

29. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis et torno : et fecit in eis cherubim, et palmas, et picturas varias, quasi prominentes de pariete, et egredientes (1).

30. Sed et pavimentum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus.

31. Et in ingressu oraculi fecit

depuis l'extrémité d'une des ailes jusqu'à l'extrémité de l'autre.

25. Le second chérubin avait aussi dix coudées, avec les mêmes dimensions, et l'ouvrage de tous les deux était le même,

26. C'est-à-dire que le premier chérubin avait dix coudées de haut, et le second avait aussi la même hauteur.

27. Il mit les chérubins au milieu du temple intérieur, *un de chaque côté, à cinq coudées du mur :* et ils avaient leurs ailes étendues, l'une des ailes *du premier chérubin* touchait l'une des murailles, et l'aile du second chérubin, l'autre muraille : et leurs secondes ailes se venaient joindre au milieu du temple, *pour couvrir l'arche et les petits chérubins qui étaient sur le propitiatoire.*

28. Il couvrit aussi d'or les chérubins.

29. Il orna toutes les murailles du temple, tout à l'entour, de moulures et de sculptures, où il fit des chérubins et des palmes en bas-relief, de diverses peintures qui semblaient se détacher de leur fond et sortir de la muraille.

30. Il couvrit aussi d'or le pavé du temple, au dedans et au dehors, *c'est-à-dire dans le sanctuaire et dans le Saint.*

31. Il fit à l'entrée de l'oracle de petites

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 355.

---

24. *A summitate alæ unius.* Quod de duabus interioribus alis intellige, quæ se summitatibus tangebant, ut explicatum est n. 23.

25. *Opus unum.* Idem opus, et eodem modo factum.

29. *Variis cælaturis et torno.* Humili toreumate, quod italice dicimus, *di mezzo, o di basso rilievo;* hoc est enim quod hoc versiculo subditur, *quasi prominentes. — Cherubim, et palmas.* Alternatim positas. Effigies cherubim ex Villalpando et Saliano erat hujusmodi : effigiem habebant humanam totius corporis compositione erecta, non brutorum in morem in terram prona et abjecta. Erant autem facies, sive formæ unicuique quatuor, non autem capita, ut plerique putaverunt; id enim esset monstrum idolo horribilius, et loco sancto indignissimum; sed unusquisque unico tantum capite et vultu erat; sed erat tamen quaternis formis, seu figuris animalium insignitus : facies hominis videbatur in vultu, brachiis, manibus, cruribus et corporis erecti habitu; facies leonis apparebat in cervicibus, armis, et pectore jubaris; facies aquilæ in alis : facies vituli in bifidis pedum ungulis. Apparebat ergo cherub juvenis alatus, leonino exuvio quasi thorace vestitus, et ungulis vituli calceatus. Quaternis porro alis ornabantur, duabus volabant, et duabus tegebant inferiora corporis sui. — *Picturas.* Cælaturas.

30. *Intrinsecus et extrinsecus.* Tam in templo interiori quam exteriori.

Digitized by Google

portes de bois d'olivier, et des poteaux, qui étaient à cinq pans.

32. Il fit *ces* deux portes de bois d'olivier, et il y fit tailler des figures de chérubins, et des palmes, et des basses-tailles avec beaucoup de relief; et il couvrit d'or, tant les chérubins que les palmes, et *tout* le reste, *avec tant d'art que l'or appliqué sur les moulures en prenait toute la forme, et ne diminuait rien de leur délicatesse et de leur beauté.*

33. Il mit à l'entrée du temple des poteaux de bois d'olivier qui étaient taillés à quatre faces;

34. Et *il y mit* deux portes de bois de sapin, l'une d'un côté et l'autre de l'autre: chaque porte était brisée, et elle s'ouvrait ayant ses deux parties unies ensemble.

35. Il fit tailler des chérubins, des palmes, et *d'autres* ornements, avec beaucoup de saillie; et il couvrait de lames d'or le tout bien dressé à la règle et à l'équerre.

36. Il bâtit aussi les parvis intérieurs de

ostiola de lignis olivarum, postesque angulorum quinque.

32. Et duo ostia de lignis olivarum : et sculpsit in eis picturam cherubim, et palmarum species, et anaglypha valde prominentia : et texit ea auro : et operuit tam cherubim quam palmas, et cætera, auro.

33. Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos :

34. Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus : et utrumque ostium duplex erat, et se invicem tenens aperiebatur.

35. Et sculpsit cherubim, et palmas, et cælaturas valde eminentes : operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam.

36. Et ædificavit atrium inte-

---

31. *Postesque angulorum quinque.* Postis est latus ostii, sive arrectarium portæ, unde ostium pendet, quasi post ostium stans. Fortasse dicuntur postes hoc loco *angulorum quinque,* quia superliminare, sive, ut Vitruvius vocat, hyperthyrum non erat planum et jacens, sed acuminatum, et figuram Δ majusculi referens. Favet huic interpretationi, quod ex hebræo verti potest, *superliminare, et postes quinque laterum,* ut est in bibliis Pagnini; nam סַף *sif,* quod est in textu hebraico, superliminare significat, ut etiam ex aliis docet Ribera de Templo l. 2, c. 8; quamvis tam ipse, quam alii interpretes quos vidi, postes angulorum quinque velint fuisse in modum columnæ quinquangulæ.

32. *Anaglypha.* Sunt cælaturæ asperæ, et eminentes e plano, quales sunt flores, et plantarum, et animalium expressæ figuræ.

33. *Postes... quadrangulatos.* Fuerunt ergo in portis majoribus valvæ geminæ, quarum limina, postes et superliminare quadrangularem figuram referebant. Vide dicta n. 31.

34. *Duo ostia.* Magna, quæ totam portæ latitudinem clauderent. — *Altrinsecus.* Hinc et inde. — *Utrumque ostium duplex erat.* Quia utræque duæ fores ostiola parva habebant, ut vastis illis foribus clausis, cum exigeret usus, sacerdotibus egredi et ingredi liceret in templum. — *Utrumque ostium... se invicem tenens aperiebatur.* Vel sensus est ostiola parva se tenuisse cum magnis foribus, cum scilicet tota panderetur porta, ut vult Sanchez; vel, quod malim, fores majores se invicem tenuisse, et clausas mansisse, cum aperirentur ostiola. De foribus istis latius disputat Ribera de Templo l. 1. c. 10.

35. *Opere quadro ad regulam.* Æqualiter undique quadræ, ut sine ullo hiatu copularentur.

36. *Atrium interius.* Atrium sacerdotum, sive leviticum, in quo erat altare holocaustorum; nam duo alia erant atria, quorum alterum Israelitis tantum pervium erat; alterum vero omnibus commune. Horum atriorum schema

Digitized by Google

rius tribus ordinibus lapidum politorum, et uno ordine lignorum cedri.

37. Anno quarto fundata est domus Domini in mense zio :

38. Et in anno undecimo, mense bul (ipse est mensis octavus) perfecta est domus in omni opere suo, et in universis utensilibus suis : ædificavitque eam annis septem.

trois assises de pierres polies, avec une assise de bois de cèdre.

37. Les fondements de la maison du Seigneur furent posés la quatrième année *du règne de Salomon*, au mois de zio:

38. Et la onzième année, au mois de bul, qui est le huitième mois *de l'année sacrée*, elle fut entièrement achevée, et dans toutes ses parties, et dans tout ce qui devait servir au culte de Dieu. Et *ainsi* Salomon fut sept ans à la bâtir.

CHAPITRE VII.

§ I. *Plusieurs palais bâtis par Salomon. Description de ces bâtiments.*

1. Domum autem suam ædificavit Salomon tredecim annis, et ad perfectum usque perduxit (1).

2. Ædificavit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, et quinquaginta cu-

1. Salomon bâtit et acheva *aussi* entièrement son palais en *l'espace* de treize ans.

2. Il bâtit encore *le palais appelé* la maison du bois de Liban, *à cause de la quantité prodigieuse de cèdres qui entraient*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 356.

---

habes apud Villalpandum, tom. 2 in Ezech., et apud Salian. tom. 3 Annal. Salomonis anno 4. — *Tribus ordinibus lapidum politorum.* Tribus tabulatis, sive contignationibus, quibus totidem additæ erant deambulationes suffultæ columnis. Duo primi ordines ex lapide polito, tertius ex cedro, ea fortassis de causa, ut levius esset pondus, ut conjicit Sanchez. Vide Villalpandum, tom. 2 in Ezech. l. 1, cap. 9, fuse de hoc disputantem.

37. *Anno quarto.* Vide dicta hoc cap. num. 1.

38. *Anno undecimo.* Regni Salomonis. Septem ergo annis templi fabrica absoluta est. — *Mense bul.* Quasi dicat : Mense quo decidunt folia, vel quo pluviæ redundant, respondetque octobri nostro et novembri. Chaldæus mensem congregatarum frugum vocat. Ita Serarius. Pagninus in thesauro dici putat a מבול *mabul*, id est, diluvio, sive inundatione pluviarum, quæ illo mense decidunt. Alio nomine mensis hic dicitur *marchesuam.*

Cap. VII. 1. *Domum autem suam.* Unicum erat palatium, cujus partes erant tam quæ a rege, quam quæ a regina habitabantur, et insuper tertia pars saltus Libani, quæ utriusque recreationi serviebat. Erat autem regia hæc in montis Sion orientali colle.

2. *Domum saltus Libani.* Ita appellata est, vel quod ad eam Sionis partem vergeret, quæ nemorosa esset ad instar Libani, ut vult Abulensis; vel quod, ut Libanus cedris, ita ipsa cedrinis columnis frequentibus quodammodo consita esset, ut putat Theodoretus q. 24, vel quod ex ea Libanus prospici posset, ætatisque tempore auras et frigora e monte illo exciperet, ut Arias existimat. Omnes hæ rationes veræ esse possunt, si simul conjungi. — *Centum cubitorum.* Fatetur Salianus Salomonis anno 12, n. 6, se in harum domorum structura delineatione, et mensuris non invenire quod satisfaciat, ideoque eam prætermittit; quod facit etiam Sanchez in hoc caput eadem ex-

Digitized by Google

dans la structure de cet édifice qui avait cent coudées de long, cinquante coudées de large, et trente coudées de haut. Il y avait quatre galeries entre des colonnes de bois de cèdre; car il avait fait tailler des colonnes de bois de cèdre.

3. Et il revêtit de lambris de bois de cèdre tout le plafond qui était soutenu par quarante-cinq colonnes *en trois rangs*. Chaque rang avait quinze colonnes,

4. Qui étaient posées l'une vis-à-vis de l'autre,

5. Et se regardaient l'une l'autre, étant placées en égale distance. Et il y avait sur les colonnes des poutres carrées, toutes d'une même grosseur.

6. Il fit une autre galerie de colonnes, qui avait cinquante coudées de long et trente coudées de large; et encore une autre galerie vis-à-vis de la plus grande, avec des colonnes et des architrav essur les colonnes.

7. Il fit aussi la galerie du trône, où était le tribunal; et il la lambrissa de bois de cèdre, depuis le plancher jusqu'au haut. *Ainsi le parvis était environné de galeries de tous côtés.*

8. Il y avait au milieu de la galerie *du trône* un parquet où était son lit de justice qui était du même ouvrage. Salomon fit aussi pour la fille de Pharaon (qu'il avait épousée) un palais qui était bâti d'une même architecture que cette galerie.

9. Tous ces bâtiments, depuis les fondements jusqu'au haut des murs, et par dehors jusqu'au grand parvis, étaient construits de pierres parfaitement belles, dont les deux parements, tant l'intérieur que l'extérieur, avaient été sciés tout d'une même forme et d'une même mesure.

10. Les fondements étaient aussi de

bitorum latitudinis, et triginta cubitorum altitudinis : et quatuor deambulacra inter columnas cedrinas : ligna quippe cedrina exciderat in columnas.

3. Et tabulatis cedrinis vestivit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Unus autem ordo habebat columnas quindecim

4. Contra se invicem positas,

5. Et e regione se respicientes, æquali spatio inter columnas, et super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia.

6. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, et triginta cubitorum latitudinis : et alteram porticum in facie majoris porticus : et columnas, et epistilia super columnas.

7. Porticum quoque solii, in qua tribunal est, fecit : et texit lignis cedrinis a pavimento usque ad summitatem (1).

8. Et domuncula, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu, simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam uxorem duxerat Salomon) tali opere, quali et hanc porticum.

9. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quamdam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus serrati erant : a fundamento usque ad summitatem parietum, et extrinsecus usque ad atrium majus.

10. Fundamenta autem de lapi-

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 357.

---

cusatione præmissa. Idem faciemus et nos. Videri tamen possunt Villalpand. tom. 2, part. 2, lib. 5, cap. 8 et sequentibus, et Pineda de rebus Salomonis lib. 5, cap. 7.

8. *Domuncula.* Fuit hæc domuncula forma quadrata longa, et lata triginta cubitos, ut ait Josephus l. 8, c. 2.

9. *Lapidibus pretiosis.* Raris et magni pretii, peregrinis, et ex longinquo advectis, porphyreticis, v. g., pariis, et aliis hujusmodi. Ex hisce verbis eorum opinio refellitur, qui totam hanc domum ligneam fuisse existimant.

Digitized by Google

dibus pretiosis, lapidibus magnis decem sive octo cubitorum.

11. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro.

12. Et atrium majus rotundum, trium ordinum de lapidibus sectis, et unius ordinis de dolata cedro : necnon et in atrio domus Domini interiori, et in porticu domus.

pierres parfaitement belles et très-grandes; *les unes* ayant dix coudées, *les autres* huit.

11. Il y avait au-dessus de très-belles pierres taillées d'une même grandeur, couvertes aussi de lambris de cèdre.

12. Le grand parvis était rond, et avait trois rangs de colonnes *tout autour*, et *les murailles étaient composées de trois rangs* de pierres de tailles taillées, et d'un rang de poutres de cèdre polies : ce qui était observé aussi dans le parvis intérieur de la maison du Seigneur, et dans le vestibule du temple.

§ II. ***Divers ouvrages de bronze faits pour le temple par un excellent ouvrier de Tyr nommé Hiram, que Salomon avait fait venir.***

13. Misit quoque rex Salomon, et tulit Hiram de Tyro,

14. Filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, et plenum sapientia, et intelligentia, et doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus ejus.

15. Et finxit duas columnas æreas, decem et octo cubitorum altitudinis columnam unam : et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque.

13. Le roi Salomon fit aussi venir de Tyr Hiram,

14. Qui était fils d'une femme veuve de la tribu de Nephthali, et dont le père était de Tyr. Il travaillait en bronze, et il était rempli de sagesse, d'intelligence, et de science pour faire toutes sortes d'ouvrages de bronze. Hiram étant donc venu trouver le roi Salomon, fit tous les ouvrages qu'il lui ordonna.

15. Il fit deux colonnes de bronze, *pour la porte du vestibule du temple*, dont chacune avait dix-huit coudées de haut; et un réseau de douze coudées entourait chaque colonne, *qui avait elle-même douze coudées de circonférence.*

---

13. *Hiram de Tyro.* Est Hebræorum traditio apud S. Hieronym. Hirami patrem dici Tyrium, quia Hiram magistrum habuit Tyrium; revera autem patrem ejus fuisse Hebræum de tribu Nephthali.

14. *De tribu Nephthali.* Videtur hoc pugnare cum eo quod legimus II. Paral. c. 2, n. 14, ubi Hiram dicitur : *Filius mulieris de filiabus Dan.* Sed dicendum est *Dan* non accipi pro tribu, sed pro civitate hujus nominis, quæ erat in tribu Nephthali apud fontem Jordanis. Vide Adrichom. in tribu Nephthali n. 37.

15. *Decem et octo cubitorum altitudinis.* At II. Paral. 3. 15, legimus ante fores templi duas columnas positas, quæ triginta quinque cubitos haberent altitudinis. Respondendum est id non de singulis, sed de utraque intelligendum esse. Nam, ut placet Villalpando et Saliano, unaquæque columna cum basi sua fuit septemdecim cubitorum cum dimidio, seclusa plintho, quæ absolvit decimum octavum. Secludendi autem plinthum hanc rationem afferunt, quod reliqua columna cum basi sua cava esset, quam propterea congruum fuit super solidam plinthum inniti, proptereaque seorsim fundi. Itaque liber Paralipomenon utriusque columnæ altitudinem dixit triginta quinque cubitorum, seclusa utraque plintho, et capitellis, quæ seorsim fusa erant; hoc vero libro Regum dantur octodecim cubiti singulis columnis, solida illa plintho, quæ est ima pars basis, comprehensa. — *Linea duodecim cubitorum ambie-*

Digitized by Google

16. Il fit aussi deux chapiteaux de bronze, qu'il jeta en fonte, pour mettre sur le haut de chaque colonne : l'un des chapiteaux avait cinq coudées de haut, et l'autre avait aussi la même hauteur de cinq coudées;

17. Et *l'on y voyait* une espèce de rets et de chaînes entrelacées l'une dans l'autre avec un art admirable. Chaque chapiteau de ces colonnes était jeté en fonte; il y avait sept rangs de mailles dans le réseau de l'un des chapiteaux, et autant dans l'autre.

18. Il fit ces colonnes de manière qu'il y avait deux rangs de mailles qui couvraient et entouraient les chapiteaux, ces mailles étant posées au-dessus des grenades *qui ornaient les chapiteaux.* Il fit le second chapiteau comme le premier.

19. Les chapiteaux qui étaient au haut des colonnes *qui furent mises* dans le parvis étaient faits en façon de lis, et avaient quatre coudées *de hauteur.*

16. Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære : quinque cubitorum altitudinis capitellum unum, et quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum :

17. Et quasi in modum retis, et catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat : septena versuum retiacula in capitello uno, et septena retiacula in capitello altero.

18. Et perfecit columnas, et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem, malogranatorum : eodem modo fecit et capitello secundo.

19. Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quatuor cubitorum.

---

bat columnam utramque. Ut scilicet ambitus cujusque esset sex cubitorum, diameter vero duorum. Nota τὸ *utramque* in hebræo esse הַשְּׁנַי *hasceni*, quæ vox verti potest *secundum, ambo, utrumque.* Quo posito, explicari potest locus Jeremiæ, qui textui huic nostro videtur adversari, ait enim propheta c. 52, n. 21, de istis columnis verba faciens : *Funiculus duodecim cubitorum circuibat eam.* Ex quo constare videtur uniuscujusque columnæ seorsim ambitum fuisse duodecim cubitorum. Sed dicendum est τὸ *eam* referri a Jeremia ad vocem שְׁנַי *sceni*, quæ hoc capite septimo habetur, et eodem modo, quo שְׁנַי *sceni*, licere interpretati, ut scilicet utramque significet.

16. *Quinque cubitorum.* Si accipias non solum capitellum, sed totam trabeationem. Est autem trabeatio illud omne ornamentum quod columnis imponitur. Italice dicimus : *architrave, fregio, e cornice.* Cum vero dicit alibi Scriptura capitellum fuisse trium cubitorum, se jungit coronidem, italice dicimus *la cornice;* cum vero dicit fuisse quatuor cubitorum, omittit epistylium, id est, trabem capitellis superimpositam. Italice dicimus *architrave.*

17. *Quasi in modum retis, et catenarum.* Retiacula hæc ponit Villalpandus t. 2, l. 5, c. 5, in coronidis parte inferiori, et latiori, quæ terram versus pendet. — *Septena versuum retiacula.* Id est, unumquodque retiaculum septem, et septem habebat quasi lineas, aut virgas, aut fascias inter se cancellatas, et inter cancellaturas erant malogranata. Vide figuram apud Villalpand. loco citato.

18. *Duos ordines..... retiaculorum.* In quolibet ex quatuor lateribus coronidis erant duo ordines retiaculorum. Itaque in quolibet capitello erant octo ordines. Vide eamdem figuram apud Villalpandum. — *Ut tegerent capitella, quæ erant super summitatem malogranatorum.* Fortasse sensus est, ut tegerent eam partem capitelli, ex qua malogranata pendebant, vel ut ex parte tegerent malogranata cancellaturis inserta.

19. *Quasi opere lilii.* Lilii foliis adhibitis, et in modum operis Corinthii

Digitized by Google

20. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper juxta mensuram columnæ contra retiacula : malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi.

20. Et il y avait encore au haut des *mêmes* colonnes, au-dessus des rets, d'autres chapiteaux *d'une coudée de haut, mais* proportionnés *pour la largeur* à *la grosseur de* la colonne; et autour de ce second chapiteau il y avait deux cents grenades disposées en *deux* rangs.

21. Et statuit duas columnas in porticu templi : cumque statuisset columnam dexteram, vocavit eam nomine Jachin : similiter erexit columnam secundam, et vocavit nomen ejus Booz.

21. Il mit *ces* deux colonnes au vestibule du temple; et ayant posé la colonne droite, il l'appela Jachin, *c'est-à-dire sagesse :* il posa de même la seconde colonne qu'il appela Booz, *c'est-à-dire force : marquant par ces deux noms la beauté et la solidité de cet édifice.*

22. Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit : perfectumque est opus columnarum.

22. Il mit au-dessus des colonnes cet ouvrage fait en forme de lis, *qui en faisait comme le principal chapiteau.* Et l'ouvrage des colonnes fut *ainsi* entièrement achevé.

23. Fecit quoque mare fusile decem cubitorum a labio usque ad labium, rotundum in circuitu : quinque cubitorum altitudo ejus, et resticula triginta cubitorum ambiebat illud per circuitum.

23. Il fit aussi une mer de fonte, *c'est-à-dire une grande cuve,* de dix coudées de *large* d'un bord jusqu'à l'autre, qui était toute ronde : elle avait cinq coudées de haut, et elle était environnée tout à l'entour d'un cordon de trente coudées, *qui était la mesure de sa circonférence.*

24. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis am-

24. Au-dessous de son bord il y avait des moulures *et des figures en relief* qui l'en-

---

conformatis, et compositis. Schema habes apud Villalpand. l. 5, c. 5, t. 2. — *In porticu quatuor cubitorum.* Id est, similia capitellis parastadum vestibuli, quæ capitella alta erant quatuor cubitis. Ita explicat Villalpand. t. 2, l. 5, c. 23. Parastades ab Italis vocantur *pilastri.*

20. *Et rursum alia capitella.* Hæc est coronis, quæ dicitur fuisse juxta mensuram columnæ; eam scilicet mensuram quam columnæ proportio exigit. — *Contra retiacula.* LXX habent, *trans retiaculum.* Vatablus, *ultra reticulum.* — *Malogranatorum autem ducenti ordines.* Sententia esse videtur : malogranata omnia variis ordinibus disposita erant, ducenta in capitello secundo uniuscujusque columnæ. Vocat autem hoc loco capitellum secundum ipsum coronamentum. Ita Villalpandus t. 2, l. 5, c. 22. Coronamentum architecti appellant totam coronidem.

21. *In porticu templi.* In vestibulo templi, de quo supra, c. 6. n. 3. Villalpandus in primo vestigio porticus seu vestibuli ponit ab utroque latere portæ aulæ sanctæ. Utraque columna nomen habuit a fortitudine; nam *Jachin* dicitur quod firmiter fundata esset; nam verbum hebraicum כוּן *cun,* est firmiter stabiliri; *Booz* autem significat in ipso fortitudo.

23. *Fecit quoque.* Hiram scilicet architectus ærarius, de quo supra. — *Decem cubitorum a labio usque ad labium.* Hæc est diameter seu linea per transversum dimetiens. — *Resticula.* Funiculus. — *Triginta cubitorum.* Intelligendum est, *fere,* quia diameter ad circumferentiam se habet ut septem ad viginti duo, non ad viginti unum, sed Scriptura minutias negligit.

24. *Decem cubitis ambiens mare.* Quomodo decem cubitis ambiebat mare,

Digitized by Google

touraient; savoir, dix dans l'espace de chaque coudée; et il y avait deux rangs de ces figures en relief, qui avaient aussi été jetées en fonte.

25. *Cette mer* était posée sur douze bœufs, trois desquels regardaient le septentrion, trois l'occident, trois le midi, et trois l'orient; et la mer était portée par ces bœufs dont tout le derrière était caché sous la mer.

26. Le bassin avait trois pouces d'épaisseur, et son bord était *renversé* comme le bord d'une coupe, et comme la feuille d'un lis qui est épanoui; et il contenait deux mille bats.

(1) Bible vengée, note X.

biens mare : duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles.

25. Et stabat super duodecim boves, e quibus tres respiciebant ad aquilonem, et tres ad occidentem, et tres ad meridiem, et tres ad orientem, et mare super eos desuper erat : quorum posteriora universa intrinsecus latitabant (1).

26. Grossitudo autem luteris, trium unciarum erat : labiumque ejus, quasi labium calicis, et folium repandi lilii : duo millia batos capiebat.

---

quod triginta cubitos in circuitu colligebat? Expositionem suggerit l. II. Par. c. 4, n. 3 : *Decem cubitis*, inquit, *quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus alvum maris circuibant*. Significat, ex quo loco istius vasis ambitus, quod semper angustius erat versus fundum, ad decem cubitos redactus erat, ex eodem cælaturas ornamenti causa adhibitas. — *Striatarum*. Striæ architectis sunt canaliculi illi, sive sulci, quos in columnis aliquibus videmus, quas propterea striatas vocant. Ut autem in striatis columnis tertia pars altitudinis, quæ proxima est basi, strias habet, sed non excavatas, reliquum autem longitudinis veras habet strias; ita hæc ima pars maris, unde tertia pars ambitus ejus incipiebat bipartito divisa, quasi duos ordines striarum habuit, quales Villalpandus expressit.

25. *Super duodecim boves*. Boves hi ænei solidi fuisse videntur, ut tanto ferendo ponderi, maris scilicet ænei et aquarum infusarum, pares esse possent. — *Posteriora*. Boum scilicet, qui frontibus ad mare accedentes respiciebant.

26. *Trium unciarum erat*. Tres unciæ quatuor digitos faciunt; nam uncia est duodecima pedis pars; pes autem habet sexdecim digitos, et tres unciæ sunt quarta pedis pars, id est, quatuor digiti, quæ mensura græce dicitur παλαιστὴ, latine, *palmus;* inde II. Paral. 4. 5, dicitur crassitudo vasis hujus fuisse palmi unius. — *Quasi labium calicis*. Intellige repandum, et modice flexum in exteriorem partem. — *Duo millia batos capiebat*. II. Paral. 4. 5, dicitur, *capiebat tria millia metretas*. In textu hebræo utrobique est eadem vox בת *bat*. Ribera lib. 2. de Templo, c. 16, censet mare æneum trium millium batorum, sive metretarum capax fuisse, sed tantum duo millia infundi solita; atque ita facile conciliantur textus, ut hoc capite de aquarum modo, qui adhiberi solebat, sermo sit; in Paralipomenis vero de aquis, quas explere ad summum usque volenti capere mare illud potuisset. Cui explicationi favet Paralipomenon textus ubi ex hebræo ad verbum habetur, *fortificare facienti capiebat batos tres mille :* quasi dicatur : Si quis impleat vas quantum, quantum est, et usque ad summum. Hæc explicatio est etiam Serarii. Salianus anno 6 Salomonis, n. 69, Villalpandum, et alios, quos citat, secutus, ait duo fuisse genera batorum, alterum majus, quorum duo millia caperet mare, alterum minus, quod, cum proprio careret nomine, græco metretam dixit interpres, aitque fuisse inter utrumque proportionem sesquialteram, ut duo

Digitized by Google

27. Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, et quatuor cubitorum latitudinis, et trium cubitorum altitudinis.

28. Et ipsum opus basium, interrasile erat : et sculpturæ inter juncturas.

29. Et inter coronulas et plectas, leones et boves et cherubim : et in juncturis similiter desuper : et subter leones et boves, quasi lora ex ære dependentia.

30. Et quatuor rotæ per bases singulas, et axes ærei : et per quatuor partes quasi humeruli subter luterem fusiles, contra se invicem respectantes.

31. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate : et

27. Il fit aussi dix socles d'airain, dont chacun avait quatre coudées de long, quatre coudées de large, et trois coudées de haut;

28. Ces socles étaient de plusieurs pièces, les unes limées polies, et les autres gravées; et il y avait des ouvrages de sculpture *aux quatre faces*, entre les jointures *qui étaient dans les angles*.

29. Là, entre des couronnes et des entrelas, il y avait des lions, des bœufs et des chérubins; et au droit des jointures il y avait, tant dessus que dessous, des lions, des bœufs, et comme des courroies d'airain qui pendaient.

30. Chaque socle avait quatre roues d'airain, et des essieux d'airain : aux quatre angles il y avait comme de grandes consoles jetées en fonte, qui soutenaient la cuve, et se regardaient l'une l'autre.

31. Au haut du socle il y avait une cavité dans laquelle entrait la cuve : ce qui en

---

majores, tres minores æquarent. Itaque hoc loco de majoribus batis, in Paralipomenis vero de minoribus esse sermonem.

27. *Fecit decem bases æneas.* Quibus imponerentur luteres, sive conchæ, de quibus infra.

28. *Interrasile.* Illud dicitur interrasile quod per intervalla raditur, et exsculpitur. Opus interrasile vocatur *clausum*, quod in eo sculpturis intermedia spatia claudantur. — *Sculpturæ.* Est idem opus quod appeliavit interrasile. — *Inter juncturas.* Juncturæ sunt extremitates, quibus tabulæ æneæ, ex quibus basis constabat, jungebantur inter se.

29. *Coronulas.* Villalpandus nomine coronulæ peribolum intellexit, et in suo schemate depinxit t. 2, l. 5, c. 39. Ribera vero de Templo l. 2, c. 18, coronulas, sculpturas, et opus interrasile idem esse putat. — *Plectas.* Ribera loco citato putat plectas esse juncturas tabularum. Si coronulæ sunt opus interrasile, dici potest plectas significare ipsas coronulas floribus aut ramusculis implicitas; hoc enim πλεκτὸν est apud Græcos. — *Quasi lora.* Sub bas inter rotas erant quasi lora ex ære dependentia, id est, capita leonis, tauri, hominis, aquilæ in singulis lateribus singula, quales sunt metopæ in zophoris doricis, quibus capitibus utrinque quasi mutuli additi erant, ut a medio capite ad extremum mutulum, sive modiolum sertum cum fructibus foliisque quoddam lorum dependeret. Ita Salianus anno Salomonis 6, n. 72.

30. *Per quatuor partes quasi humeruli.* In plano tabulato basi sub concha sive lutere erant sculpti leones, boves et cherubim, id est, capita singulorum cum alis, quæ quasi humeris concham ipsam sustinerent. Vide apud Villalpandum figuram loco citato.

31. *Os quoque luteris.* Os luteris vocatur id quod in suprema tabula basis factum erat, ut exciperet ipsum luterem imponendum. Apud Villalpandum tamen non video quomodo quod hic dicitur expressum sit. — *In capitis summitate.* In altiori parte basis. Quæ hic breviter dicuntur, plenius explicantur

Digitized by Google

paraissait au dehors était tout rond et d'une coudée, le tout faisant une coudée et demie. Et il y avait diverses gravures dans les angles des colonnes; et ce qui était entre les colonnes n'était pas rond, mais carré.

32. Les quatre roues qui étaient au droit des quatre angles étaient jointes ensemble par *les essieux qui passaient* dessous le socle; et chaque roue avait une coudée et demie de hauteur.

33. Ces roues étaient semblables à celles d'un chariot : leurs essieux, leur rais, leurs jantes et leurs moyeux étaient tous jetés en fonte.

34. Et les quatre consoles, qui étaient aux quatre angles de chaque socle, faisaient une même pièce avec le socle, et étaient de même fonte.

35. Au haut du socle il y avait un rebord d'une demi-coudée de haut, qui était rond, et travaillé d'une telle manière *que le fond de* la cuve s'y pût enchâsser; il était orné de gravures et de sculptures différentes qui étaient d'une même pièce avec le socle.

36. *Hiram* fit encore dans les entre-deux *des jointures*, qui étaient aussi d'airain, et aux angles des chérubins, des lions et des palmes : *ces chérubins* représentant un homme qui est debout, en sorte que *ces figures* paraissaient non point *gravées* mais *des ouvrages* ajoutés tout à l'entour.

37. Il fit ainsi dix socles fondus d'une même manière, de même grandeur et de sculpture pareille.

quod forinsecus apparebat, unius cubiti erat totum rotundum, pariterque habebat unum cubitum et dimidium : in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant : et media intercolumnia, quadrata non rotunda.

32. Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim : una rota habebat altitudinis cubitum et semis.

33. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri : et axes earum, et radii, et canthi, et modioli, omnia fusilia.

34. Nam et humeruli illi quatuor per singulos angulos basis unius, ex ipsa basi fusiles et conjuncti erant.

35. In summitate autem basis erat quædam rotunditas dimidii cubiti, ita fabrefacta, ut luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetipsa.

36. Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erant ex ære, et in angulis, cherubim, et leones, et palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ut non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.

37. In hunc modum fecit decem bases, fusura una, et mensura, sculpturaque consimili.

---

n. 35 sequenti.— *Quod forinsecus apparebat.* Cum luter altitudinis haberet cubitum et dimidium, dimidius cubitus in ea cavitate includebatur et latebat, et cubitus unus eminebat a sinu, et exstabat. — *Pariterque.* Id est, totum simul, et quod videbatur, et quod non videbatur. — *In angulis autem columnarum.* Angulis basium, qui dicuntur anguli columnarum, quia sub angulis ante erant, id est, quadratæ columnæ aliqua sui parte exstantes, ut in sæpius memorato schemate Villalpandus exprimit. *Media intercolumnia, quadrata.* Pars basis quæ intercipiebatur inter columnas dictas quadrata erat.

32. *Cohærebant sibi.* Sibi apte respondebant.

33. *Canthi, et modioli.* Modiolus est pars illa rotæ, ex qua existunt radii. Canthus est modioli extrema pars, ex qua avis eminet.

35. *Ex semetipsa.* Id est, non addititias, sed simul cum ipsa fusas.

36. *Non cælata, sed apposita.* Adeo eminentes erant et exstantes figuræ.

37. *Fusura una.* Eodem artificio, eadem figura, mensura, etc.

Digitized by Google

38. Fecit quoque decem luteres æneos : quadraginta batos capiebat luter unus, eratque quatuor cubitorum : singulos quoque luteres per singulas, id est, decem bases, posuit.

38. Il fit aussi des cuves d'airain, chacune desquelles contenait quarante mesures, et était de quatre coudées *de haut;* et il posa chaque cuve sur chacun des dix socles.

39. Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, et quinque ad sinistram : mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.

39. Il plaça ces dix socles, savoir : cinq au côté droit du temple, et cinq au côté gauche; et il mit la mer *d'airain* au côté droit du temple entre l'orient et le midi.

40. Fecit ergo Hiram lebetes, et scutras, et hamulas, et perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini.

40. Hiram fit aussi des marmites, des chaudrons et des bassins. Il acheva tout l'ouvrage que le roi Salomon voulait faire dans le temple du Seigneur.

41. Columnas duas, et funiculos capitellorum super capitella columnarum duos : et retiacula duo, ut operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum.

41. *Or pour reprendre en peu de mots ce qu'on a dit de ces ouvrages, il fit* deux colonnes et deux cordons sur les chapiteaux, avec deux réseaux, pour couvrir les deux cordons qui étaient aux chapiteaux des colonnes;

42. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis : duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum.

42. Et quatre cents grenades *qui étaient attachées au couronnement des chapiteaux, et descendaient* dans les deux réseaux, savoir : deux rangs de grenades dans chaque réseau dont étaient couverts les *deux* cordons des chapiteaux qui étaient au haut des colonnes;

---

38. *Decem luteres æneos.* Decem labra fusilia, sive decem conchas. Facta sunt hæc vasa ad ministerium sacerdotum, et ablutionem victimarum, unde etiam nomen habent; nam λούω Græcis est *lavo, abluo,* et *luter* vas ad lotionem institutum. — *Eratque quatuor cubitorum.* Scilicet per diametrum.

39. *Ad dexteram partem templi.* Non erant luteres in templo, sed in atrio sacerdotali; ad dexteram tamen atque sinistram partem templi dicuntur constituti, quia dextera illius, vel sinistra latera respiciunt. — *Contra orientem ad meridiem.* In ea parte atrii, quæ orientem spectat, ad australe tabernaculi latus.

40. *Lebetes.* Vasa quibus victimarum carnes coquebantur ut ollæ, chytropodes, etc. — *Scutras.* Genus vasis profundi et circularis, unde scutella diminutivum nomen derivatur. — *Hamulas.* Hamula, sive amula, vas est ad ferendam et fundendam aquam, urceus, aut urceolus.

41. *Funiculos capitellorum.* Funiculos appellat fascias illas de quibus supra diximus, n. 17. Chaldæus vertit, *vasa rotunda coronamentorum.* Dixit *vasa* comparatione malogranatorum quæ continebant. Vide Villalp. 2, l. 5, c. 21.

42. *Malogranata quadringenta in duobus retiaculis.* Hoc est, in retiaculis duorum capitellorum. — *Duos versus malogranatorum in retiaculis singulis.* Quasi dicat : Bina retiacula in singulis coronamentis. Vide Villalpandum, loco citato c. 22. — *Ad operiendos funiculos.* Ut insererentur cancellaturis funiculorum, sive retiaculorum; cum enim aliquantulum malogranata prominerent, retiaculi fascias quadantenus operiebant.

Digitized by Google

43. Dix socles, et dix cuves sur les socles:

44. Une mer, et douze bœufs sous cette mer;

45. Des marmites, des chaudrons et des bassins. Tous les vases que Hiram fit par l'ordre du roi Salomon pour la maison du Seigneur étaient de l'airain le plus pur.

46. Le roi les fit fondre dans une plaine proche du Jourdain, en un champ où il y avait beaucoup d'argile, entre Sochoth et Sarthan.

47. Salomon mit dans le temple tous les vases : et il y en avait une si grande quantité, que le poids de l'airain en était exorbitant.

48. Salomon fit aussi tout ce qui devait servir dans la maison du Seigneur : l'autel d'or, et la table d'or sur laquelle on devait mettre les pains toujours exposés devant le Seigneur.

49. Et les chandeliers d'or, cinq à droite, cinq à gauche, devant l'oracle *qui était* de fin or, au-dessus desquels il y avait des fleurs de lis et des lampes d'or. *Il fit* aussi des pincettes d'or,

50. Des vases à mettre de l'eau, des four-

43. Et bases decem, et luteres decem super bases.

44. Et mare unum, et boves duodecim subter mare.

45. Et lebetes, et scutras, et hamulas; omnia vasa, quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant.

46. In campestri regione Jordanis fudit ea rex in argillosa terra, inter Sochoth et Sarthan.

47. Et posuit Salomon omnia vasa: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris.

48. Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini : altare aureum, et mensam, super quam ponerentur panes propositionis, auream :

49. Et candelabra aurea, quinque ad dexteram, et quinque ad sinistram, contra oraculum, ex auro puro : et quasi lilii flores, et lucernas desuper aureas : et forcipes aureos,

50. Et hydrias, et fuscinulas,

---

45. *De aurichalco.* Genus quoddam æris est aurichalcum colore aurum referens. Italice appellamus *ottone.* * II. Paral. 4. 16, dicitur *de ære mundissimo,* ut est etiam hic in hebræo. Videtur fuisse species æris nobilioris, quale postea fuit æs corinthium.

46. *In argillosa terra.* Argilla enim, quæ maxime, et præ metallis omnibus igni resistit, fusioni aptissima est. — *Inter Sochoth et Sarthan.* Hæc duo loca sita erant in tribu Gad trans Jordanem, ut videre est apud Adrichomium in descriptione tribus Gad, n. 43 et 44. Sarthan, II. Par. 4. 17, *Saredatha dicitur.*

47. *Et posuit Salomon omnia vasa.* Suis scilicet locis, in atrio, vel in templo. In hebræo hic versiculus ita se habet, ut vertit Pagninus : *Et noluit ut ponderarentur Salomon omnia vasa : propter multitudinem nimiam non est exploratum pondus æris.*

48. *In domo Domini.* Ad usum domus Domini. — *Altare aureum.* Altare thymiamatis dicitur fuisse aureum, quia aureis laminis erat obductum; interius enim erat ex cedro.

49. *Candelabra aurea.* In tabernaculo Mosis unum tantum fuit candelabrum; at Salomon ad ejus similitudinem decem efformavit candelabra. De figura candelabri supra dictum est, Exodi 25, a n. 31. — *Quasi lilii flores.* Licet hic liliorum tantum audiatur nomen, existimandum tamen est habuisse calamos et scyphos, et sphærulas, quæ ex candelabri stipite sive hastili, ut olim in mosaico, procederent. Ita facta fuisse candelabra patet ex II. Paralipomen. 4. 7, ubi legimus : *Fecit autem et candelabra aurea decem, secundum speciem, qua jussa erant fieri,* nempe Mosi.

Digitized by Google

et phialas, et mortariola, et thuribula, de auro purissimo : et cardines ostiorum domus interioris Sancti Sanctorum, et ostiorum domus templi, ex auro erant.

51. Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini, et intulit quæ sanctificaverat David pater suus, argentum et aurum, et vasa, reposuitque in thesauris domus Domini (1).

chettes, des coupes, des mortiers et des encensoirs d'un or très-pur. Les gonds des portes de la maison intérieure du Saint des Saints, et des portes de la maison du temple, étaient aussi d'or.

51. Ainsi Salomon acheva tout ce qu'il avait entrepris pour la maison du Seigneur. Et il porta *dans le temple* l'argent, l'or et les vases que David, son père, avait consacrés à Dieu, et les consigna dans les trésors de la maison du Seigneur.

CHAPITRE VIII.

§ I. *Tous les anciens d'Israël s'assemblent auprès de Salomon pour la dédicace du temple. Les prêtres y transportent l'arche de l'alliance, et l'on immole dans cette cérémonie une multitude innombrable de victimes.*

L'AN DU MONDE 3001. — AVANT J.-C. 1003.

1. Tunc congregati sunt omnes majores natu Israel cum principibus tribuum, et duces familiarum filiorum Israel, ad regem Salomonem in Jerusalem : ut deferrent arcam fœderis Domini, de civitate David, id est, de Sion (2).

1. *Le temple ayant été achevé la onzième année du règne de Salomon, la dédicace en fut différée jusqu'à l'année suivante, qui était une année de jubilé, afin que le peuple, jouissant du repos de cette année, fût plus en état d'y assister.* Alors tous les anciens d'Israël, avec les princes des tribus, et tous les chefs des familles des enfants d'Israël, s'assemblèrent, et vinrent trouver le roi Salomon dans Jérusalem, pour transporter l'arche de l'alliance du Seigneur de la ville de David, c'est-à-dire de Sion.

2. Convenitque ad regem Salomonem universus Israel in mense ethanim, in solemni die, ipse est mensis septimus.

2. Tout Israël s'assembla donc auprès du roi Salomon en un jour solennel du mois d'ethanim, qui est le septième mois *de l'année sainte, et le premier de l'année civile, où l'on célébrait la fête des Tabernacles.*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 365. — (2) Ibid.

---

50. *Hydrias, et fuscinulas, et phialas, et mortariola.* Quid hæ voces latinæ significent apertum est; quia tamen non ita constat de hebraicarum vocum significatione, ideo interpretes alii alio abeunt. Τὸ *fuscinulas*, Pagninus et Vatablus verterunt *psalteria; phialas* vero dixerunt *pelves; mortariola* autem *cochlearia.*

51. *Argentum et aurum.* Infectum, quod supererat, nec fuerat in vasa formatum.

CAP. VIII. 1. *Majores natu.* Senatores magni Synedrii.

2. *In mense ethanim.* Qui est anni mensis septimus. — *In solemni die.* Non est intelligendus dies solemnis Tabernaculorum, qui hoc mense celebrabatur, et cadebat in decimum quintum diem mensis, sed dies hujus dedicationis,

Digitized by Google

3. Tous les enfants d'Israël étant venus, les prêtres prirent l'arche du Seigneur,

4. Et la portèrent, avec le tabernacle de l'alliance *qui avait été à Gabaon, et celui qui avait été dressé par David sur le mont de Sion,* et tous les vases du sanctuaire qui étaient dans le tabernacle : et les prêtres et les lévites les portèrent.

5. Le roi Salomon, et tout le peuple qui s'était assemblé auprès de lui, marchaient devant l'arche, et ils immolaient une multitude de brebis et de bœufs sans prix et sans nombre.

6. Les prêtres portèrent l'arche de l'alliance du Seigneur au lieu qui lui était destiné, dans l'oracle du temple, dans le Saint des Saints, sous les ailes des chérubins *que Salomon y avait placés.*

7. Car les chérubins étendaient leurs ailes au-dessus du lieu où était l'arche, et ils couvraient l'arche et les bâtons qui y tenaient.

8. Et ils retirèrent les bâtons en devant, en sorte *qu'ils touchaient le voile,* et qu'on en voyait les extrémités dès l'entrée du sanctuaire devant l'oracle : mais elles ne paraissaient point au dehors, *étant cachées par le voile.* Et ils sont demeurés là jusqu'à ce jour.

3. Veneruntque cuncti senes de Israel, et tulerunt arcam sacerdotes,

4. Et portaverunt arcam Domini, et tabernaculum fœderis, et omnia vasa sanctuarii, quæ erant in tabernaculo : et ferebant ea sacerdotes et levitæ.

5. Rex autem Salomon, et omnis multitudo Israel, quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, et immolabant oves et boves absque æstimatione et numero.

6. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum Sanctorum, subter alas cherubim.

7. Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, et protegebant arcam et vectes ejus desuper.

8. Cumque eminerent vectes, et apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant ultra extrinsecus, qui et fuerunt ibi usque in præsentem diem.

---

qui ab eo tempore factus est solemnis. Ita Salian. anno 11 Salomonis, n. 10, et Vatabl. et Torniellus, quos citat.

4. *Tabernaculum fœderis.* Hoc tabernaculum Abulensis et Villalpandus Josephum secuti, tabernaculum a Mose constructum esse putant; Salianus et Sa de tabernaculo a David facto interpretantur. — *Ferebant ea sacerdotes et levitæ.* Arcam ferebant sacerdotes, et tabernaculum et vasa sanctuarii levitæ.

5. *Immolabant oves et boves.* Suppeditabant sacerdotibus ad immolandum.

7. *Expandebant alas.* De situ cherubinorum, et alis eorum expansis vide supra c. 6, n. 23. — *Et vectes ejus desuper.* Cherubim expandebant alas super arcam et super vectes arcæ.

8. *Cumque eminerent vectes.* II. Paral. 5. 9, hoc ipsum clarius dicitur : *Vectium autem,* inquit, *quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant capita parebant ante oraculum; si vero quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat.* Sententia ergo est vectes eminuisse ex arca, et summitates eorum videri potuisse ab iis qui ad aditum Sancti Sanctorum stabant, utrinque, ut arbitror, ex lateribus veli ante oraculum oppansi; quod si quis paululum recessisset, illos jam videre non poterat. Sunt qui putent ex arca vectes extractos fuisse, non omnino (neque enim extrahi poterant ita ut non essent cum arca conjuncti), sed paululum versus oraculi portam productos, quibus favet textus hebraicus, qui ex versione Pagnini sic se habet, *et elongare fecerunt vectes;* et LXX qui habent, *et eminere faciebant sanctificatâ.*

Digitized by Google

9. **In arca autem non erat aliud, nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, cum egrederentur de terra Ægypti.**

9. Or il n'y avait dans l'arche que les deux tables de pierre que Moïse y avait mises à Horeb, lorsque le Seigneur fit alliance avec les enfants d'Israël aussitôt après leur sortie d'Egypte. *Ce qu'il y avait eu de plus, savoir, l'urne pleine de manne, la verge d'Aaron, et le livre de la loi ayant été mis à côté de l'arche.*

§ II. *Une nuée remplit la maison du Seigneur. Salomon y reconnaît la présence de Dieu, lui offre sa prière, et bénit le peuple.*

10. **Factum est autem, cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula implevit domum Domini,**

10. Après que les prêtres furent sortis du sanctuaire *où ils avaient posé l'arche,* une nuée remplit la maison du Seigneur;

11. **Et non poterant sacerdotes stare et ministrare propter nebulam : impleverat enim gloria Domini domum Domini.**

11. Et les prêtres ne pouvaient plus s'y tenir ni faire les fonctions de leur ministère, à cause de la nuée, parce que la gloire du Seigneur, *qui éclatait dans cette nuée,* avait rempli la maison du Seigneur.

12. **Tunc ait Salomon : Dominus dixit ut habitaret in nebula.**

12. Alors Salomon dit : Le Seigneur a dit qu'il habiterait dans une nuée. *Et en même temps regardant cette nuée comme une marque de sa divine présence, il fit cette prière :*

13. **Ædificans ædificavi domum in habitaculum tuum, firmissimum solium tuum in sempiternum.**

13. *O Dieu!* j'ai bâti *cette* maison, afin qu'elle vous tienne lieu de demeure, et que votre trône y soit établi pour jamais.

14. **Convertitque rex faciem**

14. Et le roi se tournant vers toute l'as-

---

9. *In arca autem non erat aliud.* Idem etiam repetitur II. Par. c. 5, n. 10. Est vero difficultas propter verba D. Pauli, qui ad Hebræos, c. 9, n. 4, ait in arca fuisse etiam urnam auream habentem manna, et virgam Aaron. Cornel. a Lapide, et Salian. To *in arca,* interpretantur *ad arcam, juxta arcam :* sic dicimus habere galerum in capite, et calceos in pedibus, quo modo etiam dicimus Christum passum fuisse in Jerusalem, id est, juxta Jerusalem. Theophylactus in eum locum D. Pauli, et alii existimant antiquioribus sæculis non fuisse virgam Aaron in arca, nec urnam mannæ, sed postea fuisse utramque in arca conclusam, ut quantum fieri posset subducerentur periculo, nec gentilium in templum et locum sacrum irrumpentium ita facile præda fierent.

10. *Nebula implevit domum Domini.* Totam nempe aulam sanctam, et vestibulum, imo et atrium sacerdotum, ut ait Abulensis quæst. 6; illic enim maximum eorum ministerium versabatur circa sacrificia.

11. *Impleverat enim gloria Domini.* Id Salomon agnovit indicium esse divinæ præsentiæ, et signum acceptantis domum sibi destinatam et dedicatam.

12. *Dominus dixit ut habitaret in nebula.* Alludit Salomon ad Levit. 16. 2, ubi Dominus dixit se in nube appariturum super oraculum.

13. *Ædificans ædificavi.* Videtur Salomon constituere quamdam antithesim inter nebulam tenebrosam et domum auro gemmisque radiantem, nebulam levem et volatilem, et domum perpetuo duraturam.

14. *Convertitque rex faciem suam.* Erat rex in loco eminenti, quem vulgatus interpres, II. Paralip. 6. 13, vocat *basim æneam.* Erat ea basis *in medio*

Digitized by Google

semblée d'Israël, lui souhaita les bénédictions du ciel. Car tout Israël était assemblé en ce lieu-là.

15. Et Salomon dit : Béni soit le Seigneur, le Dieu d'Israël qui a parlé de sa bouche à David, mon père, et qui, par sa puissance, a exécuté sa parole, en disant :

16. Depuis le jour que j'ai tiré de l'Egypte mon peuple d'Israël, je n'ai point choisi de ville dans toutes les tribus d'Israël, afin qu'on m'y bâtit une maison, et que mon nom y fût établi; mais j'ai choisi David, afin qu'il fût chef de mon peuple d'Israël.

17. Mon père avait voulu bâtir une maison au nom du Seigneur le Dieu d'Israël;

18. Mais le Seigneur dit à David, mon père : Quand vous avez formé dans votre cœur le dessein de bâtir une maison à mon nom, vous avez bien fait de prendre en vous-même cette résolution.

19. Néanmoins ce ne sera pas vous qui me bâtirez une maison, mais votre fils, qui sortira de vous, sera celui qui bâtira une maison à mon nom.

20. Le Seigneur a vérifié la parole qu'il avait dite. J'ai succédé à David, mon père; j'ai pris possession du trône d'Israël comme le Seigneur l'avait ordonné; et j'ai bâti une maison au Seigneur le Dieu d'Israël.

21. J'ai établi ici le lieu de l'arche où *sont les tables de la loi qui* est l'alliance que le Seigneur fit avec nos pères, lorsqu'ils sortirent du pays d'Egypte.

22. Salomon se mit ensuite devant l'autel du Seigneur, *s'y tint debout* à la vue

suam, et benedixit omni ecclesiæ Israel : omnis enim ecclesia Israel stabat.

15. Et ait Salomon : Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum et in manibus ejus perfecit, dicens:

16. A die qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut ædificaretur domus, et esset nomen meum ibi : sed elegi David ut esset super populum meum Israel.

17. Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel;

18. Et ait Dominus ad David patrem meum : Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benefecisti, hoc ipsum mente tractans.

19. Verumtamen tu non ædificabis mihi domum; sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.

20. Confirmavit Dominus sermonem suum, quem locutus est : stetique pro David patre meo, et sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus; et ædificavi domum nomini Domini Dei Israel.

21. Et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Ægypti.

22. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu eccle-

---

basilicæ, ut ibidem dicitur, hoc est, ut quibusdam placet, in atrio interiori, sive levitico; nam hoc c. 8, n. 22, dicitur Salomon stetisse ante altare Domini. Verius tamen est basim illam, sive suggestum fuisse in atrio Israelitarum in arca orientali; atrium enim illud basilicæ nomine significatur, ut placet Saliano Salomonis anno 11, n. 29. Ex hoc autem loco undique a populo rex videri poterat, et ipse recta ad altare holocaustorum erat obversus. Se ergo rex, ut hic dicitur, convertit, quia prius versus altare aspiciebat.

15. *In manibus ejus.* Potentia sua divina perfecit.

16. *A die qua eduxi populum.* Vide II. Reg. 5. 7 et ibi notata. — *Elegi David.* Intellige de electione quæ ad posteros propagaretur, quod Sauli non contigit.

Digitized by Google

siæ Israel, et expandit manus suas in cœlum,

23. Et ait : Domine Deus Israel, non est similis tui deus in cœlo desuper, et super terram deorsum, qui custodis pactum et misericordiam servis tuis, qui ambulabant coram te in toto corde suo.

24. Qui custodisti servo tuo David patri meo quæ locutus es ei : ore locutus es, et manibus perfecisti, ut hæc dies probat.

25. Nunc igitur Domine Deus Israel, conserva famulo tuo David patri meo quæ locutus es ei, dicens : Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel : ita tamen si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo.

26. Et nunc Domine Deus Israel firmentur verba tua, quæ locutus es servo tuo David patri meo.

27. Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram? si enim cœlum, et cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi?

28. Sed respice ad orationem servi tui, et ad preces ejus, Domine Deus meus : audi hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te hodie :

29. Ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die : super domum, de qua dixisti : Erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus.

30. Ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, et exaudies in loco habitaculi

de toute l'assemblée d'Israël, *puis il se jeta à genoux*, et tenant les mains étendues vers le ciel,

23. Il dit : Seigneur Dieu d'Israël, il n'y a point de dieu qui vous soit semblable, ni au plus haut du ciel, ni sur la terre. C'est vous qui conservez l'alliance et la miséricorde que vous avez faite à vos serviteurs qui marchent devant vous de tout leur cœur.

24. *C'est vous* qui avez gardé *fidèlement* à David, mon père, votre serviteur, tout ce que vous lui avez promis. Vous l'avez prédit de votre bouche, et vos mains l'ont accompli, comme ce jour en est une preuve.

25. Conservez donc maintenant, Seigneur Dieu d'Israël, à David mon père, votre serviteur, ce que vous lui avez promis, en lui disant : Vous ne manquerez point d'héritiers qui soient assis devant moi sur le trône d'Israël, pourvu néanmoins qu'ils veillent sur leurs voies, en sorte qu'ils marchent en ma présence comme vous avez marché devant moi.

26. Accomplissez donc, ô Seigneur Dieu d'Israël, les paroles que vous avez dites à David mon père, votre serviteur.

27. Est-il donc croyable que Dieu habite véritablement sur la terre? Car si les cieux et le ciel des cieux ne vous peuvent comprendre, combien moins cette maison que j'ai bâtie?

28. Mais ayez égard, ô Seigneur mon Dieu, à l'oraison de votre serviteur et à ses prières : écoutez l'hymne et l'oraison que votre serviteur vous offre aujourd'hui,

29. Afin que vos yeux soient ouverts jour et nuit sur cette maison de laquelle vous avez dit : C'est là que sera mon nom, afin que vous exauciez la prière que votre serviteur vous offre en ce lieu;

30. Que vous exauciez, *dis-je*, la prière de votre serviteur, et toutes celles que votre peuple d'Israël vous offrira dans ce même lieu; que vous les exauciez du lieu de

---

27. *Ergone putandum est?* Affectus est admirantis, non vox dubitantis de divina præsentia. — *Habitet super terram.* Quasi dicat : Tam angusto hujus templi loco. — *Cœli cœlorum.* Supremum cœlum.

29. *Oculi tui.* Providentiæ et favoris tui.

Digitized by Google

votre demeure dans le ciel, et que, les ayant exaucées, vous leur fassiez miséricorde.

31. Lorsqu'un homme aura péché contre son prochain, n'ayant pas gardé le serment par lequel il s'était lié, et qu'il viendra dans votre maison et devant votre autel pour prêter serment,

32. Vous écouterez du ciel, et vous ferez justice à l'égard de vos serviteurs : vous condamnerez le coupable, en faisant retomber sa perfidie sur sa tête, et vous justifierez le juste, en lui rendant selon sa justice.

33. Lorsque votre peuple d'Israël fuira devant ses ennemis, parce qu'il péchera *un jour* contre vous, et que, faisant pénitence, et rendant gloire à votre nom, ils viendront vous prier, et qu'ils imploreront votre miséricorde, *se transportant en esprit* dans cette maison,

34. Exaucez-les du ciel et pardonnez le péché de votre peuple, et ramenez-les en la terre que vous avez donnée à leurs pères, *et dont ils ont été enlevés en punition de leurs péchés.*

35. Lorsque le ciel sera fermé et qu'il n'en tombera point de pluie, à cause de leurs péchés, et que, priant en ce lieu, ils feront pénitence pour honorer votre nom, et se convertiront et quitteront leurs péchés, à cause de l'affliction où ils seront,

36. Exaucez-les du ciel, et pardonnez les péchés de vos serviteurs et de votre peuple d'Israël : montrez-leur une voie

tui in cœlo, et cum exaudieris, propitius eris.

31. Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum, quo teneatur astrictus, et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam,

32. Tu exaudies in cœlo : et facies, et judicabis servos tuos, condemnans impium, et reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum, et retribuens ei secundum justitiam suam.

33. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) et agentes pœnitentiam, et confitentes nomini tuo, venerint, et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hac;

34. Exaudi in cœlo, et dimitte peccatum populi tui Israel, et reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum.

35. Si clausum fuerit cœlum, et non pluerit propter peccata eorum, et orantes in loco isto, pœnitentiam egerint nomini tuo, et a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam :

36. Exaudi eos in cœlo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israel : et ostende

---

30. *Et cum exaudieris, propitius eris.* Id est, et exaudies, et parces, ut est in hebræo.

31. *Si peccaverit homo in proximum suum.* In hebræo est : *Cum peccaverit aliquis in proximum suum, et exegerit ab eo juramentum, ut faciat jurare eum, et venerit juramentum ante altare tuum in domum hanc.* In II. vero Par. 6. 22. et 23, clarius adhuc habetur hoc modo : *Si peccaverit quispiam in proximum suum, et jurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista : tu audies de cœlo, et facies judicium servorum tuorum, ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium, ut ulciscaris justum.*

33. *Quia peccaturus est tibi.* Agnoscit Salomon bellicarum cladium causam esse peccata; et olim Dominus in Levitico c. 26, 14 et 17, minatus fuerat : *Quod si non audieritis me, etc., ponam faciem meam contra vos, et corruetis coram hostibus vestris, et subjiciemini his qui oderunt vos : fugietis, nemine persequente, etc.*

34. *Reduces eos in terram.* A captivitatibus, quibus essent abducti.

36. *Ostende eis viam bonam.* Temporale beneficium imbrium, alio majore beneficio spirituali cumulans.

Digitized by Google

eis viam bonam per quam ambulent, et da pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in possessionem.

37. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, et afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas,

38. Cuncta devotatio, et imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel : si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hac,

39. Tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, et repropitiaberis, et facies ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum),

40. Ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris.

41. Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et brachium tuum

42. Extentum, ubique), cum venerit ergo, et oraverit in hoc loco,

43. Tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus invocarit te alienigena : ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel,

droite par laquelle ils marchent; et répandez la pluie sur votre terre que vous avez donnée à votre peuple afin qu'il la possédât.

37. Lorsqu'il viendra sur la terre, ou famine, ou peste, ou corruption de l'air; ou que la nielle, la sauterelle, ou que quelque maligne humeur gâtera les blés, ou que votre peuple sera pressé d'un ennemi qui se trouvera à ses portes et l'assiégera, ou frappé de quelque plaie ou de quelque langueur que ce puisse être :

38. Quand un homme de votre peuple d'Israël, quel qu'il puisse être, vous offrira ses vœux et ses prières, et que, reconnaissant la plaie de son cœur, il étendra ses mains vers vous dans cette maison,

39. Vous l'exaucerez du ciel, ce lieu de votre demeure; vous vous rendrez de nouveau propice, et vous lui ferez miséricorde, selon que vous verrez la disposition de son cœur, rendant à chacun selon toutes ses œuvres et ses désirs (parce qu'il n'y a que vous seul qui connaissiez le fond des cœurs des enfants des hommes),

40. Afin que vos serviteurs vous craignent tant qu'ils vivront sur la face de la terre que vous avez donnée à nos pères.

41. Lorsqu'un étranger, qui ne sera point de votre peuple d'Israël, viendra d'un pays fort éloigné (étant attiré par votre nom, parce que la grandeur de votre nom, la force de votre main et la puissance de vore bras

42. Se feront connaître de tous côtés), lorsqu'un étranger, dis-je, sera venu prier en ce lieu,

43. Vous l'exaucerez du ciel, du firmament où vous demeurez, et vous ferez tout ce que l'étranger vous aura prié de faire, afin que tous les peuples de la terre apprennent à craindre votre nom, comme fait votre peuple d'Israël, et qu'ils éprou-

---

37. *Corruptus aer.* Alii vertunt, *ariditas,* vel *ventus urens.* LXX, *incendium.* — *Ærugo.* Est vitium spicarum. — *Rubigo.* Hebr. et chald. *bruchus.*

38. *Devotatio, et imprecatio.* In hebræo est, *oratio, et deprecatio.* Sensus nostræ Vulgatæ est, ut Deus avertat omnes malas imprecationes, et hostium vota Israelitis mala optantium. — *Plagam cordis sui.* LXX, *tactum cordis sui,* flagella scilicet quibus eos feris, ut hoc tactu eorum corda resipiscant.

42. *In hoc loco.* In atrio alienigenarum conversus huc; erat enim post atrium Israelitarum populi scilicet fidelis, aliud atrium infidelium.

Digitized by Google

vent eux-mêmes que votre nom a été invoqué sur cette maison que j'ai bâtie.

44. Lorsque votre peuple ira à la guerre contre ses ennemis, et que, marchant par le chemin par lequel vous les aurez envoyés, ils vous adresseront leurs prières en regardant vers la ville que vous avez choisie, et vers cette maison que j'ai bâtie *à la gloire de* votre nom,

45. Vous exaucerez du ciel leurs oraisons et leurs prières, et vous leur rendrez justice.

46. Que si votre peuple pèche contre vous (parce qu'il n'y a point d'homme qui ne pèche), et qu'étant en colère contre eux vous les livriez entre les mains de leurs ennemis, et qu'ils soient emmenés captifs, ou près, ou loin, dans une terre ennemie;

47. S'ils font pénitence du fond du cœur dans le lieu de leur captivité, et que, se convertissant à vous étant captifs, ils implorent votre miséricorde, en disant : Nous avons péché, nous avons commis l'iniquité, nous avons fait des actions impies;

48. S'ils reviennent à vous de tout leur cœur et de toute leur âme dans le pays de leurs ennemis, où ils ont été emmenés captifs, et qu'ils vous prient en regardant vers la terre que vous avez donnée à leurs pères, vers la ville que vous avez choisie et le temple que j'ai bâti à votre nom;

49. Vous exaucerez du ciel et de cette demeure stable où est votre trône, leurs oraisons et leurs prières; vous prendrez en main la défense de leur cause;

50. Vous vous rendrez propice à votre peuple qui a péché contre vous, et *vous leur pardonnerez* toutes les iniquités par lesquelles ils ont violé votre loi; et vous inspirerez de la tendresse pour eux à ceux qui les auront emmenés captifs, afin qu'ils aient de la compassion d'eux.

et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam ædificavi.

44. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quocumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, et contra domum, quam ædificavi nomini tuo,

45. Et exaudies in cœlo orationes eorum, et preces eorum, et facies judicium eorum.

46. Quod si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet) et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope,

47. Et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captivitatis, et conversi deprecati te fuerint in captivitate sua, dicentes : Peccavimus, inique egimus, impie gessimus :

48. Et reversi fuerint ad te in universo corde suo, et tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerint : et oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et templi quod ædificavi nomini tuo :

49. Exaudies in cœlo, in firmamento solii tui, orationes eorum, et preces eorum, et facies judicium eorum :

50. Et propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati sunt in te : et dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis.

---

43. *Nomen tuum invocatum est super domum hanc.* Quod scilicet domus hæc in peculiari tua sit tutela, et ex hoc loco orantes audias.

44. *Contra viam civitatis.* Conversi ad civitatem.

45. *Facies judicium eorum.* Pro illis judicabis, sententiam feres, illos ab hostium violentia vindicabis.

49. *In firmamento solii tui.* De loco in quo firmam et stabilem habes sedem. Pagninus vertit : *De loco residentiæ tuæ.*

Digitized by Google

51. Populus enim tuus est, et hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ.

52. Ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui, et populi tui Israel, et exaudias eos in universis pro quibus invocaverint te.

53. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Moysen servum tuum, quando eduxisti patres nostros de Ægypto, Domine Deus.

54. Factum est autem, cum complesset Salomon orans Dominum omnem orationem et deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini : utrumque enim genu in terram fixerat, et manus expanderat in cœlum.

55. Stetit ergo, et benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna, dicens :

56. Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel, juxta omnia quæ locutus est : non cecidit ne unus quidem sermo, ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen servum suum.

57. Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neque projiciens.

58. Sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, et custodiamus mandata ejus, et ceremonias ejus, et judicia quæcumque mandavit patribus nostris.

59. Et sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino

51. Car ils sont votre peuple et votre héritage, et c'est vous qui les avez tirés du pays d'Egypte, du milieu d'une fournaise de fer.

52. Que vos yeux *donc* soient ouverts aux prières de votre serviteur et de votre peuple d'Israël, afin que vous les exauciez dans toutes les demandes qu'ils vous feront.

53. Car c'est vous, ô Seigneur *mon* Dieu, qui les avez séparés de tous les peuples de la terre, pour en faire votre héritage, selon que vous l'avez déclaré par Moïse, votre serviteur, lorsque vous avez tiré nos pères *du pays* d'Egypte.

54. Salomon ayant achevé d'offrir au Seigneur cette oraison et cette prière, se leva de devant l'autel du Seigneur ; car il avait mis les deux genoux en terre, et tenait les mains étendues vers le ciel.

55. Etant donc debout devant *le peuple*, il bénit *une seconde fois* toute l'assemblée d'Israël, en disant à haute voix :

56. Béni soit le Seigneur qui a donné la paix à son peuple d'Israël, selon toutes les promesses qu'il avait faites. Tous les biens qu'il nous avait promis par Moïse, son serviteur, nous sont arrivés, sans qu'il soit tombé une seule de ses paroles *à terre*.

57. Que le Seigneur notre Dieu soit avec nous, comme il a été avec nos pères : qu'il ne nous abandonne et ne nous rejette point ;

58. Mais qu'il incline nos cœurs vers lui, afin que nous marchions dans toutes ses voies, et que nous gardions ses préceptes, ses cérémonies et toutes les ordonnances qu'il a prescrites à nos pères.

59. Que les paroles de cette prière que j'ai faite devant le Seigneur soient présentes jour et nuit au Seigneur notre Dieu,

---

50. *Dabis misericordiam.* Mollies corda eorum qui eos captivos habuerint.

51. *De medio fornacis ferreæ.* Sic etiam appellatur dura servitus Ægypti. Deut. 4. 20. Vide ibi dicta.

56. *Requiem populo suo.* Pacem ab hostibus, et quietam habitationem in terra olim promissa, et postea tradita. — *Cecidit.* Irritum fuit. — *Bonis.* Promissis.

58. *Mandata ejus.* Omnes ejus leges morales, ceremoniales, judiciales.

59. *Appropinquantes.* Grati, seu impetrantes. — *Faciat judicium.* In causis faveat.

Digitized by Google

afin que chaque jour il fasse justice à son serviteur et à son peuple d'Israël ;

60. Afin que tous les peuples de la terre sachent que c'est le Seigneur qui est le *vrai* Dieu, et qu'après lui il n'y en a point d'autres.

61. Que notre cœur aussi soit parfait avec le Seigneur notre Dieu, afin que nous marchions selon ses préceptes, et que nous gardions *toujours* ses ordonnances, comme nous faisons en ce jour.

Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo, et populo suo Israel per singulos dies :

60. Ut sciant omnes populi terræ, quia Dominus ipse est Deus, et non est ultra absque eo (1).

61. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, et custodiamus mandata ejus, sicut et hodie.

§ III. *Nombre des brebis et des bœufs que Salomon et son peuple immolèrent au Seigneur dans cette solennité.*

62. Le roi, et tout Israël avec lui, immolèrent donc des victimes devant le Seigneur.

63. Et Salomon, pour hosties pacifiques, égorgea et immola au Seigneur vingt-deux mille bœufs, et cent vingt mille brebis : et le roi avec les enfants d'Israël dédièrent *ainsi* le temple du Seigneur.

64. En ce jour-là le roi consacra le milieu du parvis qui était devant la maison du Seigneur, en y offrant des holocaustes, des sacrifices et la graisse des hosties pacifiques *sur un autel qu'il y fit faire*, parce que l'autel d'airain, qui était devant le Seigneur, était trop petit, et ne pouvait suffire pour les holocaustes, les sacrifices et

62. Igitur rex, et omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram Domino.

63. Mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit Domino, boum viginti duo millia, et ovium centum viginti millia : et dedicaverunt templum Domini rex et filii Israel (2).

64. In die illa sanctificavit rex medium atrii, quod erat ante domum Domini : fecit quippe holocaustum ibi, et sacrificium, et adipem pacificorum : quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, et capere non poterat holocaustum, et sa-

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 363.—(2) Bible vengée, note IX.

---

60. *Non est ultra absque eo.* Non est alius Deus præter illum.

61. *Sicut et hodie.* Ut nunc servamus.

63. *Mactavitque Salomon hostias.* Hæc sacrificia non eodem die inchoata sunt et perfecta, sed septem dierum spatio, quibus duravit hæc dedicatio. Porro victimarum numerum computanti, et in septem partes pro dierum numero dividenti, constabit singulis diebus sacrificia boum fuisse tria millia centum et quadraginta duo, et sex præterea. Ovium autem septemdecim millia centum et quadraginta duo, et aliquid amplius. — *Hostias pacificas.* Sacrificiorum quædam fuerunt holocausta, quædam hostiæ pacificæ in gratiarum actionem, quarum bona pars sacerdotibus et populo servabatur.

64. *Sanctificavit rex medium atrii.* Tot enim Salomon sacrificia immolavit, ut altaris loco ipsum pavimentum, quod in atrio sacerdotum erat, sumendum et consecrandum fuerit in usum altaris. Salianus existimat mediam tantum partem atrii sanctificatam, ut vicem altaris impleret, hoc est, eam partem quæ erat media inter altare et porticum templi. Sanctificavit autem per pontificem, non per seipsum.

Digitized by Google

crificium, et adipem pacificorum.

65. Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, et omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Ægypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus, et septem diebus, id est, quatuordecim diebus (1).

66. Et in die octava dimisit populos : qui benedicentes regi, profecti sunt in tabernacula sua lætantes, et alacri corde super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus David servo suo, et Israel populo suo.

les graisses des hosties pacifiques, *quoiqu'il eût vingt coudées de long et autant de large.*

65. Salomon fit donc alors une fête très-célèbre; et tout Israël la fit aussi avec lui, y étant venus en foule depuis l'entrée d'Emath jusqu'au fleuve d'Egypte, *et étant demeurés* devant le Seigneur notre Dieu pendant sept jours, *pour la dédicace du temple,* et sept autres jours ensuite, *pour la fête des Tabernacles,* c'est-à-dire pendant quatorze jours.

66. Au huitième jour *de cette dernière fête* il renvoya les peuples qui, bénissant le roi, s'en retournaient en leurs maisons avec une allégresse publique, ayant le cœur plein de joie pour tous les biens que le Seigneur avait faits à David, son serviteur, et à *tout* son peuple d'Israël.

CHAPITRE IX.

§ I. *Le Seigneur apparaît une seconde fois à Salomon. Il l'assure de sa protection pour lui et pour son peuple s'ils lui demeurent fidèles. Mais il le menace d'une ruine entière s'il lui manque de fidélité.*

LA MÊME ANNÉE 3001.

1. Factum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini, et ædificium regis, et omne quod optaverat et voluerat facere,

2. Apparuit ei Dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon.

1. Salomon ayant achevé de bâtir la maison du Seigneur, *acheva aussi dans la suite* le palais du roi et tout ce qu'il avait souhaité et voulu faire ; *ce qui dura près de vingt ans.*

2. *Mais incontinent après la prière qu'il fit au Seigneur à la dédicace du temple,* le Seigneur lui apparut une seconde fois *durant la nuit,* comme il lui avait apparu à Gabaon,

(1) Bible vengée, note XI.

---

65. *Ab introitu Emath.* Emath pars quædam est in monte Libani, quæ ad aquilonem spectat, et nunc dicitur Antiochia Syriæ. — *Ad rivum Ægypti.* Qui dicitur Rhinocolura, qui terram promissionis versus meridiem definit. — *Quatuordecim diebus.* Septem ob dedicationem, et septem ob festum Tabernaculorum.

66. *In die octava.* Post septem dies posteriores profecti sunt, die nimirum sequenti, quæ erat vigesima tertia mensis; nam festum Tabernaculorum decima quinta incipiebat. Vide II. Par. 7. 10.

CAP. IX. 1. *Ædificium regis.* De quo c. 7, statim initio. — *Omne quod optaverat et voluerat facere.* Circa utramque domum, Domini scilicet, et suam; dicitur enim II. Paral. 7. 11 : *Omnia quæ disposuerat in corde suo, ut faceret in domo Domini, et in domo sua.*

2. *Apparuit ei Dominus.* De nocte et in somnis apparuit degenti Hierosolymis,

Digitized by Google

3. Et lui dit: J'ai exaucé votre prière et la supplication que vous m'avez faite. J'ai sanctifié cette maison que vous avez bâtie pour y établir mon nom à jamais; et mes yeux et mon cœur y seront toujours attentifs *aux besoins de ceux qui m'y invoqueront.*

4. Que si vous marchez en ma présence, comme votre père y a marché, dans la simplicité et la droiture de votre cœur; si vous faites ce que je vous ai commandé, et que vous gardiez mes lois et mes ordonnances,

5. J'établirai votre trône et votre règne sur Israël pour jamais, selon que je l'ai promis à David votre père, en lui disant: Vous aurez toujours de votre race des successeurs qui seront assis sur le trône d'Israël.

6. Que si vous vous détournez de moi, vous et vos enfants, si vous cessez de me suivre et de garder mes préceptes et les cérémonies que je vous ai prescrites, et que vous alliez servir et adorer les dieux étrangers,

7. J'exterminerai les Israélites de la terre que je leur ai donnée, je rejetterai loin de moi ce temple que j'ai consacré à mon nom; Israël deviendra la fable et l'ob-

3. Dixitque Dominus ad eum : Exaudivi orationem tuam et deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me : sanctificavi domum hanc, quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus (1).

4. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis, et in æquitate : et feceris omnia, quæ præcepi tibi, et legitima mea et judicia mea servaveris,

5. Ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo, dicens : Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel.

6. Si autem aversione aversi fueritis vos et filii vestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea, et ceremonias meas, quas proposui vobis, sed abieritis et colueritis deos alienos, et adoraveritis eos,

7. Auferam Israel de superficie terræ, quam dedi eis : et templum, quod sanctificavi nomini meo, projiciam a conspectu meo,

(1) **Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 393.**

---

3. *Dixitque Dominus ad eum.* Hæc Domini oratio ad Salomonem est responsio ad postulationem a rege in templi dedicatione tredecim annis ante factam, quibus scilicet tredecim annis domum suam post absolutum et dedicatum templum ædificavit, III. Reg. 7. 1. Videtur tamdiu dilata, ut quo recentior erat tam seria et severa monitio, et luctuosæ depravationi propinquior, hoc etiam potentior esset ad hominem in officio continendum. Alioqui minime necessaria erat hæc responsio, quæ manifesto signo divinæ præsentiæ et miraculo missi divinitus ignis, II. Paralipom. 7. 1, satis aperte facta esset. — *Sanctificavi.* Mihi consecravi templum ante excitatum per visibilem in nube apparitionem, qua illius quasi possessionem accepi, et quidem in sempiternum; quod intelligendum est conditione servata, quæ statim subditur. — * *Cunctis diebus.* Si tamen templum hoc pie colatur.

4. *In simplicitate cordis.* Corde puro, recto et sincero. In hebr. est, *Perfectione;* chaldæus habet, *veritate;* LXX, *sanctitate.* — *Æquitate.* Rectitudine. — *Legitima.* Leges, statuta, ceremonias.

6. *Si autem aversione.* Hæc comminatio totidem pene verbis olim a Mose prænuntiata fuerat, Deut. 29. 18, et cum minæ fere jam in rem versæ essent, iterata fuit a Jeremia propheta cap. 22. 8.

Digitized by Google

eritqu eIsrael in proverbium, et in fabulam cunctis populis (1).

8. Et domus hæc erit in exemplum : omnis qui transierit per eam, stupebit, et sibilabit, et dicet : Quare fecit Dominus sic terræ huic, et domui huic?

9. Et respondebunt : Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Ægypti, et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt eos : idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

jet des railleries de tous les peuples;

8. Et cette maison *réduite en cendre* sera *considérée* comme un exemple *de ma justice ;* et quiconque passera devant sera frappé d'étonnement, et lui insultera, en disant : D'où vient que le Seigneur a traité ainsi cette terre et cette maison?

9. Et on lui répondra : Le Seigneur a frappé ces peuples de tous ces maux, parce qu'ils ont abandonné le Seigneur leur Dieu qui avait tiré leurs pères de l'Egypte, et qu'ils ont suivi des dieux étrangers, et les ont adorés et servis.

§ II. *Salomon donne vingt villes au roi de Tyr pour le récompenser de tout ce qu'il lui avait fourni pour le bâtiment du temple et de son palais. Il bâtit et fortifie plusieurs villes.*

10. Expletis autem annis viginti postquam ædificaverat Salomon duas domos, id est, domum Domini, et domum regis,

11. (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina et abiegna, et aurum juxta omne quod opus habuerat) tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ.

12. Et egressus est Hiram de Tyro, ut videret oppida quæ dederat ei Salomon, et non placuerunt ei,

13. Et ait : Hæccine sunt civi-

10. Vingt ans s'étant passés, pendant lesquels Salomon bâtit les deux maisons, c'est-à-dire la maison du Seigneur et la maison du roi,

11. (Hiram, roi de Tyr, lui envoyant tous les bois de cèdre et de sapin, et l'or, selon le besoin qu'il en avait), Salomon donna à Hiram vingt villes dans le pays de Galilée.

12. Hiram, roi de Tyr, vint pour voir ces villes que Salomon lui avait données : mais elles ne lui plurent pas,

13. Et il dit : Sont-ce là, mon frère, les

(1) Bible vengée, note XVII.

---

7. *In proverbium.* Ut quasi proverbiali formula dicatur, Judæorum mala, Judæorum infortunia. — *Fabulam.* Ut omnes de tuis malis loquantur, et tuæ ærumnæ in omnium ore versentur.

8. *Domus hæc erit in exemplum.* Divinæ vindictæ.

11. *Dedit Salomon Hiram viginti oppida.* Ad aliquot annorum usumfructum, ut vult Abulens. quæst. 8, ut inde tributa colligeret, donec pro lignis cedrinis et abiegnis, et centum viginti talentis auri, etc., illi esset satisfactum. — *In terra Galilææ.* Galilææ gentium, sive superioris, quæ Tyriis, Sidoniis et universæ Phœniciæ vicina erat. Inferior vero Galilæa propinqua erat mari Genesareth, quod etiam ab ea mare Galilææ dicebatur. Galilæa gentium, sive superior, occidentalior erat; inferior autem, orientalior.

12. *Non placuerunt ei.* Propterea quod ex oppidis non opulentis, neque fertili solo, sed palustri et uliginoso (ut quidam interpretantur terram Chabul), vel arenoso et infertili, ut alii; aut denique vili et contemptibili speratam utilitatem intra annos pactos se colligere posse non crederet.

Digitized by Google

villes que vous m'avez données, *comme une juste récompense des grands services que moi et mes gens vous ont rendus ? Et pour marquer le peu de cas qu'il en faisait,* il appela cette contrée la terre de Chabul, *c'est-à-dire la terre de sable,* comme elle s'appelle encore aujourd'hui, *montrant par là qu'elle était fort inférieure aux dons qu'il avait faits à Salomon.*

tates, quas dedisti mihi, frater? Et appellavit eas Terram Chabul, usque in diem hanc.

14. *En effet* Hiram, *outre les matériaux et les ouvriers qu'il avait fournis,* avait encore envoyé au roi Salomon six vingts talents d'or, *qui ne suffirent pas néanmoins pour achever les bâtiments qu'il avait entrepris.*

14. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri

15. Et la raison qu'eut le roi Salomon *de mettre un nouveau tribut sur son peuple,* fut la grande dépense qu'il fut obligé de faire pour bâtir la maison du Seigneur et sa maison, pour bâtir *les maisons du lieu appelé* Mello, les murailles de Jérusalem, Héser, Mageddo et Gazer.

15. Hæc est summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini et domum suam, et Mello, et murum Jerusalem, et Heser, et Mageddo, et Gazer.

16. Pharaon, roi d'Egypte, était venu prendre Gazer et l'avait brûlée, et il avait défait les Chananéens qui habitaient dans la ville, et il l'avait donnée pour dot à sa fille que Salomon avait épousée.

16. Pharao rex Ægypti ascendit, et cepit Gazer, succenditque eam igni : et Chananæum, qui habitabat in civitate, interfecit, et dedit eam in dotem filiæ suæ uxori Salomonis.

---

13. *Terram Chabul.* Id est, idiomate Phœnicum, ut ait Josephus, *non placens :* alii tamen aliter interpretantur, ut dixi.

14. *Misit quoque Hiram.* Miserat, multo scilicet ante : ita Vatablus, Em. Sa et Salianus. — *Centum viginti talenta auri.* Vide notata c. sequenti, n. 10.

15. *Hæc est summa.* Non pecuniarum, sed operum et ædificiorum, ut sensus sit : Hæc est enumeratio, hic catalogus operum in quibus rex multum pecuniarum expendit; moxque recensentur templum, domus regia, etc. Quod vero dicitur *obtulit,* sive ut in hebræo est, *ascendere fecit,* idem videtur esse quod *attulit,* vel *erogavit.* Ita hunc locum explicat Sanchez. Vatablus vertit : *Et hæc est ratio tributi, propter quam exegit rex Salomon ad ædificandum domum Domini, etc.* Itaque exprimitur causa cur populo tributum imposuerit Salomon. — *Mello.* Mello vallis erat sive vorago inter montem Sion, in quo erat arx David, et montem Moria, in quo exstructum est templum : ut ergo commode a regia ad templum transiri posset, magno labore et expensis Salomon hos duos montes ponte junxit; quod ut fieret, magnæ excitandæ fuerunt substructiones et pilæ. Ita Salian. Salomonis anno 12, n. 2 et 4. Alias expositiones ædificationis Mello vide apud Pinedam libro 5, cap. 11. — *Heser.* Hebraice, *Hasor,* fuit in tribu Nephthali, et illius mentio fit non semel in libro Josue et libro Judicum. — *Mageddo.* Urbem sitam in tribu Manasse, cis Jordanem, Philisthæis conterminam. — *Gazer.* Urbem in tribu Ephraim, eademque fuit levitica, et urbs refugii a Josue constituta.

16. *Cepit Gazer.* Quam non possidebat Salomon, sed Chananæi et Philisthæi occupabant, ut patet ex hoc loco et ex 1. Par. 20. 4.

Digitized by Google

17. Ædificavit ergo Salomon Gazer, et Bethoron inferiorem (1),

18. Et Baalath, et Palmyram in terra solitudinis.

19. Et omnes vicos, qui ad se pertinebant, et erant absque muro, munivit, et civitates curruum et civitates equitum, et quodcumque ei placuit ut ædificaret in Jerusalem, et in Libano, et in omni terra potestatis suæ (2).

17. Salomon rebatit donc Gazer et la basse Bethoron,

18. Balaath et Palmyre, dans le pays du désert *de la Syrie*.

19. Il fortifia aussi tous les bourgs qui étaient à lui, et qui n'avaient point de murailles, les villes *où étaient les magasins* des *vivres et les* chariots de *guerre*, et les villages *qui étaient destinés à la demeure* des gens de cheval; *et il acheva* tout ce qu'il lui plut de bâtir dans Jérusalem, sur le Liban, et dans toute l'étendue de son royaume.

§ III. *Salomon s'assujettit plusieurs peuples et les rend tributaires. Il offre trois fois l'année des victimes au Seigneur. Il envoie une flotte au pays d'Ophir d'où elle apporte une grande quantité d'or.*

20. Universum populum, qui remanserat de Amorrhæis, et Hethæis, et Pherezæis, et Hevæis, et Jebusæis, qui non sunt de filiis Israel :

21. Horum filios, qui remanserant in terra, quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare : fecit Salomon tributarios, usque in diem hanc.

20. Quant à tout ce qui était demeuré de peuple des Amorrhéens, des Héthéens, des Phéréséens, des Hévéens et des Jébuséens, qui n'étaient point des enfants d'Israël,

21. Salomon rendit tributaires leurs enfants qui étaient demeurés dans le pays, que les enfants d'Israël n'avaient pu exterminer ; et ils sont demeurés tributaires jusqu'aujourd'hui, *chargés des corvées et des ouvrages les plus pénibles.*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 372. (2) Ibid.

---

17. *Bethoron inferiorem.* Cui additur II. Par. 8. 5, Bethoron superior. Bethoron inferior erat in tribu Benjamin, ut constat ex Josue 18. 13 et 14. Bethoron superior in tribu Ephraim, ut patet ex Josue 16. 5.

18. *Baalath.* Hæc urbs ab Adrichomio ponitur in tribu Dan. — *Palmyram.* Josephus, lib. 8. cap. 2, ponit eam in deserto quod est super Syriam, et ait bidui itinere a superiori Syria distare, ab Euphrate vero unius diei. Addit eam urbem ibi exstructam, quod mediterranea per desertum petentibus, ibi demum fontes ac putei reperirentur. De hac eadem Palmyra vide Plin. lib. 5, c. 25.

19. *Civitates curruum et civitates equitum.* Quænam essent urbes quadrigarum et equitum ex proprio nomine aut loco non constat, sed ex officio; destinatæ enim erant nutriendis Salomonis equis, tam qui curribus quam qui equitibus serviebant; nam, ut dicitur II. Par. 9. 25 : *Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis et curruum, equitumque duodecim millia, constituitque eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat rex in Jerusalem.* — *In Jerusalem, et in Libano.* D. Hier. ex Hebræorum traditione *Libanum* templum interpretatur, quod in eo multa essent ligna Libani. Hanc explicationem sequitur Glossa, Hugo et Pineda. Alii, ut Vatablus et Sa, de domo saltus Libani agi putant, non de monte Libano. Salian., anno Salomonis 25, n. 6, cum Abulensi interpretatur de fabrica aliqua in terra Emath ad radices Libani, quod colligi videtur ex II. Par. 8. 3, ubi dicitur : *Abiit quoque in Emath Suba, et obtinuit eam, et ædificavit Palmyram in deserto.*

Digitized by Google

22. *Car* il ne voulut point qu'aucun des enfants d'Israël servît d'esclave; mais il en fit ses hommes de guerre, ses ministres, ses principaux officiers et les chefs de ses armées, et ils commandaient les chariots et la cavalerie.

23. Il y avait cinq cent cinquante hommes établis sur tous les ouvrages de Salomon, à qui le peuple était soumis, et qui avaient l'intendance de tous les ouvrages qu'il avait entrepris.

24. Après cela la fille de Pharaon vint de la ville de David dans sa maison que Salomon lui avait bâtie. Et ce fut alors que le roi bâtit *des maisons au lieu appelé* Mello, *c'est-à-dire rempli, parce qu'il avait comblé une vallée qui y était auparavant.*

25. Salomon offrait aussi trois fois l'année, *dans les trois fêtes solennelles*, des holocaustes et des victimes pacifiques sur l'autel qu'il avait élevé au Seigneur, et il brûlait du parfum devant le Seigneur, après que le temple eut été achevé.

22. De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces, et præfecti curruum et equorum.

23. Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subjectum populum, et statutis operibus imperabant.

24. Filia autem Pharaonis ascendit de civitate David in domum suam, quam ædificaverat ei Salomon : tunc ædificavit Mello.

25. Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, et pacificas victimas, super altare quod ædificaverat Domino, et adolebat thymiama coram Domino : perfectumque est templum.

---

* 22. *Servire quemquam.* Vilibus ministeriis addici.

23. *Præpositi quingenti quinquaginta.* Multo plures habuit Salomon, cum ædificatio templi ferveret, ut supra vidimus c. 5, n. 16.

24. *Ascendit de civitate David.* Causam propter quam Salomon Pharaonis filiæ proprias ædes attribuit, putat Salian. anno Salomonis 23, n. 5, fuisse religionem, quia magis decens erat, licet non omnino necessarium, ut mulier, quæ gentilibus parentibus orta erat, licet proselyta, et regis esset filia, seorsim ageret. Plurimum enim Hebræi alienigenas, qui ad populum fidelem non pertinerent, aversabantur. — * *Ædificavit Mello.* Erat hæc publica Hierosolymis area, et pars profundior vallis monti Sion subjectæ, quæ, quod frequenti hominum multitudine incoleretur, dicta fuit Mello, quæ vox multitudinem significat. Hanc aream Salomon, ut uxoris suæ filiæ Pharaonis commodo deliciisque serviret, publico ereptam, et ædificiis variis constructam, vicino uxoris palatio adjecit, quæ populo, et in primis Jeroboamo, murmuris primum, dein et rebellionis occasio fuit, infra, c. 11. 27. Alii aliter explicant. Vide sup. l. 2, c. 5, n. 9.

25. *Offerebat quoque Salomon.* Videtur significari Salomonem sacrificiorum aliquot fundationem, ut appellant, instituisse sumptibus suis, quod clarius apparet ex II. Paral. 8. 12, ubi legimus : *Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini quod exstruxerat ante porticum,* id est, pretium holocaustorum sive victimarum; nam sequitur n. 13 : *Ut per singulos dies offerretur in eo juxta præceptum Moysi in sabbatis, et in calendis, et in festis diebus ter per annum, id est, in solemnitate Azymorum, in solemnitate Hebdomadarum, et in solemnitate Tabernaculorum.* Dedit ergo Salomon sumptus ordinarios in sacrificia Paschæ, Pentecostes et Scenopegiæ, et præterea in singulos dies sabbati et calendarum. — *Adolebat thymiama.* Suis expensis per sacerdotes.

Digitized by Google

26. Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est juxta Ailath in littore maris Rubri, in terra Idumææ (3).

27. Misitque Hiram in classe illa servos suos viros nauticos et gnaros maris, cum servis Salomonis.

28. Qui cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem (2).

26. Le roi Salomon équipa aussi une flotte à Asiongaber, qui est près d'Elath, sur le rivage de la mer Rouge, au pays d'Idumée.

27. Et Hiram envoya avec cette flotte quelques-uns de ces gens, bons hommes de mer, et qui entendaient fort bien la navigation, qui se joignirent aux gens de Salomon, *qui y étaient moins habiles.*

28. Et étant allés en Ophir, ils y prirent quatre cent vingt talents d'or, *faisant près de trente millions de livres*, qu'ils apportèrent au roi Salomon.

CHAPITRE X.

§ I. *La reine de Saba, touchée de la réputation de Salomon, le vient trouver. Elle admire sa sagesse et sa magnificence, et elle s'en retourne après lui avoir fait de grands présents et en avoir reçu de très-magnifiques.*

LA MÊME ANNÉE 3001.

1. Sed et regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus (1).

1. *La sagesse de ce prince lui attirait le respect de son peuple et l'estime de ses voisins.* La reine de Saba même, sur la réputation de tout ce que Salomon avait fait au nom du Seigneur, vint *du fond de l'Arabie-Heureuse*, pour en faire l'expérience par des énigmes *qu'elle lui proposa.*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 371. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 242. — Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 385.—(3) Bible vengée, note XIII. — Histoire véritable des temps fabuleux, tom. III, page 370.

---

26. *Classem quoque fecit... in Asiongaber.* Portus est in ora maris Rubri in Idumæorum ditione, quod discimus ex hoc loco, et ex II. Paral. 8. 17.

28. *In Ophir.* Quæ est provincia, vel potius insula in India Orientali. De Ophir variæ sunt sententiæ et quæstiones, quas vide apud Pinedam de rebus Salomonis lib. 4, c. 3, usque ad 17. Salianus anno Salomonis 4, n. 42, cum iis sentit, qui aiunt Ophir esse insulam Taprobanam, quæ etiam Sumatra dicitur. — * *Quadringentorum viginti talentorum.* Auri depurati; nam massa fuerat quadringentorum quinquaginta, ut habemus ex II. Paralip. 8. 18.

Cap. X. 1. *Regina Saba.* Reginæ hujus regnum a meridie Hierosolymis fuisse apud omnes constat, cum illam Christus Dominus *reginam austri* appellarit. Communior sententia, quæ plurimos habet patronos, in Arabia hoc regnum statuit : quod ita esse conjicitur ex eo quod Arabia aromatibus abundet, quorum magnam vim regina detulit ad Salomonem, et etiam ex voce ipsa *Saba*, quæ cum scribitur per ש *schin*, Arabiam significat, ut Psalm. 7. 10 et 15, noster vertit interpres, ut etiam LXX : cum vero scribitur per ס *samech*, Æthiopiam. Incolæ regni Saba Sabæi dicti sunt.—*In nomine Domini.* Vatablus et Sa explicant de fama eorum quæ faciebat Salomon in nomine

Digitized by Google

2. Et étant entrée dans Jérusalem avec une grande suite et un riche équipage, avec des chameaux qui portaient des aromates et une quantité infinie d'or et de pierres précieuses, elle se présenta devant le roi Salomon, et lui découvrit tout ce qu'elle avait dans le cœur.

3. Salomon l'instruisit sur toutes les choses qu'elle lui avait proposées; et il n'y en eut aucune que le roi ignorât et sur laquelle il ne la satisfît par ses réponses.

4. Or la reine de Saba voyant toute la sagesse de Salomon, la maison qu'il avait bâtie,

5. La manière dont sa table était servie, les appartements de ses officiers, les diverses classes de ceux qui le servaient, *la magnificence de* leurs habits, ses échansons, et les holaucaustes qu'il offrait dans la maison du Seigneur, elle était toute hors d'elle-même;

6. Et elle dit au roi : Ce qu'on m'avait rapporté dans mon royaume

7. De vos entretiens et de votre sagesse était très-véritable; et je ne croyais pas néanmoins ce qu'on m'en disait, jusqu'à ce que je sois venue moi-même, et que je l'aie vu de mes propres yeux; et j'ai reconnu qu'on ne m'avait pas dit la moitié de ce qui en est. Votre sagesse et votre conduite passent tout ce que la renommée m'avait dit de vous.

8. Heureux ceux qui sont à vous! heureux vos serviteurs qui jouissent toujours de votre présence, et qui écoutent votre sagesse!

9. Béni soit le Seigneur votre Dieu qui a mis son affection en vous, qui vous a

2. Et ingressa Jerusalem multo cum comitatu, et divitiis, camelis portantibus aromata, et aurum infinitum nimis, et gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, et locuta est ei universa quæ habebat in corde suo.

3. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuerat : non fuit sermo, qui regem posset latere, et non responderet ei.

4. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, et domum quam ædificaverat,

5. Et cibos mensæ ejus, et habitacula servorum, et ordines ministrantium, vestesque eorum, et pincernas, et holocausta quæ offerebat in domo Domini : non habebat ultra spiritum.

6. Dixitque ad regem : Verus est sermo, quem audivi in terra mea,

7. Super sermonibus tuis, et super sapientia tua : et non credebam narrantibus mihi : donec ipsa veni, et vidi oculis meis, et probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit : major est sapientia et opera tua, quam rumor quem audivi.

8. Beati viri tui, et beati servi tui, qui stant coram te semper, et audiunt sapientiam tuam.

9. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, et posuit

---

Domini, non autem idolorum ope. Alii aliter. Dici fortasse potest audisse reginam hanc famam Salomonis, qua apud omnes gentes inclytus erat propter ea quæ fecerat, et faciebat in nomine Domini, celebrando et colendo tam magnifico templo, tam multis sacrificiis, etc. — *Tentare cum in ænigmatibus.* Explorare sapientiam illius difficilibus propositis quæstionibus, partim naturalibus partim ad veram religionem et fidei mysteria pertinentibus.

2. *Universa quæ habebat in corde suo.* Dubitationes omnes et quæstiones suas.

4. *Domum quam ædificaverat.* Aliqui ædes regias intelligunt, præcipue autem domum saltus Libani : alii templum, alii utrumque.

5. *Non habebat ultra spiritum.* Supra modum stupebat.

9. *Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti.* Eadem fere sententia quam Dominus inter orandum dicebat : *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli*

Digitized by Google

te super thronum Israel, eo quod dilexerit Dominus Israel in sempiternum, et constituit te regem, ut faceres judicium et justitiam.

10. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosas : non sunt allata ultra aromata tam multa, quam ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni (1).

11. (Sed et classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, et gemmas pretiosas.

12. Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, et domus regiæ, et cytharas lyrasque cantoribus : non sunt allata hujuscemodi ligna thyina, neque visa usque in præsentem diem.)

13. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit et petivit ab eo, exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio. Quæ reversa est, et abiit in terram suam cum servis suis (2).

fait asseoir sur le trône d'Israël, parce qu'il a aimé Israël pour jamais, et qu'il vous a établi roi, pour régner avec équité, et pour rendre la justice !

10. La reine de Saba donna ensuite au roi six vingts talents d'or, une quantité infinie de parfums et de pierres précieuses. On n'a jamais apporté depuis à Jérusalem tant de parfums que la reine de Saba en donna au roi Salomon.

11. (La flotte d'Hiram qui apportait l'or d'Ophir apporta aussi en même temps une quantité de bois très-rares et de pierres précieuses.

12. Le roi fit faire de ces bois rares les balustres de la maison du Seigneur et de la maison du roi, des harpes et des lyres pour les musiciens. On n'apporta et l'on ne vit jamais de cette sorte de bois jusqu'à ce jour.)

13. Le roi Salomon, de son côté, donna à la reine de Saba tout ce qu'elle désira et ce qu'elle lui demanda, outre les présents qu'il lui fit de lui-même avec une magnificence royale. Et la reine s'en retourna et s'en alla dans son royaume, avec ses serviteurs, *comblée de joie et de riches dons.*

§ II. *Salomon fait faire cinq cents boucliers d'or et un trône d'ivoire revêtu d'or. Description de ce trône. Réputation de ce prince. Sa sagesse. Ses richesses.*

14. Erat autem pondus auri, | 14. Le poids de l'or qu'on apportait à

(1) Bible vengée, note XIII. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 604.

---

et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita, Pater : quoniam sic fuit placitum ante te. Matth. 11. 25 et 26. — *Eo quod dilexerit Dominus Israel.* Quasi dicat : Non enim propter teipsum factus es rex, sed in utilitatem populi tui in quo supremum magistratum geris.

10. *Talenta auri.* Talentum unicum est apud Hebræos, continetque tria millia siclorum, uncias mille quingentas, duodecim millia drachmarum; aureus autem unus hispanicus sive francicus est unius drachmæ. Itaque centum viginti talenta auri efficiunt millionem, ut appellant, unum et quadringenta quadraginta millia aureorum.

11. *Ligna thyina.* Pagninus et Vatablus vertunt, *coralia.* LXX, *ligna,* πελεκητὰ *dolata.* Ignotum hoc lignum D. Hieron. thyinum dixit propter similitudinem cum lignis ex thya arbore cujus meminit Plinius lib. 3, c. 16, quo loco significat valde proceram arborem esse, contra vitia incorruptam, et radice crispante, ex qua maxime pretiosa fierent opera.

12. *Fulcra.* Graduum quibus ascendebatur.

13. *Omnia quæ voluit et petivit ab eo.* Sunt autem mulieres et curiosæ et ad petendum proclives.

Digitized by Google

Salomon chaque année était de six cent soixante-six talents d'or,

15. Sans ce que lui rapportaient ceux qui avaient l'intendance des tributs, les gens de trafic, les marchands *de choses curieuses*, tous les rois de l'Arabie, et tous les gouverneurs des pays *voisins de la Judée qui lui étaient soumis*.

16. Le roi Salomon fit aussi deux cents boucliers d'un or très-pur : il donna pour chaque bouclier six cents sicles d'or.

17. Il fit aussi trois cents *autres* boucliers de fin or *plus petits, mais beaucoup plus massifs que les premiers;* car chacun de ces boucliers était revêtu de trois cents mines d'or, *qui font dix-huit mille sicles, de sorte qu'ils étaient plus pour l'ornement que pour le service;* et le roi les mit dans la maison du bois du Liban.

18. Le roi Salomon fit de plus un grand trône d'ivoire qu'il revêtit d'un or très-pur.

19. Ce trône avait six degrés. Le haut, *ou le dossier*, était rond par derrière, *le dedans était en forme de niche;* et il avait

quod afferebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri :

15. Excepto eo, quod afferebant viri qui super vectigalia erant, et negotiatores, universique scruta vendentes, et omnes reges Arabiæ, ducesque terræ.

16. Fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius.

17. Et trecentas peltas ex auro probato : trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant : posuitque eas rex in domo saltus Libani.

18. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem : et vestivit eum auro fulvo nimis,

19. Qui habebat sex gradus : et summitas throni rotunda erat in parte posteriori : et duæ manus

---

14. *Sexcentorum sexaginta sex talentorum auri.* Septem milliones nongenta et nonaginta duo millia nummorum aureorum.

15. *Negotiatores.* Negotiatores copiosiores, qui mercium magnam vim comparant aut vendunt. Italice dicimus : *Mercanti che comprano, o vendono in grosso.* — *Scruta vendentes.* Intellige non tam qui vilia et sordida vendunt, ut præfractum strigilem aut soleam dimidiatam, quam eos qui varia et multiplicia genera mercium vendunt populo particulatim, et, ut italice dicimus, *a minuto.* Pagninus et Vatablus negotiationem aromatariorum interpretantur. — *Reges Arabiæ.* Salomoni tributa pendentes.

16. *Ducenta scuta.* II. Paral. 9. 15, dicitur : *Ducentas hastas aureas.* In hebræo utrobique est vox צִנָּה *tsinnah,* quam vocem cum videret interpres aliquod armorum genus, sed incertum significare, modo generali nomine arma, modo scutum, modo hastam vertit; et quoniam vox hæc hebræa originem etiam refert ad id quod est acuere, perforare, penetrare, factum est ut ea voce intelligatur a plerisque clypeus hastatus, qui scilicet prælongum habet umbonem quo tanquam hasta, vel gladio transfigi possit hostis, et simul qui sub eo latet protegi. — *Sexcentos auri siclos.* Siclus erat semiuncia, hoc est, quatuor drachmæ; itaque siclus aureus continet quatuor coronatos nostrates.

17. *Peltas.* Aliud scuti genus brevioris. — *Trecentæ minæ.* Ponitur mina pro siclo, quo modo Josephus dicitur venditus viginti argenteis, Gen. 37. 28, quod exponens Josephus lib. 2 Antiq. cap. 3, ait venditum viginti minis.

19. *Manus.* Fulcra, quibus sedens brachiis niti solet. — *Stabant.* Manus seu fulcra sustinentes.

Digitized by Google

hinc atque inde tenentes sedile : et duo leones stabant juxta manus singulas.

20. Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde : non est factum tale opus in universis regnis.

21. Sed et omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea : et universa supellex domus saltus Libani de auro purissimo : non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis (1).

22. Quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, et argentum, et dentes elephantorum, et simias, et pavos.

23. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ, divitiis et sapientia.

24. Et universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus.

25. Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea et aurea, vestes et arma bellica, aromata quoque, et equos et mulos, per annos singulos.

26. Congregavitque Salomon currus et equites, et facti sunt ei mille quadringenti currus, et duo-

deux mains, l'une d'un côté et l'autre de l'autre, qui tenaient le siége; et deux lions auprès des deux mains *ou des deux bras*.

20. Il y avait douze lionceaux sur les six degrés, six d'un coté et six de l'autre. Il ne s'est jamais fait un si bel ouvrage dans tous les royaumes du monde.

21. Tous les vases où le roi Salomon buvait étaient aussi d'or; et toute la vaisselle de la maison du bois du Liban était d'un or très-pur. L'argent n'était plus considéré, et l'on n'en tenait aucun compte sous le règne de Salomon, *tant il était commun*.

22. Parce que sa flotte, avec celle du *roi* Hiram, faisait voile de trois ans en trois ans, et allait en Tharsis d'où elle rapportait de l'or, de l'argent; des dents d'éléphants, des singes et des paons.

23. Le roi Salomon surpassa donc tous les rois du monde en richesse et en sagesse.

24. Et toute la terre désirait de voir le visage de Salomon, pour écouter la sagesse que Dieu lui avait répandue dans le cœur.

25. Et chacun lui envoyait tous les ans des présents, des vases d'argent et d'or, des étoffes *précieuses*, des armes, des parfums, des chevaux et des mulets.

26. Et Salomon amassa un grand nombre de chariots et de gens de cheval. Il eut *pour l'ordinaire* mille quatre cents cha-

(1) **Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 367.**

---

21. *Nec alicujus pretii putabatur.* Est hyperbole. Vile erat argentum propter magnam copiam; ita etiam intelligenda sunt quæ dicuntur infra, n. 27.

22. *In Tharsis.* Tharsis in Scriptura sæpe mare significat. Sic naves Tharsis Isa. 2. 16, Septuaginta verterunt *naves maris*. Et Tyrus quæ Isa. 23. 10, dicitur *filia maris*, in hebræo est *filia Tharsis*. Sic Jonas fugit in Tharsis, id est, ad mare : classis ergo Salomonis navigabat in Tharsis, id est, in mare Indicum, ut supra dictum est.

26. *Currus.* Falcati in usum belli. — *Mille quadringenti.* At II. Par. 9. 25, dicitur : *Habuit quoque Salomon quadraginta millia equorum in stabulis et curruum equitumque duodecim millia.* Respondeo vocem *curruum* non ad posteriora, sed ad priora referendam esse, gemino puncto post vocem curruum addito, hoc sensu : habuit Salomon quadraginta millia equorum et curruum in stabulis; equitum vero duodecim millia, et sic habet versio Vatabli et Pagnini, juxta textum hebraicum, cui hac in re Septuaginta consentiunt : imo editio Vulgata hanc suggerit explicationem, III. Reg. 4. 26, ubi pro equorum et curruum, habet equorum currilium, id est, qui adhiberentur

Digitized by Google

riots, *quelquefois jusqu'à quatre mille. Il eut aussi* douze mille hommes de cheval ; il les distribua dans les villes fortes, et en retint une partie pour être près de sa personne dans Jérusalem.

27. Il fit que, de son temps, l'argent devint aussi commun à Jérusalem que les pierres, et qu'on y vit autant de cèdres que de ces sycomores qui naissent dans la campagne.

28. On faisait venir aussi de l'Egypte et de Coa des chevaux pour Salomon. Car ceux qui trafiquaient pour le roi les achetaient à Coa, et les lui amenaient pour un certain prix.

29. On lui amenait un *attelage* de quatre chevaux d'Egypte pour six cents sicles d'argent et un cheval pour cent cinquante. Et tous les rois des Héthéens et de Syrie lui vendaient ainsi des chevaux de leur pays.

decim millia equitum : et disposuit eos per civitates munitas, et cum rege in Jerusalem.

27. Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in Jerusalem, quanta et lapidum; et cedrorum præbuit multitudinem, quasi sycomoros quæ nascuntur in campestribus.

28. Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, et de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, et statuto pretio perducebant (1).

29. Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis sichis argenti, et equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum et Syriæ equos venundabant.

(1) Bible vengée, note XIV.

---

ad currus, et duodecim millia equestrium, qui scilicet equites ferrent, prout habet etiam Pagnini versio. Sic poetæ latini dicunt : *Chalybem, frenosque momordit, Pateris libamus, et auro, et maculis insignis, et albo.* Plenissima igitur veritas habetur II. Paral. 1. 14, ubi legimus : *Facti sunt ei mille quadringenti currus, et duodecim millia equitum.* Quia vero textus III. Reg. 4. 26, ait habuisse Salomonem *quadraginta millia equorum currilium,* respondemus cum Pineda lib. 5, c. 10, et Salian. anno 25 Salomon. num. 11, hæc quadraginta millia equorum, etiamsi apta essent curribus, non tamen omnia adhibita fuisse ad hunc usum, sed in alios, ad equitandum, pugnandum, opera portanda, etc. : itaque plures erant quam pro quadrigarum usu. — *Civitates munitas.* Vide supra, c. 9, n. 19.

27. *Quanta et lapidum.* Hyperbole. Vide n. 21. — *Sycomoros.* Sycomorus, inquit Dioscorides, est arbor magna, foliis moro, cætera ficui similis, nisi quod poma non ramis, sed ipso caudice effundit : poma hæc dulcia sunt, sed insipida, ex quo dicta arbor sycomorus, id est, ficus fatua aut insipida. Frequens erat hæc arbor in Palæstina.

28. *Educebantur equi Salomoni.* Quia paulo ante sermo fuerat de curribus et equitatu Salomonis, ideo jam sacer textus indicat unde peterentur. — *De Ægypto.* Fuisse in Ægypto multos et generosos equos indicat illud Cantic. 1. 8 : *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* — *De Coa.* Quænam sit hæc regio, non constat. Abulens. q. 13, insulam in Græcia esse putavit, ex qua navibus veherentur ad Salomonem. Probabile est regionem fuisse non multum ab Ægypto aut Syria dissitam. * In hebræo est *kueh,* quæ vox congregationem significat, et sensus esse potest, ex emporiis, ad quæ institores congregantur, adductos fuisse equos ad Salomonem.

29. *Egrediebatur autem quadriga.* Id est, quadrigæ unus pretium erat. — *In hunc modum.* Sensus est : ut in Ægypto emebat equos Salomon, ita et in Syria, etc. Vel sensus est emisse a Syris eodem pretio, quo ab Ægyptiis.

Digitized by Google

CHAPITRE XI.

§ I. ***Salomon épouse plusieurs femmes étrangères contre la défense de la loi. Elles lui pervertissent le cœur et le font tomber dans l'idolâtrie*** **(1).**

1. Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas, et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias, et Hethæas :

2. De gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel : Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras : certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.

3. Fueruntque ei uxores quasi reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ, et averterunt mulieres cor ejus.

4. Cumque jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos : nec erat cor ejus perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus.

5. Sed colebat Salomon Astarthen

1. Cependant le roi Salomon aima passionnément plusieurs femmes étrangères, avec la fille de Pharaon, des femmes de Moab et d'Ammon, des femmes d'Idumée, des Sidoniennes et du pays des Héthéens,

2. Qui étaient toutes des nations dont le Seigneur avait dit aux enfants d'Israël : Vous ne prendrez point pour vous des femmes de ce pays-là, et vos filles n'en épouseront point des hommes ; car elles vous pervertiront le cœur très-certainement, pour vous faire adorer leurs dieux. Salomon s'attacha donc *à ces femmes* avec une passion très-ardente, *malgré la défense du Seigneur.*

3. Et il eut sept cents femmes qui étaient comme des reines, et trois cents qui étaient comme ses concubines. Et les femmes lui pervertirent le cœur.

4. Il était déjà vieux lorsque les femmes lui corrompirent le cœur pour lui faire suivre des dieux étrangers : *il avait alors plus de cinquante ans ; et dans cet âge avancé* son cœur n'était point parfait devant le Seigneur son Dieu, comme avait été le cœur de David, son père.

5. Mais Salomon servait Astarthé, déesse

(1) **Lettres de quelques Juifs, tome I, page 248.**

CAP. XI. 1. *Filiam quoque Pharaonis.* Vide dicta supra, c. 3, n. 1. Hoc loco videtur vitio verti Salomoni, quod filiam Pharaonis duxerit, ex quo Abulensis, Pineda, Serar. et Salian. anno Salomonis 29, suspicantur eam ad patriam superstitionem rediisse.

2. *Non ingrediemini.* Ita præceptum fuit a Domino, Exod. 34. 16.

3. *Concubinæ.* Uxores secundariæ et legitimæ. Tam multis ductis uxoribus peccavit Salomon non solum contra temperantiam, sed etiam et potissimum contra legem illam Exodi citatam. Credibile tamen est saltem specie tenus eas initio superstitiosum cultum idolorum abjurasse, sed postea ad ingenium rediisse, unde Salomoni causa fuerunt lapsus in idololatriam.

4. *Cumque jam esset senex.* Juxta chronologiam quam sequitur Salianus, annum agebat quinquagesimum quartum. — *Ut sequeretur deos alienos.* Non exteriori tantum cultu, sed mentis etiam errore, quod indicat Scriptura, cum hoc eodem versiculo ait : *Depravatum est cor ejus ;* et n. 9 : *Quod aversa esset mens ejus a Domino.* Plura de hoc vide apud Salian. Salomonis anno 34, n. 8 et sequentibus, et Pinedam de rebus Salomonis l. 7. c. 9.

5. *Astarthen.* Vide dicta Judic. 2. 13. — *Moloch.* Vide dicta Levit. 18. 21.

Digitized by Google

des Sidoniens, et Moloch, l'idole des Ammonites.

6. Et Salomon fit ce qui n'était point agréable au Seigneur, et ne suivit point le Seigneur parfaitement *en lui demeurant fidèle jusqu'à la fin*, comme avait fait David son père.

7. *Car* en ce même temps Salomon bâtit un temple à Chamos, idole des Moabites, sur la montagne *des Oliviers*, qui était vis-à-vis de Jérusalem; et à Moloch, l'idole des enfants d'Ammon.

8. Et il fit la même chose pour toutes ses femmes étrangères qui brûlaient de l'encens et sacrifiaient à leurs dieux *dans les temples qu'il leur avait bâtis*.

9. Le Seigneur se mit donc en colère contre Salomon, de ce que son esprit s'était détourné du Seigneur le Dieu d'Israël, qui lui avait apparu une seconde fois,

10. Et qui lui avait défendu expressément de suivre les dieux étrangers, et de ce qu'il n'avait point gardé ce que le Seigneur lui avait commandé.

11. Le Seigneur dit donc à Salomon: Puisque vous vous comportez ainsi, et que vous n'avez point gardé mon alliance ni les commandements que je vous avais faits, je déchirerai et je diviserai votre royaume, et je le donnerai à l'un de vos serviteurs.

12. Je ne le ferai pas néanmoins pendant votre vie à cause de David, votre

deam Sidoniorum et Moloch idolum Ammonitarum (1).

6. Fecitque Salomon quod non placuerat coram Domino, et non adimplevit ut sequeretur Dominum, sicut David pater ejus.

7. Tunc ædificavit Salomon fanum, Chamos id . Moab, in monte qui est contra Jerusalem, et Moloch idolo filiorum Ammon.

8. Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, et immolabant diis suis (2).

9. Igitur iratus est Dominus Salomoni, quod aversa esset mens ejus a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo,

10. Et præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, et non custodivit quæ mandavit ei Dominus.

11. Dixit itaque Dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum, et præcepta mea quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo (3).

12. Verumtamen in diebus tuis non faciam, propter David pa-

(1) Bible vengée, note XV. — (2) Ibid. — (3) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 400.

---

6. *Quod non placuerat.* Quod valde displicebat Domino : est miosis, minus enim dicitur quam significatur.

7. *Chamos.* Vide dicta Judic. 11. 24. — *In monte qui est contra Jerusalem.* Nullum idolis fanum Jerosolymis excitavit. Montem hunc communis opinio putat fuisse montem Oliveti, qui propterea IV. Reg. 23. 13, *mons offensionis* dictus est.

9. *Qui apparuerat ei secundo.* Videtur esse tertia apparitio; nam prima fuit in Gabaon, ubi ei apparens in somnis optatam sapientiam largitus est, III. Reg. 3. 5. Altera fuit in medio cursu ædificandi templum, III. Reg. 6. 11. Tertia, perfecto jam opere universo, III. Reg. 9. 3. Dicitur autem apparuisse Salomoni secundo, sicut scilicet apparuerat ei in Gabaon, id est, per visionem nocturnam, qualis non fuit, quæ secunda ordine fuit, sed fortasse per angelum aut aliquem prophetam facta est, ut putat Abulens. quæst. 3 et 4 in cap. 9. III. Reg. Vel etiam dici potest illud, *secundo*, respicere præceptionem quæ sequitur, quæ semel iterumque facta Salomoni repetitur c. 5, n. 6, 7, 9.

11. *Dixit itaque Dominus.* Per prophetam aliquem, et fortasse per Ahiam Silonithem, ut sentit Abulensis.

12. *Propter David patrem tuum.* Qui te regem constituit, et vivens suo in

Digitized by Google

trem tuum : de manu filii tui scindam illud,

13. Nec totum regnum auferam, sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum, et Jerusalem quam elegi.

père; mais je le diviserai lorsque le royaume sera entre les mains de votre fils :

13. Je ne lui ôterai pas néanmoins le royaume tout entier ; mais j'en donnerai une tribu à votre fils, à cause de David mon serviteur, et de Jérusalem que j'ai choisie.

§ II. *Le Seigneur irrité contre Salomon lui suscite pour ennemis Adad, Razon et Jéroboam.*

14. Suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni, Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom (1).

15. Cum enim esset David in Idumæa, et ascendisset Joab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Idumæa

16. (Sex enim mensibus ibi moratus est Joab, et omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa)

17. Fugit Adad ipse, et viri Idumæi de servis patris ejus cum eo, ut ingrederetur Ægyptum : erat autem Adad puer parvulus.

18. Cumque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, et introierunt Ægyptum ad Pharaonem regem Ægypti : qui dedit ei domum, et cibos constituit, et terram delegavit.

19. Et invenit Adad gratiam co-

14. Or le Seigneur suscita pour ennemi à Salomon Adad Iduméen, de la race royale qui était dans Edom.

15. Car lorsque David était dans l'Idumée, Joab, général de son armée, y vint pour ensevelir ceux qui avaient été tués, et pour tuer tous les mâles dans l'Idumée.

16. Et il y demeura pendant six mois avec toute l'armée d'Israël, pendant qu'il tuait tous les mâles de l'Idumée.

17. *Et en même temps* Adad s'enfuit du pays avec des Iduméens serviteurs de son père, pour se retirer en Egypte : et Adad n'était alors qu'un petit enfant.

18. De Madian ils allèrent à Pharan; et ayant pris avec eux des gens de Pharan, ils entrèrent en Egypte, et se présentèrent à Pharaon, roi d'Egypte, qui donna une maison à Adad, lui ordonna ce qui était nécessaire pour sa table, et lui assigna un certain pays *dont il le fit gouverneur.*

19. Et Adad s'acquit tellement l'affec-

(1) Bible vengée, note XV.

---

solio collocavit; in ejus enim dedecus hæc distractio regni et divisio videretur redundare.

13. *Tribum unam dabo filio tuo.* Præter eam in qua ipse natus est, ut scilicet Judam regat et Benjamin. — *Jerusalem quam elegi.* In caput regni et populi mei.

14. *Adversarium Salomoni.* Fortasse Salomoni adversatus est negando tributa quæ Salomon sibi pendi volebat, ut putat Salian. LXX habent, *afflixit Israel,* vel *aggravavit Israel;* in græco enim est, ἐθαρύνθη ἐπι Ισραὴλ. — *Qui erat in Edom.* Qui regnabat in Idumæa.

15. *Cum enim esset David in Idumæa.* Anno regni sui 15, ut putat Salianus. — *Ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti.* Ab Idumæis rebellantibus.

17. *Puer parvulus.* Quiquennis aut sexennis, ut vult Abulensis, cui adhæret Salianus; vel decem, aut duodecim annorum, ut putat Pineda.

18. *In Pharan.* Desertum Israelitarum diutina peregrinatione clarum. — *Terram delegavit,* Hebr. *terram dedit.*

Digitized by Google

tion de Pharaon qu'il lui fit épouser la propre sœur de la reine Taphnès, sa femme.

20. De cette sœur de la reine il eut un fils, nommé Génubath, que Thaphnès nourrit dans la maison de Pharaon. Et Génubath demeurait dans le palais de Pharaon avec les enfants du roi.

21. Adad ayant *ensuite* appris dans l'Egypte que David s'était endormi avec ses pères, et que Joab, général de son armée, était mort, il dit à Pharaon : Laissez-moi aller, afin que je retourne en mon pays.

22. Pharaon lui dit : Mais qu'est-ce qui vous manque chez moi pour penser à retourner en votre pays? Adad lui répondit : Rien ne me manque; mais je vous supplie de me permettre de m'en retourner. *Il s'en retourna en effet, et disposa les Iduméens à se révolter contre Salomon.*

23. Dieu lui suscita aussi pour ennemi Razon, fils d'Eliada, qui s'était enfui d'auprès d'Adarézer, roi de Soba, son seigneur, *lorsqu'il eut été défait par David,*

24. Et qui, assemblant des gens contre ce prince, était devenu capitaine de voleurs lorsque David leur faisait la guerre. *Ces voleurs* étant allés à Damas *avec Razon, leur chef,* ils y habitèrent, et ils l'établirent roi à Damas.

25. Il fut ennemi d'Israël pendant tout le règne de Salomon, *et il laissa Adad héritier de son royaume et de sa haine*

ram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem, sororem uxoris suæ germanam Taphnes reginæ.

20. Genuitque ei soror Taphnes Genubath filium, et nutrivit eum Taphnes in domo Pharaonis : eratque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis ejus.

21. Cumque audisset Adad in Ægypto, dormisse David cum patribus suis, et mortuum esse Joab principem militiæ, dixit Pharaoni : Dimitte me, ut vadam in terram meam.

22. Dixitque ei Pharao : Qua enim re apud me indiges, ut quæras ire ad terram tuam? At ille respondit : Nulla : sed obsecro te ut dimittas me.

23. Suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum suum (1) :

24. Et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum cum interficeret eos David : abieruntque Damascum, et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco,

25. Eratque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis : et hoc est malum Adad, et odium contra

(1) Bible vengée, note XVI.

---

23. *Razon filium Eliada.* Salianus, anno Salomonis 38, n. 19, putat Razonem hunc qui adversatus est Salomoni, filium fuisse Razonis illius qui fugerat Adarezer. Nam si patrem fuisse dicamus, oporteret illum hoc tempore esse annorum nonaginta quatuor. — *Qui fugerat Adarezer regem Soba.* Qui cum esset dux Adarezer, regis Syriæ inclinata jam acie, et victoria ad Davidem vergente, fugit ex prælio, relicto domino.

24. *Congregavit contra eum viros.* Viros fugitivos, reliquias eorum qui ex illo prælio evaserant. — *Factus est princeps latronum.* Non enim justo exercitu, sed coacta latrocinantium manu prædas agebat. — *Cum interficeret eos David.* Cum David victoriam prosequeretur contra Syros. — *Abieruntque Damascum.* Adeo animis et viribus aucti sunt, ut occupaverint Damascum Syriæ metropolim, eamque Davidi eripuerint. — *Constituerunt eum regem in Damasco.* Permittente David, sed tributum imperante, et præsidium militum Damasci constituente, ut constat ex II. Reg. 8. 6.

25. *Eratque adversarius Israeli.* Tributum negando, et fortasse etiam præsidium Israelitarum ejiciendo. — *Et hoc est malum Adad.* In hebr. ad verbum

Digitized by Google

Israel, regnavitque in Syria.

26. Jeroboam quoque filius Nabath, Ephrathæus, de Sareda, servus Salomonis, cujus mater erat nomine Serva, mulier vidua, levavit manum contra regem.

27. Et hæc est causa rebellionis adversus eum, quia Salomon ædificavit Mello, et coæquavit voraginem civitatis David patris sui.

28. Erat autem Jeroboam vir fortis et potens : vidensque Salomon adolescentem bonæ indolis et industrium, constituerat eum præfectum super tributa universæ domus Joseph (1).

contre les Israélites. Voilà quelle fut la source des maux qu'Adad causa aux enfants d'Israël, et de la haine qu'il avait contre eux; et il régna en Syrie *après la mort de Razon.*

26. Jéroboam, fils de Nabath, Ephrathéen, de Saréda, serviteur de Salomon, dont la mère était une femme veuve qui s'appelait Sarva, se souleva aussi contre le roi.

27. Et le sujet de sa révolte vint de ce que Salomon *avait chargé d'impôts non-seulement les étrangers, mais même les Israélites, lorsqu'il* avait bâti Mello, et rempli l'endroit creux et profond qui était dans la ville de David, son père.

28. Or Jéroboam était un homme fort et puissant; et Salomon, voyant ce jeune homme intelligent et capable d'affaires, lui avait donné l'intendance des tributs *d'Ephraïm et de Manassé, ce qui lui donna le moyen de s'insinuer dans l'esprit* de toute la maison de Joseph.

§ III. ***Le prophète Ahias coupe son manteau en douze parts, en donne dix à Jéroboam, et l'assure que le Seigneur divisera de même le royaume d'Israël, et qu'il lui en donnera dix tribus, n'en laissant qu'une au fils de Salomon, à cause de l'idolâtrie de son père.***

29. Factum est igitur in tempore illo, ut Jeroboam egrederetur de Jerusalem, et inveniret eum Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio novo : erant autem duo tantum in agro.

29. Il arriva en ce même temps que Jéroboam sortit de Jérusalem, et qu'Ahias Silonite, prophète, ayant sur lui un manteau tout neuf, rencontra Jéroboam dans le chemin. Ils n'étaient qu'eux deux dans le champ.

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 410.

---

est, *et eum malo quod fecit Adad,* quasi dicat : Accessit ad malum, seu persecutionem Adad. — *Et odium contra Israel.* In hebræo est, *et detestatus est Israel,* ut vertit Pagninus et Vatablus. — *In Syria.* Damasci.

27. *Quia Salomon ædificavit Mello.* De Mello et voragine coæquata diximus supra, III. Reg. 9. 15. Hujus fabricæ occasione Salomon tributum quoddam populis imposuit quod Jeroboam regis jussu in duabus tribubus exigebat, Ephraim scilicet et Manasse; quare cum ex Ahia propheta, de quo mox dicemus, didicisset se regem Israelis futurum, populi tributi pensitationem ægre ferentis animos contra Salomonem excitavit.

28. *Vir fortis et potens.* Hebr. *potens robore.* Italice diceremus : *Uomo di valore.* — *Domus Joseph.* Ephraim scilicet et Manasse.

29. *In via.* Versus Ephraim quo muneris sui occasione iter instituerat. — *Erant autem duo tantum in agro.* LXX habent, *et removit eum de via.* Neque enim solus erat Jeroboam, Salomoni carus, et quæstor regius.

Digitized by Google

30. Et Ahias prenant le manteau neuf qu'il avait sur lui, le coupa en douze parts,

31. Et dit à Jéroboam : Prenez dix parts pour vous ; car voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël : Je diviserai *et* arracherai le royaume des mains de Salomon, et je vous en donnerai dix tribus.

32. Il lui en demeurera une tribu, à cause de David, mon serviteur, et de la ville de Jérusalem que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël ; *mais je vous abandonnerai les autres.*

33. Parce que Salomon m'a abandonné, et qu'il a adoré Astarthé, déesse des Sidoniens, Chamos, dieu de Moab, et Moloch, dieu des enfants d'Ammon ; et qu'il n'a point marché dans mes voies, pour faire ce qui était juste devant moi, et pour accomplir mes préceptes et mes ordonnances comme David, son père.

34. Je ne retirerai pas néanmoins le royaume de ses mains : mais je le lui laisserai gouverner le reste de ses jours, à cause de David, mon serviteur, que j'ai choisi, qui a gardé mes ordonnances et mes préceptes :

35. Mais j'ôterai le royaume d'entre les mains de son fils, et je vous en donnerai dix tribus :

36. Et j'en donnerai une tribu à son fils, afin qu'il demeure toujours à mon serviteur David une lampe qui luise devant moi dans la ville de Jérusalem que j'ai choisie, afin que mon nom y soit honoré.

37. Mais pour vous, je vous prendrai ; et vous régnerez sur tout ce que votre âme

30. Apprehendensque Ahias pallium suum novum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes (1),

31. Et ait ad Jeroboam : Tolle tibi decem scissuras : hæc enim dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus (2).

32. Porro una tribus remanebit ei, propter servum meum David, et Jerusalem civitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel :

33. Eo quod dereliquerit me, et adoraverit Astarthen deam Sidoniorum, et Chamos deum Moab, et Moloch deum filiorum Ammon : et non ambulaverit in viis meis, ut faceret justitiam coram me, et præcepta mea, et judicia sicut David pater ejus.

34. Nec auferam omne regnum de manu ejus, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter David servum meum, quem elegi, qui custodivit mandata mea et præcepta mea.

35. Auferam autem regnum de manu filii ejus, et dabo tibi decem tribus :

36. Filio autem ejus dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me in Jerusalem civitate, quam elegi ut esset nomen meum ibi.

37. Te autem assumam, et regnabis super omnia quæ desidera-

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 432.—(2) Ibid. p. 411.

30. *Apprehendensque Ahias pallium suum.* Rebus prius quam verbis prophetare cœpit, ut sæpe alii prophetæ.

32. *Una tribus.* Præter Judam. Vide dicta supra, n. 12. Dici etiam poterant Juda et Benjamin tribus una, quia valde vicinæ, imo inter se permixtæ erant ; adeo ut ipsa Jerusalem, imo et templum ratione diversarum sui partium ad utramque tribum pertineret.

33. *Astarthen.* Vide supra, n. 5.

34. *Ducem ponam eum.* Regem esse permittam.

36. *Ut remaneat lucerna David.* Regia posteritas de semine David, quæ luceat in populo Dei meritis et claritate Davidis.

37. *Quæ desiderat anima tua.* Hebraice est, *quæ desiderabit anima tua :* idem est ac si diceretur : Præficieris super omnia desiderabilia.

Digitized by Google

anima tua, erisque rex super Israel,

38. Si igitur audieris omnia, quæ præcepero tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea et præcepta mea, sicut fecit David servus meus : ero tecum, et ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificavi David domum, et tradam tibi Israel (1) :

39. Et affligam semen David super hoc, verumtamen non cunctis diebus.

40. Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam : qui surrexit, et aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti, et fuit in Ægypto usque ad mortem Salomonis (2).

41. Reliquum autem verborum Salomonis, et omnia quæ fecit, et sapientia ejus : ecce universa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis.

42. Dies autem, quos regnavit Salomon in Jerusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt.

43. Dormivitque Salomon cum atribus suis, et sepultus est in

désire, et vous serez roi d'Israël.

38. Si vous écoutez donc tout ce que je vous ordonne, si vous marchez dans mes voies, et que vous fassiez ce qui est juste *et* droit devant mes yeux, en gardant mes ordonnances et mes préceptes, comme a fait David, mon serviteur, je serai avec vous, je vous ferai une maison qui sera stable et fidèle, comme j'en ai fait une à mon serviteur David, et je vous mettrai en possession *du royaume* d'Israël ;

39. Et j'affligerai en ce point la race de David, mais non pour toujours.

40. Salomon voulut donc faire mourir Jéroboam, *dès qu'il sut ce qui lui était arrivé ;* mais il s'enfuit en Égypte, vers Sésac, roi d'Egypte, et y demeura jusqu'à la mort de Salomon.

41. Tout le reste des actions de Salomon, tout ce qu'il a fait, et tout ce qui regarde sa sagesse est écrit dans le livre *qui contient l'histoire* du règne de Salomon.

42. Le temps pendant lequel il régna dans Jérusalem sur tout Israël fut de quarante ans.

43. Et Salomon, *âgé seulement de cinquante-huit ans,* s'endormit avec ses pères,

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 438.— (2) Ibid., p. 411.

---

38. *Ædificabo tibi domum fidelem.* Firmiter fideliterque subsistentem, neque fallentem expectationem et desiderium tuum. — *Quomodo ædificavi David domum.* Par enim est ut imitando fidem et virtutem Davidis, pari quoque cum Davide præmio et felicitate doneris.

39. *Affligam semen David super hoc.* Æmulatione scilicet regni novi. — *Verumtamen non cunctis diebus.* Post annos enim ducentos et quinquaginta sex cessatura erat omnis Israelitarum adversus Judæos contentio, illis ad Assyrios in perpetuam captivitatem abductis.

40. *Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam.* Vel quia audivit regnum illi ab Ahia promissum, vel quia populos sollicitabat ad defectionem. — *Ad Sesac regem Ægypti.* Fuisse hunc alium regem a socero Salomonis satis constat; alioqui non se illi Jeroboam credidisset. — *Usque ad mortem Salomonis.* Id est, circiter biennio.

41. *Verborum.* Id est, de rebus gestis Salomonis, qui liber non exstat. Vide II. Paral. 9. 29.

43. *Dormivitque Salomon cum patribus suis.* Multi et graves auctores asserunt Salomonem æternam damnationem incurrisse : 1. quod nulla illius pœnitentiæ mentio fiat, nec sublati superstitiosi idolorum cultus; 2. quod non solum idola coluerit, sed in eo etiam dux aliis præiverit; 3. quod prædixerit Deus Salomoni per Davidem fore ut, si derelinqueret Dominum, ab eo

Digitized by Google

et il fut enseveli en la ville de David, son père, et Roboam, son fils *unique*, régna en sa place.

civitate David patris sui, regnavitque Roboam filius ejus pro eo.

CHAPITRE XII.

§ I. *Tout Israël assemblé à Sichem pour couronner Roboam lui demande une diminution des impôts. Ce prince, préférant le conseil des jeunes gens à celui des vieillards, menace ce peuple de le traiter encore plus durement que n'avait fait son père* (1).

L'AN DU MONDE 3029. — AVANT J.-C. 975.

1. Alors Roboam vint à Sichem, *dans la tribu d'Ephraïm*, parce que tout Israël s'y était assemblé pour l'établir roi.

2. Mais Jéroboam, fils de Nabath, qui, dans la crainte qu'il avait du roi Salomon, s'était réfugié en Egypte, ayant appris sa mort, revint de l'Egypte,

3. Parce qu'on lui avait envoyé des gens pour le faire revenir. Jéroboam vint donc avec tout le peuple d'Israël trouver Roboam, et ils lui dirent :

4. Votre père nous avait chargés d'un joug très-dur. Diminuez donc maintenant quelque chose de l'extrême dureté du gouvernement de votre père, et de ce joug très-pesant qu'il avait imposé sur nous, et nous vous servirons.

1. Venit autem Roboam in Sichem : illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum regem.

2. At vero Jeroboam filius Nabath, cum adhuc esset in Ægypto profugus a facie regis Salomonis, audita morte ejus, reversus est de Ægypto (2).

3. Miseruntque et vocaverunt eum : venit ergo Jeroboam, et omnis multitudo Israel, et locuti sunt ad Roboam, dicentes :

4. Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis : tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, et de jugo gravissimo quod imposuit nobis, et serviemus tibi.

(1) Bible vengée, note XVII. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 411.

---

projiceretur *in æternum ;* LXX habent, *in finem.* I. Paral. 27. 9. Communior tamen sententia est eorum qui salvum putant, et ex aliquibus Scripturæ locis colligunt eum egisse pœnitentiam, et in his aliqui putant aut fana idolorum diruisse, aut cur non diruerit causam habuisse. * Certe Prov. 24. 32, juxta LXX virorum interpretationem, post enarratas omnes suas vanitates, addit : *Post hæc ego egi pœnitentiam.* Vide Salianum anno Salomon. 39, a n. 3 et deinceps; et Pined. toto lib. 8 de rebus Salomonis.

CAP. XII. 1. *In Sichem.* Medio ferme totius regni, ac proinde opportuno loco. — *Ad constituendum eum regem.* Successit Roboam Salomoni jure hæreditario; his vero comitis non electus est Roboam in regem, sed immissus in regni possessionem.

3. *Venit ergo Jeroboam, et omnis multitudo.* Data videtur a populo cura Jeroboamo, qui diu tributis colligendis in tota domo Joseph præfuerat, totius populi nomine orandi regem ut onus tributorum imminueret.

4. *Durissimum jugum.* Tributi scilicet. — *Imminue paululum.* Justa erat populi precatio; nam vectigal quod per occasionem ædificationis templi fuerat impositum, etiam absoluto templo exigebatur, et jam non in res sacras, sed in profanas expendebatur.

Digitized by Google

5. Qui ait eis : Ite usque ad tertium diem, et revertimini ad me. Cumque abiisset populus,

6. Iniit consilium rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre ejus cum adhuc viveret, et ait : Quod datis mihi consilium, ut respondeam populo huic?

7. Qui dixerunt ei : Si hodie obedieris populo huic, et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus.

8. Qui dereliquit consilium senum, quod dederant ei, et adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi,

9. Dixitque ad eos : Quod mihi datis consilium, ut respondeam populo huic, qui dixerunt mihi : Levius fac jugum quod imposuit pater tuus super nos?

10. Et dixerunt ei juvenes qui nutriti fuerant cum eo : Sic loqueris populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes : Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu releva nos. Sic loqueris ad eos : Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.

11. Et nunc pater meus posuit super vos jugum grave, ego autem addam super jugum vestrum : pater meus cecidit vos flagellis, ego

5. Roboam leur répondit : Allez-vous en maintenant, et dans trois jours revenez me trouver. Le peuple s'étant retiré,

6. Le roi Roboam tint conseil avec les vieillards qui étaient auprès de Salomon, son père, lorsqu'il vivait encore, et il leur dit : Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple ?

7. Ils lui répondirent : Si vous obéissez maintenant à ce peuple, et que vous leur cédiez, en vous rendant à leur demande et en leur parlant avec douceur, ils s'attacheront pour toujours à votre service.

8. Mais Roboam n'approuvant point le conseil que les vieillards lui avaient donné, il voulut consulter les jeunes gens qui avaient été nourris avec lui, et qui étaient toujours près de sa personne ;

9. Et il leur dit : Quelle réponse me conseillez-vous de faire à ce peuple qui m'est venu dire : Adoucissez un peu le joug que votre père a imposé sur nous ?

10. Ces jeunes gens, qui avaient été nourris avec ce prince, lui répondirent : Voici la réponse que vous ferez à ce peuple qui vous est venu dire : Votre père a rendu notre joug très-pesant, nous vous prions de nous soulager, et vous lui parlerez en ces termes : Le plus petit de mes doigts est plus gros que mon père ne l'était par le *milieu du* corps.

11. Mon père, à ce que vous dites, a imposé sur vous un joug pesant ; et moi je le rendrai encore plus pesant ; mon père vous a battus avec des verges, et moi je

---

6. *Cum senioribus, qui assistebant coram Salomone.* Id est, cum Banaia filio Joiadæ, et Jahiel filio Achamoni, qui alio nomine Chilab vocatur, ait sanctus Hieronymus in Trad. hebr. ad II. Paral. c. 10.

8. *Adolescentes.* Vel dicuntur adolescentes comparatione seniorum quos prius consuluerat ; vel sensus est adhibuisse in consilium eos quibuscum ab adolescentia fuerat educatus, licet jam non essent adolescentes, sed virilem ætatem adepti ; erant enim æquales Roboamo, qui annum quadragesimum agebat.

10. *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.* Pineda lib. 7 de rebus Salomonis, c. 24, putat alludi ad ætatem qua Salomon regnum iniit, quæ erat 20 annorum, duplo scilicet minor quam Roboam. Sed videntur potius verba hæc adagialem loquendi formam sapere, quam jactabundi usurpare solerent de rebus suis magnifice loquentes. Vide Delrio in Adagialibus, t. I, agadiali 202. Chaldæus vertit, *debilitas mea fortior est robore patris mei.*

Digitized by Google

vous châtierai avec des verges de fer.

12. Jéroboam vint donc avec tout le peuple trouver Roboam le troisième jour, selon que Roboam le leur avait dit : Revenez me trouver dans trois jours.

13. Et le roi répondit durement au peuple ; et abandonnant le conseil que les vieillards lui avaient donné,

14. Il leur parla selon que les jeunes gens lui avaient conseillé, et il leur dit : Mon père vous a imposé un joug pesant, mais moi je le rendrai encore plus pesant ; mon père vous a châtiés avec des verges, mais moi je vous châtierai avec des verges de fer.

15. Et le roi ne se rendit point à la volonté du peuple, parce que le Seigneur s'était détourné de lui dans sa colère, pour vérifier la parole qu'il avait dite à Jéroboam, fils de Nabath, par Ahias Silonite.

autem cædam vos scorpionibus.

12. Venit ergo Jeroboam, et omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens : Revertimini ad me die tertia (1).

13. Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum, quod ei dederant,

14. Et locutus est eis secundum consilium juvenum, dicens : Pater meus aggravavit jugum vestrum, ego autem addam jugo vestro : pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus.

21. *Claudicatis in duas partes.* Deo scilicet ex parte servientes, retento aliquo illius cultu, et ex parte etiam servientes idolis.

Digitized by Google

ayant pris la fuite, au lieu que les prophètes de Baal sont au nombre de quatre cent cinquante.

23. *Cependant* qu'on nous donne deux bœufs, qu'ils en choisissent un pour eux, et que l'ayant coupé par morceaux, ils le mettent sur du bois sans mettre du feu par-dessous : et moi, je prendrai l'autre bœuf, et le mettant aussi sur du bois, je ne mettrai point non plus de feu au-dessous.

24. Invoquez le nom de vos dieux, et moi j'invoquerai le nom de mon Seigneur ; et que le Dieu qui *déclarera* par le feu *qu'il* aura exaucé *les vœux qu'on lui a faits*, soit reconnu pour Dieu. Tout le peuple répondit : La proposition est très-juste.

25. Elie dit donc aux prophètes de Baal : Choisissez un bœuf pour vous, et commencez les premiers, parce que vous êtes en plus grand nombre ; et invoquez le nom de vos dieux, sans mettre le feu au bois.

26. Ayant donc pris le bœuf qui leur fut donné, ils préparèrent *leur sacrifice*, et ils invoquaient le nom de Baal depuis le matin jusqu'à midi, en disant : Baal, exaucez-nous. Mais Baal ne disait mot ; et il n'y avait personne pour leur répondre, pendant qu'ils passaient d'un côté à l'autre de l'autel qu'ils avaient fait, *en sautant et tournant tout autour*.

27. Il était déjà midi, et Elie commença à leur insulter, en leur disant : Criez plus haut, car votre dieu Baal parle peut-être à quelqu'un, ou il est en chemin ou dans une hôtellerie. Il dort peut-être, *et il a besoin* qu'on le réveille.

28. Ils se mirent donc à crier encore

quadringenti et quinquaginta viri sunt.

23. Dentur nobis duo boves, et illi eligant sibi bovem unum, et in frusta cædentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant : et ego faciam bovem alterum, et imponam super ligna, ignem autem non supponam.

24. Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei : et Deus qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus ait : Optima propositio.

25. Dixit ergo Elias prophetis Baal : Eligite vobis bovem unum et facite primi, quia vos plures estis : et invocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis.

26. Qui cum tulissent bovem, quem dederat eis, fecerunt : et invocabant nomen Baal de mane usque ad meridiem, dicentes : Baal, exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet : transiliebantque altare quod fecerant.

27. Cumque esset jam meridies, illudebat illis Elias, dicens : Clamate voce majore : deus enim est, et forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur.

28. Clamabant ergo voce magna,

---

23. *Faciam bovem alterum.* Sacrificabo ; sic nomen faciendi usurpatur aliquoties in hoc capite, sicut et verbum ποιεῖν apud LXX, et Hebr. עשׂה *hasa*, quo modo dixit ille :

Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipse venito.

24. *Qui exaudierit per ignem.* Igne de cœlo misso, quo sacrificium incendatur. — *Optima propositio.* Propositionem populus admittit, nec illam audent respuere pseudoprophetæ, ne causæ suæ noceant, et sperabant dæmones ignem sacrificiis immissuros. Sane dæmones, nisi impediantur a Deo, id possunt, et temporibus Antichristi id facturos constat : *Bestia enim*, ait S. Joan. Apoc. 13. 13, *fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.*

26. *Transiliebantque altare quod fecerant.* Et certa quadam ceremonia cultus Baal, sicut Dagonis cultores transiliebant limen. I. Reg. 5. 5.

Digitized by Google

et incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine.

29. Postquam autem transiit meridies, et illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes :

30. Dixit Elias omni populo : Venite ad me. Et accedente ad se populo, curavit altare Domini, quod destructum fuerat.

31. Et tulit duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacob, ad quem factus est sermo Domini, dicens : Israel erit nomen tuum.

32. Et ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini : fecitque aquæductum, quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris,

plus haut ; et ils se faisaient des incisions selon leur coutume, avec des couteaux et des lancettes, jusqu'à ce qu'ils fussent couverts de leur sang.

29. Midi étant passé, et le temps étant venu auquel on avait accoutumé d'offrir le sacrifice, les prophètes avaient beau crier et invoquer, leur dieu Baal était sourd ; et il n'y avait personne qui répondît, ni qui parût entendre ceux qui priaient.

30. Alors Elie dit à tout le peuple : Venez avec moi. Et le peuple s'étant approché de lui, il rétablit l'autel du Seigneur, *qui avait été autrefois érigé en cet endroit, et* qui avait été détruit *par la longueur du temps.*

31. Il prit douze pierres, selon le nombre des tribus des enfants de Jacob, auquel le Seigneur avait adressé sa parole, en lui disant : Israël sera votre nom.

32. Et il bâtit de ces pierres un autel au nom du Seigneur : il fit une rigole, et comme deux petits sillons autour de l'autel :

---

28. *Incidebant se... cultris et lanceolis.* Amavit semper diabolus pro sua superbia, qua gaudet, nobilissimæ creaturarum sibi sanguinem in testimonium divinitatis offerri, et pro suo in humanum genus odio, humani sanguinis effusionem. Itaque vel humanas requirebat victimas per sacrificia quæ Molochi idolo offerebantur, vel cruentis aliis ceremoniis delectabatur. * Vide Deuter. 14. 1, ubi profanus hic ritus prohibetur. De eo Martialis :

Alba minus sævis lacerantur brachia cultris,
Cùm furit ad Phrygis enthea turba modos.

29. *Illis prophetantibus.* Chaldæus, *insanientibus*, ut supra dicebatur Saul prophetare in medio domus suæ. — *Tempus quo sacrificium offerri solet.* Significat convenisse inter Eliam et pseudoprophetas, ut tempus matutinum eis concederetur ad devocandum cœlitus ignem, Eliæ vero vespertinum : unde et LXX habent : *Et factum est circa tempus meridianum, ut sacrificandum esset.* Vulgatæ nostræ editionis textus significare videtur advenisse tempus vespertinum, quo juge holocaustum sacrificari solebat, juxta legem Exodi 29. 38, et Num. 28. 3.

30. *Venite ad me.* Adeste oculis et animis ; propius etiam accedite, ut observetis num victimæ clam ignem subjiciam. — *Curavit altare Domini.* Purgavit, refecit.

31. *Juxta numerum tribuum filiorum Jacob.* Ut significaret se nomine omnium tribuum sacrificaturum, ut ad Domini legitimum cultum reducerentur omnes. — *Israel erit nomen tuum.* Vide Gen. 32. 28.

32. *In nomine Domini.* In honorem Dei erectum. — *Duas aratiunculas.* Duos sulcos, quales aratro ducuntur. Hebr. et chald., *locum capientem duo sata seminis.* LXX, *locum capientem duas metretas seminis.*

Digitized by Google

33. Il prépara le bois, coupa le bœuf par morceaux, et le mit dessus le bois,

34. Et dit : Emplissez d'eau quatre cruches, et répandez-les sur l'holocauste et sur le bois. Il ajouta : Faites encore la même chose une seconde fois. Et l'ayant fait une seconde fois, il leur dit : Faites encore la même chose pour la troisième fois. Et ils le firent pour la troisième fois,

35. En sorte que les eaux couraient autour de l'autel, et que la rigole en était toute pleine, *montrant ainsi clairement qu'il n'y avait point de feu caché sous l'autel.*

36. Le temps étant venu d'offrir l'holocauste, le prophète Elie s'approcha et dit : Seigneur Dieu d'Abraham, d'Isaac et de Jacob, faites voir aujourd'hui que vous êtes le Dieu d'Israël, et que je suis votre serviteur, et que c'est par votre ordre que j'ai fait toutes ces choses.

37. Exaucez-moi, Seigneur, exaucez-moi ; afin que ce peuple apprenne que vous êtes le Seigneur Dieu, et que vous avez de nouveau converti leur cœur.

38. En même temps le feu du Seigneur tomba *du ciel* et dévora l'holocauste, le bois et les pierres, la poussière même et l'eau qui était dans la rigole autour de l'autel.

33. Et composuit ligna : divisitque per membra bovem, et posuit super ligna,

34. Et ait : Implete quatuor hydrias aqua, et fundite super holocaustum, et super ligna. Rursumque dixit : Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent secundo, ait : Etiam tertio idipsum facite. Feceruntque tertio,

35. Et currebant aquæ circum altare, et fossa aquæductus repleta est.

36. Cumque jam tempus esset ut offerretur holocaustum, accedens Elias propheta, ait : Domine Deus Abraham, et Isaac, et Israel, ostende hodie quia tu es Deus Israel, et ego servus tuus, et juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc.

37. Exaudi me, Domine, exaudi me : ut discat populus iste, quia tu es Dominus Deus, et tu convertisti cor eorum iterum.

38. Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna, et lapides, pulverem quoque, et aquam, quæ erat in aquæductu lambens.

§ III. *Tout le peuple d'Israël reconnaît que le Seigneur est le vrai Dieu. Elie leur ordonne d'arrêter les prophètes de Baal qu'il fait tous mourir. Il promet de la pluie à Achab, et elle tombe en abondance.*

39. Ce que tout le peuple ayant vu, il se prosterna le visage contre terre, et il dit : C'est le Seigneur qui est *le vrai* Dieu ; c'est le Seigneur qui est le *vrai* Dieu, *et il n'y en a point d'autre.*

40. Alors Elie leur dit : Prenez les prophètes de Baal, et qu'il n'en échappe pas un seul. Et le peuple s'étant saisi d'eux,

39. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, et ait : Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.

40. Dixitque Elias ad eos : Apprehendite prophetas Baal, et ne unus quidem effugiat ex eis. Quos

---

34. *Implete quatuor hydrias aqua.* Aqua superfunditur, ut magis evidens sit miraculum, inflammata materia humente, et minime disposita.

36. *Juxta præceptum tuum.* Te per inspirationem tuam me urgente, ut ita facerem.

37. *Iterum.* Id est, *retrorsum,* ut est in hebræo, ut scilicet in rectam viam redeant. LXX, *post te.*

40. *Apprehendite prophetas Baal.* Non ausus est Achab resistere miraculi

Digitized by Google

cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, et interfecit eos ibi (1).

41. Et ait Elias ad Achab : Ascende, comede, et bibe : quia sonus multæ pluviæ est.

42. Ascendit Achab ut comederet et biberet : Elias autem ascendit in verticem Carmeli, et pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua,

43. Et dixit ad puerum suum : Ascende, et prospice contra mare. Qui cum ascendisset, et contemplatus esset, ait : Non est quidquam. Et rursum ait illi : Revertere septem vicibus.

44. In septima autem vice, ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait : Ascende, et dic Achab : Junge currum tuum et descende, ne occupet te pluvia.

45. Cumque se verteret huc

Elie les mena au torrent de Cison *qui coule au pied du mont Carmel*, où il les fit mourir.

41. Elie dit ensuite à Achab : Allez, mangez et buvez *ce que vous avez en réserve ;* car j'entends le bruit d'une grande pluie *qui va vous donner des vivres en abondance.*

42. Achab s'en alla pour manger et pour boire. Et Elie monta sur le haut du Carmel, où se penchant en terre, il mit son visage entre ses genoux, *implorant avec ardeur le secours du Seigneur.*

43. Et *plein de confiance en sa divine bonté,* il dit à son serviteur : Allez, et regardez du côté de la mer. Ce serviteur étant allé regarder, lui vint dire : Il n'y a rien. Elie lui dit encore : Retournez-y par sept fois.

44. Et la septième fois il parut un petit nuage qui s'élevait de la mer grand comme le pied d'un homme. Elie dit à son serviteur : Allez dire à Achab : Faites mettre les chevaux à votre char ; et allez vite, de peur que la pluie ne vous surprenne.

45. Et lorsqu'il se tournait d'un côté et

(1) Bible vengée, note XXV. — Lettres de quelques Juifs, tome I, page 253.

---

stupore attonitus, et populum concitatum in impostores formidans. — *Torrentem Cison.* Qui ex monte Thabor effusus pene ad radices Carmeli excurrit, ut videre est in Tabulis Adrichomii.

41. *Comede, et bibe.* Lætus cibum sume, nec sis amplius sollicitus; brevi enim pluviam visurus es. — *Sonus multæ pluviæ est.* Jam imminent sonantes imbres.

42. *Ascendit in verticem Carmeli.* Descenderat enim ad torrentem, pseudoprophetas mactaturus. — *Posuit faciem suam inter genua sua.* Primo procubuit in genua, deinde demisit caput suum usque in terram et genua sua in signum humillimæ et ferventissimæ orationis. Josephus putat Eliam oraturum sedisse; sed hic habitus minus decere videtur orantem.

43. *Prospice contra mare.* Mediterraneum quod est ad occidentem terræ sanctæ, et e Carmelo videri potest. — *Revertere septem vicibus.* Non significat dictum puero, ut iret rediretque septies, quasi deambulando, sed prophetam septies edixisse famulo ut iret ad contemplandum mare, totidemque illum vicibus rediisse ad herum, nuntiando se nullum pluviæ vestigium agnoscere. Notandum cum Abulensi Dominum, qui statim ad mittendum ignem exoratus fuerat, in danda pluvia ad ejusdem Eliæ preces cunctatum esse, quia prior illa oratio fiebat coram populo, cujus fides periclitabatur, si tardius ignis descendisset. At nunc aberat populus, nec Elias scandalum passurus erat, et Deus ei fortasse consulebat, ne quid humanitus ab inani gloriola pateretur, si statim nunc quoque voti compos fieret.

44. *Quasi vestigium hominis.* Chald., *nubes parva sicut vola manus hominis scendit de occidente.*

Digitized by Google

d'autre, le ciel tout d'un coup fut couvert de ténèbres : *on vit paraître* des nuées, le vent *s'éleva*, et il tomba une grande pluie. Achab montant donc sur son char, s'en alla à Jezrahel, *qui est environ à douze lieues du mont Carmel.*

46. Et en même temps la main du Seigneur fut sur Elie ; et s'étant ceint les reins, il courait devant Achab, jusqu'à ce qu'il vînt à Jezrahel.

atque illuc, ecce cœli contenebrati sunt, et nubes, et ventus, et facta est pluvia grandis. Ascendens itaque Achab abiit in Jezrahel :

46. Et manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Jezrahel (1).

CHAPITRE XIX.

§ I. *Jézabel ayant appris qu'Elie avait tué tous les prophètes de Baal le veut faire mourir. Le prophète, saisi de frayeur, s'enfuit dans le désert. Il s'y endort, et est réveillé par un ange qui lui commande de manger du pain et de boire de l'eau qu'il trouve auprès de lui. Elie, fortifié par cette nourriture, marche durant quarante jours et quarante nuits, et arrive enfin à la montagne d'Horeb.* (2)

L'AN DU MONDE 3097. — AVANT J.-C. 907.

1. Achab ayant rapporté à Jézabel tout ce qu'Elie avait fait, et de quelle manière il avait tué par l'épée tous lès prophètes *de Baal,*

2. Jézabel envoya un homme à Elie pour lui dire : Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité, si, demain à la même heure, je ne vous fais perdre la vie, comme vous l'avez fait perdre à chacun de ces *prophètes.*

3. *Dieu en même temps abandonna* Elie *à sa propre faiblesse, pour le conserver dans l'humilité. Il* eut donc peur et s'en alla partout où son désir le portait. Et étant venu à Bersabée en Juda, il renvoya son serviteur.

1. Nuntiavit autem Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, et quomodo occidisset universos prophetas gladio,

2. Misitque Jezabel nuntium ad Eliam, dicens : Hæc mihi faciant dii, et hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis (3).

3. Timuit ergo Elias, et surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas : venitque in Bersabee Juda, et dimisit ibi puerum suum,

(1) Bible vengée, note XXV. — (2) Ibid. — (3) Ibid.

---

45. *Cumque se verteret huc atque illuc.* Chald. *et fuit dum se expediret, et descenderet.* — *In Jezrahel.* Unam de civitatibus regni sui. Eam Hier. in tribu Manasse fuisse dicit in finibus Issachar : Josephus Azari urbem vocat, eique cognomen alterum in tribu Juda constituit D. Hier. in Locis hebraicis.

46. *Manus Domini facta est super Eliam.* Vehemens inspiratio, quæ eum quasi manu prehensum ad iter impulit, vires etiam addens ad currendum; jam enim erat senex. Vide c. seq. n. 4. — *Donec veniret in Jezrahel.* Potius in Jezrahel quam in Samariam iter intendit, quia propius distabat Jezrahel, et pluvia cogebat ut quamprimum tectum subiret; et quia in Samaria erat Jezabel Eliæ infesta, cujus furor declinandus erat.

CAP. XIX. 3. *Quocumque eum ferebat voluntas.* Alia ex aliis loca, et latebras mutans. — *Venitque in Bersabee Juda.* Quæ erat urbs in finibus meri-

Digitized by Google

4. Et perrexit in desertum, viam unius diei. Cumque venisset, et sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur, et ait : Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam : neque enim melior sum quam patres mei.

5. Projecitque se, et obdormivit in umbra juniperi : et ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi : Surge, et comede.

6. Respexit, et ecce ad caput suum subcinericius panis, et vas aquæ : comedit ergo, et bibit, et rursum obdormivit.

7. Reversusque est angelus Domini secundo, et tetigit eum, dixitque illi : Surge, comede : grandis enim tibi restat via.

8. Qui cum surrexisset, comedit et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

4. Il fit dans le désert une journée de chemin, et étant venu sous un genièvre, il s'assit ; et souhaitant la mort, *dans la douleur qu'il avait de voir les justes opprimés et la vraie religion abandonnée,* il dit à Dieu : Seigneur, c'est assez *vivre pour moi.* Retirez mon âme de mon corps, car je ne suis pas meilleur que mes pères *qui sont morts avant moi.*

5. Et il se jeta par terre, et s'endormit à l'ombre du genièvre. En même temps un ange le toucha, et lui dit : Levez-vous et mangez.

6. Elie regarda et il vit auprès de sa tête un pain cuit sous la cendre et un vase d'eau. Il mangea donc et but, et il s'endormit encore.

7. L'ange du Seigneur revenant la seconde fois, le toucha *de nouveau,* et lui dit : Levez-vous et mangez : car il vous reste un grand chemin à faire.

8. S'étant levé, il mangea et but; et s'étant fortifié par cette nourriture, il marcha quarante jours et quarante nuits, *s'écartant de côté et d'autre dans le désert pour éviter ses persécuteurs,* jusqu'à *ce qu'il arrivât* à Horeb, *appelé aussi* la montagne de Dieu.

---

dianis totius regni Juda. — *Dimisit ibi puerum suum.* Filium mulieris Sarephtanæ, quem a mortuis susciiaverat, ut putat Abulens.

4. *Perrexit in desertum.* In quo peregrinati olim fuerant Israelitæ ab Ægypto egressi, ut patet ex sequentibus; mox enim dicitur venisse in montem Horeb. — *Petivit animæ suæ ut moreretur.* Postulavit a Deo ut anima sua e corporis vinculis solveretur, malis fatigatus, et zelo divini honoris æstuans, cupiensque tot sacrilegia amplius non videre. Sic Mathathias, I. Machab. 2. 7. dicebat : *Væ mihi ! ut quid natus sum videre contritionem populi mei, et contritionem civitatis sanctæ. — Neque enim melior sum quam patres mei.* Ut diutius vivam quam illi, qui in ætate, in qua ego nunc sum, mortui sunt. Ex his colligitur prophetam hoc tempore provectæ fuisse ætatis.

5. *Obdormivit in umbra juniperi.* Ex fatigatione itineris, et etiam ex animi mœrore, qui aliquando post multas cogitationes et curas somnum inducit. Sic Psal. 118. 28 dicitur : *Dormitavit anima mea præ tædio.*

6. *Rursum obdormivit.* Noctemque sub junipero transegit.

7. *Tetigit eum.* Adhuc dormientem.

8. *Quadraginta diebus et quadraginta noctibus.* Non recta via progrediens; alioqui enim quatuor vel quinque diebus eo pervenire potuisset; sed morem eorum secutus est qui fugiunt insequentes, qui modo ad dexteram, modo ad sinistram carpunt viam, et vias invias et inopinatas sectantur. Ac ne a principio quidem propositum habuit fortasse ad eum montem proficisci, sed pluribus voluntariis oberrationibus usus, eo denique ex vicinitate se contulit. Nec semper in itinere fuit, sed substitit, quievit, latuit; cibo tamen interim non egens ex divino miraculo.

Digitized by Google

§ II. *Elie se retire dans une caverne. Il se plaint au Seigneur qu'il est demeuré seul qui le reconnaisse pour le véritable Dieu, et qu'on le cherche pour le faire mourir. Le Seigneur lui déclare qu'il s'est réservé sept mille hommes qui n'ont point fléchi le genou devant Baal. Il lui commande d'aller sacrer Hazaël roi de Syrie, Jéhu roi d'Israël, et Elisée prophète pour lui succéder.*

9. Etant arrivé, il demeura dans une caverne ; et le Seigneur lui adressant sa parole, lui dit : Que faites-vous là, Elie ? *Pourquoi vous tenez-vous caché dans cette caverne ?*

10. Elie lui répondit : Je brûle de zèle pour vous, Seigneur Dieu des armées, parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance; qu'ils ont détruit vos autels ; qu'ils ont tué vos prophètes par l'épée, et qu'étant demeuré seul *de vos adorateurs,* ils cherchent encore à m'ôter la vie.

11. Le Seigneur lui dit : Sortez, et tenez-vous sur la montagne devant le Seigneur. En même temps le Seigneur passa *devant Elie. Mais* avant *que* le Seigneur *passât on entendit* un vent violent et impétueux, capable de renverser les montagnes et de briser les rochers ; et le Seigneur n'était point dans ce vent. Après le vent il se fit un tremblement *de terre ;* et le Seigneur n'était pas dans ce tremblement.

12. Après le tremblement il s'alluma un feu ; et le Seigneur n'était point dans ce feu. Après le feu l'on entendit le souffle d'un petit vent *doux.*

13. Ce qu'Elie ayant entendu, il se couvrit le visage de son manteau, *par respect ;* et étant sorti, il se tint à l'entrée de sa ca-

9. Cumque venisset illuc, mansit in spelunca : et ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi : Quid hic agis, Elia?

10. At ille respondit : Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel : altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam ut auferant eam.

11. Et ait ei : Egredere, et sta in monte coram Domino : et ecce Dominus transit, et spiritus grandis et fortis subvertens montes, et conterens petras ante Dominum : non in spiritu Dominus, et post spiritum commotio : non in commotione Dominus,

12. Et post commotionem ignis : non in igne Dominus, et post ignem sibilus auræ tenuis.

13. Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio, et egressus stetit in ostio speluncæ,

---

9. *Quid hic agis, Elia?* Modus interrogationis satis ostendit non divino jussu, sed naturali timore urgente Eliam latebras illas quæsivisse.

10. *Zelo zelatus sum.* Occidendo prophetas Baal, etc. — *Derelictus sum ego solus.* Vel est hyperbole, quam Dominus temperat n. 18, significans se multos habere qui a vera religione non defecerint. Vel ait se relictum solum qui palam et publice honorem Dei tueatur.

11. *Coram Domino.* Angelo qui Dei vicem gerebat, et illum referebat. — *Spiritus grandis.* Ventus adeo vehemens ut montes subversurus, et saxa contriturus videretur. Non tamen dum flaret ventus huc, Dominus se videndum exhibuit Eliæ. — *Commotio.* Terræ motus.

13. *Operuit vultum suum pallio.* Ita Domino reverentiam exhibens, ut quondam Moses abscondit faciem suam, non audens aspicere contra Deum, Exod. 3. 6, et Isaiæ cherubini duabus alis velabant faciem suam, cum throno Dei assisterent, Isa. 6. 2. * Significat Dominus per *commotionem* posse se cuncta, si velit, miscere; at velle se nunc patientia et lenitate uti, quæ spi-

Digitized by Google

et ecce vox ad eum dicens : Quid hic agis, Elia? Et ille respondit :

14. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum : quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel : altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, et quærunt animam meam ut auferant eam.

15. Et ait Dominus ad eum : Vade, et revertere in viam tuam per desertum in Damascum : cumque perveneris illuc, unges Hazael regem super Syriam,

16. Et Jehu filium Namsi unges regem super Israel : Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, unges prophetam pro te (1).

17. Et erit, quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Jehu : et quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus.

18. Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quo-

verne. Et en même temps une voix se fit entendre, qui lui dit : Que faites-vous là, Elie? Il répondit :

14. Je brûle de zèle pour vous, Seigneur Dieu des armées, parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance; qu'ils ont détruit vos autels; qu'ils ont tué vos prophètes par le fer, et qu'étant demeuré seul *dans vos intérêts*, ils cherchent encore à m'ôter la vie.

15. Et le Seigneur lui dit : Allez, retournez par le chemin par où vous êtes venu le long du désert vers Damas, et lorsque vous y serez arrivé, vous sacrerez d'huile Hazaël pour être roi de Syrie.

16. Vous sacrerez aussi Jéhu, fils de Namsi, pour être roi d'Israël; et vous sacrerez Elisée, fils de Saphat, qui est d'Abelmeula, pour être prophète en votre place.

17. Quiconque aura échappé à l'épée d'Hazaël sera tué par Jéhu : et quiconque aura échappé à l'épée de Jéhu sera tué par Elisée *que j'armerai de zèle pour exterminer mes ennemis.*

18. Et *ne dites point que vous êtes le seul qui m'adoriez; car* je me suis ré-

(1) Bible vengée, note XXVII.

---

ritu auræ tenuis designatur, et quam imitari et inducere oporteat Eliam et omnes electos.

15. *Revertere in viam tuam.* A meridie septentrionem versus. — *Per desertum in Damascum.* Quod iter longum futurum erat, et per regiones Ammonitarum et Moabitarum. Brevius fuisset per regnum Achab, sed noluit Dominus hoc periculum adiri a propheta jam metu perculso. — *Unges Hazael regem super Syriam.* Torniellus putat Hazael et Jehu vere unctos fuisse ab Elia, licet hujus unctionis historiam non habeamus in Scriptura. Salian. existimat vocem *unges,* idem esse quod *designabis* aut *declarabis* reges Hazael et Jehu, et Eliseum prophetam. * Non tantum curat Deus fidelem populum suum, sed aliis etiam gentibus raræ providentiæ argumenta et testimonia largitur, ut hic Syris.

16. *Filium Namsi.* Nepotem Namsi; filius enim erat Josaphati, ut patet ex IV. Reg. 9. 2. *Abelmeula.* Fuit ea urbs in tribu Manasse cis Jordanem, ut tradit Adrichomius in tribu Manasse, n. 3. — * *Prophetam pro te.* Designabis eum tibi successorem. Ungebantur reges prophetæ sacerdotes in signum donorum quæ Deus in illos effundebat si officium facerent.

17. *Interficiet eum Eliseus.* Non legimus tamen aliquos ab Eliseo interfectos. Nisi quis illos quadraginta duos pueros filios idololatrarum intelligi velit, quos juxta Bethel duo ursi egressi de saltu Elisei voluntate lacerarunt. Aliquos tamen alios præsertim de pseudoprophetis ab Eliseo interfectos credit Abulensis quæst. 23.

18. *Derelinquam mihi.* Reservabo, sive reservavi mihi. — *Septem millia.*

Digitized by Google

servé dans Israël sept mille hommes qui n'ont point fléchi le genou devant Baal, et qui ne l'ont point adoré, en portant la main à leur bouche, pour la baiser, *en l'honneur de cette idole.*

19. Elie étant donc parti de là, trouva Elisée, fils de Saphat, qui labourait avec douze paires de bœufs, et il conduisait lui-même une des charrues des douze paires de bœufs. Elie s'étant approché d'Elisée, mit son manteau sur lui, *comme pour lui communiquer l'esprit de prophétie, en lui donnant l'habit de prophète.*

20. Elisée aussitôt quitta ses bœufs, courut après Elie, et lui dit : Permettez-moi, je vous prie, que j'aille baiser mon père et ma mère ; et après cela je vous suivrai. Elie lui répondit : Allez, et revenez, car j'ai fait pour vous ce qui dépendait de moi ; *et c'est à vous maintenant à répondre à la grâce que vous venez de recevoir.*

21. Elisée, après avoir quitté Elie, prit une paire de bœufs qu'il tua. Il en fit cuire la chair avec le bois de la charrue dont il avait labouré, et la donna au peuple, qui en mangea. Il s'en alla aussitôt après, et se mit à suivre Elie, et à le servir, *abandonnant ainsi sa maison, ses biens et sa famille, pour s'attacher à ce prophète.*

rum genua non sunt incurvata ante Baal, et omne os, quod non adoravit eum osculans manus.

19. Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat, arantem in duodecim jugis boum; et ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat : cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum.

20. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, et ait : Osculer, oro, patrem meum, et matrem meam, et sic sequar te. Dixitque ei : Vade, et revertere : quod enim meum erat, feci tibi.

21. Reversus autem ab eo, tulit par boum, et mactavit illud, et in aratro boum coxit carnes, et dedit populo, et comederunt: consurgensque abiit, et secutus est Eliam, et ministrabat ei.

Multa hominum millia.—*Osculans manus.* Vel tacto idolo manum osculando, vel certe versus illud dexteram porrigendo, et ad osculum referendo. Erat enim antiquis, ut et nunc, osculum manus signum venerationis, et ex hujusmodi ritu nata putatur vox *adorandi,* id est, manum propriam ad os referendi. Ita accipiendum illud Job. 31. 27 : *Et osculatus sum manum meam.*

19. *In duodecim jugis boum.* In cœtu duodecim aratorum, quorum ipse unus erat, ut patet ex sequentibus. — *Misit pallium suum super illum.* Fortasse significans Eliseo deinceps et habitum et vitæ statum mutandum esse.

20. *Osculer, oro, patrem meum.* Rogo ut liceat patri ac matri valedicere.— *Quod enim meum erat, feci tibi.* Exsecutus sum divinam erga te jussionem, jam tuum est ut Dei quamprimum obtemperes voluntati.

21. *Reversus autem ab eo.* A colloquio Eliæ. — *In aratro boum coxit carnes.* Non deerant alia ligna coquendis carnibus ; sed mysterio id factum est, ut se priori vitæ ac vivendi rationi plane renuntiare significaret.— *Dedit populo.* Instructo epulo cognatis et amicis.

Digitized by Google

CHAPITRE XX.

§ I. *Bénadad, roi de Syrie, vient assiéger Samarie, et fait sommer Achab de lui en livrer toutes les richesses avec ses femmes et ses enfants.*

L'AN DU MONDE 3130.— AVANT J.-C. 901.

1. Porro Benadad, rex Syriæ, congregavit omnem exercitum suum, et triginta duos reges secum, et equos, et currus : et ascendens pugnabat contra Samariam, et obsidebat eam.

2. Mittensque nuntios ad Achab regem Israel in civitatem,

3. Ait : Hæc dicit Benadad : Argentum tuum, et aurum tuum meum est : et uxores tuæ, et filii tui optimi, mei sunt.

4. Responditque rex Israel : Juxta verbum tuum, domine mi rex, tuus sum ego, et omnia mea.

5. Revertentesque nuntii, dixerunt : Hæc dicit Benadad, qui misit nos ad te : Argentum tuum, et aurum tuum, et uxores tuas, et filios tuos dabis mihi.

6. Cras igitur hac eadem hora mittam servos meos ad te, et scrutabuntur domum tuam, et domum servorum tuorum : et omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, et auferent.

7. Vocavit autem rex Israel omnes seniores terræ, et ait : Anim-

1. Or Bénadad, roi de Syrie, ayant assemblé toute son armée, sa cavalerie et ses chariots, et trente-deux rois avec lui (*c'étaient des princes qui commandaient dans les villes qui lui étaient soumises*), il marcha pour attaquer Samarie, et il l'assiéga.

2. En même temps il envoya dans la ville des ambassadeurs à Achab, roi d'Israël,

3. Pour lui dire : Voici ce que dit Bénadad : Votre argent et votre or est à moi, vos femmes et vos enfants les mieux faits sont à moi.

4. Le roi d'Israël lui répondit : O roi mon seigneur, je suis à vous, comme vous le dites, et tout ce que j'ai est à vous.

5. Les ambassadeurs revenant encore vers Achab lui dirent : Voici ce que dit Bénadad qui nous avait envoyés vers vous : Vous nous donnerez votre argent, votre or, vos femmes et vos fils.

6. Demain donc à la même heure j'enverrai mes serviteurs vers vous. Ils visiteront votre maison et la maison de vos serviteurs : et ils prendront tout ce qui leur plaira, et l'emporteront.

7. Alors le roi d'Israël fit venir tous les anciens de son peuple, et leur dit : Con-

---

CAP. XX. 1. *Benadad.* Filius aut nepos alterius Benadad, qui ante 39 annos, ut computat Salianus, pugnaverat adversus Baasa regem Israel, ut vidimus supra, c. 15, n. 20. Causam belli fuisse suspicatur idem Salianus, quod Achab Benadado recusaret pendere tributum, quod antea pependisse colligitur ex hoc c. infra, n. 34. — *Triginta duos reges secum.* Satrapas vicinarum provinciarum circa Libanum et Euphraten, quos more suo Scriptura reges appellat. — *Ascendens.* Quia Samaria in monte posita erat.

3. *Argentum tuum, et aurum tuum.* Quasi dicat : Hæc omnia volo mihi tradi, et arbitrio voluntatique meæ permitti, quæ si sponte non dederis, invitus dabis.

4. *Juxta verbum tuum.* Ita locutus videtur Achab non serio, sed officiose et ut molli responso barbari regis animum leniret.

5. *Hæc dicit Benadad.* Sensit Benadad responsum Achab officiosum esse; itaque, ut intelligeret rem serio agi, alios mittit nuntios, qui significarent omnino velle Benadad ut illa omnia, quæ postulaverat, sibi traderentur.

Digitized by Google

sidérez, et voyez qu'il nous tend un piége. Car il m'a déjà envoyé pour mes femmes, pour mes fils, pour mon argent et mon or ; et je ne lui ai rien refusé *de ce qui est à moi. Mais maintenant il demande ce qui est à vous.*

8. Tous les anciens et tout le peuple lui répondirent : Ne l'écoutez point, et ne vous rendez point à ce qu'il désire.

9. Achab répondit donc aux ambassadeurs de Bénadad : Dites au roi mon seigneur : Je ferai toutes les choses que vous m'avez fait demander, comme étant votre serviteur ; mais, pour cette *dernière* chose, je ne la puis faire, *ne pouvant donner ce qui n'est pas à moi.*

10. Les ambassadeurs étant revenus, firent leur rapport à Bénadad, qui les renvoya encore, et fit dire à Achab : Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité, *si je laisse à Samarie pierre sur pierre, et si* toute la poussière de Samarie, *quand je l'aurai détruite,* suffit pour remplir seulement le creux de la main de tous les gens qui me suivent !

11. Le roi d'Israël leur répondit : Dites à votre maître : Ce n'est pas lorsqu'on prend les armes *pour combattre* qu'on doit se vanter ; c'est quand on les quitte, *après avoir remporté la victoire.*

12. Bénadad reçut cette réponse lorsqu'il buvait dans sa tente avec les autres rois ; et il dit aussitôt à ses gens : Qu'on aille investir la ville. Et ils l'investirent.

advertite, et videte, quoniam insidietur nobis ; misit enim ad me pro uxoribus meis, et filiis, et pro argento et auro : et non abnui.

8. Dixeruntque omnes majores natu, et universus populus, ad eum : Non audias, neque acquiescas illi.

9. Respondit itaque nuntiis Benadad : Dicite domino meo regi : Omnia propter quæ misisti ad me servum tuum in initio, faciam : hanc autem rem facere non possum.

10. Reversique nuntii retulerunt ei. Qui remisit, et ait : Hæc faciant mihi dii, et hæc addant, si suffecerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me.

11. Et respondens rex Israel, ait : Dicite ei : Ne glorietur accinctus æque ut discinctus.

12. Factum est autem, cum audisset Benadad verbum istud, bibebat ipse et reges in umbraculis, et ait servis suis : Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam.

---

7. *Et non abnui.* Revera non abnuerat, sed petitionem simulata concessione eluserat, dum clarius appareret quo cessura esset postulatio.

9. *Propter quæ misisti ad me servum tuum in initio.* Ut traderem aurum, argentum, uxores, filios. — *Faciam.* Officiose dicitur ; non enim animus illi erat ea tradere, si Benadad perstaret in proposito illa auferendi. — *Hanc autem rem.* Ut scilicet permittam auferri quæ sunt subditorum meorum, quod facere se velle significaverat Benadad, cum dixit in secunda legatione, *et domum servorum tuorum,* n. 6.

10. *Si suffecerit pulvis Samariæ.* Sententia est tam multos milites se adducturum ut illis terræ pulvis defuturus sit, si vel unum illius pugillum quilibet auferre velit, hoc est, quantum pugno uno capere possit.

11. *Ne glorietur accinctus æque ut discinctus.* Monet non esse canendum triumphum ante victoriam, nec eum qui se accingit ad pugnam gloriari debere, ut eum qui, cum victoria sit potitus, arma discingit et exuit.

12. *In umbraculis.* In tabernaculis et tentoriis. Vel sententia est eos pra

Digitized by Google

§ II. *Un prophète vient promettre à Achab, de la part du Seigneur, qu'il lui livrera toute l'armée ennemie par les mains des valets de pied des princes des provinces. Achab les fait marcher contre les Syriens. Ils les mettent en fuite et les défont entièrement.*

13. Et ecce propheta unus accedens ad Achab regem Israel, ait ei : Hæc dicit Dominus : Certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam eam in manu tua hodie : ut scias, quia ego sum Dominus.

14. Et ait Achab : Per quem? Dixitque ei : Hæc dicit Dominus : Per pedisequos principum provinciarum. Et ait : Quis incipiet prœliari? Et ille dixit : Tu.

15. Recensuit ergo pueros principum provinciarum, et reperit numerum ducentorum triginta duorum : et recensuit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia :

16. Et egressi sunt meridie. Benadad autem bibebat temulentus in umbraculo suo, et reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium ejus venerant.

17. Egressi sunt autem pueri principum provinciarum in prima fronte. Misit itaque Benadad. Qui nuntiaverunt ei, dicentes : Viri egressi sunt de Samaria.

18. Et ille ait : Sive pro pace veniunt, apprehendite eos vivos : sive ut prœlientur, vivos eos capite.

19. Egressi sunt ergo pueri principum provinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur :

13. En même temps un prophète vint trouver Achab, roi d'Israël, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez vu toute cette multitude innombrable : je vous déclare que je vous la livrerai aujourd'hui entre les mains, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur.

14. Achab lui répondit : Par qui? Il lui répondit : Voici ce que dit le Seigneur : Ce sera par les valets de pied des princes des provinces. Achab ajouta : Qui commencera le combat? Ce sera vous, dit le prophète.

15. Achab fit donc la revue des valets de pied des princes des provinces, et il en trouva deux cent trente-deux. Il fit ensuite la revue du peuple de tous les enfants d'Israël, *et il en trouva* sept mille *en état de combattre.*

16. Ils sortirent de la ville sur le midi. Cependant Bénadad était dans sa tente, qui buvait et qui était ivre ; et les trente-deux rois qui étaient venus à son secours buvaient aussi avec lui.

17. Les valets de pied des princes des provinces marchaient à la tête de l'armée. Bénadad ayant envoyé pour les reconnaître, on lui vint dire : Ce sont des gens qui sont sortis de Samarie.

18. Il dit *à ceux qui lui parlaient :* Soit qu'ils viennent pour traiter de la paix, soit qu'ils viennent pour combattre, prenez-les tout vifs.

19. Les valets de pied des princes des provinces s'avancèrent donc, et le reste de l'armée après eux.

---

nimia confidentia sub arborum comantium umbraculis, quasi de victoria certos, agitasse convivia.

13. *Propheta unus.* Abulensis putat fuisse Michæam filium Jemla, quod etiam sentit Lyranus et alii. — *Ut scias, quia ego sum Dominus.* Hæc potissima causa cur impio regi victoriam dare voluerit, ut etiam Benadadi superbia et fastus comprimeretur.

14. *Per pedisequos principum provinciarum.* Hebr. chaldæus et LXX habent, *pueros,* sive *adolescentes,* sive *famulos;* hoc enim significat vox hebraica נַעַר *nahar,* et græca παιδάριον. * Per turbam imbellem. — *Et ille dixit : Tu.* Hoc est tu aggressor sis, et ex urbe tuorum manus prodeat adversus Benadad.

18. *Apprehendite eos vivos.* Hoc dicitur ex hostium contemptu, et virium suarum fiducia.

Digitized by Google

20. Et chacun d'eux tua ceux qui se présentèrent devant lui. Aussitôt les Syriens, *prenant l'épouvante*, s'enfuirent, et l'armée d'Israël les poursuivait. Bénadad, roi de Syrie, s'enfuit aussi à cheval avec les cavaliers qui l'accompagnaient.

21. Et le roi d'Israël étant sorti de Samarie, tua les chevaux, renversa les chariots, et frappa la Syrie d'une grande plaie.

22. (Alors un prophète vint trouver le roi d'Israël, et lui dit : Allez, fortifiez-vous, et considérez bien ce que vous avez à faire; car le roi de Syrie viendra *encore* l'année suivante pour vous combattre.)

20. Et percussit unusquisque virum, qui contra se veniebat : fugeruntque Syri, et persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus suis.

21. Necnon egressus rex Israel percussit equos et currus, et percussit Syriam plaga magna.

22. (Accedens autem propheta ad regem Israel, dixit ei : Vade, et confortare, et scito, et vide quid facias : sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.)

§ III. *Les Syriens croyant que le Dieu des Israélites était le Dieu des montagnes et non des vallées, viennent avec une armée innombrable pour les combattre dans la plaine. Dieu livre une seconde fois ses ennemis à son peuple qui en tue cent mille en un seul jour et met le reste en fuite.*

23. Alors les serviteurs du roi de Syrie lui dirent : Leurs dieux sont les dieux des montagnes, et c'est pour cela qu'ils nous ont vaincus. Il faut que nous combattions contre eux en pleine campagne, et nous les vaincrons.

24. Voici donc ce que vous avez à faire : Faites retirer tous les rois de votre armée, et mettez en leur place vos principaux officiers.

25. Rétablissez vos troupes, en y remettant autant de soldats qu'il en a été tué, autant de chevaux qu'il y en avait dans votre armée, et autant de chariots que vous en avez eu auparavant, et nous combattrons contre eux en pleine campagne; et vous verrez que nous les battrons. Il crut le conseil qu'ils lui donnèrent, et il fit ce qu'ils lui avaient dit.

23. Servi vero regis Syriæ dixerunt ei : Dii montium sunt dii eorum, ideo superaverunt nos : sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus, et obtinebimus eos.

24. Tu ergo verbum hoc fac : Amove reges singulos ab exercitu tuo, et pone principes pro eis :

25. Et instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, et equos secundum equos pristinos, et currus secundum currus quos ante habuisti : et pugnabimus contra eos in campestribus, et videbis quod obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, et fecit ita.

---

20. *Fugeruntque Syri.* Deo illis timorem incutiente.

22. *Vide quid facias.* Rebus regni tui prospice, et quid facto opus sit considera.

23. *Dii montium sunt dii eorum.* Potentes scilicet in regno suo. Samaria et Bethel, et Dan erant in montibus, et omnia excelsa loca regni Israelitici idolis plena erant. * Fortasse audierant legem in monte datam. — *Obtinebimus eos.* Victoriam consequemur, cum monticolarum deorum vis ad plana loca et campestria non se porrigat.

24. *Amove reges.* Auctores sunt ut mutet reges in duces inferioris conditionis, vel quia illi in bello statim fugerant, nimium timentes vitæ suæ, pretiosas et regias animas suas conservare cupientes; vel quia reges molliter nutriti, non ut duces inferiores, qui duris militiæ laboribus assueverant, periculis se objicere audebant.

Digitized by Google

26. Igitur postquam annus transierat, recensuit Benadad Syros, et ascendit in Aphec, ut pugnaret contra Israel.

27. Porro filii Israel recensiti sunt, et acceptis cibariis profecti ex adverso, castraque metati sunt contra eos, quasi duo parvi greges caprarum: Syri autem repleverunt terram.

28. (Et accedens unus vir Dei, dixit ad regem Israel : Hæc dicit Dominus : Quia dixerunt Syri : Deus montium est Dominus, et non est Deus vallium : dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, et scietis quia ego sum Dominus.

29. Dirigebantque septem diebus ex adverso hi atque illi acies, septima autem die commissum est bellum : percusseruntque filii Israel de Syris centum millia peditum in die una.

30. Fugerunt autem qui remanserant in Aphec, in civitatem : et cecidit murus super viginti septem millia hominum, qui remanserant. Porro Benadad fugiens ingressus est civitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum (1);

26. Un an après Bénadad fit la revue des Syriens, et il vint à Aphec *vers le mont Liban*, pour combattre contre Israël.

27. Les enfants d'Israël firent aussi la revue de leurs troupes ; et ayant pris des vivres, ils marchèrent contre les Syriens, et campèrent vis-à-vis d'eux. *Ils ne paraissaient que* comme deux petits troupeaux de chèvres, au lieu que les Syriens couvraient toute la terre.

28. (Alors un homme de Dieu vint trouver le roi d'Israël, et lui dit : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que les Syriens ont dit : Le Seigneur est le Dieu des montagnes, mais il n'est pas le Dieu des vallées, je vous livrerai toute cette grande multitude, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.)

29. Les deux armées furent rangées en bataille l'une devant l'autre pendant sept jours. Le septième jour la bataille se donna; et les enfants d'Israël tuèrent en un jour cent mille hommes de pied des Syriens.

30. Ceux qui échappèrent s'enfuirent dans la ville d'Aphec ; et une muraille tomba sur vingt-sept mille hommes qui étaient restés. Bénadad s'enfuyant entra dans la ville, et se retira dans le lieu le plus secret d'une chambre.

(1) Bible vengée, note XXVI. — Rép. crit., tome IV, page 132.

---

26. *Postquam annus transierat.* Et evoluta hieme se veris initium aperuit. — *In Aphec.* Quæ civitas ab Adrichomio ponitur in tribu Issachar, non longe a civitate Jezrahel, ubi magna est planities quæ vocatur Galilææ, et campus magnus Esdrelon et Mageddo, quæ sunt civitates in eadem planitie. Alii oppidum hoc in tribu Aser constituunt ex Josue 19. 30, aiuntque bello Syrorum factum.

27. *Quasi duo parvi greges caprarum.* Mirum videtur tam paucos fuisse, cum a propheta monitus fuisset rex ut rebus suis provideret. Verum pleræque urbes a rege Juda tenebantur Israelitis ab Asa ereptæ, II. Par. 17. 2. Alias occupaverat rex Syriæ, quo tempore ab Asa evocatus fuerat contra Baasa, III. Reg. 15. 20, et hoc capite n. 34. Permulti etiam ex Israelitis, præter levitas et sacerdotes, sponte religionis causa ad regnum Judæ transierunt, II. Paral. 11. 16, tam tempore Roboami, quam Asæ patris Josaphat, II. Paralip. 15. 9. Itaque apparet quantum pietas et verus Dei cultus valeat ad regna roboranda, et quantum vice versa ea dejiciat et disperdat impietas.

30. *Cecidit murus super viginti septem millia hominum.* Rex fugit, et intra cubiculum se abdidit, jussitque suos murum custodire, et hostes arcere. Dum hi partim in muro et pro pinnis stant, partim ad portas et circa murum,

Digitized by Google

§ IV. *Bénadad, roi de Syrie, se rend à Achab qui lui sauve la vie, et fait alliance avec lui. Dieu l'en reprend par un prophète qui l'assure que sa vie répondra pour celle de ce méchant prince, et son peuple pour le peuple de Syrie.*

31. Alors ses serviteurs lui dirent : Nous avons ouï dire que les rois de la maison d'Israël sont *doux et* cléments. Mettons donc des sacs sur nos reins et des cordes à notre cou, et allons trouver le roi d'Israël ; peut-être qu'il nous donnera la vie.

32. Ainsi ils se mirent des sacs sur les reins et la corde au cou, et vinrent trouver le roi d'Israël, et lui dirent : Bénadad, votre serviteur, vous envoie faire cette supplication ; Accordez-moi la vie. Il leur répondit : S'il est encore en vie, c'est mon frère.

33. Les Syriens tirèrent de là un bon présage ; et prenant aussitôt ce mot de sa bouche, ils lui dirent : Votre frère Bénadad *vous fait cette prière.* Il leur répondit : Allez, et amenez-le moi. Bénadad vint donc se presenter à Achab qui le fit monter sur son chariot.

34. Et Bénadad lui dit : Je vous rendrai les villes que mon père a prises sur votre père ; et faites-vous des places publiques dans Damas, comme mon père en avait

31. Dixeruntque ei servi sui : Ecce, audivimus quod reges domus Israel clementes sint : ponamus itaque saccos in lumbis nostris, et funiculos in capitibus nostris, et egrediamur ad regem Israel : forsitan salvabit animas nostras.

32. Accinxerunt saccis lumbos suos, et posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, et dixerunt ei : Servus tuus Benadad dicit : Vivat, oro te, anima mea. Et ille ait : Si adhuc vivit, frater meus est.

33. Quod acceperuut viri pro omine : et festinantes rapuerunt verbum ex ore ejus, atque dixerunt : Frater tuus Benadad. Et dixit eis : Ite, et adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadad, et levavit eum in currum suum.

34. Qui dixit ei : Civitates, quas tulit pater meus a patre tuo, reddam : et plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in

---

ecce procumbit murus, et viginti septem hominum millia obterit. — *Ingressus est civitatem.* Prius ingressus fuerat, sed Scriptura cladem utramque simul narrare voluit, tam quæ ex commisso prælio, quam quæ ex ruina muri secuta est.

31. *Funiculos in capitibus nostris.* LXX, chald. et Josephus de funiculis super capita impositis interpretantur. Alii ligata volunt restibus colla, qui habitus supplicium est; itaque italice dicimus schemate adagiali : *Andar con la corda al collo.* Idem tamen esse videtur, sive dicamus funes in capitibus fuisse, sive circa collum; nam hæc duo propter vicinitatem accipiuntur pro eodem : sic dicimus alicujus abscindi caput, cum collum abscindatur.

32. *Vivat, oro te, anima mea.* Vivere liceat.

33. *Acceperunt viri pro omine.* Juxta superstitiosos ethnicorum ritus, qui curiose ex augurum disciplina observabant an quod amicum verbum elaberetur, quod ipsi statim exciperent, et ad quamdam veniæ necessitatem traherent, ideoque dixerunt : *Frater tuus Benadad.*

34. *Qui dixit ei.* Benadad scilicet Achabo, nolens pro ingenti beneficio servatæ vitæ ingratus videri. — *Pater meus a patre tuo.* Quando hoc acciderit non memorat Scriptura, nisi dicere velimus sermonem esse de civitatibus Israeli ademptis a Syris sub Baasa, ut vidimus supra, c. 15. 20, dicamusque Baasam patrem Achabi vocari, quia illi Achab in regno successit, ut solent filii parentibus. — *Plateas fac tibi in Damasco.* Plateas vocat fora rerum ve-

Digitized by Google

Samaria, et ego fœderatus recedam a te. Pepigit ergo fœdus, et dimisit eum.

35. Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini : Percute me. At ille noluit percutere.

36. Cui ait : Quia noluisti audire vocem Domini, ecce recedes a me, et percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo, invenit eum leo, atque percussit.

37 Sed et alterum inveniens virum, dixit ad eum : Percute me. Qui percussit eum, et vulneravit.

38. Abiit ergo propheta, et occurrit regi in via, et mutavit aspersione pulveris os et oculos suos.

39. Cumque rex transisset, clamavit ad regem, et ait : Servus tuus egressus est ad prœliandum cominus : cumque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, et ait : Custodi virum istum : qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes.

fait pour lui dans Samarie : et quand nous aurons fait alliance entre nous, je me retirerai. Achab fit donc cette alliance avec lui, et le laissa aller.

35. Alors un des enfants des prophètes dit de la part du Seigneur à un de ses compagnons : Frappez-moi. Et comme il ne voulut pas le frapper,

36. Il lui dit : Parce que vous n'avez pas voulu écouter la voix du Seigneur, *en me frappant comme il vous l'avait ordonné*, aussitôt que vous m'aurez quitté, un lion vous tuera. Lorsqu'il fut un peu éloigné de lui, un lion le trouva et le tua.

37. Ayant rencontré un autre homme, il lui dit : Frappez-moi. Cet homme le frappa et le blessa.

38. Le prophète, au sortir de là, s'en alla donc au-devant du roi qui était en chemin, et se rendit méconnaissable, en se mettant de la poussière sur son visage et sur ses yeux.

39. Et lorsque le roi fut passé, il cria après lui, et lui dit : Votre serviteur s'était avancé pour combattre les ennemis de près. Et l'un d'eux s'étant enfui, quelqu'un me l'a amené, et m'a dit : Gardez-moi bien cet homme-là ; et s'il s'échappe, votre vie répondra de la sienne, ou vous paierez un talent d'argent.

---

nalium, super quas vectigal aliquod constituat et colligat Achab, quæ est communis interpretatio, Abulens. et Vatabl. LXX habent, *et exitus pones in Damasco*, ubi ἔξοδος, *exitus*, videtur poni loco τοῦ προσδου, scilicet pro *reditu*. Suspicabar fortasse plateas facere idem esse quod militare præsidium constituere, ut loquendi modus similis esset phrasi nostræ italicæ, qua dicimus : *Far piazza d'armi*. * Hanc explicationem sequentes dicemus hanc munitionem institutam ut prohiberentur Damasceni in terras Israelitarum posthac irrumpere. Favet id quod legimus II. Reg. 8. 6 : *Posuit David præsidium in Syria Damasci, factaque est Syria David serviens sub tributo.* Vide etiam I. Paral. 18. 6.

35. *Vir quidam de filiis prophetarum.* Quæ Michæam filium Jemla Josephus, aliique Hebræi fuisse volunt. — *In sermone Domini.* Ex Dei mandato. — *Percute me.* Inflige mihi vulnus in capite aut in facie, ut scilicet videretur in prælio quod commissum fuerat vulnus illud accepisse.

36. *Atque percussit.* Non est omnino certum an occiderit. Plerique tamen occisum putant, et hoc in Scripturis fere significatur nomine percussionis.

38. *Aspersione pulveris.* Ne agnosci posset, ut prius parabolam proponere posset, quam illam ad se pertinere rex intelligeret.

39. *Erit anima tua pro anima ejus.* Eamdem subibis conditionem servitutis aut mortis.—*Aut talentum argenti appendes.* Tria siclorum argenteorum millia.

Digitized by Google

40. Et comme étant troublé je me tournais de côté et d'autre, cet homme est disparu tout d'un coup. Le roi d'Israël lui dit : Vous avez vous-même prononcé votre arrêt.

41. Aussitôt il essuya la poussière de son visage, et le roi d'Israël reconnut qu'il était du nombre des prophètes.

42. Il dit au roi : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous avez laissé échapper de vos mains un homme digne de mort, votre vie répondra pour la sienne, et votre peuple pour son peuple.

43. Le roi d'Israël retourna donc en sa maison, ne faisant pas de cas de ce que ce prophète lui avait dit. Et il entra plein de fureur dans Samarie, *étant irrité de cette menace du Seigneur.*

40. Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait rex Israel ad eum : Hoc est judicium tuum, quod ipse decrevisti.

41. At ille statim abstersit pulverem de facie sua, et cognovit eum rex Israel, quod esset de prophetis.

42. Qui ait ad eum : Hæc dicit Dominus : Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, et populus tuus pro populo ejus.

43. Reversus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, et furibundus venit in Samariam.

CHAPITRE XXI.

§ I. *Naboth refuse de vendre sa vigne à Achab qui en conçoit beaucoup de chagrin. Jézabel envoie des ordres pour faire faire le procès à Naboth. On gagne de faux témoins qui l'accusent d'avoir blasphémé contre Dieu et contre le roi. Il est condamné et lapidé.*

L'AN DU MONDE 3105. — AVANT J.-C. 899.

1. Après ces événements *il en arriva un autre* dans le même temps. Naboth, de Jezrahel, avait à lui, dans Jezrahel même, une vigne près du palais d'Achab, roi de Samarie.

2. Et Achab lui dit : Donnez-moi votre vigne, afin que je puisse faire un jardin potager, parce qu'elle est proche de ma

1. Post verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Jezrahelitæ, qui erat in Jezrahel, juxta palatium Achab regis Samariæ.

2. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens : Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum

---

40. *Non comparuit.* Fuga se subduxit. — *Hoc est judicium tuum, quod ipse decrevisti.* Tu ipse contra te sententiam protulisti; vel enim reus es mortis, aut servitutis, vel talentum repræsentare debes ei qui hominem custodiendum crediderat tibi.

42. *Quia dimisisti virum dignum morte.* Ex parabola intelligere potuit Achab quanta in culpa esset dimisso sponte Benadado, cum hic eo vel per negligentiam amisso, quem fortasse se custoditurum non promiserat, suo ipsius judicio reus esset. — *Erit anima tua.* Cujus denuntiationis veritatem eventus intra tertium annum subsecutus declaravit; nam et ipse a Syris occisus est, et populus ejus ab eisdem fusus et fugatus, ut patet ex c. 22 hujus libri.

CAP. XXI. 1. *Qui erat in Jezrahel* (correctio Vatic. habet *quæ erat*). Ubi fuerit vinea non exprimit sacer textus, ex capitis tamen hujus versiculo 18 videtur vinea Naboth Samariæ fuisse; at ex IV. Reg. 9. 21, potius fuisse in Jezrahel. * In textu hebræo, chaldæo et græco est : *quæ erat in Jezrahel.*

Digitized by Google

olerum, quia vicina est, et prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem : aut si commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna est.

3. Cui respondit Naboth : Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4. Venit ergo Achab in domum suam indignans, et frendens super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Jezrahelites, dicens : Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et projiciens se in lectulum suum, avertit faciem suam ad parietem, et non comedit panem.

5. Ingressa est autem ad eum Jezabel uxor sua, dixitque ei : Quid est hoc, unde anima tua contristata est? et quare non comedis panem?

6. Qui respondit ei : Locutus sum Naboth Jezrahelitæ, et dixi ei : Da mihi vineam tuam, accepta pecunia : aut, si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait : Non dabo tibi vineam meam.

7. Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus : Grandis auctoritatis es, et bene regis regnum Israel. Surge, et comede panem, et æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Jezrahelitæ.

8. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, et signavit eas anmaison, et je vous en donnerai une meilleure ; ou, si cela vous accommodait mieux, je vous la paierai en argent, au prix qu'elle vaut.

3. Naboth lui répondit : Dieu me garde de vous donner l'héritage de mes pères, *que la loi me défend d'aliéner.*

4. Achab revint donc chez lui tout en colère, et plein de fureur, à cause de cette parole de Naboth, de Jezrahel, qui lui avait dit : Je ne vous donnerai point l'héritage de mes pères. Et se jetant sur son lit, il se tourna du côté de la muraille, et ne mangea point.

5. Jézabel, sa femme, l'étant venu trouver, lui dit : Qu'est-ce donc que cela? D'où vous vient cette tristesse? et pourquoi ne mangez-vous point?

6. Il lui répondit : J'ai parlé à Naboth, de Jezrahel, et je lui ai dit : Donnez-moi votre vigne, et je vous en donnerai l'argent ; ou, si vous l'aimez mieux, je vous en donnerai une meilleure que celle-là. Et il m'a répondu : Je ne vous donnerai point ma vigne.

7. Jézabel, sa femme, lui dit : Votre autorité est grande, *à ce que je vois*, et vous gouvernez bien le royaume d'Israël. Levez-vous, mangez, et ayez l'esprit en repos : je me charge de vous livrer la vigne de Naboth, de Jezrahel.

8. Aussitôt elle écrivit des lettres au nom d'Achab, qu'elle cacheta du cachet

---

3. *Ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Religioni ducebat quasi divinitus ad se per majorum suorum manus transmissam hæreditatem in familia sua non conservare quam si venderet, cum in hortum regium convertenda esset, nunquam eam, ne in jubilæo quidem, ut Israelitarum jura ferebant, recuperare potuisset. * Neque lex id permittebat, nisi gravi necessitate pressis. Vide Deut. 15. 25. Adde quod naturale est amare possessiones avitas.

4. *Indignans, et frendens.* Nolunt sibi quidquam principes negari, ne videantur quodammodo accusari imprudentiæ, quod ea postulaverint quæ merito negari possint : vel certe contemni ab hominibus inferioris conditionis. — *Projiciens se in lectulum.* Fortassis animi ægritudo redundavit in corpus. — *Avertit faciem suam ad parietem.* Abstinens a suorum consuetudine, quod signum mœroris erat, ut etiam quod comedere noluerit.

7. *Grandis auctoritatis es.* Qui scilicet rem tantulam pro arbitratu conficere non possis. — *Bene regis regnum Israel.* Cui subditi ita audent obsistere.

Digitized by Google

du roi, et elle les envoya aux anciens et aux premiers de la ville de Naboth, qui demeuraient avec lui,

9. Ces lettres étaient conçues en ces termes : Publiez un jeûne, *comme pour vous disposer à juger une affaire importante*, et faites asseoir Naboth entre les premiers du peuple,

10. Et gagnez contre lui deux enfants de Bélial, qui rendent un faux témoignage, en disant : Naboth a blasphémé contre Dieu et contre le roi. Qu'on le mène hors de la ville, qu'il soit lapidé et mis à mort.

11. Les anciens et les premiers de la ville de Naboth qui demeuraient avec lui firent ce que Jézabel leur avait commandé, et ce que portait la lettre qu'elle leur avait envoyée.

12. Ils publièrent un jeûne, et firent asseoir Naboth entre les premiers du peuple, *comme pour juger avec eux une affaire importante.*

13. Et ayant fait venir deux enfants du diable, ils les firent asseoir vis-à-vis de lui. Et ces deux enfants du diable portèrent témoignage contre lui devant l'assemblée en disant : Naboth a blasphémé Dieu et le roi. Et ensuite de ce témoignage ils le firent mener hors de la ville, et le lapidèrent.

nulo ejus, et misit ad majores natu et optimates, qui erant in civitate ejus, et habitabant cum Naboth.

9. Litterarum autem hæc erat sententia : Prædicate jejunium, et sedere facite Naboth inter primos populi,

10. Et submittite duos viros filios Belial contra eum, et falsum testimonium dicant : Benedixit Deum et regem : et educite eum, et lapidate, sicque moriatur.

11. Fecerunt ergo cives ejus majores natu et optimates, qui habitabant cum eo in urbe, sicut præceperat eis Jezabel, et sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos :

12. Prædicaverunt jejunium, et sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

13. Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum : at illi, scilicet ut viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine : Benedixit Naboth Deum et regem : quam ob rem eduxerunt eum extra civitatem, et lapidibus interfecerunt.

---

9. *Prædicate jejunium.* Refert Vatablus in die jejunii solitos Hebræos inquirere facinora et flagitia populi, et de ipsis et perditis hominibus pœnas sumere. Abulensis quæst. 4. putat solitos fuisse judices jejunare in signum commiserationis adversus reum morte afficiendum, aut ad significandum se ex Dei et justitiæ zelo, et non ex perturbatione aliqua sententiam ferre. — *Sedere facite Naboth inter primos populi.* Ut scilicet crimen, quod mox debebat in eum intendi, ignotum judicibus atque improvisum videretur; et ipse tanto gravius pudefieret, dum de judice se reum criminis gravissimi factum videret.

10. *Duos viros filios Belial.* Vide dicta Deut. 13. 13. — *Benedixit Deum.* Benedicere hoc loco, ut etiam n. 13, eodem modo sumitur quo accipitur Job. 1. 5, et 2. 9, scilicet per antiphrasim, ut idem sit *benedixit*, *quod maledixit*, aut *blasphemavit.* — *Educite eum, et lapidate.* Ut jubet Levit. lex, c. 24. 16.

13. *Filiis diaboli.* Idem est quod dixit n. 10, *filios Belial.* — *Eduxerunt eum extra civitatem.* Nam ut in deserto extra castra educebantur qui lapidibus obruendi erant, ut patet Levit. 24. 23, et Josue 7. 24; ita postea extra urbes.

Digitized by Google

14. Miseruntque ad Jezabel, dicentes : Lapidatus est Naboth, et mortuus est.

15. Factum est autem, cum audisset Jezabel lapidatum Naboth, et mortuum, locuta est ad Achab : Surge, et posside vineam Naboth Jezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, et dare eam accepta pecunia : non enim vivit Naboth, sed mortuus est.

14. Ils envoyèrent aussitôt à Jézabel pour lui dire : Naboth a été lapidé, et il est mort.

15. Jézabel ayant appris que Naboth avait été lapidé et qu'il était mort, vint dire à Achab : Allez, et rendez-vous maître de la vigne de Naboth, de Jezrahel, qui n'a pas voulu se rendre à votre désir, ni vous la donner pour le prix qu'elle valait : car Naboth n'est plus en vie, mais il est mort *comme criminel de lèse-majesté, et la confiscation de son bien vous appartient.*

§ II. *Achab ayant appris la mort de Naboth va dans sa vigne pour s'en emparer. Elie le va trouver de la part du Seigneur, lui reproche son crime, et le menace des plus grands maux. Ce prince s'humilie et détourne de dessus lui, par son humiliation, les maux dont il était menacé.*

16. Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, et descendebat in vineam Naboth Jezrahelitæ, ut possideret eam.

16. Achab ayant appris la mort de Naboth, s'en alla aussitôt dans la vigne de Naboth, de Jezrahel, pour s'en rendre maître.

17. Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens :

17. En même temps le Seigneur adressa sa parole à Elie, de Thesbé, et lui dit :

18. Surge, et descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria : ecce ad vineam Naboth descendit, ut possideat eam :

18. Allez tout maintenant au-devant d'Achab, roi d'Israël, qui est dans Samarie : car le voilà qui va dans la vigne de Naboth, pour s'en rendre maître ;

19. Et loqueris ad eum, dicens : Hæc dicit Dominus : Occidisti, insuper et possedisti. Et post hæc addes : Hæc dicit Dominus : In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.

19. Et vous lui parlerez en ces termes : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez tué *Naboth*, et de plus vous vous êtes emparé *de sa vigne*. Et vous lui direz ensuite : Voici ce que dit le Seigneur : En ce même lieu où les chiens ont léché le sang de Naboth, ils lécheront aussi votre sang *et celui de vos enfants.*

20. Et ait Achab ad Eliam : Num invenisti me inimicum tibi? Qui dixit : Inveni, eo quod ve-

20. Et Achab dit à Elie : En quoi avez-vous trouvé que je me déclarasse votre ennemi, *pour me faire de telles menaces?*

---

* 15. *Posside.* Titulo confiscationis, quæ apud Hebræos videtur vim habuisse in delictis adversus regiam majestatem. Vide II. Reg. 9. 7.

17. *Factus est igitur sermo... ad Eliam Thesbiten.* Recte electus est Elias spiritu fervens, et regis Achab supercilium non formidare solitus.

19. *Occidisti.* Cum Jezabelis conatibus obviam non ivisti. — *Possedisti.* Animo enim possessionem inierat, quamvis adhuc esset in via vineam versus. — *In loco hoc.* Communi tamen, non proprio : neque enim præcise idem loco fuit; nam Naboth in Jezrahel lapidatus est, Achab vero sanguinem canes linxerunt in Samaria.

20. *Num invenisti me inimicum?* Quasi dicat : Qua in re tibi molestus fui, quod me infaustis et ominosis vaticiniis persequeris? — *Venundatus sis, ut faceres malum.* Quasi dicat : Totus in hoc positus est et traditus, aut pretio

Digitized by Google

Élie lui répondit : En ce que vous vous êtes vendu pour faire le mal aux yeux du Seigneur. *C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur* :

21. Je vais faire fondre tous les maux sur vous. Je vous retrancherai, vous et votre postérité, de dessus la terre ; et je tuerai de la maison d'Achab jusqu'aux plus petits enfants et aux animaux, et depuis le premier jusqu'au dernier dans Israël.

22. Je rendrai votre maison comme la maison de Jéroboam, fils de Nabath, et comme la maison de Baasa, fils d'Ahia, parce que vos actions ont irrité ma colère, et que vous avez fait pécher *les anciens d'*Israël, *en les obligeant de faire mourir Naboth, quoiqu'il fût innocent.*

23. Le Seigneur a prononcé aussi cet arrêt contre Jézabel : Les chiens mangeront Jézabel dans le champ de Jezrahel.

24. Si Achab meurt dans la ville, il sera mangé par les chiens ; et s'il meurt dans les champs, il sera mangé par les oiseaux du ciel.

25. Achab n'eut donc point son semblable en méchanceté, comme ayant été vendu pour faire le mal aux yeux du Seigneur ; car il y fut excité *encore* par Jézabel, sa femme,

26. Et il devint tellement abominable qu'il suivait les idoles des Amorrhéens, que le Seigneur avait exterminés à l'entrée des enfants d'Israël *en leur pays.*

27. Achab ayant entendu ces paroles déchira ses vêtements, couvrit sa chair d'un cilice, jeûna, et dormit avec le sac, et marcha ayant la tête baissée.

nundatus sis, ut faceres malum in conspectu Domini.

21. Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clausum et ultimum in Israel.

22. Et dabo domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabath, et sicut domum Baasa filii Ahia : quia egisti, ut me ad iracundiam provocares, et peccare fecisti Israel.

23. Sed et de Jezabel locutus est Dominus, dicens : Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel.

24. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes ; si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.

25. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est ut faceret malum in conspectu Domini : concitavit enim eum Jezabel uxor sua,

26. Et abominabilis factus est, in tantum ut sequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus a facie filiorum Israel.

27. Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, et operuit cilicio carnem suam, jejunavitque et dormivit in sacco, et ambulavit demisso capite.

---

conductus, ut malum facias. Non sæpe in Scriptura idem est venundatum esse, quod traditum ; quæ enim venduntur, traduntur emptoribus : sic Psalm. 43. 13. dicitur : *Vendidisti populum tuum sine pretio.*

21. *Posteriora tua.* Posteros tuos, filios tuos. — *Mingentem ad parietem.* Vide dicta I. Reg. c. 25, num. 22. — *Clausum.* Vide supra, c. 14, n. 10.

22. *Peccare fecisti Israel.* Peccatum scandali publici sæpe inculcat Dominus, quia gravissimum, et plurimorum malorum origo.

* 24. *Comedent eum canes.* Id est, cadaver insepultum remanebit, de hujus tamen severitate sententiæ aliquid remisit Deus propter Achabi pœnitentiam, ideoque cap. seq. n. 37, dicitur sepultus fuisse rex in Samaria.

25. *Venundatus est.* Vide dicta n. 20. * — *In conspectu Domini.* Palam et inverecunde.

26. *Quæ fecerant Amorrhæi.* Quæ Jezabel Sidone detulerat.

Digitized by Google

28. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens :

29. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus filii sui inferam malum domui ejus.

28. Alors le Seigneur adressa sa parole à Elie, de Thesbé, et lui dit :

29. N'avez-vous pas vu Achab humilié devant moi ? Puis donc qu'il s'est humilié à cause de moi, je ne ferai point tomber sur lui, pendant qu'il vivra, les maux *dont je l'ai menacé* ; mais sous le règne de son fils je les ferai tomber sur sa maison.

CHAPITRE XXII.

§ 1. *Josaphat, roi de Juda, veut se joindre à Achab, roi d'Israël, qui avait résolu de reprendre Ramoth Galaad sur le roi de Syrie. Tous les prophètes d'Achab lui promettent un heureux succès. Josaphat demande un prophète du Seigneur, et l'on va querir Michée.*

L'AN DU MONDE 3107. — L'AN DU MONDE 897.

1. Transierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israel.

2. In anno autem tertio, descendit Josaphat rex Juda ad regem Israel.

3. (Dixitque rex Israel ad servos suos : Ignoratis quod nostra sit Ramoth Galaad, et negligimus tollere eam de manu regis Syriæ?)

1. Après cela trois ans se passèrent sans qu'il y eût guerre entre la Syrie et Israël.

2. Mais la troisième année *depuis l'alliance faite entre Bénadad et Achab, la guerre recommença. Et* Josaphat, roi de Juda, vint trouver le roi d'Israël *à sa prière.*

3. (Car le roi d'Israël avait déjà dit à ses serviteurs : Ignorez-vous que la ville de Ramoth en Galaad est à nous? Et cependant nous ne pensons point à la retirer des mains du roi de Syrie).

---

29. *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me?* Abulens. q. 14, existimat probabilius Achabum vere et ex caritate pœnituisse, licet ad hoc præcipue incitatus fuerit propter comminationem Eliæ, nec pœnam promeritam evaserit. Idem sentit D. Ambros. in Ps. 37, et S. Chrysost. hom. 5 ad popul. Antiochenum. Theodoretus, Procopius et alii ei tantum timorem tribuunt servilem, post quem statim aiunt ad pristinam impietatem rediisse. — *Humiliatus est mei causa.* Sive *in conspectu meo,* ut habent LXX.

CAP. XXII. * 1. *Tres anni.* Non pleni. Vide II. Paral. 18. 1.

2. *Descendit Josaphat.* Visitationis hujus causa non alia fuisse videtur quam mutua inter utrumque amicitia, atque affinitas ex Joram filii Josaphat cum Athalia filia Achabi et Jezabelis conjugio, cujus amicitiæ causa postea a Jehu propheta reprehensus est. Dicitur Josaphat descendisse, quia Jerusalem editiore loco erat quam Samaria.

3. *Ramoth Galaad.* Erat urbs hæc trans Jordanem in tribu Gad, eademque sacerdotalis, et una de urbibus perfugio destinatis. Dicitur Ramoth Galaad, quod esset in Galaaditide provincia; nam alia etiam erat Ramoth in tribu Issachar, cujus mentio est I. Par. 6. 73. — *De manu regis Syriæ.* Obscurum est quandonam illam Syri occuparint. Fortassis fuerit una ex illis quas Syri invaserunt dum Baasa Ramam ædificaret adversus Asam, supra, cap. 15, n. 17, licet ibi non nominetur. Ex hoc loco constat regem Syriæ non stetisse promissis factis c. 20, n. 34, scilicet de urbibus occupatis reddendis.

Digitized by Google

4. Et le roi d'Israël dit à Josaphat : Viendrez-vous avec moi à la guerre pour prendre Ramoth en Galaad ?

5. Josaphat répondit au roi d'Israël : Vous pouvez disposer de moi comme de vous-même : mon peuple et votre peuple ne sont qu'un seul *peuple :* et ma cavalerie est votre cavalerie. Et il ajouta en parlant au *même* roi d'Israël : Consultez *néanmoins* aujourd'hui, je vous prie, quelle est la volonté du Seigneur.

6. Le roi d'Israël assembla donc ses prophètes qui se trouvèrent environ quatre cents (*c'étaient les prophètes des grands bois que Jézabel nourrissait de sa table*), et il leur dit : Dois-je aller à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad, ou me tenir en paix ? Ils lui répondirent : Allez, et le Seigneur livrera la ville entre les mains du roi.

7. Mais Josaphat dit : N'y a-t-il point ici quelque prophète du Seigneur, afin que nous le consultions par lui ?

8. Le roi d'Israël répondit à Josaphat : Il est demeuré un homme par qui nous pouvons consulter le Seigneur : mais je hais cet homme-là, parce qu'il ne me prophétise jamais rien de bon, et qu'il ne me prédit que du mal. C'est Michée, fils de

4. Et ait ad Josaphat : Venies me mecum ad prœliandum in Ramoth Galaad?

5. Dixitque Josaphat ad regem Israel : Sicut ego sum, ita et tu : populus meus, et populus tuus unum sunt : et equites mei, equites tui. Dixitque Josaphat ad regem Israel : Quære, oro te, hodie sermonem Domini.

6. Congregavit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, et ait ad eos : Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt : Ascende, et dabit eam Dominus in manu regis.

7. Dixit autem Josaphat : Non est hic propheta Domini quispiam, ut interrogemus per eum?

8. Et ait rex Israel ad Josaphat : Remansit vir unus, per quem possumus interrogare Dominum : sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Jemla. Cui Josa-

---

5. *Sicut ego sum, ita et tu.* Eadem est voluntas, idem animus utriusque nostrum. — *Unum sunt.* Unum conflabunt exercitum, eumdem una hostem petent. — *Quære, oro te, hodie sermonem Domini.* Consultatio merito tarda videatur, si verum est, quod Josephus tradit lib. 8, cap. 6, rem eo usque progressam, ut utriusque regis exercitus jam circa Samariam convenissent, et extra mœnia militibus stipendia numerarent. Deus enim re integra consulendus erat, ea animi dispositione, ut quod ipse juberet effectum daretur; non ita agendum, ut consiliorum suorum approbatorem, quæcumque illa essent, omnino habere vellent.

6. *Prophetas.* Baal et idolorum. Mirum tam multos exstitisse pseudoprophetas post plurimos illos qui supra, cap. 18. 40, recensentur occisos ab Elia. Sed ipsi se pro prophetis, cum non essent, venditabant, et regis et Jezabelis propensio in idololatriam, hanc pestem mirum quantum augebat. — *In manu regis.* In manus tuas.

7. *Propheta Domini.* Verus aliquis propheta qui veram Dei religionem sequatur.

8. *Remansit vir unus.* Solus fortasse Michæas habitabat hoc tempore in Samaria; alioqui alii plures vivebant prophetæ, Elias, Eliseus et quicumque degebant in monte Carmelo. — *Non prophetat mihi bonum, sed malum.* Videtur bona aliquando Achabo prænuntiasse. Vide dicta c. 20, n. 13. — *Ne loquaris ita, rex.* Quasi dicat : Sana consilia, etiamsi non placeant, admittenda sunt; quia non jucunda et grata, sed salutaria quærere debemus.

Digitized by Google

phat ait : Ne loquaris ita, rex (1).

9. Vocavit ergo rex Israel eunuchum quemdam, et dixit ei : Festina adducere Michæam filium Jemla.

10. Rex autem Israel, et Josaphat rex Juda, sedebant unusquisque in solio suo, vestiti cultu regio, in area juxta ostium portæ Samariæ, et universi prophetæ prophetabant in conspectu eorum.

11. Fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, et ait : Hæc dicit Dominus : His ventilabis Syriam, donec deleas eam.

12. Omnesque prophetæ similiter prophetabant, dicentes : Ascende in Ramoth Galaad, et vade prospere, et tradet Dominus in manus regis.

13. Nuntius vero, qui erat ut vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens : Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona prædicant ; sit ergo sermo tuus similis eorum, et loquere bona.

14. Cui Michæas ait : Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.

Jemla. Josaphat lui répondit : O roi, ne parlez pas ainsi, *et ne refusez pas d'apprendre la volonté de Dieu de la bouche de ce prophète.*

9. Le roi d'Israël ayant appelé un eunuque, lui dit : Faites venir présentement Michée, fils de Jemla.

10. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, étaient dans la cour, près de la porte de Samarie, assis chacun sur leur trône avec des habits d'une magnificence royale : et tous les prophètes *des hauts lieux* prophétisaient devant eux.

11. Sédécias, fils de Chanaana, s'était fait faire aussi des cornes de fer, et il dit : Voici ce que dit le Seigneur : Vous battrez avec ces *cornes*, et vous agiterez la Syrie jusqu'à ce que vous l'ayez toute détruite.

12. Tous les prophètes prophétisaient de même, et disaient : Allez contre Ramoth en Galaad, et marchez heureusement ; et le Seigneur la livrera entre les mains du roi.

13. Celui qu'on avait envoyé pour faire venir Michée lui dit : Voilà tous les prophètes qui, dans leurs réponses, prédisent tout d'une voix un bon succès au roi : que vos paroles soient donc semblables aux leurs, et que votre prédiction soit favorable.

14. Michée lui répondit : Vive le Seigneur, je ne dirai que ce que le Seigneur m'aura dit.

(1) Rép. crit., tome III, page 171.

---

10. *In area juxta ostium portæ Samariæ.* In platea quapiam ad quam de more populus ad judicia confluebat.

11. *His ventilabis Syriam.* Non raro veri prophetæ ad verba prophetica, Dei jussu facta quoque et signa addebant, ut Jeremias, qui collo suo catenam ligneam circumposuit, quam Hananias pseudopropheta confregit, Jer. 27. 2, et 28. 10. Hos imitatur Sedecias. Quod dicitur, *ventilabis*, vertunt LXX, κεράτιεῖς, *cornupetes :* quæ vero tauri cornibus petunt, ea in altum attollunt, et quodammodo ventilant.

13. *Sit ergo sermo tuus similis eorum.* Inepte, quasi ex verbis et voluntate Michææ bonus, malusve rerum eventus penderet.

14. *Quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.* Ex quo apparet nondum ei a Domino revelatum fuisse quid Achabo responsurus esset.

Digitized by Google

§ II. *Michée se présente devant les deux rois. Il leur prédit la défaite d'Israël et la mort d'Achab. Il est mis en prison par l'ordre de ce prince pour y être nourri de pain de douleur et d'eau d'affliction, jusqu'à son retour. Le prophète prend tout le peuple à témoin qu'Achab n'en reviendra point.*

15. Michée se présenta donc devant le roi, et le roi lui dit : Michée, devons-nous aller à la guerre, pour prendre Ramoth en Galaad, ou demeurer en paix ? Michée se *conformant aux autres prophètes et au désir du roi*, lui répondit, *mais d'un ton qui faisait bien voir qu'il pensait autrement :* Allez, marchez heureusement *contre Ramoth en Galaad :* et le Seigneur la livrera entre les mains du roi.

16. Le roi ajouta : Je vous conjure au nom du Seigneur de ne me parler que selon la vérité.

17. Michée lui dit : *Si vous voulez que je vous parle selon la vérité, voici ce que je vous dirai :* J'ai vu tout Israël dispersé dans les montagnes, comme des brebis qui n'ont point de pasteur. Et le Seigneur a dit : Ils n'ont point de chef *qui les conduise à la guerre.* Que chacun *donc* retourne en paix dans sa maison.

18. (Aussitôt le roi d'Israël dit à Josaphat : Ne vous avais-je pas bien dit que cet homme ne me prophétise jamais rien de bon, mais qu'il me prédit toujours du mal?)

19. Et Michée ajouta : Ecoutez la parole du Seigneur. J'ai vu le Seigneur assis sur son trône, et toute l'armée du ciel autour de lui, à droite et à gauche.

20. Et le Seigneur a dit : Qui séduira

15. Venit itaque ad regem, et ait illi rex : Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit : Ascende, et vade prospere, et tradet eam Dominus in manus regis.

16. Dixit autem rex ad eum : Iterum atque iterum adjuro te, ut non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini.

17. Et ille ait : Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oves non habentes pastorem; et ait Dominus : Non habent isti dominum : revertatur unusquisque in domum suam in pace.

18. (Dixit ergo rex Israel ad Josaphat : Numquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?)

19. Ille vero addens, ait : Propterea audi sermonem Domini : Vidi Dominum sedentem super solium suum, et omnem exercitum cœli assistentem ei a dextris et a sinistris (1) :

20. Et ait Dominus : Quis deci-

(1) Bible vengée, note XXVIII.

---

15. *Ascende, et vade prospere.* Ironice loquitur propheta, ideoque non addidit solemne illud : *Hæc dicit Dominus :* et revera intellexit Achab eum ex propria mente, sensuque non loqui; quare iterum interrogat, addita etiam adjuratione.

17. *Quasi oves non habentes pastorem.* Quibus verbis significat exercitu fuso, rege privandum populum, quod etiam significat illud, *non habent isti dominum. — Revertatur unusquisque.* Significatur rege Israelis mortuo, ad sua pacifice, re desperata, redituros universos.

19. *Addens, ait.* Michæas scilicet. *Vidi Dominum.* Visione imaginaria. *Exercitum cœli.* Angelos.

20. *Quis decipiet Achab regem Israel.* Hæc consultatio revera non est a Deo instituta; nam *quis ejus consiliarius fuit?* ut ait Isaias c. 40, n. 13, sed

Digitized by Google

piet Achab regem Israel, ut ascendat, et cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba hujuscemodi, et alius aliter.

21. Egressus est autem spiritus et stetit coram Domino, et ait : Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus : In quo?

22. Et ille ait : Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Et dixit Dominus : Decipies, et prævalebis : egredere, et fac ita.

23. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt, et Dominus locutus est contra te malum.

24. Accessit autem Sedecias filius Chanaana, et percussit Michæam in maxillam, et dixit : Mene ergo dimisit spiritus Domini, et locutus est tibi?

25. Et ait Michæas : Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum, intra cubiculum ut abscondaris.

26. Et ait rex Israel : Tollite Michæam, et maneat apud Amon principem civitatis, et apud Joas filium Amelech,

Achab, roi d'Israël, afin qu'il marche contre Ramoth en Galaad, et qu'il y périsse? Et l'un dit une chose, et l'autre une autre.

21. Mais l'esprit *malin* s'avança, et se présentant devant le Seigneur, il lui dit : C'est moi qui séduirai Achab. Le Seigneur lui dit : Et comment?

22. Il répondit : J'irai, et je serai un esprit menteur dans la bouche de tous ses prophètes. Le Seigneur lui dit : Vous le séduirez et vous aurez l'avantage sur lui. Allez, *je vous le permets*, et faites comme vous le dites.

23. Maintenant donc le Seigneur a mis un esprit de mensonge en la bouche de tous vos prophètes qui sont ici, et le Seigneur a prononcé votre arrêt.

24. En même temps Sédécias, fils de Chanaana, s'approcha de Michée, et lui donna un soufflet sur la joue, et lui dit : L'esprit du Seigneur m'a-t-il donc quitté, et n'a-t-il parlé qu'à vous?

25. Michée lui dit : Vous le verrez au jour que vous passerez de chambre en chambre pour vous cacher.

26. Alors le roi d'Israël dit *à ses gens :* Prenez Michée, et qu'on le mène chez Amon, gouverneur de la ville, et chez Joas, fils d'Amélech,

---

in prophetæ phantasia, quomodo hujusmodi res inter homines contingunt depicta fuit. Nec res ita accipienda est, quasi Deus auctor sit peccati, et spiritum malum jubeat regem decipere; sed de permissione tantum explicanda est, qua malum male agere permittit, et Achabo lumen non dat, quo mendaciam a veritate discernat. Vide Bellarm. l. 2. de Amissione gratiæ, c. 13. — *Dixit unus verba...* Ut fieri solet in deliberationibus, aliis in alias sententias abeuntibus.

21. *Egressus est autem spiritus.* Prodit spiritus malus qui prius in bonorum cœtu non apparebat. * Sic inter angelos etiam Satan apparet. Job. 1. 6. — *Ego decipiam illum.* Ipse spiritus offert se ad decipiendum regem, nec tam imperio quam permissione divina opus habet, cum ex se ad omne malum promptissimus sit, et nocendi cupidissimus.

24. *Mene ergo dimisit spiritus Domini, et locutus est tibi?* Qui videlicet sum te multo præstantior. In II. Par. 18. 23, eodem sensu dicitur : *Per quam viam transivit spiritus Domini a me, ut loqueretur tibi?*

25. *In die illa.* Quam ego prævideo et prænuntio tibi. — *Cubiculum, intra cubiculum.* Interius cubiculum, abditissimum cubiculum. — *Ut abscondaris.* Et te subtrahas a regis domesticis quærentibus te ad necem, ut vaniloquentiæ tuæ pœnas luas.

Digitized by Google

27. Et dites-leur : Voici ce que le roi a ordonné : Renfermez cet homme dans la prison, et qu'on le nourrisse de pain de douleur et d'eau d'affliction, jusqu'à ce que je revienne en paix.

28. Michée lui dit : Si vous revenez en paix, le Seigneur n'a point parlé par moi. Et il ajouta : Peuples, tous tant que vous êtes, soyez-en témoins.

27. Et dicite eis : Hæc dicit rex : Mittite virum istum in carcerem, et sustentate eum pane tribulationis, et aqua angustiæ, donec revertar in pace.

28. Dixitque Michæas : Si reversus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait : Audite, populi omnes.

§ III. *Les deux rois marchent contre les Syriens. Le roi d'Israël se déguise et combat comme un particulier. Le roi de Juda se trouve en danger. Achab est blessé d'une flèche tirée au hasard, et en meurt. Son chariot est lavé dans la piscine de Samarie, et les chiens y lèchent son sang.*

29. Le roi d'Israël et Josaphat, roi de Juda, marchèrent donc contre Ramoth en Galaad, *sans avoir égard à la prophétie de Michée.*

30. Cependant le roi d'Israël, *qui savait que Bénadad en voulait particulièrement à sa personne,* dit à Josaphat : Prenez vos armes, et combattez avec vos habits ordinaires. Mais le roi d'Israël se déguisa avant de donner la bataille.

31. Or le roi de Syrie avait donné cet ordre aux trente-deux capitaines de ses chariots, *qui avaient pris la place de trente-deux rois qu'il avait dans sa première armée.* Ne combattez contre qui que ce soit, ni petit ni grand ; n'attaquez que le seul roi d'Israël.

32. Les capitaines des chariots ayant donc vu Josaphat *avec les marques de la dignité royale,* s'imaginèrent que c'était le roi d'Israël ; et étant fondus sur lui *en*

29. Ascendit itaque rex Israel, et Josaphat rex Juda, in Ramoth Galaad.

30. Dixit itaque rex Israel ad Josaphat : Sume arma, et ingredere prælium, et induere vestibus tuis; porro rex Israel mutavit habitum suum, et ingressus est bellum.

31. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus dicens : Non pugnabitis contra minorem et majorem quempiam, nisi contra regem Israel solum.

32. Cum ergo vidissent principes curruum Josaphat, suspicati sunt quod ipse esset rex Israel, et impetu facto pugnabant contra

---

27. *Pane tribulationis, et aqua angustiæ.* II. Paral. 18. 26, dicitur : *Date ei panis morticum, et aquæ pauxillum. — Donec revertar in pace.* Cum scilicet convictum mendacii merito supplicio afficiam.

28. *Audite, populi omnes.* Quasi dicat : Diligenter quæ dixi notate, et an prædictionem meam eventus frustretur attendite.

30. *Induere vestibus tuis.* Quod Achab dicit, ut simul Josaphat honoraret, quasi eum solum utriusque exercitus ducem esse vellet, et se tutum redderet, territus fortasse Michææ vaticinio, aut consilium Syrorum odoratus, unum scilicet regem Israel telis petendi. * In chaldæo tamen textu et græco est : *sumo arma, et ingredior bellum : tu autem induere vestibus tuis, etc.*

31. *Non pugnabitis contra minorem et majorem quempiam.* Non prohibet Benadad omnino a cæde Israelitarum abstinere, sed omnem conatum intendere in Achabi occisionem, * vel captivitatem, ut scilicet labem sibi innatam detergeret, cum ipse ab Achabo captus est.

Digitized by Google

eum : et exclamavit Josaphat.

33. Intellexeruntque principes currruum quod non esset rex Israel, et cessaverunt ab eo.

34. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, et casu percussit regem Israel inter pulmonem et stoma chum. At ille dixit aurigæ suo : Verte manum tuam, et ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.

35. Commissum est ergo prælium in die illa, et rex Israel stabat in curru suo contra Syros, et mortuus est vespere : fluebat autem sanguis plagæ in sinum currus,

36. Et præco insonuit in universo exercitu antequam sol occumberet, dicens : Unusquisque revertatur in civitatem, et in terram suam.

même temps, ils le combattaient. Alors Josaphat jeta un grand cri *vers le Seigneur*,

33. Et les capitaines des chariots reconnurent que ce n'était pas le roi d'Israël, et ne le pressèrent pas davantage.

34. Il arriva cependant qu'un homme ayant tendu son arc, tira une flèche au hasard, et elle vint percer le roi d'Israël entre le poumon et l'estomac. Il dit aussitôt à son cocher : Tourne bride, et retire-moi *du milieu* des troupes, parce que je suis fort blessé.

35. Le combat dura *néanmoins* tout le *reste du* jour. Et le roi d'Israël, *tout blessé qu'il était*, demeura dans son chariot, tournant face vers les Syriens, *et animant ses gens par sa présence à combattre vaillamment. Cependant* le sang coulait de sa plaie sur tout le chariot, et il mourut le soir,

36. Avant que le soleil fût couché. *Alors* un héraut sonna de la trompette dans toute l'armée, et dit : *Le roi est mort. Il n'y a plus de chef pour commander.* Que chacun s'en retourne dans sa ville et dans son pays.

---

32. *Exclamavit Josaphat.* Hebræi in suo chronico, quod Seder Olam appellant, cap. 17, aiunt hunc clamorem fuisse invocantis Dominum, * quod ita esse patet ex II. Paral. 18. 31.

33. *Intellexerunt... quod non esset rex Israel.* Vel ex sono vocis aliquibus cognito, vel quia Deum Israel invocavit, non Baal aut idola, quod facturus videbatur Achab, illorum cultor; vel quia, ut se periculo eximeret, se Achabum non esse professus est; vel tandem quia Achabum nomine vocabat, ut auxilium ferret. Secundam expositionem confirmant quæ habemus II. Par. 18. 31, ubi dicitur, *ille clamavit ad Dominum.*

34. *Inter pulmonem et stomachum.* II. Paral. 18. 33, dicitur, *inter cervicem et scapulas*, quod significare videtur vulnus ad utramque partem corporis eodem telo pervadente pertinuisse, et per anteriorem armorum commissuram ingressum, sursum versus, eo quod ex inferiore loco missum esset jaculum, inter scapulas et cervicem prorupisse. — *Ejice me de exercitu.* Non plane voluit exire de exercitu, ut ex sequentibus liquet, cum dicitur eum stetisse in curru suo contra Syros; sed voluit solum aliquantulum retrocedere, ut tutius et extra teli jactum vulneri remedium aliquod adhiberet.

35. *Commissum.* Hebr. *ascendit*, id est, crevit, seu incaluit. — *Stabat in curru suo contra Syros.* Præsentia nimirum sua continens suos, ne se in fugam darent. — *Sinum currus.* Medium currus.

36. *Antequam sol occumberet.* In II. Paral. 18. 34, dicitur mortuus *occidente sole*; est ergo extinctus Achab antequam sol omnino occumberet. — *Unusquisque revertatur.* Sic divina prædictio, quam supra vidimus n. 17, finem habuit.

Digitized by Google

37. Le roi étant donc mort fut porté à Samarie, où il fut enseveli.

38. On lava son chariot et les rênes de ses chevaux dans la piscine de Samarie ; et les chiens léchèrent son sang, selon la parole que le Seigneur avait prononcée.

39. Le reste des actions d'Achab, et tout ce qu'il fit, la maison *ornée* d'ivoire qu'il fit faire, et toutes les villes qu'il fit bâtir, sont écrites au livres des Annales des rois d'Israël.

40. Achab s'endormit donc avec ses pères, et Ochosias, son fils, régna en sa place.

37. Mortuus est autem rex, et perlatus est in Samariam : sepelieruntque regem in Samaria,

38. Et laverunt currum ejus in piscina Samariæ, et linxerunt canes sanguinem ejus, et habenas laverunt, juxta verbum Domini quod locutus fuerat.

39. Reliqua autem sermonum Achab, et universa quæ fecit, et domus eburnea quam ædificavit, cunctarumque urbium quas exstruxit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

40. Dormivit ergo Achab cum patribus suis, et regnavit Ochosias filius ejus pro eo.

§ IV. * *Josaphat règne sur Juda. Il fait ce qui est juste devant le Seigneur. Il meurt, et Joram son fils règne en sa place.* ** *Ochosias règne en même temps sur Israël, et suit les voies corrompues de ses pères.*

* L'AN DU MONDE 3115. — ** L'AN DU MONDE 3106.

41. Josaphat, fils d'Asa, avait commencé à régner sur Juda, la quatrième année d'Achab, roi d'Israël.

42. Il avait trente-cinq ans lorsqu'il commença à régner ; et il régna vingt-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Azuba, fille de Salaï.

43. Il marcha dans toutes les voies d'Asa, son père, sans se détourner, et il fit ce qui était droit *et* juste devant le Seigneur.

44. Néanmoins il ne détruisit pas les hauts lieux ; car le peuple y sacrifiait en-

41. Josaphat vero filius Asa regnare cœperat super Judam anno quarto Achab regis Israel.

42. Triginta quinque annorum erat cum regnare cœpisset, et viginti quinque annis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Azuba filia Salai.

43. Et ambulavit in omni via Asa patris sui, et non declinavit ex ea : fecitque quod rectum erat in conspectu Domini.

44. Verumtamen excelsa non abstulit : adhuc enim populus sa-

---

38. *Habenas laverunt.* Alii vocem hebræam זנה *zonah*, verterunt *arma*, alii *zonas*, alii *meretrices*, *lotrices*, aut *cauponas*, quod hæ fere male audiunt a radice זנה *zanah*, quod est fornicari. Itaque Josephus ἑταιριζόμενας dixit, id est, *meretrices*, quod Vulgatus *habenas* vertit. * Si hoc sequamur, sensus erit meretrices sese lavisse in hac piscina sanguine polluta, ut hoc etiam ad contemptum Achabi accesserit. Aliqui in ipso curru meretrices pictas fuisse suspicantur.

39. *Domus eburnea.* Multo scilicet ebore renitens. — *In libro Sermonum.* Qui liber intercidit, ut supra dictum est.

44. *Verumtamen excelsa non abstulit.* Hic locus in speciem pugnat cum eo quod, II. Par. 17. 6, de eodem rege dicitur, *excelsa et lucos de Juda abstulit.* Dicendum cœpisse quidem auferre excelsa, sed difficultatibus, aut populari seditione impeditum, in bene cœpto pergere non potuisse. Vel abstulit ex-

Digitized by Google

crificabat, et adolebat incensum in excelsis.

45. Pacemque habuit Josaphat cum rege Israel.

46. Reliqua autem verborum Josaphat, et opera ejus, quæ gessit, et prælia, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

47. Sed et reliquias effeminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris ejus, abstulit de terra.

48. Nec erat tunc rex constitutus in Edom.

49. Rex vero Josaphat fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir propter aurum : et ire non potuerunt, quia confractæ sunt in Asiongaber.

50. Tunc ait Ochosias filius Achab ad Josaphat : Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Josaphat.

51. Dormivitque Josaphat cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David patris sui : regnavitque Joram filius ejus pro eo.

52. Ochosias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria, anno septimo decimo

core et y brûlait de l'encens *au Seigneur, quoique cela ne se dût faire que dans Jérusalem.*

45. Josaphat eut la paix avec le roi d'Israël.

46. Le reste des actions de Josaphat, tout ce qu'il fit, tous ses combats, sont écrits au livres des Annales des rois de Juda.

47. Il extermina aussi de la terre le reste des efféminés qui étaient demeurés pendant le règne d'Asa, son père.

48. Et il n'y avait point alors de roi établi dans Edom.

49. *Ainsi* le roi Josaphat *se trouvant maître d'Elath et d'Asiongaber sur le golfe Elamitique,* avait fait faire une flotte pour la mettre en mer, afin qu'elle fît voile en Ophir, pour *en apporter* de l'or ; mais ses vaisseaux n'y purent aller, parce qu'ils se brisèrent à Asiongaber.

50. Alors Ochosias, fils d'Achab, dit à Josaphat : Que mes serviteurs aillent en mer avec les vôtres. Mais Josaphat ne voulut pas, *jugeant que le Seigneur n'approuverait pas cette société.*

51. Josaphat s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Joram, son fils, régna en sa place.

52. Ochosias, fils d'Achab, avait commencé à régner sur Israël dans Samarie la dix-septième année de Josaphat, roi de

---

celsa in quibus idolorum cultus exercebatur, reliquit ea in quibus verus Deus, sed alieno loco et contra divinum præscriptum, colebatur.

47. *Reliquias effeminatorum.* Vide quæ de effeminatis diximus supra, cap. 14, num. 24.

48. *Nec erat tunc rex constitutus in Edom.* Id est, Idumæi parebant regibus Juda, qui provinciam illam per proreges gubernabant, vel certe per reges Idumæos, qui pleno jure regnum non tenebant, sed pendebant tributum regi Juda. Vigebat enim tempore Josaphat id quod cœptum erat sub Davide, de quo dicitur I. Par. 18. 13 : *Et constituit in Edom præsidium, ut serviret Idumæa David.*

49. *Ophir.* De Ophir et Asiongaber dictum est sup. cap. 9. n. 26 et 28. — *Confractæ sunt in Asiongaber.* In ipso portu, priusquam solverent : quæ pœna fuit peccati fœderis facti cum rege Israel, ut aperte dicitur II. Paral. 20. 37.

50. *Vadant servi mei.* Instauratis navibus et navigationis consilio repetito. Sed malo doctus Josaphat a fœdere abstinuit, quod Deo cordi non esse intelligebat.

Digitized by Google

Juda, et il régna *près de* deux ans sur Israël.

53. Il fit le mal devant le Seigneur : il marcha dans la voie de son père et de sa mère, et dans la voie de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

54. Il servit aussi Baal, et l'adora; et il irrita le Seigneur le Dieu d'Israël par toutes les mêmes choses que son père avait faites *pour l'irriter*.

Josaphat regis Juda, regnavitque super Israel duobus annis.

53. Et fecit malum in conspectu Domini, et ambulavit in via patris sui et matris suæ, et in via Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

54. Servivit quoque Baal, et adoravit eum, et irritavit Dominum Deum Israel, juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

Digitized by Google

LES ROIS.

LIVRE QUATRIÈME.

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Moab secoue le joug d'Israël. Ochosias tombe et envoie consulter Béelzébub sur cette chute. Elie lui fait dire qu'il a tort de consulter d'autre dieu que le Dieu d'Israël, et qu'il mourra.*

L'AN DU MONDE 3108. — AVANT J.-C. 896.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel, postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochosias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, et ægrotavit : misitque nuntios, dicens ad eos : Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens : Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ et dices ad eos : Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?

4. Quam ob rem hæc dicit Dominus : De lectulo, super quem

1. Après la mort d'Achab, Moab *que David avait assujetti* secoua le joug d'Israël.

2. Il arriva aussi qu'Ochosias, *fils d'Achab*, étant tombé de la fenêtre d'une chambre haute qu'il avait à Samarie, en fut bien malade; et il dit à ses gens : Allez, consultez Béelzébub, le dieu d'Accaron, pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

3. En même temps l'ange du Seigneur parla à Elie de Thesbé, et lui dit : Allez au-devant des gens du roi de Samarie, et dites-leur : Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous consultez ainsi Béelzébub, le dieu d'Accaron?

4. C'est pourquoi, voici ce que dit le Seigneur : Vous ne relèverez point du lit où

CAP. I. 1. *Prævaricatus est autem Moab in Israel.* Id est, desierunt Moabitæ velle pendere solitum Israelitis tributum, vide cap. 3. 5. Chaldæus habet, *rebellaverunt Moabitæ.* * Defecerunt Moabitæ ab eo imperio quod a Davidis temporibus agnoverant. Vide II. Reg. 8. 2.

2. *Per cancellos cœnaculi sui.* Pagninus vertit, *cecidit ex cancellis in cœnaculum,* per fenestram scilicet cancellatam, per quam cœnaculum lumen accipiebat. Cancelli dicuntur fuisse cœnaculi, quia fenestram cœnaculi muniebant. Vel cancelli significant coronam, sive peribolum qui circa solarium poni solebat ex legis præscripto, Deut. 22. 8 : quod si ita fuit, non in cœnaculum decidisse, sed vel in hortum, vel in impluvium. — *Beelzebub.* Beelzebub sive Baalzebub *dominus muscæ* vertitur, deus amoliens, lethales et perniciosissimas muscas, quæ incolas agri Accaronici infestabant, ut ait Vatablus, qui addit alios rationem nominis sumere a copia muscarum, quam hostiarum copiosissimus sanguis gignebat. LXX Βαλμυΐαν, id est, muscam Baal, appellant. De Beelzebub vide plura apud J. Ferdinandum in voce Beelzebub, num. 3. — *Accaron.* Quæ est civitas Philisthæorum, et una de quinque præfecturis illorum.

Digitized by Google

vous êtes; mais vous mourrez très-certainement. Ensuite *de quoi* Elie s'en alla.

5. Ceux qu'Ochosias avait envoyés étant revenus, il leur dit : D'où vient que vous êtes retournés?

6. Ils lui répondirent : Un homme est venu au-devant de nous qui nous a dit : Allez, retournez vers le roi qui vous a envoyés, et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur : Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu en Israël, que vous envoyez ainsi consulter Béelzébub le Dieu d'Accaron! C'est pour cela que vous ne relèverez point du lit où vous êtes; mais vous mourrez très-certainement.

7. Le roi leur dit : Quel est la figure et l'habit de cet homme qui est venu au-devant de vous, et qui vous a dit ces paroles?

8. Ils lui répondirent : C'est un homme couvert *d'un habit* de poil *de chameau*, et qui est ceint sur les reins d'une ceinture de cuir. C'est Elie de Thesbé, leur dit-il.

ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuntii ad Ochosiam. Qui dixit eis : Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei : Vir occurrit nobis, et dixit ad nos : Ite, et revertimini ad regem, qui misit vos, et dicetis ei : Hæc dicit Dominus : Numquid, quia non erat Deus in Israel, mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis : Cujus figuræ et habitus est vir ille, qui occurrit vobis, et locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt : Vir pilosus, et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait : Elias Thesbites est.

§ II. *Ochosias envoie deux fois un capitaine et cinquante soldats pour prendre Elie, et toutes les deux fois ce prophète fait tomber le feu du ciel qui les dévore.*

9. Et aussitôt il envoya un capitaine de cinquante hommes, et les cinquante soldats qui étaient sous lui. Ce capitaine monta vers Elie, qui était assis sur le haut d'une montagne, et lui dit *en se raillant :* Homme de Dieu, le roi vous commande de descendre *et de le venir trouver.*

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem, et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum : sedentique in vertice montis, ait : Homo Dei, rex præcepit ut descendas (1).

(1) Bible vengée, IV. Rois, note I.

5. *Reversique sunt nuntii ad Ochoziam.* Cum audissent Eliam sibi enuntiantem quo irent et qua de causa irent, etiamsi illum non nossent, tamen Dei prophetam esse, et veritatem enuntiare crediderunt. Vel etiam simul timuerunt ne, quia Ochozias mortis reus factus erat quod misisset in Accaron, ipsi quoque ejusdem pœnæ participes fierent, si porro pergere vellent.

8. *Vir pilosus.* In hebr. est, *dominus pili,* quod nonnulli ad pillos capitis et barbæ referunt, ut chaldæus, qui præditum capillis vocat. Sa, capillo oblongo et horrido, promissa nimirum cæsarie, barbaque eremitarum in morem. Alii de villosa veste interpretantur, respondebant enim nuntii regi quærenti, quis illius esset habitus. Alii tandem ad utrumque referunt, vestem scilicet et corpus. — *Zona pellicea.* Alii vertunt zonam coriaceam, qualis illa Joanni Baptistæ, quam sacer textus δερματίνην appellat, et latinus interpres apud sanctum Matthæum et Marcum pelliceam vertit.

9. *Quinquagenarium principem.* Præfectum supra quinquaginta milites. — *Ascendit ad eum.* Ait Vatablus, Eliam in Carmeli verticem regis metu ascendisse. — *Homo Dei.* Procopius, Vatablus, Serarius et alii putant per ironiam vocatum a quinquagenario hominem Dei, quam expositionem pœna mox

Digitized by Google

10. Respondensque Elias, dixit quinquagenario : Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, et devoret te, et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cœlo, et devoravit eum, et quinquaginta qui erant cum eo (1).

11. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi : Homo Dei, hæc dicit rex : Festina, descende.

12. Respondens Elias ait : Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, et devoret te, et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, et devoravit illum, et quinquaginta ejus.

10. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu descende du Ciel, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine avec les cinquante hommes qui étaient avec lui.

11. Ochosias envoya encore un autre capitaine avec ses cinquante soldats, qui dit *aussi* à Elie, *en lui insultant :* Homme de Dieu, le roi m'a commandé de vous dire : Hâtez-vous de descendre, *et de me venir trouver.*

12. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu du ciel descende, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Et aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine et les cinquante hommes qui étaient avec lui.

§ III. *Ochosias envoie un troisième capitaine avec cinquante hommes pour lui amener Elie. Ce capitaine s'humilie devant le prophète et lui demande la vie. Elie va avec lui trouver le roi et lui déclare qu'il n'en relèvera point. Ochosias meurt en effet, et Joram, son frère, lui succède.*

LA MÊME ANNÉE 3108.

13. Iterum misit principem quinquagenarium tertium, et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curvavit genua contra Eliam, et precatus est eum, et ait : Homo Dei, noli despicere animam meam, et animas servorum tuorum qui mecum sunt.

14. Ecce descendit ignis de cœlo, et devoravit duos principes quinquagenarios primos, et quinqua-

13. Ochosias envoya encore un autre troisième capitaine et ses cinquante hommes avec lui. Ce capitaine étant venu devant Elie, se mit à genoux, et lui fit cette prière : Homme de Dieu, sauvez-moi la vie, et sauvez-la aussi à vos serviteurs qui sont avec moi.

14. Le feu est déjà descendu du ciel, et il a dévoré les deux premiers capitaines, et les cinquante hommes que commandait

(1) Bible vengée, note I.

---

subsecuta probabilem reddit. — *Rex præcepit ut descendas.* Accersebat rex Eliam, aut interficere eum volens, aut cogere ad impetrandam sibi a Deo vitam. Id enim credibile visum fuerit profano regi.

10. *Descendat ignis de cœlo.* Non ex cupiditate vindictæ, sed peculiari divino instinctu ita precatus est Elias.

11. *Misit ad eum principem quinquagenarium alterum.* Cum primus ille non rediret, et quid illi accidisset ignoraretur, rexque desiderio flagraret habendi Eliam in potestate.

13. *Principem quinquagenarium tertium.* Quem Abdiam Achabi procuratorem fuisse scribit Joan. Jerosolymitanus c. 15, quem ex aulico discipulum Eliæ factum fuisse ait, et prophetico spiritu donatum. — *Curvavit genua contra Eliam.* Jam enim duplicis miraculi fama percrebuerat, illumque timore perculerat.

Digitized by Google

chacun d'eux ; mais je vous supplie présentement de me sauver la vie, *en venant avec nous trouver le roi.*

15. En même temps l'ange du Seigneur parla à Elie, et lui dit : Descendez avec lui, et ne craignez point. Elie se leva donc, et descendit avec ce capitaine pour aller trouver le roi,

16. Auquel il parla de cette sorte : Parce que vous avez envoyé des gens pour consulter Béelzébub, le dieu d'Accaron, comme s'il n'y avait pas un Dieu en Israël que vous puissiez consulter, vous ne relèverez point du lit sur lequel vous êtes ; mais vous mourrez certainement.

17. Ochosias mourut donc, selon la parole que le Seigneur avait dite par Elie, et Joram, son frère, régna en sa place, la seconde année *de la vice-royauté* de Joram, fils de Josaphat, roi de Juda, *qui l'avait désigné son successeur. Joram, dis-je, succéda à son frère Ochosias, car* Ochosias n'avait point de fils.

18. Le reste des actions d'Ochosias est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

genos qui cum eis erant : sed nunc obsecro ut miserearis animæ meæ.

15. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens : Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, et descendit cum eo ad regem,

16. Et locutus est ei : Hæc dicit Dominus : Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, a quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

17. Mortuus est ergo juxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, et regnavit Joram frater ejus pro eo, anno secundo Joram filii Josaphat regis Judæ : non enim habebat filium.

18. Reliqua autem verborum Ochosiæ, quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

CHAPITRE II.

§ I. *Elisée sachant qu'Elie lui devait être enlevé, ne veut point le quitter. Ils passent le Jourdain à pied sec, Elie ayant divisé les eaux en les frappant de son manteau.*

LA MÊME ANNÉE 3108.

1. Lorsque le Seigneur voulut enlever Elie au ciel par le moyen d'un tourbillon

1. Factum est autem, cum levare vellet Dominus Eliam per

CAP. II. 1. *Cum levare vellet Dominus Eliam.* In cœlum ascendisse clare dixit textus hoc 1 versiculo ; sed per cœlum aereum quidam intelligunt, ut per eum in alia loca transierit, voluntque nonnulli in paradisum terrestrem ; ita Irenæus, Justinus, Isidorus, D. Thomas. Alii in secretam aliquam terræ regionem ; ita D. Gregorius, et Rupertus. Alii in cœlestem aliquem locum, prout cœlum ab aere distinguitur ; ita D. Hieronymus, Ambrosius, Dorotheus, Alcimus. Alii aiunt locum esse incertum, ita Chrysostomus, Augustinus, et alii. Porro Elias raptus est, ut redeat et det gentibus pœnitentiam extremis temporibus ; hoc enim est quod habemus in Ecclesiast. c. 48, n. 10 : *Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini ; conciliare cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob.* Plura vide apud Suarez tom. 2 in 3 partem D. Thom. q. 59. art. 6, disp. 55. — *Per turbinem in cœlum.* Angelorum enim ministerio excitavit Dominus ventum vehementem (qui infra,

Digitized by Google

turbinem in cœlum, ibant Elias et Eliseus de Galgalis.

2. Dixitque Elias ad Eliseum : Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus : Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel,

3. Egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Bethel, ad Eliseum, et dixerunt ei : Numquid nosti, quia hodie Dominus tollet dominum tuum a te? qui respondit : Et ego novi : silete.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum : Sede hic, quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait : Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque venissent Jericho,

5. Accesserunt filii prophetarum, qui erant in Jericho, ad Eliseum, et dixerunt ei : Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum a te? Et ait : Et ego novi : silete.

6. Dixit autem ei Elias : Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait : Vivit Dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter,

de feu, il arriva qu'Elie et Elisée venaient de Galgala.

2. Et Elie, *à qui le Seigneur l'avait révélé, voulant se dérober à ses disciples,* dit à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Béthel. Elisée, *à qui le Seigneur avait aussi découvert ce qui devait arriver à son maître,* lui répondit: Vive le Seigneur! vive votre âme! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc *ensemble* à Béthel.

3. Et les enfants, *c'est-à-dire les disciples* des prophètes qui étaient à Béthel, vinrent dire à Elisée : Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître ? *Car le Seigneur le leur avait aussi découvert.* Elisée leur répondit : Je le sais; *mais* n'en dites mot, *de peur de lui faire de la peine; car il veut que la chose soit cachée.*

4. Elie dit encore à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Jéricho. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur! vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Lorsqu'ils furent arrivés à Jéricho,

5. Les enfants des prophètes qui étaient à Jéricho, vinrent dire à Elisée : Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître ? Il leur répondit : Je le sais, n'en dites mot.

6. Elie dit encore à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé jusqu'au Jourdain : Elisée lui répondit : Vive le Seigneur, et vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc tous deux ensemble.

---

num. 16. *spiritus Domini* vocatur) quo tolleretur Elias : ipsi vero angeli venti vim moderabantur, ut in locum destinatum ferret prophetam. — *De Galgalis.* De hoc loco vide quæ diximus Josue 5. 9.

2. *Sede hic.* Fortasse volebat Elias Eliseum a se dimittere humilitatis causa, nolens gloriosæ translationis suæ quemquam habere testem. Dicere etiam possumus noluisse quidem Eliam a se dimittere Eliseum, sed ejus desiderium obnitendo magis ac magis accendere, et ejus in se benevolentiæ periculum facere. — *In Bethel.* Qui locus erat ab antiquo religiosus, ibique collegium erat prophetarum, sive discipulorum Eliæ, ut mox patebit. — * *Vivit Dominus, et vivit anima tua.* Sensus est, quam vere vivit Deus, ita et vivas tu.

3. *Filii prophetarum.* Discipuli videlicet, qui ab eis instituebantur. — *Numquid nosti.* Id illorum aliquibus fuerat revelatum. — *Et ego novi : silete.* Quasi dicat : Mihi quoque Dominus idem revelavit; sed nos hoc scire nesciat Elias.

Digitized by Google

7. Et cinquante des enfants des prophètes les suivirent, qui s'arrêtèrent bien loin vis-à-vis d'eux, et ils se tinrent tous deux au bord du Jourdain.

8. Alors Elie prit son manteau, et l'ayant plié, il en frappa les eaux qui se divisèrent en deux parts, et ils passèrent tous deux à sec.

7. Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt e contra, longe: illi autem ambo stabant super Jordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, et involvit illud, et percussit aquas, quæ divisæ sunt in utramque partem, et transierunt ambo per siccum.

§ II. *Elisée demande à Elie son double esprit. Elie le lui promet. Il est enlevé dans un char de feu, et laisse tomber son manteau qu'Elisée ramasse, et repasse le Jourdain à sec en le frappant avec ce manteau.*

9. Lorsqu'ils furent passés, Elie dit à Elisée : Demandez-moi ce que vous voudrez, afin que je l'obtienne pour vous, avant que je sois enlevé d'avec vous. Elisée lui répondit : Je vous prie que votre double esprit repose sur moi, *et que j'aie comme vous le don de prophétie et le pouvoir de faire des miracles pour la gloire du Seigneur.*

10. Elie lui dit : Vous me demandez une chose bien difficile. Néanmoins si vous me voyez lorsque je serai enlevé d'avec vous, vous aurez ce que vous avez demandé ; mais si vous ne me voyez pas, vous ne l'aurez point, *parce que le Seigneur ne vous l'accordera qu'à cette condition.*

9. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum : Postula quod vis ut faciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliseus : Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus (1).

10. Qui respondit : Rem difficilem postulasti : attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti : si autem non videris, non erit.

(1) Bible vengée, note II. — Rép. crit., tome IV, page 142.

---

7. *Quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos.* Præter voluntatem Eliæ, illoque inscio, ducti desiderio videndi finem, cujus rei signum est, quod steterunt a longe. — *Super Jordanem.* Ad Jordanis ripam.

8. *Pallium suum.* Melotem vocant LXX, ex pelle videlicet ovilla factum. *Involvit illud.* In formam oblongam et rotundam, aptam ad percutiendum. — *Percussit aquas.* Addita ad Deum oratione.

9. *Fiat in me duplex spiritus tuus.* Pagninus et Vatablus vertunt, *sit, obsecro, mensura duarum partium de spiritu tuo super me.* Ut sensus sit, ex tribus partibus spiritus tui, duas mihi a Domino impetres. Alii petiisse putant duplicem gratiam spiritualem, gratiam scilicet miraculorum, et gratiam prophetiæ, quibus ornatus erat Elias, ut magistro suo quam simillimus evaderet. Tertia explicatio communior est, ut petierit Eliseus spiritum duplo majorem spiritu Eliæ. * Verum petitio hujusmodi parum humilitati consentanea videtur. Probabilius ut voluerit obtinere ut tanquam primogenitus, inter condiscipulos haberetur. Primogeniti autem de hæreditate duas ferebant partes, cum cæteri ferrent singulas. Vel duplex pro magno ponitur. Sic apud Virgilium, Georg. lib. 1, versu 172 : *Dorsum duplex* est magnum; ut etiam 3 ejusdem operis libro, *duplex spina.* Simile admodum huic de Eliseo loco id quod legimus apud Pindarum ode 6 Olymp. ubi Neptunus pater filio Jamo : ὥπασε θησαυρὸν δίδυμον μαντοσύνης, *dedit thesaurum duplicem divinationis.*

10. *Rem difficilem postulasti.* Merito dubitavit Elias tantamne gratiam Do-

Digitized by Google

11. Cumque pergerent, et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, et equi ignei diviserunt utrumque : et ascendit Elias per turbinem in cœlum.

12. Eliseus autem videbat, et clamabat : Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga ejus. Et non vidit eum amplius : apprehenditque vestimenta sua, et scidit illa in duas partes.

13. Et levavit pallium Eliæ, quod eciderat ei : reversusque stetit super ripam Jordanis,

14. Et pallio Eliæ, quod eciderat ei, percussit aquas, et non sunt divisæ; et dixit : Ubi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas, et divisæ sunt huc atque illuc, et transiit Eliseus.

11. Lorsqu'ils continuaient leur chemin, et qu'ils marchaient en s'entretenant, un char de feu et des chevaux de feu les séparèrent tout d'un coup l'un de l'autre ; et Elie monta au ciel par le moyen d'un tourbillon.

12. Elisée le voyait monter, et disait : Mon père, mon père *qui étiez* le char d'Israël et son conducteur. Après cela, il ne le vit plus. Et prenant ses vêtements, il les déchira en deux, *pour marquer sa douleur.*

13. Il leva de terre en même temps le manteau qu'Elie avait laissé tomber, afin qu'il lui demeurât. Et Elisée s'en revenant, s'arrêta sur le bord du Jourdain,

14. Et prit le manteau qu'Elie avait laissé tomber pour lui. Il en frappa les eaux, et elles ne furent point divisées. Alors Elisée dit : Où est maintenant le Dieu d'Elie ? Et frappant les eaux une seconde fois, elles se partagèrent d'un côté et d'un autre, et il passa au travers.

§ III. *Les enfants des prophètes vont chercher Elie pendant trois jours, et ne le trouvent point. Elisée rend saines les eaux de Jéricho en y jetant du sel. Quarante-deux enfants qui s'étaient moqués de ce prophète sont dévorés par deux ours.*

15. Videntes autem filii pro- | 15. Ce que voyant les enfants des pro-

---

minus concedere vellet Eliseo. — *Si videris me, quando tollar a te.* Factus est ergo voti compos; nam vidit Eliam ascendentem, ut patet ex sequentibus.

11. *Currus igneus.* Nubes rutila, equorum et currus speciem referens, super planitiem decurrens in qua ambulabant, inter utrumque pertransiit, et alterum ab altero separavit, raptusque est Elias ad currum igneum, quem conscendit, statimque consurgens ventus vehemens, e terra paulatim extulit equos et currum, donec ab oculis Elisei spectantis et clamantis subduceretur. — * *In cœlum.* Vide dicta n. 1.

12. *Currus Israel, et auriga ejus.* Hebræus textus pro *auriga* habet *equites.* LXX vero, *eques,* quia scilicet curruum bellicorum aurigæ equites erant. Sententia est : Vale, præceptor, qui plus juvabas Israelem oratione quam magna curruum et equitum multitudine. * Alludit ad id quod videbat, et metaphorico dicendi genere ostendit ipsum fuisse robur populi per preces et doctrinam. — *Scidit illa in duas partes.* Quasi lugens jacturam, et solitudinem suam. Solebant enim olim in signum mœroris lacerare vestes.

13. *Levavit.* E terra sustulit. — *Quod eciderat ei.* Eliæ in cœlum ascendenti.

14. *Et non sunt divisæ.* Ait Abulensis q. 28, sapienter factum divina providentia ut aquæ Jordanis prima pallii percussione non dividerentur, ne novus propheta, spiritu prophetico recens accepto, vanitati inanique lætitiæ succumberet. — *Ubi est Deus Eliæ?* Sententia est : quomodo non adest nobis Dominus, qui Eliæ paulo ante in simili actione adfuit, si in me resedit spiritus Eliæ quem abeuntem vidi? — *Etiam nunc.* Scilicet cum tantopere ejus auxilio opus est. In hebræo est, *etiam ipse,* adsit ipse.

Digitized by Google

phètes qui étaient dans Jéricho vis-à-vis de ce lieu-là, ils dirent : L'esprit d'Elie s'est reposé sur Elisée. Et venant au-devant de lui, ils se prosternèrent à ses pieds avec un profond respect,

16. Et lui dirent : Il y a entre vos serviteurs cinquante hommes forts qui peuvent aller chercher votre maître ; car peut-être que l'esprit du Seigneur l'aura enlevé et jeté quelque part sur une montagne, ou dans une vallée. Elisée leur répondit : N'y envoyez point.

17. Mais ils le contraignirent par leurs instances à y condescendre enfin, et à leur dire : Envoyez-y. Ils envoyèrent donc cinquante hommes qui, l'ayant cherché pendant trois jours, ne le trouvèrent point.

18. Ils revinrent ensuite trouver Elisée qui demeurait à Jéricho, et il leur dit : Ne vous avais-je pas dit : N'y envoyez point?

19. Les habitants de cette ville dirent aussi à Elisée : Seigneur, la demeure de cette ville est très-commode, comme vous le voyez vous-même ; mais les eaux y sont très-mauvaises, et la terre est stérile.

20. Elisée leur répondit : Apportez-moi un vaisseau neuf, et mettez du sel dedans. Lorsqu'ils le lui eurent apporté,

21. Il alla à la fontaine, et ayant jeté le sel dans l'eau, il dit : Voici ce que dit le Seigneur : J'ai rendu ces eaux saines, et

phetarum, qui erant in Jericho e contra dixerunt : Requievit spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum ejus, adoraverunt eum proni in terram,

16. Dixeruntque illi : Ecce, cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, et quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus Domini, et projecerit eum in unum montium, aut in unam vallium. Qui ait : Nolite mittere.

17. Coegeruntque eum, donec acquiesceret, et diceret : Mittite. Et miserunt quinquaginta viros : qui cum quæsissent tribus diebus, non invenerunt.

18. Et reversi sunt ad eum : at ille habitabat in Jericho, et dixit eis : Numquid non dixi vobis : Nolite mittere?

19. Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliseum : Ecce habitatio civitatis hujus optima est, *sicut* tu ipse domine perspicis : sed aquæ pessimæ sunt, et terra sterilis.

20. At ille ait : Afferte mihi vas novum, et mittite in illud sal. Quod cum attulissent,

21. Egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, et ait : Hæc dicit Dominus : Sanavi aquas

---

15. *Qui erant in Jericho e contra.* Videlicet versus Jericho, in eo loco in quo paulo ante substiterant, qui videtur fuisse collis aliquis e quo liceret longe prospicere. Sane ex Jericho videre non poterant Eliseum aquas dividentem, cum ex Adrichomio urbs hæc distet a Jordane itinere duarum horarum.

16. *Cum servis tuis sunt quinquaginta viri.* Salianus putat de se ipsis in tertia persona locutos fuisse, erant enim quinquaginta.

17. *Donec acquiesceret.* Assensus est eorum voluntati, ne si perstaret in sententia nonnullum daret illi suspicionis locum nolle ipsum Eliam redire, ut deinceps, illo excluso, in prophetarum cœtu ipse principatum obtineret.

18. *Habitabat in Jericho.* Substitit in Jericho interim dum Eliam quærebant.

19. *Habitatio civitatis hujus optima est.* Salubris est aer, situs commodus, etc. — *Terra sterilis.* Non tota, sed pars illa tantum quæ vitium ex aquis præterfluentibus trahebat.

20. *Vas novum.* Ne si aliquo fuisset prius liquore imbutum, liquori illi vis aquarum sanatrix tribui posset. — *Mittite in illud sal.* Non ipse mittit sal in vas, ut omnem a se fraudis et præstigiarum suspicionem amoliretur.

21. *Sanavi aquas has.* Divino miraculo ; nam alioqui loca quæ salsis alluun-

Digitized by Google

has, et non erit ultra in eis mors : neque sterilitas.

22. Sanatæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, juxta verbum Elisei, quod locutus est.

23. Ascendit autem inde in Bethel : cumque ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, et illudebant ei, dicentes : Ascende calve ; ascende calve.

24. Qui cum respixisset, vidit eos, et maledixit eis in nomine Domini : egressique sunt duo ursi de saltu, et laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros (1).

25. Abiit autem inde in montem Carmeli, et inde reversus est in Samariam.

elles ne causeront plus à l'avenir ni mort ni stérilité.

22. Ces eaux devinrent donc saines, comme elles le sont encore aujourd'hui, selon la parole qu'en donna alors Elisée.

23. Elisée vint de là à Béthel. Et lorsqu'il marchait dans le chemin, de petits enfants sortis de la ville se raillaient de lui, en disant : Monte, chauve ; monte, chauve.

24. Elisée regardant, jeta les yeux sur eux ; et, *pour punir l'injure qu'ils faisaient, non à sa personne, mais à son ministère*, il les maudit au nom du Seigneur, *dont il avait l'honneur d'être le prophète*. En même temps deux ours sortirent du bois, et s'étant jetés sur cette troupe d'enfants, ils en déchirèrent quarante-deux.

25. Elisée alla ensuite sur la montagne du Carmel, d'où il revint à Samarie.

CHAPITRE III.

§ I. * *Le roi de Moab refuse de continuer à payer tribut au roi d'Israël.* ** *Ce prince marche contre lui avec le roi de Juda et celui d'Edom par le désert d'Idumée. Ils s'y trouvent en danger de périr de soif avec leurs armées.*

* LA MÊME ANNÉE 3108. — ** L'AN DU MONDE 3109.

1. Joram vero filius Achab regnavit super Israel in Samaria anno decimo octavo Josaphat regis Judæ. Regnavitque duodecim annis.

1. La dix-huitième année du règne de Josaphat, roi de Juda, *et la seconde de la vice-royauté de Joram, son fils*, Joram, *second* fils d'Achab, régna sur Israël dans Samarie, et son règne dura douze ans.

(1) Bible vengée, note III. — Rép. crit., tome IV, page 219, et tome I, page 147. — Lettres de quelques Juifs, tome I, page 254.

---

tur aquis plane sterilia redduntur. * Deus, ubi vult, ostendit se naturæ Dominum. — *Non erit ultra in eis mors.* Ab eis mors in homines, aut animalia quæ eas potabunt, non infundetur, neque sterilitas in terras quæ eis imbuentur.

23. *Pueri parvi.* Doli tamen capaces. — *Ascende calve.* Est calvitium in homine indecorum, ideoque illud multi aut pileolo, aut alio aliquo artificio tegunt.

24. *Maledixit eis in nomine Domini.* Invocato Dei nomine pueris a Deo punitionem expetiit.

25. *Abiit autem inde in montem Carmeli.* Suos qui ibi habitabant visiturus, aut etiam populi indignationem propter mortuos pueros ad tempus declinaturus. — *Reversus est in Samariam.* Quo eum spiritus Domini ducebat, ut imminenti expeditioni contra Moabitas interesset, et Hebræorum regibus opem ferret.

Digitized by Google

2. Il fit le mal devant le Seigneur, non pas autant que son père et sa mère ; car il ôta les statues de Baal que son père avait fait faire.

3. Il demeura néanmoins toujours dans les péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël *en lui faisant adorer les veaux d'or*, et il ne s'en retira point.

4. Or Mésa, roi de Moab, nourrissait de grands troupeaux, et payait au roi d'Israël cent mille agneaux et cent mille moutons avec leur toison.

5. Mais après la mort d'Achab, il rompit l'accord qu'il avait fait avec le roi d'Israël ; *et la mort précipitée d'Ochosias ne lui permit pas de s'en faire faire raison.*

6. C'est pourquoi le roi Joram *qui lui succéda, étant entré dans le dessein qu'il avait de faire la guerre à Moab*, sortit alors de Samarie, fit la revue des troupes d'Israël,

7. Et envoya dire à Josaphat, roi de Juda : Le roi de Moab s'est soulevé contre moi : venez avec moi pour le combattre. Josaphat lui répondit : J'irai avec vous. Ce qui est à moi est à vous : mon peuple est votre peuple, et mes chevaux sont vos chevaux.

8. Et il ajouta : Par quel chemin irons-nous? Joram lui répondit : Par le désert de l'Idumée, *afin d'éviter les difficultés que nous pourrions rencontrer au passage du Jourdain.*

2. Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus et mater : tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater ejus.

3. Verumtamen in peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.

4. Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa, et solvebat regi Israel centum millia agnorum, et centum millia arietum, cum velleribus suis.

5. Cumque mortuus fuisset Achab, prævaricatus est fœdus, quod habebat cum rege Israel.

6. Egressus est igitur rex Joram in die illa de Samaria, et recensuit universum Israel.

7. Misitque ad Josaphat regem Juda, dicens : Rex Moab recessit a me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit : Ascendam : qui meus est, tuus est : populus meus, populus tuus; et equi mei, equi tui.

8. Dixitque : Per quam viam ascendemus? At ille respondit : Per desertum Idumææ.

CAP. III. 2. *Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater ejus.* Suspicatur Salianus id Josaphati impulsu factum esse, qui Joram affinitate junctus erat, et qui fortasse negavit se auxilium illi præbiturum, nisi idolorum ac præsertim Baal cultum abjiceret. Reprehensus enim fuerat Josaphat a Jehu propheta, II. Paral. 19. 2, ob datum Achabo impio regi auxilium. Facilius autem fuit Baalis statuas tollere, quam vitulos a Jeroboam erectos, quia Baalis cultus recens et nuper ab Achabo invectus erat; vitulorum vero jam inveteratus, et longo usu ab Israelitis usurpatus.

4. *Cum velleribus suis.* Prius quam tonderentur; arietum lanatorum.

5. *Prævaricatus est fœdus.* Tributum enim pendere recusavit.

7. *Qui meus est, tuus est.* Uteris peditatu atque equitatu meo perinde ac tuo. Liberaliter sane et prudenter. Vidit enim rem quoque suam agi in hac expeditione contra Moabitam, qui si defectionem impune tulisset, illico Idumæus Judæ tributarius ejus secutus esset exemplum.

8. *Per quam viam ascendemus?* Duplex esse poterat via, altera brevis et expedita, transmisso scilicet Jordane ad Galgala, et per tribum Ruben in fines

Digitized by Google

9. Perrexerunt igitur, rex Israel, et rex Juda, et rex Edom, et circuierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui, et jumentis quæ sequebantur eos.

9. Le roi d'Israël, et le roi de Juda, et le roi d'Edom, *tributaire de Josaphat, auquel il avait joint ses troupes*, marchèrent donc avec leurs gens, et ils tournèrent *autour de la mer Morte*, par le chemin *du désert qui conduit au pays de Moab*, pendant sept jours, *sans rencontrer d'ennemis ;* mais il n'y avait point d'eau pour l'armée ni pour les bêtes qui la suivaient.

10. Dixitque rex Israel : Heu, heu, heu, congregavit nos Dominus tres reges, ut traderet in manus Moab.

10. Alors le roi d'Israël dit: Helas! hélas! hélas! Le Seigneur nous a ici joints trois rois ensemble pour nous livrer entre les mains de Moab.

§ II. *Josaphat, roi de Juda, demande un prophète du Seigneur pour implorer sa miséricorde. Un des serviteurs du roi d'Israël lui indique Elisée. Ce prophète, en considération du roi de Juda, leur promet de l'eau et une entière victoire.*

11. Et ait Josaphat : Estne hic propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et respondit unus de servis regis Israel : Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ.

11. Josaphat répondit : N'y a-t-il point ici de prophète du Seigneur, pour implorer par lui la miséricorde du Seigneur? L'un des serviteurs du roi d'Israël répondit: Il y a ici Elisée, fils de Saphat, qui versait de l'eau sur les mains d'Elie *et le servait.*

12. Et ait Josaphat : Est apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum rex Israel, et Josaphat rex Juda et rex Edom.

12. Josaphat dit: La parole du Seigneur est en lui. Alors le roi d'Israël, Josaphat roi de Juda et le roi d'Edom allèrent trouver Elisée.

13. Dixit autem Eliseus ad regem Israel: Quid mihi et tibi est? vade ad prophetas patris tui, et matris tuæ. Et ait illi rex Israel : Quare congregavit Dominus tres reges hos, ut traderet eos in manus Moab?

13. Et Elisée dit au roi d'Israël, *qui n'avait pas encore détruit les autels de Baal :* Qu'y a-t-il entre vous et moi? Allez-vous-en aux prophètes de votre père et de votre mère. Le roi d'Israël lui dit : D'où vient que le Seigneur a assemblé ces trois rois pour les livrer entre les mains de Moab?

Moabitarum irrumpendo; altera longior per desertum Idumææ. Hanc vero eligunt, ut sibi Idumæum socium adjungant, et ut ab illa partem Moabitam aggrediantur, a qua sibi ille minus timebat.

9. *Rex Edom.* Rex, sive prorex Idumææ. Vide dicta supra III. Reg. 22. 48.

11. *Unus de servis regis Israel.* Sæpius enim visus fuerat Eliseus in regno Israel quam in regno Juda, cum etiam ex illo esset oriundus, nimirum ex Abelmeula civitate tribus Manasse. — *Qui fundebat aquam super manus Eliæ.* Qui Eliæ discipulus erat, illique famulabatur.

12. *Est apud eum sermo Domini.* Erit sine dubio apud eum sermo Domini, qui magni Eliæ fuerit individuus comes. Aliqui legunt cum interrogatione; nomine enim Elisei audito, cujus nondum fama increbuerat, quærit an sit apud eum sermo Domini, hoc est, an spiritum habeat prophetiæ.

13. *Quid mihi et tibi est?* Quid mihi tecum commune est, qui prophetas Domini consulere non soles, sed vitulorum sacrificulos. — *Patris tui et matris tuæ.* Achabi et Jezabelis.

Digitized by Google

14. Elisée lui dit : Vive le Seigneur des armées, en la présence duquel je suis; si je ne respectais la personne de Josaphat, roi de Juda, je n'eusse pas seulement jeté les yeux sur vous, et ne vous eusse pas regardé.

15. Mais maintenant faites-moi venir un joueur de harpe, *pour calmer par le son de cet instrument l'emotion que mon zèle contre vous m'a causée.* Et lorsque cet homme chantait sur sa harpe, la main du Seigneur fut sur Elisée. *Il fut rempli de son esprit,* et il dit :

16. Voici ce que dit le Seigneur : Faites plusieurs fosses le long du lit de ce torrent.

17. Car voici ce que dit le Seigneur : Vous ne verrez ni vent ni pluie; et *néanmoins* le lit de ce torrent sera rempli d'eau, et vous boirez, vous et vos serviteurs et vos bêtes.

18. Et ceci n'est encore qu'une petite partie de ce que le Seigneur veut faire pour vous : mais de plus il livrera Moab entre vos mains.

19. Vous détruirez toutes les villes fortes, toutes les places les plus importantes; vous couperez par le pied tous les arbres fruitiers; vous boucherez toutes les fontaines; et vous couvrirez de pierres tous les champs les plus fertiles.

14. Dixitque ad eum Eliseus : Vivit Dominus exercituum, in cujus conspectu sto, quod si non vultum Josaphat regis Judæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.

15. Nunc autem adducite mihi psaltem. Cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, et ait (1) :

16. Hæc dicit Dominus : Facite alveum torrentis hujus fossas et fossas.

17. Hæc enim dicit Dominus : Non videbitis ventum, neque pluviam : et alveus iste replebitur aquis, et bibetis vos, et familiæ vestræ, et jumenta vestra.

18. Parumque est hoc in conspectu Domini : insuper tradet etiam Moab in manus vestras.

19. Et percutietis omnem civitatem munitam, et omnem urbem electam, et universum lignum fructiferum succidetis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, et omnem agrum egregium operietis lapidibus.

(1) Bible vengée, note IV.

---

14. *In cujus conspectu sto.* Cui servio. — *Erubescerem.* Revererer.

15. *Adducite mihi psaltem.* Requirebat hunc cantorem genere levitam, qui aliquid in Dei laudem ex Davidis Psalmis concineret, ut ait Theodoretus, et Procopius; tum ut harmoniæ suavitate ad devotionem excitaretur, et tranquillior fieret animus, aptiorque ad accipiendam propheticam illustrationem; tum ut Deus laudum suarum celebratione, cui Elisei preces adjungebantur, moveretur ad revelandum quid facto opus esset. — *Facta est super eum manus Domini.* Spiritu prophetico afflatus est.

16. *Fossas.* Replete multis scrobibus et fossis totum hunc locum, in quo solet torrens decurrere.

17. *Non videbitis ventum.* Austrum scilicet pluviæ conciliatorem. — *Alveus iste replebitur aquis.* Deo aquas de thesauris suis promente, et absque pluvia per alveum torrentis effundente.

19. *Percutietis omnem civitatem munitam.* Non præcipit Eliseus, sed quid facturi sint prænuntiat. — *Lignum fructiferum succidetis.* Non peccaverunt arbores fructiferas succidendo, quamvis id legi repugnare videatur Deut. 20. 20, quia lex de Chananitide intelligitur, quæ Moabitas non comprehendit. — *Fontes aquarum obturabitis.* Humo ingesta in eorum capita et alveos. — *Operietis lapidibus.* Id quomodo factum sit dicitur n. 25 seq.

Digitized by Google

§ III. *Les eaux viennent en abondance dans le camp d'Israël selon la promesse d'Elisée. Les Moabites sont vaincus, leur pays ruiné, la capitale assiégée, et le roi réduit à immoler son fils sur les murailles, à la vue des assiégeants qui en ont horreur et se retirent.*

20. Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, et ecce, aquæ veniebant per viam Edom, et repleta est terra aquis.

21. Universi autem Moabitæ audientes quod ascendissent reges ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes qui accincti erant balteo desuper, et steterunt in terminis.

22. Primoque mane surgentes, et orto jam sole ex adverso aquarum, viderunt Moabitæ e contra aquas rubras quasi sanguinem,

23. Dixeruntque : Sanguis gladii est : pugnaverunt reges contra se, et cæsi sunt mutuo : nunc perge ad prædam Moab.

24. Perrexeruntque in castra Israel : porro consurgens Israel, percussit Moab : at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, et percusserunt Moab,

25. Et civitates destruxerunt : et omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt : et universos fontes aquarum obturaverunt : et omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantum fictiles remanerent : et circumdata est civitas a fundibu-

20. Le lendemain matin, sur l'heure qu'on a accoutumé d'offrir le sacrifice, les eaux vinrent tout d'un coup le long du chemin d'Edom, et la terre fut remplie d'eaux.

21. Les Moabites ayant appris que ces rois étaient venus pour les combattre, assemblèrent tous ceux qui portaient les armes, et ils vinrent *tous ensemble* les attendre sur leurs frontières.

22. Et s'étant levés dès le point du jour, dès que les rayons du soleil brillèrent sur les eaux, elles leur parurent rouges comme du sang ;

23. Et ils s'entre-dirent : C'est l'épée qui a répandu tant de sang. Les rois se sont battus l'un contre l'autre, et se sont entretués : Moabites, marchez *hardiment* pour *enlever* les dépouilles.

24. Ils vinrent donc au camp d'Israël *plutôt pour piller que pour combattre.* Mais les Israélites sortant tout d'un coup, battirent les Moabites *qu'ils trouvèrent en désordre, et* qui, *ne s'attendant à rien moins,* s'enfuirent devant eux.

25. Les victorieux les poursuivant, les taillèrent en pièces, détruisirent leurs villes, remplirent tous les champs les plus fertiles de pierres que chacun y vint jeter, bouchèrent toutes les fontaines, abattirent tous les arbres fruitiers, et ne laissèrent sur pied que les murailles faites de terre. La ville *capitale où le roi s'était retiré*

---

20. *Quando sacrificium offerri solet.* Sacrificium matutinum, de quo vide Exod. c. 29, n. 38.

21. *Qui accincti erant balteo.* Ense : omnes milites, aut omnes qui per ætatem arma ferre poterant, et militare. — *In terminis.* In regni finibus.

22. *Aquas rubras quasi sanguinem.* Matutino enim tempore aqua solis radiis icta rutilat, et fortasse etiam arena torrentis ei colori serviebat, accedente etiam nonnulla turbatione ex parte Dei, qui eos destinarat ad victimam, ut vult Abulens. q. 21.

25. *Muri tantum fictiles.* Civitas videlicet regia, quæ lateritia habebat mœnia, ad quam se rex Moabitarum receperat cum iis qui se eo propere potuerant. * Itaque *muri fictiles* est nomen proprium urbis, hebr. *Kir Chareseth.* — *A fundibulariis.* Qui saxorum grandine propugnatores a muris deturbarent, interim dum sui muros quaterent, et per ruinas in urbem irrumpe-

Digitized by Google

fut aussi investie par les frondeurs, et une partie des murailles fut abattue *par les pierres qu'on jetait avec des machines.*

26. Le roi de Moab voyant qu'il ne pouvait plus résister aux ennemis, prit avec lui sept cents hommes de guerre, pour forcer les quartiers du roi d'Edom, *où il croyait trouver moins de résistance, et se sauver;* mais ils n'en purent venir à bout.

27. Alors prenant son fils aîné, qui devait régner après lui, il l'offrit en holocauste sur la muraille, *pour se rendre ses dieux favorables.* Ce que les Israélites ayant vu, ils eurent horreur d'une action si barbare ; et s'étant retirés aussitôt de dessus les terres de Moab, ils s'en retournèrent dans leur pays.

lariis, et magna ex parte percussa.

26. Quod cum vidisset rex Moab, prævaluisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, ut irrumperent ad regem Edom : et non potuerunt.

27. Arripiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum : et facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, et reversi sunt in terram suam.

CHAPITRE IV.

§ I. *La veuve d'un prophète vient représenter à Elisée qu'un créancier de son mari veut lui enlever ses fils et en faire ses esclaves. Le prophète multiplie un peu d'huile qu'elle avait chez elle, et lui donne ainsi le moyen de satisfaire à ce créancier impitoyable.*

L'AN DU MONDE 3109. — AVANT J.-C. 895.

1. Alors une femme de l'un des prophètes vint crier à Elisée, et lui dit : Mon mari, qui était votre serviteur, est mort, et vous savez que votre serviteur craignait le Seigneur ; et maintenant son créancier vient pour prendre mes deux fils, et en faire ses esclaves.

1. Mulier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliseum, dicens : Servus tuus vir meus mortuus est, et tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum : et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.

---

rent.—*Magna ex parte percussa.* Eo deducta ut parum abfuerit quin caperetur.

26. *Ut irrumperent ad regem...* Id est, qua parte rex Idumææ obsidebat urbem.

27. *Obtulit holocaustum super murum.* Chamos scilicet deo Moabitarum, idque factum vel ad impetrandum a deo auxilium immolatione rei carissimæ; vel ad flectendos misericordia animos Israelitarum; frangit enim intuentium animos dira illa necessitas, quæ parentem invitum cogit, eoque adigit ut filii sui primogeniti sanguine manus cruentet. — *Facta est indignatio magna.* LXX habent, μεταμελὸς μεγας, *pœnitentia magna,* quæ versio favet proxime dictis, ut sententia sit : doluerunt miserum regem ad hujusmodi necessitatem desperatione adactum, quasi in ipsos pars aliqua tanti criminis redundaret. Vulgatæ vero nostræ versionis sententia est, Israelitas viso tali spectaculo doluisse super tam indigno facinore, et agnoscentes illum satis grave dedisse pœnas, obsidionem solvisse.

Cap. IV. 1. *Timens Dominum.* A populari scelere idololatriæ abhorrens, ut reliqui prophetæ. — *Ad serviendum sibi.* Instar mancipiorum venalium, qua-

Digitized by Google

2. Cui dixit Eliseus : Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit : Non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo ungar.

3. Cui ait : Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca.

4. Et ingredere, et claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, et filii tui : et mitte inde in omnia vasa hæc : et cum plena fuerint, tolles.

5. Ivit itaque mulier, et clausit ostium super se, et super filios suos : illi offerebant vasa, et illa infundebat.

6. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum : Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit : Non habeo. Stetitque oleum.

7. Venit autem illa, et indicavit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo : tu autem, et filii tui vivite de reliquo.

2. Elisée lui dit : Que voulez-vous que je fasse ? Dites-moi : qu'avez-vous dans votre maison? Elle répondit : Votre servante n'a dans sa maison qu'un peu d'huile, pour m'en oindre.

3. Elisée lui dit : Allez, empruntez de vos voisins un grand nombre de vaisseaux vides :

4. Et après que vous serez rentrée dans votre maison, fermez la porte sur vous. Et vous tenant au dedans, vous et vos fils, versez de cette huile que vous avez dans tous ces vases ; et quand ils seront pleins, vous les ôterez.

5. Cette femme s'en alla donc, ferma la porte sur elle et sur ses enfants. Ses enfants lui présentaient les vaisseaux, et elle versait de l'huile dedans.

6. Et lorsque tous les vaisseaux furent remplis, elle dit à son fils : Apportez-moi encore un vaisseau. Il lui répondit : Je n'en ai plus. Et l'huile s'arrêta.

7. Cette femme alla rendre compte de tout à l'homme de Dieu, qui lui dit : Allez, vendez cette huile : rendez à votre créancier ce qui lui est dû. Ensuite, vous et vos fils, vivez du reste.

§ II. *Elisée loge chez une femme considérable de Sunam. Il lui promet un fils que Dieu lui donne au même temps que le prophète lui avait dit.*

8. Facta est autem quædam dies, et transibat Eliseus per Sunam : erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem : cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem.

8. Un jour Elisée passait par Sunam, *ville de la tribu d'Issachar*, et une femme fort considérable le retint par force pour manger ; et passant souvent par là, il allait loger chez elle pour y manger.

---

tenus liceret apud Hebræos debitores in servitutem rapere, et qualis, et quam diuturna servitus illa esse posset, vide Levit. c. 25. n. 39 et sequentibus.

2. *Parum olei, quo ungar.* Usitatum erat in terra promissionis, et vicinis locis, ut homines valetudinis, aut etiam deliciarum causa, caput aut corpus ungerent, quod Christi Domini tempore factitari solitum docet illud Matth. c. 6, n. 17 : *Cum jejunas, unge caput tuum, etc.* Vel ergo vidua hæc modico illo oleo uti volebat ad necessariam sanitati unctionem; vel significat adeo parum esse olei, ut vix unicæ unctioni satis esse possit.

4. *Cum plena fuerint, tolles.* Ut quodque plenum fuerit, sepones.

5. *Et illa infundebat.* Oleo scilicet semper ex lecytho manante, donec quodque vas impletum esset.

8. *Per Sunam.* Fuit ea urbs in tribu Issachar; quam adibat homo Dei iter faciens de Carmelo in Jericho, aut Bethel, aut Galgala, invisens collegia pro-

Digitized by Google

9. Alors cette femme dit à son mari : Je vois que cet homme qui passe souvent chez nous est un homme de Dieu et un saint.

10. Faisons-lui donc faire une petite chambre, et mettons-y un petit lit, une table, un siége et un chandelier, afin que, lorsqu'il nous viendra voir, il demeure là.

11. Un jour donc Elisée étant venu à Sunam, il alla loger en cette chambre, et y reposa.

12. Il dit ensuite à Giézi son serviteur : Faites venir cette Sunamite. Giézi l'ayant fait venir, et elle se tenant devant lui,

13. Il dit à son serviteur : Dites-lui de ma part : Vous nous avez rendu avec soin toutes sortes de services : que voulez-vous donc que je fasse pour vous ? Avez-vous quelque affaire, et voulez-vous que je parle pour vous au roi, ou au général de ses armées ? Elle lui répondit : Je demeure ici *en paix* au milieu de mon peuple.

14. Elisée dit à Giézi : Qua veut-elle donc que je fasse pour elle ? Giézi lui répondit : Il n'est pas besoin de le lui demander; car elle n'a point de fils, et son mari est déjà vieux.

9. Quæ dixit ad virum suum : animadverto quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.

10. Faciamus ergo ei cœnaculum parvum, et ponamus ei in eo lectulum, et mensam, et sellam, et candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat ibi.

11. Facta est ergo dies quædam, et veniens divertit in cœnaculum, et requievit ibi.

12. Dixitque ad Giezi puerum suum : Voca Sunamitidem istam. Qui cum vocasset eam, et illa stetisset coram eo,

13. Dixit ad puerum suum : Loquere ad eam : Ecce, sedule in omnibus ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi ? Numquid habes negotium, et vis ut loquar regi, sive principi militiæ ? Quæ respondit : In medio populi mei habito.

14. Et ait : Quid ergo vult ut faciam ei ? Dixitque Giezi : Ne quæras : filium enim non habet, et vir ejus senex est.

---

phetarum. — *Mulier magna.* Pietate scilicet et opibus. Chald. *timens peccata.* — *Comederet panem.* Cibum caperet.

10. *Cœnaculum parvum.* Domunculam separatam a reliquis ædibus; sic enim explicat Vatablus quod in hebræo legitur, *cœnaculum parietis parvulum,* quatuor scilicet parietibus constans, aut pariete a nostra habitatione seclusum, ut ibi a strepitu domestico liber Deo vacare commodius possit.

13. *Dixit ad puerum suum : Loquere ad eam.* Mirum videtur vocatam fuisse mulierem, atque adeo stetisse coram eo, et tamen cum ea quasi idiomatis ignara per interpretem fuisse locutum Eliseum. Fortasse præ reverentia viri sancti cubiculum ingressa non erat, illudque *coram eo* idem est ac coram cubiculo ejus, aut oratorio, absque mutuo conspectu ad quem paulo post admissa est : quod exemplum modestiæ ac verecundiæ singularis est in muliere, t paternæ gravitatis in propheta. — *Vis ut loquar regi, sive principi militiæ ?* Gratia enim valebat Eliseus apud Joram regem Israelis, et principem militiæ ejus, utique ex bello Moabitico collecta. — *In medio populi mei habito.* Id est, mihi placet otium, et nullis exerceri negotiis : placide vivo et tranquille, nec ullas cum ullo controversias exerceo; ita Theodoretus et Procopius. Vel inter consanguineos meos habito, qui possunt mihi esse interpretes apud regem, si quid negotii habuerim, propter quod sit conveniendus; ita Comestor, Lyranus, Vatablus. Vel mulier e media plebe sum non aulica, ut ibi mihi sit opus advocatis; ita Abulensis.

14. *Ne quæras.* Bene conjecit Giezi : quodnam enim aliud sit opulentæ mulieris votum, quam ut prolem ex conjuge suscipiat ?

Digitized by Google

15. Præcepit itaque ut vocaret eam : quæ cum vocata fuisset, et stetisset ante ostium,

16. Dixit ad eam : In tempore isto, et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit : Noli quæso domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.

17. Et concepit mulier, et peperit filium, in tempore, et in hora eadem, qua dixerat Eliseus.

15. Elisée commanda donc à Giézi de faire venir cette femme. Et étant venue, elle se tenait devant la porte de sa chambre, *n'osant y entrer par respect.*

16. Elisée *l'ayant fait entrer*, lui dit : *Dans un an*, en ce même temps et à cette même heure, si Dieu vous conserve la vie, vous aurez un fils dans vos entrailles. Elle lui répondit : Non', mon seigneur ; non, homme de Dieu, ne trompez pas, je vous prie, votre servante, *en lui promettant une chose qu'elle n'ose plus espérer.*

17. Cette femme conçut ensuite ; et elle enfanta un fils au même temps et à la même heure qu'Elisée lui avait dit.

§ III. *L'enfant qu'Elisée avait obtenu à la Sunamite tombe malade et meurt. Sa mère le porte dans la chambre d'Elisée, le met sur son lit, et va elle-même trouver le prophète.*

18. Crevit autem puer. Et cum esset quædam dies, et egressus isset ad patrem suum, ad messores,

19. Ait patri suo : Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero : Tolle, et duc eum ad matrem suam.

20. Qui cum tulisset, et duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, et mortuus est.

21. Ascendit autem, et collocavit eum super lectulum hominis

18. L'enfant crût. Et étant un jour allé trouver son père qui était avec ses moissonneurs,

19. Il lui dit : La tête me fait mal ; la tête me fait mal. Son père dit à un de ses serviteurs : Prenez cet enfant, et menez-le à sa mère.

20. Il le prit et le porta à sa mère ; et elle l'ayant tenu sur ses genoux jusqu'à midi, il mourut (1).

21. Elle monta ensuite à la chambre de l'homme de Dieu, et elle mit l'enfant sur

(1) Cet enfant mourut sans doute d'un coup de soleil, ce qui arrive souvent en Orient.

---

15. *Stetisset ante ostium.* Hoc etiam est modestiæ argumentum, quod vocata, et domi suæ, ultra tamen limen cubiculi in quo agebat propheta, progressa non est.

16. *In tempore isto.* In hebræo est, *ad statutum tempus istud, secundum tempus puerperæ,* id est, mensibus gestationis puerperæ evolutis. Vel, ut habet Pagninus, *vivente te, amplexaberis filium,* significans intra annum filium ei nasciturum, quem ipsa suis brachiis amplecteretur. — *Si vita comes fuerit.* In hebræo et græco non ponitur illa particula conditionalis, *si* ; divus vero Hier. illam addidit ex communi formula loquendi. — *Noli mentiri ancillæ tuæ.* Illud patiebatur quod tanto post apostoli, de quibus dicitur Lucæ 24. 41 : *Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus præ gaudio.* Putavit fortasse hæc non spiritu prophetico dicta ab Eliseo, sed spiritu humano, ut illam bono rei optatæ augurio exhilararet.

19. *Duc eum ad matrem suam.* Vel, ut alii vertunt, fer eum. Sic enim habent LXX et chaldæus ; parvulus enim erat et æger.

21. *Collocavit eum super lectulum hominis Dei.* Sive sperans aliquod inde

Digitized by Google

son lit; et ayant fermé la porte, elle vint trouver son mari,

22. Et lui dit : Envoyez avec moi, je vous prie, un de vos serviteurs; et je prendrai l'ânesse, pour courir jusqu'à l'homme de Dieu, et m'en revenir.

23. Son mari lui répondit : D'où vient que vous l'allez trouver ? Ce n'est point aujourd'hui le premier jour du mois, ni un jour de sabbat, *où vous puissiez profiter des instructions qu'il fait au peuple en ces jours-là.* Elle lui répondit : Je suis bien-aise d'y aller.

24. Elle fit *donc* seller l'ânesse, et dit à son serviteur : Menez-moi en diligence; que rien ne m'arrête dans mon voyage; et faites tout ce que je vous ordonne.

25. S'étant donc mise en chemin, elle vint trouver l'homme de Dieu, sur la montagne du Carmel. Et l'homme de Dieu l'ayant aperçue qui venait à lui, il dit à Giézi, son serviteur : Voilà cette Sunamite.

26. Allez au-devant d'elle, et dites-lui : Tout va-t-il bien chez vous ? Vous, votre mari et votre fils se portent-ils bien ? Et elle lui répondit : Fort bien.

27. Et étant venue trouver l'homme de Dieu sur la montagne, elle se jeta à ses pieds, et Giézi s'approcha d'elle pour la retirer. Mais l'homme de Dieu lui dit : Laissez-la. Son âme est dans l'amertume;

Dei, et clausit ostium : et egressa,

22. Vocavit virum suum, et ait : Mitte mecum, obsecro, unum de pueris, et asinam, ut excurram usque ad hominem Dei, et revertar.

23. Qui ait illi : Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt calendæ, neque sabbatum. Quæ respondit : Vadam.

24. Stravitque asinam, et præcepit puero : Mina, et propera, ne mihi moram facias in eundo : et hoc age quod præcipio tibi.

25. Profecta est igitur, et venit ad virum Dei in montem Carmeli : cumque vidisset eam vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum suum : Ecce Sunamitis illa.

26. Vade ergo in occursum ejus, et dic ei : Rectene agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Quæ respondit : Recte.

27. Cumque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus : et accessit Giezi ut amoveret eam. Et ait homo Dei : Dimitte illam : anima enim ejus in

---

auxilium ob contactum viri Dei; sive ut evocatus Eliseus ibi eum reperiret, et excitaretur ad orandum pro eo; sive ut eum absconderet, ut ait Tostatus q. 29, ne mors patri innotesceret, gravissimoque eum mœrore conficeret, et matris profectionem filiique suscitationem fidei defectu impediret; sive ne interim, dum ipsa aberat, sepulturæ traderetur.

23. *Hodie non sunt calendæ, neque sabbatum.* Qui erant festi dies quibus populus solebat adire synagogas, aut prophetas peritosque legis, ad audiendum verbum Dei, et apparet non tunc primum eo adiisse mulierem ejusdem rei causa. Calendæ vero et sabbatum pro privilegio eorum dierum videntur sumi, quia diebus festis, et maxime sabbato, tam longum iter confici non poterat. Aberat enim Sunam a monte Carmelo itinere oc to aut novem horarum, ut patet ex Adrichomio in typo tribus Zabulon. — *Vadam.* Hebr., chald et græc. habent, *dixit : Pax,* scilicet tibi sit, vale. Dissimulat mulier profectionis causam, ne maritus dolore angatur.

24. *Mina.* Duc, age asinum.

26. *Quæ respondit : Recte.* Non usa mendacio, sed ironia, ne si rem patefaceret, non per seipsum responderet Eliseus, sed per Giezi, illamque dimitteret, atque ita non posset ipsum prophetam ad se adducere, quod illa in primis cupiebat, et sperabat se consecuturam, si per seipsam causam ageret.

27. *Dimitte illam.* Neque afflictæ afflictionem addas, eam repellendo.

Digitized by Google

amaritudine est, et Dominus celavit a me, et non indicavit mihi.

28. Quæ dixit illi : Numquid petivi filium a domino meo? numquid non dixi tibi : Ne illudas me.

et le Seigneur me l'a caché, et ne me l'a point fait connaître.

28. Alors cette femme lui dit : Vous ai-je demandé un fils, mon seigneur? Ne vous ai-je pas dit : Ne me trompez point?

§ IV. *Elizée envoie Giézi avec son bâton, et lui ordonne de le mettre sur le visage de l'enfant. Giézi le fait inutilement. Le prophète vient lui-même, se couche sur l'enfant et le ressuscite.*

29. Et ille ait ad Giezi : Accinge lumbos tuos, et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum : et si salutaverit te quispiam, non respondeas illi : et pones baculum meum super faciem pueri.

29. Elisée dit à Giézi : Ceignez vos reins, *pour relever votre robe :* prenez mon bâton à votre main, et allez-vous-en *chez cette femme.* Si vous rencontrez quelqu'un, ne le saluez point; et si quelqu'un vous salue, ne lui répondez point : *en un mot que rien ne vous arrête en chemin.* Et *lorsque vous serez arrivé,* mettez mon bâton sur le visage de l'enfant.

30. Porro mater pueri ait : Vivit Dominus, et vivit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, et secutus est eam.

30. Mais la mère de l'enfant dit à Elisée : Je vous jure par le Seigneur et par votre vie que je ne vous quitterai point *que vous ne veniez avec moi.* Il partit donc, et la suivit.

31. Giezi autem præcesserat ante eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox, neque sensus : reversusque est in occursum ejus, et nuntiavit ei, dicens : Non surrexit puer.

31. Cependant Giézi était allé devant eux, et il avait mis le bâton d'Elisée sur le visage de l'enfant. Mais ni la parole ni le sentiment ne lui était point revenu. Il retourna *donc* au-devant de son maître, et lui vint dire : L'enfant n'est point ressuscité.

32. Ingressus est ergo Eliseus domum, et ecce puer mortuus jacebat in lectulo ejus :

32. Elisée entra ensuite dans la maison, et il trouva l'enfant mort couché sur son lit.

33. Ingressusque clausit ostium super se, et super puerum : et oravit ad Dominum.

33. Il ferma aussitôt la porte sur lui et sur l'enfant, et pria le Seigneur.

---

28. *Numquid petivi filium a domino meo?* Quasi dicat : Satius fuisset non habuisse filium, quam eo tam brevi tempore privari.

29. *Accinge lumbos tuos.* Ut scilicet ad iter expeditus sis, vestes ad pedes usque fluentes cingulo colligens. — *Tolle baculum meum.* Ut illum imponas super defuncti cadaver, si forte Deus velit illo instrumento uti ad miraculum, sicut olim virga Mosis, et nuper pallio Eliæ. — *Non salutes eum.* Cum nemine misceas sermones, aut moras nectas, sed quo te mitto festinus propera. Jubet vero famulum properare, quia qui cito dat, bis dat; et quia prius suscitari volebat filium, quam pater agnosceret illum mortuum; tandem quia se accommodabat propheta populari hominum captui, quibus videtur facilius suscitare recens defunctum, quam eum qui a multo jam tempore extinctus sit.

30. *Non dimittam te.* Nisi ipse mecum veneris.

31. *Non erat vox, neque sensus.* Nulla apparebant vitæ argumenta.

33. *Clausit ostium.* Ut semotis arbitris orare posset quiete, et cadaveri incubare.

Digitized by Google

34. Après cela il monta sur le lit et se coucha sur l'enfant ; il mit sa bouche sur sa bouche, ses yeux sur ses yeux, et ses mains sur ses mains, et il se courba sur l'enfant. Et la chair de l'enfant fut échauffée.

35. Et étant descendu *de dessus du lit*, il se promena, et fit deux tours dans la chambre. Il remonta encore *sur le lit*, et se coucha sur l'enfant. Alors l'enfant bâilla sept fois, et ouvrit les yeux.

36. Elisée ensuite appela Giézi, et lui dit : Faites venir cette Sunamite. Elle vint aussitôt, et elle entra dans la chambre. Elisée lui dit : Emmenez votre fils.

37. Cette femme s'approcha de lui, et se jeta à ses pieds, et elle adora sur la terre, et ayant pris son fils elle s'en alla.

34. Et ascendit, et incubuit super puerum : posuitque os suum super os ejus, et oculos suos super oculos ejus, et manus suas super manus ejus : et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri.

35. At ille reversus, deambulavit in domo, semel huc atque illuc : et ascendit, et incubuit super eum : et oscitavit puer septies, aperuitque oculos.

36. At ille vocavit Giezi, et dixit ei : Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait : Tolle filium tuum.

37. Venit illa, et corruit ad pedes ejus, et adoravit super terram : tulitque filium suum, et egressa est.

§ V. *Elisée adoucit l'amertume de certaines herbes qu'on avait servies aux enfants des prophètes, et il rassasie plusieurs personnes avec un peu de pain.*

38. Et Elisée, *après ce miracle*, retourna, *non au Carmel d'où il était venu, mais à* Galgala. Or la famine était en ce pays-là, et les enfants des prophètes demeuraient avec Elisée. Il dit donc à l'un de ses serviteurs : Prenez un grand pot, et préparez à manger pour les enfants des prophètes.

39. Et l'un d'eux étant sorti dehors pour recueillir des herbes des champs, trouva une espèce de vigne sauvage ; et il en

38. Et Eliseus reversus est in Galgala. Erat autem fames in terra, et filii prophetarum habitabant coram eo ; dixitque uni de pueris suis. Pone ollam grandem, et coque pulmentum filiis prophetarum.

39. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes : invenitque quasi vitem silvestrem,

---

34. *Incubuit super puerum.* Donec a vivente caro mortua calefieret.

35. *Deambulavit in domo.* Orans Dominum pro vita pueri. — *Oscitavit, sive sternutavit,* ut alii ex hebræo vertunt. Quidam explicant, *singultivit.*

37. *Adoravit super terram.* Virum sanctum et benefactorem suum submisse honorando.

38. *Reversus est in Galgala.* Cito se inde proripuit, humanas laudes propter patratum miraculum fugiens. — *Erat autem fames in terra.* Divinitus immissa propter peccata, præsertim vero idololatriam ; nam de hac eadem fame dicitur infra, c. 8, n. 1 : *Vocavit enim Dominus famem, etc.* — *Habitabant coram eo.* Vel, ut explicat Vatablus, *versabantur apud eum.* Hebraice est, *sedebant coram eo*, scilicet discipuli, quo modo fatetur D. Paulus se ad pedes Gamalielis eruditum fuisse. — *Uni de pueris suis.* In hebræo et græco est, *dixitque puero suo,* nimirum Giezi. — * *Pone ollam grandem.* Multis enim parabatur cibus.

39. *Herbas agrestes.* Jam enim hortenses et domesticæ herbæ defecerant. — *Colocynthidas agri.* Cucurbitas agrestes, quæ ob amaritudinem solent fel terræ appellari. Vide Valesium de sacra Philosophia c. 36.

Digitized by Google

et collegit ex ea colocynthidas agri, et implevit pallium suum, et reversus concidit in ollam pulmenti : nesciebat enim quid esset.

40. Infuderunt ergo sociis, ut comederent : cumque gustassent de coctione, clamaverunt, dicentes : Mors in olla, vir Dei. Et non potuerunt comedere.

41. At ille, Afferte, inquit, farinam. Cumque tulissent, misit in ollam, et ait : Infunde turbæ, ut comedant. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla.

42. Vir autem quidam venit de Baalsalisa deferens viro Dei panes primitiarum, viginti panes hordeaceos, et frumentum novum in pera sua. At ille dixit : Da populo, ut comedat.

43. Responditque ei minister ejus : Quantum est hoc, ut apponam centum viris? Rursum ille ait : Da populo, ut comedat : hæc enim dicit Dominus : Comedent, et supererit.

44. Posuit itaque coram eis : qui comederunt, et superfuit juxta verbum Domini.

cueillit des coloquintes sauvages plein son manteau. Etant revenu, il en coupa par morceaux, et les mit cuire dans le pot; car il ne savait ce que c'était.

40. Ils servirent ensuite à manger aux disciples d'Elisée, qui, en ayant goûté, s'écrièrent : Homme de Dieu, il y a dans ce pot quelque poison mortel. Et ils n'en purent manger.

41. Elisée leur dit : Apportez-moi de la farine. Ils lui en apportèrent. Il la mit dans le pot, et leur dit : Servez-en maintenant à tout le monde, afin que chacun en mange. Et il n'y eut plus ensuite aucune amertume dans le pot.

42. Et il vint un homme de Baalsalisa, qui portait à l'homme de Dieu des pains des prémices, vingt pains d'orge, et du froment nouveau dans sa besace. Elisée dit à son serviteur : Donnez ces pains à manger au peuple.

43. Son serviteur lui répondit : Qu'est-ce que cela pour servir à cent personnes? Il redit encore : Donnez ce pain à manger au peuple; car voici ce que dit le Seigneur : Ils mangeront, et il y en aura de reste.

44. Il servit donc ces pains devant ces personnes. Ils en mangèrent, et il y en eut de reste, selon la parole *que le prophète avait dite de la part du Seigneur.*

---

40. *Mors in olla.* Putaverunt enim noxium cibum, et mortem quasi venenum afferentem. Docet Valesius loco citato colocynthidem adeo perniciosam esse ut si supra quatuor obolos, etiam emendata, sumatur, possit superpurgationes et exulcerationes ventris, et mortem afferre.

41. *Non fuit amplius quidquam amaritudinis.* Divino miraculo, non naturali farinæ illius facultate, quamvis etiam possit aliquid conferre farina, nam medici inter ea quibus colocynthis emendatur, enumerant lenta et glutinantia, cujusmodi est farina et amylum. Vide Valesium c. 36.

42. *De Baalsalisa.* Quam urbem ponit Adrichomius in tribu Ephraim in campestribus Saronæ regionis fertilissimæ. — *Frumentum novum in pera.* Non multum fuit frumentum quod in pera ferri potuit. — *Da populo, ut comedat.* Erat enim eis mensa communis, ut religiosis viris.

43. *Quantum est hoc?* Sic postea ille Christi discipulus Joan. 6. 9 : *Quid hæc inter tantos?*

44. *Juxta verbum Domini.* Quod prædixerat Eliseus Domino revelante.

Digitized by Google

CHAPITRE V.

§ I. *Une jeune fille d'Israël, captive dans la Syrie, y fait connaître Elisée. Naaman, général des armées du roi de Syrie, vient trouver ce prophète pour le prier de le guérir de la lèpre dont il était affligé.*

1. Naaman, général de l'armée du roi de Syrie, était un homme puissant et en grand honneur auprès du roi son maître, parce que le Seigneur avait sauvé par lui la Syrie. Il était vaillant et riche, mais lépreux.

2. Or quelques voleurs étant sortis de Syrie, avaient emmené captive une petite fille du pays d'Israël, qui fut *depuis mise* au service de la femme de Naaman.

3. Cette fille dit à sa maîtresse : Plût à Dieu que mon seigneur eût été trouver le prophète qui est à Samarie, il l'aurait sans doute guéri de sa lèpre.

4. Sur cela Naaman vint trouver son maître, et lui dit : Une fille d'Israël a dit telle et telle chose.

5. Le roi de Syrie lui répondit : Allez, j'écrirai pour vous au roi d'Israël. Il partit donc de Syrie. Il prit avec lui dix talents d'argent, six mille écus d'or, et dix habits neufs,

6. Et porta au roi d'Israël la lettre du roi de Syrie, qui était conçue en ces termes : Lorsque vous aurez reçu cette lettre,

1. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, et honoratus : per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ : erat autem vir fortis et dives, sed leprosus.

2. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, et captivam duxerant de terra Israel puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman.

3. Quæ ait ad dominam suam : Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra, quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, et nuntiavit ei, dicens : Sic et sic locuta est puella de terra Israel.

5. Dixitque ei rex Syriæ : Vade, et mittam litteras ad regem Israel. Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum,

6. Detulit litteras ad regem Israel, in hæc verba : Cum acceperis epistolam hanc, scito quod

---

Cap. V. 1. *Syriæ.* Azaelis; nam cum hæc gesta sunt, defunctus erat Benadad, ut tradit Salianus. — *Per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ.* Regnante Benadad; sed quo in prælio, quo rerum discrimine, contra quos, non habemus in Scriptura.

* 2. *Latrunculi.* Milites. Vide supra, II. Reg. 4. 2.

5. *Decem talenta argenti.* Talentum unum, ut sæpius dictum est, tria millia siclorum argenti continebat. Siclus unus quatuor hispanicis regalibus æquivalebat. — *Sex millia aureos.* Siclos, hoc est, duo talenta auri, quæ efficiunt viginti quatuor millia aureorum. Unicum enim talentum continet uncias mille quingentas auri, drachmas duodecim mille; una vero auri drachma unum aureum nummum nostratem efficit. — *Decem mutatoria vestimentorum.* Vestes elegantiores, ait Vatablus, quibus utimur in publico et diebus solemnibus, et quas cum quotidianis mutamus.

6. *Cum acceperis epistolam hanc.* Sapit hæc epistola superbos et feroces spiritus regum Syriæ.

Digitized by Google

miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua.

vous saurez que je vous ai envoyé Naaman, mon serviteur, afin que vous le guérissiez de sa lèpre.

7. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, et ait : Numquid Deus ego sum, ut occidere possim, et vivificare, quia iste misit ad me, ut curem hominem a lepra sua? animadvertite, et videte quod occasiones quærat adversum me.

7. Le roi d'Israël ayant reçu cette lettre déchira ses vêtements, et dit : Suis-je un Dieu, pour pouvoir ôter et rendre la vie? Pourquoi m'envoyer ainsi un homme, afin que je le guérisse de sa lèpre? Vous voyez que ce prince ne cherche qu'une occasion pour rompre avec moi.

8. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens : Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, et sciat esse prophetam in Israel.

8. Elisée, homme de Dieu, ayant appris que le roi d'Israël avait déchiré ainsi ses vêtements, lui envoya dire : Pourquoi avez-vous déchiré vos vêtements? Que cet homme vienne à moi, et qu'il sache qu'il y a un prophète dans Israël.

9. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Elisei :

9. Naaman vint donc avec ses chevaux et ses chariots, et se tint à la porte de la maison d'Elisée.

§ II. *Elisée envoie dire à Naaman de s'aller laver sept fois dans le Jourdain. Naaman se retire fort fâché. Ses serviteurs lui conseillent de faire ce que le prophète lui a dit. Il le fait, et est guéri. Il revient remercier le prophète, et lui offre des présents. Le prophète les refuse et le renvoie en paix.*

10. Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens : Vade, et lavare septies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

10. Et Elisée lui envoya une personne pour lui dire : Allez vous laver sept fois dans le Jourdain, et votre chair sera guérie et deviendra nette.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens : Putabam quod egrederetur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu sua locum lepræ, et curaret me.

11. Naaman tout fâché commençait à se retirer en disant : Je croyais qu'il viendrait me trouver, et que, se tenant debout, il invoquerait le nom du Seigneur son Dieu, qu'il toucherait de sa main ma lèpre, et qu'il me guérirait (1).

12. Numquid non meliores sunt Abana et Pharphar, fluvii Da-

12. N'avons-nous pas à Damas les fleuves d'Abana et de Pharphar, qui sont meil-

(1) Naaman ignorait que Dieu n'est soumis à aucune loi pour la manifestation de sa toute puissante bonté, et qu'il ne demande de notre part qu'une humble et prompte obéissance.

---

7. *Scidit vestimenta sua.* Quod faciebant Hebræi cum blasphemiam audiebant, aut cum tristis nuntius ad eorum aures deferebatur.

8. *Sciat esse prophetam in Israel.* Qui divino fretus auxilio hæc possit, et his majora.

9. *Stetit ad ostium domus Elisei.* Quæ domus erat in Samaria, ubi rex Israel habitabat.

10. *Misitque ad eum Eliseus nuntium.* Nec tamen id Eliseus ex contemptu, sed ex divina jussione et sua humilitate faciebat, qui sibi miraculum tribui nolebat.

12. *Abana et Pharphar.* De his fluviis ita scribit Benjamin in suo Itinerario : *Abana Damascum influit, cujus aquæ per tubos in omnes magnatum domos rat-*

Digitized by Google

CHAPITRE V.

§ I. *Une jeune fille d'Israël, captive dans la Syrie, y fait connaître Elisée. Naaman, général des armées du roi de Syrie, vient trouver ce prophète pour le prier de le guérir de la lèpre dont il était affligé.*

1. Naaman, général de l'armée du roi de Syrie, était un homme puissant et en grand honneur auprès du roi son maître, parce que le Seigneur avait sauvé par lui la Syrie. Il était vaillant et riche, mais lépreux.

2. Or quelques voleurs étant sortis de Syrie, avaient emmené captive une petite fille du pays d'Israël, qui fut *depuis mise* au service de la femme de Naaman.

3. Cette fille dit à sa maîtresse : Plût à Dieu que mon seigneur eût été trouver le prophète qui est à Samarie, il l'aurait sans doute guéri de sa lèpre.

4. Sur cela Naaman vint trouver son maître, et lui dit : Une fille d'Israël a dit telle et telle chose.

5. Le roi de Syrie lui répondit : Allez, j'écrirai pour vous au roi d'Israël. Il partit donc de Syrie. Il prit avec lui dix talents d'argent, six mille écus d'or, et dix habits neufs,

6. Et porta au roi d'Israël la lettre du roi de Syrie, qui était conçue en ces termes : Lorsque vous aurez reçu cette lettre,

1. Naaman princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, et honoratus : per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ : erat autem vir fortis et dives, sed leprosus.

2. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, et captivam duxerant de terra Israel puellam parvulam, quæ erat in obsequio uxoris Naaman.

3. Quæ ait ad dominam suam : Utinam fuisset dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eum a lepra, quam habet.

4. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, et nuntiavit ei, dicens : Sic et sic locuta est puella de terra Israel.

5. Dixitque ei rex Syriæ : Vade, et mittam litteras ad regem Israel. Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex millia aureos, et decem mutatoria vestimentorum,

6. Detulit litteras ad regem Israel, in hæc verba : Cum acceperis epistolam hanc, scito quod

---

Cap. V. 1. *Syriæ.* Azaelis; nam cum hæc gesta sunt, defunctus erat Benadad, ut tradit Salianus. — *Per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ.* Regnante Benadad; sed quo in prælio, quo rerum discrimine, contra quos, non habemus in Scriptura.

* 2. *Latrunculi.* Milites. Vide supra, II. Reg. 4. 2.

5. *Decem talenta argenti.* Talentum unum, ut sæpius dictum est, tria millia siclorum argenti continebat. Siclus unus quatuor hispanicis regalibus æquivalebat. — *Sex millia aureos.* Siclos, hoc est, duo talenta auri, quæ efficiunt viginti quatuor millia aureorum. Unicum enim talentum continet uncias mille quingentas auri, drachmas duodecim mille; una vero auri drachma unum aureum nummum nostratem efficit. — *Decem mutatoria vestimentorum.* Vestes elegantiores, ait Vatablus, quibus utimur in publico et diebus solemnibus, et quas cum quotidianis mutamus.

6. *Cum acceperis epistolam hanc.* Sapit hæc epistola superbos et feroces spiritus regum Syriæ.

Digitized by Google

miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua.

7. Cumque legisset rex Israel litteras, scidit vestimenta sua, et ait : Numquid Deus ego sum, ut occidere possim, et vivificare, quia iste misit ad me, ut curem hominem a lepra sua? animadvertite, et videte quod occasiones quærat adversum me.

8. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens : Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, et sciat esse prophetam in Israel.

9. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Elisei :

vous saurez que je vous ai envoyé Naaman, mon serviteur, afin que vous le guérissiez de sa lèpre.

7. Le roi d'Israël ayant reçu cette lettre déchira ses vêtements, et dit : Suis-je un Dieu, pour pouvoir ôter et rendre la vie? Pourquoi m'envoyer ainsi un homme, afin que je le guérisse de sa lèpre? Vous voyez que ce prince ne cherche qu'une occasion pour rompre avec moi.

8. Elisée, homme de Dieu, ayant appris que le roi d'Israël avait déchiré ainsi ses vêtements, lui envoya dire : Pourquoi avez-vous déchiré vos vêtements? Que cet homme vienne à moi, et qu'il sache qu'il y a un prophète dans Israël.

9. Naaman vint donc avec ses chevaux et ses chariots, et se tint à la porte de la maison d'Elisée.

§ II. *Elisée envoie dire à Naaman de s'aller laver sept fois dans le Jourdain. Naaman se retire fort fâché. Ses serviteurs lui conseillent de faire ce que le prophète lui a dit. Il le fait, et est guéri. Il revient remercier le prophète, et lui offre des présents. Le prophète les refuse et le renvoie en paix.*

10. Misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens : Vade, et lavare septies in Jordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.

11. Iratus Naaman recedebat, dicens : Putabam quod egrederetur ad me, et stans invocaret nomen Domini Dei sui, et tangeret manu sua locum lepræ, et curaret me.

12. Numquid non meliores sunt Abana et Pharphar, fluvii Da-

10. Et Elisée lui envoya une personne pour lui dire : Allez vous laver sept fois dans le Jourdain, et votre chair sera guérie et deviendra nette.

11. Naaman tout fâché commençait à se retirer en disant : Je croyais qu'il viendrait me trouver, et que, se tenant debout, il invoquerait le nom du Seigneur son Dieu, qu'il toucherait de sa main ma lèpre, et qu'il me guérirait (1).

12. N'avons-nous pas à Damas les fleuves d'Abana et de Pharphar, qui sont meil-

(1) Naaman ignorait que Dieu n'est soumis à aucune loi pour la manifestation de sa toute puissante bonté, et qu'il ne demande de notre part qu'une humble et prompte obéissance.

---

7. *Scidit vestimenta sua.* Quod faciebant Hebræi cum blasphemiam audiebant, aut cum tristis nuntius ad eorum aures deferebatur.

8. *Sciat esse prophetam in Israel.* Qui divino fretus auxilio hæc possit, et his majora.

9. *Stetit ad ostium domus Elisei.* Quæ domus erat in Samaria, ubi rex Israel habitabat.

10. *Misitque ad eum Eliseus nuntium.* Nec tamen id Eliseus ex contemptu, sed ex divina jussione et sua humilitate faciebat, qui sibi miraculum tribui nolebat.

12. *Abana et Pharphar.* De his fluviis ita scribit Benjamin in suo Itinerario : *Abana Damascum influit, cujus aquæ per tubos in omnes magnatum domos rat-*

Digitized by Google

leurs que tous ceux d'Israël, pour m'y aller laver, et me rendre le corps net? Comme donc il avait déjà tourné le visage, et qu'il s'en allait tout indigné,

13. Ses serviteurs s'approchèrent de lui, et lui dirent : Père, quand le prophète vous aurait ordonné quelque chose de bien difficile, vous auriez dû néanmoins le faire. Combien donc lui devez-vous plutôt obéir lorsqu'il vous dit : Allez vous laver, et vous deviendrez net?

14. Il s'en alla donc, et se lava sept fois dans le Jourdain, selon que l'homme de Dieu lui avait ordonné. Et sa chair devint comme la chair d'un petit enfant, et il se trouva guéri (1).

15. Après cela il retourna pour voir l'homme de Dieu avec toute sa suite; et il vint se présenter devant lui, et lui dit : Je sais certainement qu'il n'y a point d'autre Dieu dans toute la terre que celui qui est dans Israël. Je vous conjure donc de recevoir ce que votre serviteur vous offre.

16. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur devant lequel je suis présentement! je ne recevrai rien de vous. Et quelque instance que fît Naaman, il ne voulut jamais se rendre.

17. Naaman lui dit donc : Il faut faire ce que vous voulez. Mais je vous conjure de me permettre d'emporter la charge de

masci, omnibus aquis Israel, ut laver in eis, et munder? Cum ergo vertisset se, et abiret indignans,

13. Accesserunt ad eum servi sui, et locuti sunt ei : Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras : quanto magis quia nunc dixit tibi : Lavare, et mundaberis?

14. Descendit, et lavit in Jordane septies juxta sermonem viri Dei, et restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, et mundatus est.

15. Reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo, venit, et stetit coram eo, et ait : Vere scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaque ut accipias benedictionem a servo tuo.

16. At ille respondit : Vivit Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit.

17. Dixitque Naaman : Ut vis : sed, obsecro, concede mihi servo tuo, ut tollam onus duorum bur-

(1) Pourquoi sept fois ? Parce que, disent les saints Pères, toutes les souffrances sont la suite et le châtiment du péché, dont l'universalité, figurée par la lèpre, se résume dans les sept péchés capitaux, et que sept sacrements devaient être institués par la purification et la sanctification de l'homme.

---

que etiam in forum et plateas deducuntur. Pharphar urbem ipsam præterfluit et hortos, paradisosque omnes irrigat.

13. *Pater.* Herum suum appellat patrem; sic olim Romani eum qui toti præerat familiæ vocabant patremfamilias. — *Facere debueras.* Ut a tam fœdo morbo liberareris. — *Quanto magis.* Quasi dicant : Ne, quæso, tantum bonum tantulæ difficultati posthabeas; fac imperata a propheta; nec enim est ægroti medico præscribere qualis adhibenda sit curatio.

15. *Stetit coram eo.* Ut de accepto beneficio Deo et prophetæ gratias ageret. — *Benedictionem.* Munera.

16. *Vivit Dominus.* Per Domini vitam. — *Ante quem sto.* Cui servio. — *Penitus non acquievit.* Vel ad castigandam Giezi avaritiam qui ad Naaman dona inhiabat; vel ut Naaman doceret Dei dona pecunia emi aut compensari non posse; vel ut relinqueret exemplum ministris Domini, ut abstinerent ab omni specie cupiditatis, dicerentque : *Non vestra quærimus, sed vos,* II. Cor. 12. 14. Alioqui nihil vetabat quominus munera hæc eleemosynæ nomine accipere posset.

17. *Ut tollam onus duorum burdonum.* Vult sibi dari de humo Israelitica

Digitized by Google

donum de terra : non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi Domino.

18. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret, et illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re.

19. Qui dixit ei : Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terræ tempore (1).

deux mulets de la terre de ce pays; car à l'avenir votre serviteur n'offrira point d'holocaustes ou de victimes aux dieux étrangers; mais il ne sacrifiera qu'au Seigneur.

18. Il n'y a qu'une chose pour laquelle je vous supplie de prier le Seigneur pour votre serviteur, qui est que, lorsque le roi mon seigneur entrera dans le temple de Remmon pour adorer *cette idole* en s'appuyant sur ma main, si *je me baisse pour soutenir mon maître, en sorte qu'il semble que* j'adore *aussi* dans le temple de Remmon, lorsqu'il y adorera lui-même, le Seigneur me le pardonne.

19. Elisée lui répondit : Allez en paix. Naaman se sépara ainsi de lui. Et il avait déjà fait une lieue de chemin,

§ III. *Giézi court après Naaman, et reçoit de lui deux habits et deux talents d'argent. Elisée lui reproche son avarice et son infidélité, et le frappe de lèpre, lui et sa postérité.*

20. Dixitque Giezi puer viri Dei : Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit : Vivit Dominus, quia curram post eum, et accipiam ab eo aliquid.

21. Et secutus est Giezi post tergum Naaman : quem cum vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru in occursum ejus, et ait : Rectene sunt omnia?

22. Et ille ait : Recte; dominus meus misit me ad te, dicens : Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex

20. Lorsque Giézi qui servait l'homme de Dieu dit en lui-même : Mon maître a épargné ce Naaman de Syrie, et n'a rien voulu prendre. Vive le Seigneur! je courrai après lui, et j'en recevrai quelque chose.

21. Giézi s'en alla donc après Naaman. Et Naaman le voyant courir vers lui descendit promptement de son chariot, vint au-devant de lui, et lui dit : Tout va-t-il bien?

22. Fort bien, répondit Giézi. Mon maître m'a envoyé vous dire que deux jeunes hommes des enfants des prophètes lui sont arrivés tout à l'heure de la mon-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 276.

---

quantum par mulorum ferre possit, ut Domino altare de terra faciat, eam scilicet lapidibus in formam altaris excitatis includendo, vel imponendo. Burdones multi sunt ex equo et asina. — *Nisi Domino.* Factus est enim Naaman veri Dei cultor; non tamen circumcisus est, nec factus proselytus.

18. *Templum Remmon.* Quod Damascenorum idolum erat.

19. *Vade in pace.* Concedit propheta ut cum rege idolo submittente et ipse se incurvare possit; quia non hoc fiebat ab ipso in cultum idoli, sed ut suum exerceret munus ordinarium regem sustentandi, et brachium præbendi, cui inniteretur, quod obsequium de se malum non erat. — *Electo terræ tempore.* Hebr. et chald. habent, *quasi unum milliare.* Eamdem vocem, quæ hic est in textu hebræo, noster interpres, Genes. 35. 16, vertit, *verno tempore.* Vide ibi notata.

22. *Modo venerunt ad me duo adolescentes.* Callide causam novam excogitavit

Digitized by Google

ntgne d'Ephraïm. Il vous prie de me donner pour eux un talent d'argent et deux habits.

23. Naaman lui dit : Il vaut mieux que je vous donne deux talents. Et il le contraignit de les recevoir. Et ayant mis les deux talents d'argent et les deux habits dans deux sacs qu'il lia, il en chargea deux de ses serviteurs qui les portèrent devant Giézi.

24. Le soir étant venu, il les prit de leurs mains, et les serra dans sa maison, et renvoya ses gens qui s'en retournèrent.

25. Giési entra ensuite, et se vint présenter devant son maître. Et Elisée lui dit : D'où venez-vous, Giézi? Giézi lui répondit : Votre serviteur n'a été nulle part.

26. Mais Elisée lui répondit : Mon esprit ne vous était-il pas présent, lorsque cet homme est descendu de son chariot pour aller au devant de vous? Vous avez donc reçu maintenant de l'argent et des habits, pour acheter des plants d'oliviers, des vignes, des bœufs, des brebis, des serviteurs et des servantes.

27. Mais aussi la lèpre de Naaman s'attachera à vous et à toute votre race pour jamais. Et Giézi se retira d'avec son maître tout couvert de lèpre blanche comme la neige.

filiis prophetarum : da eis talentum argenti, et vestes mutatorias duplices.

23. Dixitque Naaman : Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui et portaverunt coram eo.

24. Cumque venisset jam vesperi, tulit de manu eorum, et reposuit in domo, dimisitque viros, et abierunt;

25. Ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus : Unde venis Giezi? Qui respondit : non ivit servus tuus quoquam.

26. At ille ait : Nonne cor meum in præsenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui? Nunc igitur accepisti argentum, et accepisti vestes, ut emas oliveta, et vineas, et oves, et boves, et servos, et ancillas.

27. Sed et lepra Naaman adhærebit tibi, et semini tuo, usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

CHAPITRE VI.

§ I. *Les enfants des prophètes, vont avec la permission d'Elisée, abattre du bois proche du Jourdain, pour agrandir leur logement. L'un d'eux laisse tomber dans l'eau le fer de sa cognée. Elisée le fait revenir sur l'eau, et lui donne ainsi le moyen de le reprendre.*

L'AN DU MONDE 3115. — AVANT J.-C. 889.

1. Un jour les enfants des prophètes | 1. Dixerunt autem filii pro-

---

quæ ab ipsius Syri digressu contigisset, ut mutatio voluntatis prophetæ probabilis appareret, et causam etiam fingit quæ ipsum prophetam attingeret, qui prophetarum horum omnium rectorem agebat et patrem.

23. *Coegit eum.* Simulabat enim Giezi nolle se nisi talentum unum, ne ab Elisei præscripto discederet.

26. *Cor meum in præsenti erat.* Spiritu prophetico aderam; et Deus omnia quæ a te gesta sunt præsentia mihi exhibuit.

27. *Leprosus quasi nix.* Lepra quasi nive aspersus, et albicans. * Pœna duplicis peccati, acceptorum scilicet munerum, et mendacii.

CAP. VI. 1. *Filii prophetarum.* Hos putat Salianus in Galgalis habitasse.

Digitized by Google

phetarum ad Eliseum : Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis.

2. Eamus usque ad Jordanem, et tollant singuli de silva materias singulas, ut ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit : Ite.

3. Et ait unus ex illis : Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit : Ego veniam.

4. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad Jordanem, cædebant ligna.

5. Accidit autem, ut cum unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam : exclamavitque ille, et ait : Heu, heu, heu, domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam.

6. Dixit autem homo Dei : Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Præcidit ergo lignum, et misit illuc : natavitque ferrum,

7. Et ait : Tolle. Qui extendit manum, et tulit illud.

dirent à Elisée : Vous voyez que ce lieu-ci où nous demeurons avec vous, est trop petit pour nous.

2. Permettez-nous d'aller jusqu'au Jourdain, afin que chacun de nous prenne du bois de la forêt, et que nous nous bâtissions là un logement où nous puissions demeurer. Elisée leur répondit : Allez.

3. L'un d'eux lui dit : Venez donc aussi vous-même avec vos serviteurs. Il lui répondit : J'irai.

4. Et il s'en alla avec eux. Lorsqu'ils furent venus jusqu'au Jourdain, ils commencèrent à couper du bois.

5. Mais il arriva que, comme l'un d'eux abattait un arbre, le fer de sa cognée tomba dans l'eau. Aussitôt il s'écria, et dit à Elisée : Hélas, hélas, mon seigneur! hélas! j'avais emprunté cette cognée.

6. L'homme de Dieu lui dit : Où le fer est-il tombé? Il lui montra l'endroit. Elisée coupa donc un morceau de bois, et le jeta au même endroit, et le fer *revint, et* nagea sur l'eau.

7. Elisée lui dit : Prenez-le. Il étendit sa main, et le prit.

§ II. *Elisée découvre au roi d'Israël les desseins du roi de Syrie qui lui faisait la guerre. Ce prince envoie des soldats pour arrêter ce prophète. Il les frappe d'aveuglement, et les conduit à Samarie où il leur ouvre les yeux, leur fait donner à manger, et les renvoie à leur maître.*

8. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel, consiliumque iniit cum servis suis, dicens : In loco illo et illo ponamus insidias.

9. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens : Cave ne transeas

8. Le roi de Syrie combattait un jour contre Israël : et tenant conseil avec ses officiers, il leur dit : Il faut que nous dressions une embuscade en tel et tel endroit.

9. L'homme de Dieu envoya donc dire au roi d'Israël : Prenez garde de ne pas

---

2. *Singuli... materias singulas.* In hebræo et græco est, *unusquisque tignum unum.*

5. *Cum unus materiam succidisset.* Dum succideret, est enim præteritum pro præsenti. — *Mutuo acceperam.* Quasi dicat : Et non habeo unde domino ejus satisfaciam.

6. *Præcidit ergo lignum.* Ipse propheta lignum præcidit, et in manubrii formam aptavit, et in aquam projecit. Manubrium vero recta in foramen securis insertum est, et ipsam securim præter rerum naturam ad aquæ superficiem sustulit, et, ut ait Tertull., lib. 3 contra Marc.,

Demersam fluvio, relevavit virga securim.

8. *In loco illo et illo.* Tali ac tali loco. Non est autem dubium certa quædam a Syro loca fuisse nominata.

Digitized by Google

passer par là, parce que les Syriens y doivent dresser une embuscade.

10. Le roi d'Israël envoya au lieu que lui avait dit l'homme de Dieu, et il s'en saisit le premier; et il se garda ainsi des *Syriens* plus d'une et de deux fois.

11. Le cœur du roi de Syrie fut troublé de cet accident; et ayant assemblé ses serviteurs, il leur dit : Pourquoi ne me découvrez-vous point celui qui me trahit auprès du roi d'Israël ?

12. L'un de ses officiers lui répondit : Ce n'est point qu'on vous trahisse, ô roi mon seigneur; mais c'est le prophète Elisée, qui est en Israël, qui découvre au roi d'Israël tout ce que vous dites *en secret* dans votre chambre.

13. Il leur répondit : Allez, voyez où il est, afin que je l'envoie prendre. Ils vinrent donc l'avertir, et ils lui dirent : Elisée est à Dothan, *ou Dothaïn, aux environs de Samarie.*

14. *Le roi de Syrie* y envoya aussitôt de la cavalerie, des chariots et ses meilleures troupes. Et étant arrivés la nuit, ils investirent la ville.

15. Le serviteur de l'homme de Dieu, se levant au point du jour, sortit dehors; et ayant vu l'armée autour de la ville, la cavalerie et les chariots, il en vint avertir son maître, et lui dit : Hélas, hélas, mon seigneur ! hélas ! que ferons-nous ?

16. Elisée lui répondit : Ne craignez point; car il y a plus de monde avec nous qu'il n'y en a avec eux.

17. En même temps Elisée faisant sa prière, dit à Dieu : Seigneur, ouvrez-lui les yeux, afin qu'il voie. Le Seigneur ouvrit les yeux à ce serviteur, et il vit aussitôt la montagne pleine de chevaux et de chariots de feu, qui étaient autour d'Elisée.

in locum illum : quia ibi Syri in insidiis sunt.

10. Misit itaque rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei, et præoccupavit eum, et observavit se ibi non semel neque bis.

11. Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re : et convocatis servis suis, ait : Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel ?

12. Dixitque unus servorum ejus : Nequaquam domine mi rex, sed Elisæus propheta, qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.

13. Dixitque eis : Ite, et videte ubi sit : ut mittam, et capiam eum. Annuntiaveruntque ei, dicentes : Ecce in Dothan.

14. Misit ergo illuc equos et currus, et robur exercitus : qui cum venissent nocte, circumdederunt civitatem.

15. Consurgens autem diluculo minister viri Dei, egressus, vidit exercitum in circuitu civitatis, et equos et currus : nuntiavitque ei, dicens : Heu, heu, heu, domine mi, quid faciemus ?

16. At ille respondit : Noli timere : plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.

17. Cumque orasset Eliseus, ait : Domine, aperi oculos hujus, ut videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, et vidit : et ecce mons plenus equorum, et curruum igneorum, in circuitu Elisæi.

---

9. *Quia ibi Syri in insidiis sunt.* Nondum illic erant, sed ire parabant. In Hebræo est, *in eum locum Syri descendunt,* id est, proxime descensuri sunt.

10. *Non semel neque bis.* Sæpius.

13. *Ecce in Dothan.* Dothan, sive Dothain Adrichomius collocat in tribu Zabulon. Alii in tribu Manasse, quæ erat contermina tribui Ephraim, in qua erat Samaria. Nisi fortasse fuit geminum ejusdem nominis oppidum.

15. *Minister viri Dei.* Putat Salian. hunc fuisse Giezi; hæc enim facta probat antequam ad eum Naamani lepra transiret.

17. *Aperuit Dominus oculos pueri.* Hæc apertio oculorum nihil aliud fuit, quam exhibitio objecti visibilis, curruum scilicet et equorum ex nubibus angelorum ministerio efformatorum.

Digitized by Google

18. Hostes vero descenderunt ad eum : porro Eliseus oravit ad Dominum, dicens : Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Elisei.

19. Dixit autem ad eos Eliseus : Non est hæc via, neque ista est civitas : sequimini me, et ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam :

20. Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus : Domine, aperi oculos istorum, ut videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, et viderunt se esse in medio Samariæ.

21. Dixitque rex Israel ad Eliseum, cum vidisset eos : Numquid percutiam eos, pater mi?

22. At ille ait : Non percuties : neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo, ut percutias : sed pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant, et vadant ad dominum suum.

23. Appositaque est eis ciborum magna præparatio, et comederunt et biberunt, et dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, et ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel.

18. Cependant les ennemis vinrent à lui. Et Elisée fit sa prière au Seigneur, et lui dit : Frappez, je vous prie, tout ce peuple d'aveuglement. Et aussitôt le Seigneur les frappa d'aveuglement, selon la prière d'Elisée.

19. Alors Elisée leur dit : Ce n'est pas ici le chemin ni la ville *où vous devez aller* : suivez-moi, et je vous montrerai l'homme que vous cherchez. Il les mena donc dans Samarie.

20. Et lorsqu'ils furent entrés dans la ville, Elisée dit à Dieu : Seigneur, ouvrez-leur les yeux, afin qu'ils voient. Le Seigneur leur ouvrit les yeux, et ils reconnurent qu'ils étaient au milieu de Samarie.

21. Le roi d'Israël les ayant vus, dit à Elisée : Mon père, ne les tuerai-je pas?

22. Elisée lui répondit : Non, vous ne les tuerez point ; car vous ne les avez point pris avec l'épée ni avec l'arc, pour avoir droit de les tuer. Mais faites-leur servir du pain et de l'eau, afin qu'ils mangent et qu'ils boivent, et qu'ils s'en retournent vers leur maître.

23. Le roi d'Israël leur fit donc servir une grande quantité de viandes. Et après qu'ils eurent mangé et bu, il les renvoya ; et ils retournèrent vers leur maître. *Depuis ce temps-là* les Syriens ne revinrent plus par troupes pour piller les terres d'Israël.

---

18. *Descenderunt ad eum.* Eliseum scilicet, qui urbe egrediebatur iturus in Samariam. — *Cæcitate.* LXX vocant ἀορασίαν, quæ scilicet efficit ut quædam videantur, quædam non.

19. *Non est hæc via.* Petierant ab ipso Eliseo non agnito an hæc esset civitas in qua erat Eliseus, et si non esset quæ via ad illam duceret. Non est meritus Eliseus, sed æquivocatione aliqua eorum interrogationes elusit : neque tenebatur ad eorum mentem respondere, cum hostes essent. — *Ostendam vobis virum quem quæritis.* Quod etiam præstitit, sed in hostili civitate Samariæ.

22. *Neque enim cepisti eos gladio.* Quasi dicat : Non vult Dominus eos a e interfici, sed amice dimitti; in quo nulla tibi fit injuria, neque irritus redditur labor tuus cum tua opera, aut tuis armis huc adducti non sint.

23. *Appositaque est eis ciborum magna præparatio.* Prævenerunt illud apostoli : *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, etc.* Rom. 12. 20.

Digitized by Google

12. Ils lui répondirent : Il n'est point vrai *que nous sachions ce qu'il vous a dit;* mais contez-le nous plutôt vous-même. Jéhu leur dit : Il m'a déclaré telle et telle chose, et il a ajouté : Voici ce que dit le Seigneur : Je vous ai sacré roi d'Israël.

13. Ils se levèrent aussitôt; et chacun d'eux prenant son manteau, ils les mirent sous ses pieds, et firent comme une espèce de trône; et sonnant de la trompette, ils crièrent : Jéhu est notre roi.

14. Jéhu, fils de Josaphat, fils de Namsi, fit donc une conjuration contre Joram *qui était malade, comme on l'a dit.* Car Joram ayant déclaré la guerre à Hazaël, roi de Syrie, avait assiégé Ramoth de Galaad avec toute l'armée d'Israël;

15. Et ayant été blessé par les Syriens, lorsqu'il combattait contre Hazaël, roi de Syrie, il était venu à Jezrahel pour se faire traiter de ses blessures. Et Jéhu dit à ceux de son parti : Donnez ordre, je vous prie, que personne ne s'enfuie hors de la ville, de peur qu'il n'aille en porter la nouvelle à Jezrahel.

16. Il partit aussitôt, et marcha contre Jezrahel, où Joram était malade. Et Ochosias, roi de Juda, y était allé pour voir Joram.

17. La sentinelle, qui était au haut de la tour de Jezrahel, vit Jéhu avec sa troupe qui venait, et il dit : Je vois une troupe *de gens.* Joram dit *à l'un de ceux qui l'accompagnaient :* Prenez un chariot, et envoyez-le au-devant de ces gens-là, et que celui qui le conduira leur dise : Apportez-vous la paix?

18. Celui donc qui était monté sur le chariot alla au-devant de Jéhu, et lui dit : Apportez-vous la paix? Jéhu lui répondit :

---

12. *Falsum est.* Nescimus, nec divinare possumus.

13. *Festinaverunt itaque.* Divinitus ut hoc facerent excitati. — *In similitudinem tribunalis.* Congestis palliis quoddam solium aut tribunal conformarunt, in quo Jehu sedens rex salutaretur.

14. *Conjuravit ergo Jehu.* Simul cum principibus, qui illum regem creaverant, pactum iniit. — *Obsederat Ramoth.* Hæc repetuntur ex c. 8, n. 28 et 29.

15. *Nemo egrediatur profugus de civitate.* Provideamus ne quis e civitate egressus nuntiet in Jezrahel quod factum est, ut facilius nihil tale timentem Joram opprimamus.

17. *Vidit globum.* LXX habent, *pulverem globi.* — *Tolle currum.* Equitem cursorem, ut est in hebræo et græco.

Digitized by Google

Qu'y a-t-il de commun entre vous et la paix? *Qu'il y ait paix ou guerre, que vous importe?* passez, et suivez-moi. La sentinelle en donna aussitôt avis, et dit : Celui qu'on avait envoyé est allé à eux, mais il ne retourne point.

19. Joram envoya encore un autre avec un autre chariot, qui étant venu vers Jéhu, lui dit : Le roi m'a commandé de savoir de vous si vous apportez la paix. Qu'y a-t-il de commun entre vous et la paix? dit Jéhu; *de quoi vous mettez-vous en peine?* Passez, et suivez-moi.

20. La sentinelle en avertit aussitôt, et dit : Celui qu'on avait envoyé les a joints encore, mais il ne retourne point. Celui qui s'avance paraît, à sa démarche *fière et empressée*, être Jéhu, fils de Namsi; car il vient avec une *étrange* précipitation.

21. Alors Joram dit : Qu'on mette les chevaux à mon chariot. Et les chevaux y étant mis, Joram, roi d'Israël, et Ochosias, roi de Juda, marchèrent chacun dans leur chariot, allèrent au-devant de Jéhu, et le trouvèrent dans le champ de Naboth, de Jezrahel.

22. Joram ayant vu Jéhu, lui dit : Apportez-vous la paix? Jéhu lui répondit : Quelle peut être cette paix *pour vous*, pendant que *vous faites la guerre à Dieu, et que* les fornications de Jézabel, votre mère, et ses enchantements règnent encore en tant de manières *dans votre maison?*

23. Joram aussitôt tournant bride, et prenant la fuite, dit à Ochosias : Nous sommes trahis, Ochosias.

24. En même temps Jéhu banda son

nia? Dixitque Jehu : Quid tibi et paci? transi, et sequere me. Nuntiavit quoque speculator, dicens : Venit nuntius ad eos, et non revertitur.

19. Misit etiam currum equorum secundum : venitque ad eos, et ait : Hæc dicit rex : Numquid pax est? et ait Jehu : Quid tibi et paci? transi, et sequere me.

20. Nuntiavit autem speculator, dicens : Venit usque ad eos, et non revertitur : est autem incessus quasi incessus Jehu filii Namsi, præceps enim graditur.

21. Et ait Joram : Junge currum. Junxeruntque currum ejus, et egressus est Joram rex Israel, et Ochosias rex Juda, singuli in curribus suis, egressique sunt in occursum Jehu, et invenerunt eum in agro Naboth Jezraelitæ.

22. Cumque vidisset Joram Jehu, dixit : Pax est Jehu? At ille respondit : Quæ pax? adhuc fornicationes Jezabel matris tuæ, et veneficia ejus multa vigent.

23. Convertit autem Joram manum suam, et fugiens ait ad Ochosiam : Insidiæ Ochosia.

24. Porro Jehu tetendit arcum

---

18. *Quid tibi et paci?* Quid tua interest pax ne sit an bellum? Ne tamen iste regrediens regem populi admoneret, non est permissus reverti.

20. *Præceps enim graditur.* In hebræo, *furiose.* Significat Jehu solitum valde incitate et properanter agitare currum. Montanus habet, *in temeritatem ducit.* LXX, ἐν παραλλαγῇ, quasi dicat : *In aberrationem mentis.*

21. *Egressique in occursum Jehu.* Voluit Joram honorare Jehu principem exercitus sui, quem equites retinuisse putavit, quod ipsemet fausta regi suo nuntiare vellet.

22. *Adhuc fornicationes.* Nondum expiata sunt, suppliciis vindicata scelera, et idolomania impiæ et veneficæ matris tuæ. Fornicatio enim hoc loco, ut alibi sæpe in Scriptura, pro idololatria accipitur, quamvis Josephus de corporea fornicatione intellexerit.

23. *Convertit autem Joram manum suam.* Jussit aurigam habenas equorum inflectere ad fugam.

Digitized by Google

manu, et percussit Joram inter scapulas: et egressa est sagitta per cor ejus, statimque corruit in curru suo.

23. Dixitque Jehu ad Badacer ducem : Tolle, projice eum in agro Naboth Jezraelitæ : memini enim quando ego et tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem hujus, quod Dominus onus hoc levaverit super eum, dicens :

26. Si non pro sanguine Naboth, et pro sanguine filiorum ejus, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, et projice eum in agrum, juxta verbum Domini.

arc, et frappa Joram d'une flèche entre les épaules. La flèche lui perça le cœur, et il tomba mort dans son chariot.

25. Jéhu dit aussitôt à Badacer, capitaine *de ses gardes :* Prenez-le, et le jetez dans le champ de Naboth, de Jezrahel ; car il me souvient que, lorsque nous suivions Achab, son père, et que nous étions vous et moi dans un même chariot, le Seigneur prononça contre lui cette prophétie, en disant : Je jure par moi-même, dit le Seigneur,

26. Que je répandrai votre sang dans ce même champ pour le sang de Naboth, et pour le sang de ses enfants que je vous ai vu répandre hier. Prenez-le donc maintenant, et le jetez dans le champ, selon la parole du Seigneur.

§ III. *Ochosias, roi de Juda, qui était avec Joram, prend la fuite. Il est poursuivi et blessé par les gens de Jéhu. Il en meurt, et est enseveli dans la ville de David. Jéhu entre à Jezrahel, Jézabel se pare et se met à la fenêtre. Jéhu la fait jeter en bas, et son corps est mangé par les chiens, selon qu'Elie l'avait prédit.*

27. Ochosias autem rex Juda videns hoc, fugit per viam domus horti : persecutusque est eum Jehu, et ait : Etiam hunc percutite in curru suo ; et percusserunt

27. Ce qu'Ochosias, roi de Juda, ayant vu, il s'enfuit par le chemin de la maison du jardin, et Jéhu le poursuivit et dit à ses gens : Qu'on tue aussi celui-ci dans son chariot ; *il est fils d'une fille d'Achab.* Ils

---

25. *Onus hoc levaverit super eum.* Prædixerit hoc grave malum quod ei impendebat.

26. *Si non pro sanguine.* Idem est ac si diceretur, *pro sanguine*, illudque *si non* est modus et forma quædam juramenti : sic Psalm. 88. 36, dicitur : *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar. — Pro sanguine filiorum ejus.* Supra dict. lib. III. Reg. c. 21, ubi Naboth narratur historia, nulla facta est mentio filiorum Naboth, ex hoc autem loco apparet fuisse occisos ne succederent patri, nec ullus superesset, qui ablatam vineam repeteret, aut injuriam patri irrogatam ulcisceretur. * Vel sensus est in pœnam ob filios Naboth injuste ad paupertatem redactos ; nam omnis pœna sanguis dicitur ab Hebræis : vide Levit. 17. 4. — *Projice eum in agrum.* Nullus sermo de sepultura, cum tamen de Ochosia n. 28 sequenti dicatur sepultum fuisse. Adde quod tam Elias, quam propheta qui inunxit in regem Jehu, prædixerunt domum Achab futuram sicut domum Jeroboam et domum Baasa ; contra utramque autem denuntiatum est ab Ahia Silonite et Jehu filio Hanani fore ut abjicerentur insepulti in prædam volucribus cœli et bestiis terræ. Existimant tamen Abulens. et Salianus Joramum ignobili et obscuræ traditum sepulturæ.

27. *Per viam domus horti.* LXX retinuerunt hebræam vocem Bethagan, significantes id esse nomen proprium illius viæ, quæ nomen acceperit quod ad egregium quemdam hortum, et domum ejus duceret, * eum nimirum ubi

Digitized by Google

le frappèrent *donc* au lieu où l'on monte à Gaver, qui est près de Jéblaam, et s'étant enfui à Mageddo, il y mourut.

28. Ses serviteurs l'ayant mis sur son chariot, le portèrent à Jérusalem, et l'ensevelirent avec ses pères dans la ville de David.

29. La onzième année *du règne* de Joram, fils d'Achab, Ochosias *fut associé au royaume par son père, et la douzième il* régna sur Juda.

30. Jéhu vint ensuite à Jezrahel, et Jézabel ayant appris son arrivée, se para les yeux avec du fard, mit ses ornements sur sa tête, et regarda par la fenêtre

31. Jéhu qui entrait dans la ville, et lui dit : Peut-on espérer quelque paix de *celui qui, comme* Zambri, a tué son maître?

32. Jéhu levant la tête vers la fenêtre, dit : Qui est celle-là? Et deux ou trois eunuques qui étaient en haut lui firent une profonde révérence, *en lui disant que c'était Jézabel.*

eum in ascensu Gaver, qui est juxta Jeblaam : qui fugit in Mageddo, et mortuus est ibi.

28. Et imposuerunt eum servi ejus super currum suum et tulerunt in Jerusalem : sepelieruntque eum in sepulcro cum patribus suis in civitate David.

29. Anno undecimo Joram filii Achab, regnavit Ochosias super Judam,

30. Venitque Jehu in Jezrahel. Porro Jezabel introitu ejus audito, depinxit oculos suos stibio, et ornavit caput suum, et respexit per fenestram

31. Ingredientem Jehu per portam, et ait : Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum?

32. Levavitque Jehu faciem suam ad fenestram, et ait : Quæ est ista? et inclinaverunt se ad eum duo vel tres eunuchi.

---

antea fuerat vinea Naboth. — *In ascensu Gaver.* Hæc omnia loca vicina sunt urbi Jezrahel, omnia in tribu Manasse cis Jordanem. Porro quæ hic narrantur de cæde Ochosiæ videntur repugnare iis quæ de eadem habentur II. Paral. 22. 9, ubi legimus : *Ipsum quoque perquirens Ochosiam comprehendit latitantem in Samaria, adductumque ad se occidit, et sepelierunt eum, etc.;* sed dicendum τὸ *latitantem in Samaria,* non de civitate Samariæ, sed regno Israelis accipi debere. In regno autem Samariæ latuit, nimirum in Mageddo, ubi deprehensus a militibus Jehu ad ipsum adductus et occisus est.

30. *Depinxit oculos suos stibio.* Se ornat Jezabel non ut placeat Jehu, quem convicio lacessivit, sed ut dignitatem regiam usque ad mortem retineret. Reddebat etiam illam audacem quod se, ut mulierem, confideret a viro militari non interficiendam. Stibium illud est quod vulgo antimonium appellamus, et a mulieribus expeditur ut cilia nigrore tingant. A nonnullis, ut tradit Dioscorides lib. 5, c. 99, dicitur πλατυόφθαλμον, nominis causam, cujus Plin. exponit lib. 33, c. 6. Itidem de stimone, sive stibio, vis ejus adstringere et refrigerare, principalis autem circa oculos, namque ideo etiam plerique πλατόφθαλμον id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatat oculos.

31. *Numquid pax potest esse Zambri?* Per convicium vocat Jehu Zambri, proditorem scilicet et occisorem domini sui : occiderat enim Zambri Elam filium Baasa, III. Reg. 16. 10.

32. *Quæ est ista?* Hebr. *quis mecum, quis?* Quasi dicat : Estne quisquam isthic qui faciat quod volo? Chald. *quis est hic, quis?* Videtur vocandi modus illi similis quo passim viri nobiles famulos suos vocare solent, ut cum herus dicit italice : *Ola, chi è là?* LXX habent, *quis es tu? Descende ad me.* Quasi dicat : Heus! tu quicumque es, adesto; scilicet quærebat qui illam e fenestra præcipitarent. — *Inclinaverunt se.* Eunuchi regii, qui post Jezabelem ad fe-

Digitized by Google

33. At ille dixit eis : Præcipitate eam deorsum ; et præcipitaverunt eam, aspersusque est sanguine paries, et equorum ungulæ conculcaverunt eam.

33. Jéhu leur dit : Jetez-la du haut en bas. Aussitôt ils la jetèrent par la fenêtre ; et la muraille fut teinte de son sang. Et elle fut foulée aux pieds des chevaux.

34. Cumque introgressus esset, ut comederet, biberetque, ait : Ite, et videte maledictam illam, et sepelite eam : quia filia regis est.

34. Après que Jéhu fut entré *dans le palais* pour boire et pour manger, il dit à ses gens : Allez voir ce qu'est devenue cette malheureuse. Ensevelissez-la, parce qu'elle est fille de roi.

35. Cumque issent ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariam, et pedes, et summas manus.

35. Et étant allés pour l'ensevelir, ils n'en trouvèrent que le crâne, les pieds et l'extrémité des mains.

36. Reversique nuntiaverunt ei. Et ait Jehu : Sermo Domini est quem locutus est per servum suum Eliam Thesbiten, dicens : In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel,

36. Et ils le revinrent dire à Jéhu, qui leur dit : C'est ce que le Seigneur avait prononcé par Elie de Thesbé, son serviteur, en disant : Les chiens mangeront la chair de Jézabel dans le champ de Jezrahel :

37. Et erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant : Hæccine est illa Jezabel ?

37. Et la chair de Jezrahel sera, dans le champ de Jézabel, comme le fumier sur la face de la terre, et tous ceux qui passeront diront, en la voyant : Est-ce là cette Jézabel *si superbe et si hautaine?*

CHAPITRE X.

§ I. *Jéhu envoie ordre aux principaux de Samarie de tuer soixante-dix fils d'Achab qu'ils avaient entre leurs mains. Ils exécutent cet ordre et lui envoient les têtes de ces princes.*

LA MÊME ANNÉE 3120.

1. Erant autem Achab septuaginta filii in Samaria : scripsit ergo Jehu litteras, et misit in Samariam, ad optimates civitatis, et ad majores natu, et ad nutritios Achab, dicens :

1. Achab avait soixante-dix fils dans Samarie. Et Jéhu écrivit des lettres qu'il envoya aux principaux de Samarie, aux anciens et à ceux qui nourrissaient les enfants d'Achab, par lesquelles il leur mandait :

---

nestram stabant inclinaverunt se advocantem Jehu. LXX habent, *respexerunt :* quod idem est.

33. *Conculcaverunt eam.* In hebræo est, *conculvavit eam,* quod indicare videtur Jehu primum, et deinceps, alios eam conculcasse, et equorum ungulis protrivisse.

34. *Quia filia regis est.* Nempe Ethbaalis regis Sidoniorum III. Reg. 16. 31, quasi diceret : Detur hic honor regiæ familiæ, ex qua orta est. Nec filia tantum regis fuit, sed uxor, et nurus, et mater, et socrus, et avia.

35. *Non invenerunt nisi calvariam.* Postquam equitatus pertransiit, credibile est illam famulos pedites ornamentis spoliasse, deinde nudam et cruentatam proprio sanguine canes lacerarunt.

36. *Sermo Domini est.* Vide III. Reg. 21. 23.

37. *Hæccine est illa Jezabel?* Quasi dicerent : Quomodo tanta gloria in tantam calamitatem conversa est?

Digitized by Google

2. Aussitôt que vous aurez reçu ces lettres, vous qui avez entre vos mains les enfants de votre maître, des chariots, des chevaux, des villes fortes et des armes,

3. Choisissez le plus considérable d'entre le fils de votre maître, et celui qui vous plaira davantage, et établissez-le sur le trône de son père, et combattez pour la maison de votre seigneur, *si vous êtes assez puissants pour la soutenir contre moi.*

4. Ces gens furent saisis d'une grande crainte, et ils dirent : Deux rois n'ont pu se soutenir contre lui ; et comment donc lui pourrions-nous résister ?

5. Ainsi les maîtres du palais du roi, les principaux officiers de la ville, les anciens, et ceux qui nourrissaient les princes, envoyèrent dire à Jéhu : Nous sommes vos serviteurs ; nous ferons tout ce que vous nous commanderez. Nous ne nous choisirons point de roi ; mais faites tout ce qu'il vous plaira.

6. Il leur écrivit une seconde fois, et leur manda : Si vous êtes à moi, et que vous vouliez m'obéir, coupez les têtes aux fils de votre roi, et venez me les apporter demain à cette même heure à Jezrahel. Or le roi *Achab* avait soixante-dix fils qui étaient nourris chez les premières personnes de la ville *de Samarie*.

7. Lorsque ces personnes eurent reçu les lettres de Jéhu, ils prirent les soixante-dix fils du roi et les tuèrent. Ils mirent leurs têtes dans des corbeilles, et les envoyèrent à Jezrahel.

8. On vint donc donner cette nouvelle à Jéhu, et ses gens lui dirent : Ils ont apporté les têtes des enfants du roi. Sur quoi il leur dit : Mettez-les en deux tas à l'en-

2. Statim ut acceperitis litteras has, qui habetis filios domini vestri, et currus, et equos, et civitates firmas, et arma,

3. Eligite meliorem, et eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri, et eum ponite super solium patris sui, et pugnate pro domo domini vestri.

4. Timuerunt illi vehementer, et dixerunt : Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, et quomodo nos valebimus resistere?

5. Miserunt ergo præpositi domus, et præfecti civitatis, et majores natu, et nutritii, ad Jehu, dicentes : Servi tui sumus, quæcumque jusseris faciemus, nec constituemus nobis regem : quæcumque tibi placent, fac.

6. Rescripsit autem eis litteras secundo, dicens : Si mei estis, et obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, et venite ad me hac eadem hora cras in Jezrahel. Porro filii regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur.

7. Cumque venissent litteræ ad eos, tulerunt filios regis, et occiderunt septuaginta viros, et posuerunt capita eorum in cophinis, et miserunt ad eum in Jezrahel.

8. Venit autem nuntius, et indicavit ei, dicens : Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit : Ponite ea ad duos acervos juxta

---

CAP. X. 2. *Filios domini vestri.* Joram et Achabi; nam filii Joram regiæ successioni propriores erant quam reliqui fratres Joram Achabi filii, quorum plurimi vivebant.

3. *Pugnate pro domo domini vestri.* Sci icet contra me, qui vos illico in festo exercitu petam.

4. *Timuerunt.* Hac belli denuntiatione territi sunt.

6. *Filii regis.* Tam Jorami quam Josaphat.

7. *Miserunt ad eum in Jezrahel.* Eo enim Jehu mitti jusserat ad explorandam eorum fidem ac promissorum veritatem, cum ipse nondum auderet Samariam se conferre, donec hoc facinore agnosceret nihil Samaritas per fraudem ac dissimulationem agere.

8. *Ponite ea ad duos acervos.* Hebr. *in duobus acervis.* Hinc et inde ex utro-

Digitized by Google

introitum portæ usque mane.

9. Cumque diluxisset, egressus est, et stans dixit ad omnem populum : Justi estis : si ego conjuravi contra dominum meum, et interfeci eum, quis percussit omnes hos?

10. Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, et Dominus fecit quod locutus est in manu servi sui Eliæ.

11. Percussit igitur Jehu, omnes qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel, et universos optimates ejus, et notos, et sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ.

trée de la porte *de la ville*, jusqu'à demain matin.

9. Le lendemain il sortit au point du jour et s'arrêtant en présence de tout le peuple, il leur dit : Vous êtes justes, *et vous savez juger sainement des choses.* Si j'ai conjuré contre mon seigneur, et si je l'ai tué, qui est celui qui a tué tous ceux-ci? *C'est sans doute par le même ordre du Seigneur que l'impie Achab et ses enfants ont été exterminés.*

10. Considérez qu'il n'est tombé en terre aucune des paroles que le Seigneur avait prononcées contre la maison d'Achab, et que le Seigneur a accompli tout ce qu'il avait prédit par son serviteur Elie *contre cette famille impie.*

11. Jéhu fit mourir ensuite tout ce qui restait de la maison d'Achab dans Jezrahel, tous les grands de sa cour, ses amis et les prêtres qui étaient à lui, sans qu'il restât rien de ce qui avait eu quelque liaison à sa personne.

§ II. *Jéhu allant à Samarie rencontre quarante-deux frères d'Ochosias roi de Juda. Il les fait tuer sans en épargner aucun. Il assemble adroitement tous les prêtres et adorateurs de Baal. Il les fait passer au fil de l'épée. Il ruine le temple de cette idole et l'extermine d'Israël.*

12. Et surrexit, et venit in Samariam : cumque venisset ad cameram pastorum in via,

13. Invenit fratres Ochosiæ regis Juda, dixitque ad eos : Qui-

12. Après cela il vint à Samarie. Et lorsqu'il était en chemin près d'une cabane de pasteurs,

13. Il trouva les frères d'Ochosias, roi de Juda, et il leur dit : Qui êtes-vous? Ils

---

que viæ latere. Clausæ erant portæ urbis cum nox esset, nec eo tempore tutum judicavit Samaritas in urbem admittere; itaque jubet ad portam capita cæsorum relinquere, et duos ex illis acervos constituere.

9. *Dixit ad omnem populum.* Qui scilicet magno numero tantæ rei novitate excitus confluxerat. — *Justi estis.* Ideoque recte judicate. — *Si ego conjuravi.* Quasi dicat : Aut omnes justi sumus quicumque has cædes patravimus, aut omnes injusti. At absurdum est credere optimates Samariæ viros justos, graves et cordatos scelus admisisse; æquum ergo est ut existimemus tam me quam reliquos omnes vacare culpa, cum quæ acciderunt Dei voluntate gesta sint.

11. *Universos optimates ejus.* Omnes viros principes, qui domui Achab aliquo propinquitatis genere juncti erant. — *Notos.* Chald. habet, *propinquos*; Vatablus, familiares et necessarios. — *Sacerdotes.* Ex propinquis enim Achab et Joram aliqui erant Baalis et vitulorum sacerdotes.

12. *Ad cameram pastorum.* LXX pro *camera pastorum*, sive casa pastorali, habent, *Bathacath*, retenta voce hebræa. Erat autem locus in quo congregabantur pastores ad tondendas oves, quæ quia tunc ligari solent, ad verbum hebraice habetur, *domum ligationis*, quæ uno verbo est ovium tonstrina.

Digitized by Google

lui répondirent : Nous sommes les frères d'Ochosias. Nous étions venus ici pour saluer les fils du roi et les fils de la reine.

14. Et Jéhu dit *à ses gens :* Prenez-les vifs. Et les ayant pris ainsi, ils les menèrent à une caverne près de cette cabane, où ils les égorgèrent, sans en laisser échapper un seul de quarante-deux qu'ils étaient.

15. Etant parti de là, il trouva Jonadab, fils de Réchab, qui venait au-devant de lui, et il le salua, et lui dit : Avez-vous le cœur droit à mon égard, comme le mien l'est à l'égard du vôtre? Oui, lui répondit Jonadab. S'il est ainsi, dit Jéhu, donnez-moi la main. Et Jéhu le fit monter dans son chariot,

16. Et lui dit : Venez avec moi; et vous verrez mon zèle pour le Seigneur. Et l'ayant fait asseoir ainsi dans son chariot,

17. Il le mena à Samarie. Etant entré dans la ville, il fit tuer tous ceux qui restaient de la maison d'Achab, sans en épar-

nam estis vos? Qui responderunt : Fratres Ochosiæ sumus, et descendimus ad salutandos filios regis, et filios reginæ.

14. Qui ait : Comprehendite eos vivos. Quos cum comprehendissent vivos, jugulaverunt eos in cisterna juxta cameram, quadraginta duos viros, et non reliquit ex eis quemquam.

15. Cumque abiisset inde, invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi, et benedixit ei. Et ait ad eum : Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait Jonadab : Est. Si est, inquit, da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille levavit eum ad se in currum :

16. Dixitque ad eum : Veni mecum, et vide zelum meum pro Domino. Et impositum in curru suo,

17. Duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad

---

13. *Fratres Ochosiæ sumus.* Fassi sunt quod dissimulare non potuerunt; tales enim viri a multis passim agnoscuntur; et vereri potuerunt ne in mendacio deprehensi difficilius elabi possent. * Non erant germani aut uterini fratres ex Athalia; nam hos omnes jugularunt Arabes, II. Par. 22. 1; sed vel ex aliis uxoribus, vel certe phrasi hebræa dicuntur fratres, quia cognati. — *Filios regis et filios reginæ.* Joram scilicet et uxoris ejus, aut etiam Jezabelis.

14. *Comprehendite eos vivos.* Jubet vivos comprehendi, ne armis resistant, sperantes se vitam a Jehu impetraturos. — *Jugulaverunt eos.* Nam etiam hi aliquo modo pertinebant ad domum Achab, cum qua affinitate jungebantur.

15. *Jonadab filium Rechab.* Habitabat hic peculiari vitæ instituto extra urbem; ideoque facile fuit occurrere Jehu. Quale vero fuerit genus vitæ quod ducebat Jonadab, ex vita quam ejus filii duxerunt cognosci potest. Sic autem illi loquuntur apud Jeremiam c. 35, n. 6 : *Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens : Non bibetis vinum vos, et filii vestri, usque in sempiternum, et domum non ædificabitis, et sementem non seretis, et vineas non plantabitis* nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis *cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini.* Joannes Jerosolymitanus de Instit. Monach. c. 25, ait hunc Jonadabum fuisse Elisei discipulum, cjusque omne institutum, excepta continentia, amplexatum fuisse. Erant autem Rechabitæ oriundi ex Cinæis Mosis cognatis, de quibus vide dicta Judic. 1. 16. — *Benedixit.* Bene precatus est, salutavit. Chald. optavit illi pacem. — *Rectum.* Scilicet erga me, quasi diceret : Amasne me?

17. *Duxit in Samariam.* Valuit hic socius ad conciliandum favorem Jehu, quoniam is magna erat in opinione virtutis et sanctitatis. — *Percussit omnes.*

Digitized by Google

unum, juxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam.

18. Comgregavit ergo Jehu omnem populum, et dixit ad eos : Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius.

19. Nunc igitur omnes prophetas Baal, et universos servos ejus, et cunctos sacerdotes ipsius, vocate ad me : nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal : quicumque defuerit, non vivet. Porro Jehu faciebat hoc insidiose, ut disperderet cultores Baal.

20. Et dixit : Sanctificate diem solemnem Baal. Vocavitque,

21. Et misit in universos terminos Israel, et venerunt cuncti servi Baal : non fuit residuus ne unus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal : et repleta est domus Baal, a summo usque ad summum.

22. Dixitque his qui erant super vestes : Proferte vestimenta universis servis Baal. Et protulerunt eis vestes.

23. Ingressusque Jehu, et Jonadab filius Rechab, templum Baal, ait cultoribus Baal : Perquirite, et videte, ne quis forte vobiscum sit de servis Domini, sed ut sint servi Baal soli.

gner un seul, selon la sentence que le Seigneur avait prononcée par Elie.

18. En même temps Jéhu fit rassembler le peuple, et il leur dit : Achab a rendu quelque honneur à Baal; mais je veux lui en rendre plus que lui.

19. Qu'on me fasse donc venir maintenant tous les prophètes de Baal, tous ses ministres et tous ses prêtres : qu'il n'y en manque pas un seul, car je veux faire un grand sacrifice à Baal. Quiconque ne s'y trouvera pas sera puni de mort. Or ceci était un piége que Jéhu tendait aux adorateurs de Baal, pour les exterminer tous.

20. Jéhu dit encore : Qu'on publie une fête solennelle à *l'honneur* de Baal.

21. Et il envoya dans toutes les terres d'Israël, pour appeler tous les ministres de Baal, qui y vinrent tous sans qu'il en manquât un seul. Ils entrèrent dans le temple de Baal *qui était hors de la ville,* et la maison de Baal en fut remplie depuis un bout jusqu'à l'autre.

22. Il dit ensuite à ceux qui gardaient les vêtements *des prêtres :* Donnez les vêtements à tous les ministres de Baal. Et ils leur en donnèrent.

23. Et Jéhu étant entré dans le temple de Baal avec Jonadab, fils de Réchab, dit aux adorateurs de Baal : Prenez bien garde qu'il n'y ait parmi vous aucun des ministres du Seigneur, mais seulement les adorateurs de Baal.

Si qui cognati, si qui affines Achabi aut Joram, si qui eorum familiæ addicti superarant.

18. *Ego autem colam eum amplius.* Hoc dicitur non mentiendo, sed per ironiam, licet Theodoretus et Procopius mendacium fateri videantur.

19. *Servos ejus.* Omnes Baalis cultores, quorum numerus, licet magnus fuerit sub Achab et Jezabel, sub Joram tamen multum erat imminutus.

20. *Sanctificate diem solemnem Baal.* Indicite magnam sacrificii celebritatem, ad quam omnes conveniant. — *Vocavitque.* Ipsemet rex.

21. *Universos terminos Israel.* Ultra et citra Jordanem. — *Non fuit residuus ne unus quidem.* De prophetis scilicet ac sacrificulis; urgebat quippe regis imperium, et mortis metus, et cupido instaurandi intermissum cultum Baalis : Deus quoque illos trahebat ad victimam. — *A summo usque ad summum.* Hebr. et LXX, *ab ore ad os*, vel, *ab ora ad oram.* Chald. *ex angulo in angulum*, ita ut nullus angulus vacuus esset.

22. *Proferte vestimenta.* Vestes lineas, laneas, sericas, etc., destinatas cultui Baal.

23. *Ne quis forte vobiscum sit de servis...* Ita loquitur quasi sacris eorum nolit alienos et profanos se ingerere, re autem vera ut ipsi soli mactarentur.

Digitized by Google

24. Ils entrèrent donc dans le temple *de Baal*, pour y offrir leurs victimes et leurs holocaustes *avec une entière confiance*. Mais Jéhu avait donné ordre à quatre-vingts hommes de se tenir tout prêts hors du temple, et il leur avait dit : S'il échappe un seul homme de tous ceux que je vous livrerai entre les mains, votre vie me répondra de la sienne.

24. Ingressi sunt igitur ut facerent victimas et holocausta : Jehu autem præparaverat sibi foris octoginta viros, et dixerat eis : Quicumque fugerit de hominibus his, quos ego adduxero in manus vestras, anima ejus erit pro anima illius.

25. Après donc que l'holocauste eut été offert, Jéhu donna l'ordre à ses soldats et à ses officiers, et leur dit : Entrez, tuez, et qu'il ne s'en sauve pas un seul. Et les officiers entrèrent avec les soldats, les firent passer au fil de l'épée, et jetèrent hors du temple leurs corps morts. Ils allèrent ensuite à la ville où était un autre temple de Baal ;

25. Factum est autem, cum completum esset holocaustum, præcepit Jehu militibus et ducibus suis : Ingredimini, et percutite eos, nullus evadet. Percusseruntque eos in ore gladii, et projecerunt milites et duces : et ierunt in civitatem templi Baal,

26. Ils tirèrent du temple la statue de Baal ; et l'ayant brisée, ils la brulèrent.

26. Et protulerunt statuam de fano Baal, et combusserunt,

27. Ils détruisirent aussi le temple de Baal, et ils firent à la place un lieu destiné pour les besoins de la nature, qui y est demeuré jusqu'aujourd'hui.

27. Et comminuerunt eam. Destruxerunt quoque ædem Baal, et fecerunt pro ea latrinas usque in diem hanc.

28. Ainsi Jéhu extermina Baal d'Israël.

28. Delevit itaque Jehu Baal de Israel :

§ III. *Jéhu ne quitte point le culte des veaux d'or. Dieu ne laisse pas de récompenser le soin qu'il a eu d'exécuter ses ordres. Dieu, lassé des crimes d'Israël, permet qu'Hazaël, roi de Syrie, remporte sur eux de grands avantages. Jéhu meurt, et son fils Joachaz lui succède.*

29. Mais il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël ; et il ne quitta point les veaux d'or qui étaient à Béthel et à Dan.

29. Verumtamen a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, et in Dan.

30. Cependant le Seigneur dit à Jéhu : Parce que vous avez accompli avec soin ce qui était juste et ce qui était agréable à mes yeux, et que vous avez exécuté contre la maison d'Achab tout ce que j'avais dans

30. Dixit autem Dominus ad Jehu : Quia studiose egisti quod rectum erat, et placebat in oculis meis, et omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum

---

24. *Ut facerent.* Ui sacrificarent. — *Octoginta viros.* Qui fugientes excciperent.

25. *Militibus et ducibus suis.* Fuerunt hi alii ab illis octoginta, qui tantum jussi fuerant cavere ne quis, dum in templo cædes patraretur, fuga se subduceret. — *Projecerunt.* Cadavera eorum. — *Milites.* Hebr. et LXX, *cursores*, milites scilicet levis armaturæ. — *In civitatem templi Baal.* In quamcumque urbem, quæ haberet templum Baalis. Vel sensus est : ingressi sunt templum Baal, quod erat amplissimum, ita ut civitatis nomine censeri posset.

27. *Latrinas.* Scilicet publicas.

Digitized by Google

Achab : filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel.

31. Porro Jehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo : non enim recessit a peccatis Jeroboam, qui peccare fecerat Israel.

32. In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel : percussitque eos Hazael in universis finibus Israel,

33. A Jordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad, et Gad, et Ruben, et Manasse, ab Aroer, quæ est super torrentem Arnon, et Galaad, et Basan.

34. Reliqua autem verborum Jehu, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Israel?

35. Et dormivit Jehu cum patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria : et regnavit Joachaz filius ejus pro eo.

36. Dies autem, quos regnavit Jehu super Israel, viginti et octo anni sunt, in Samaria.

le cœur, vos enfants seront assis sur le trône d'Israël jusqu'à la quatrième génération.

31. Mais *parce que* Jéhu n'eut pas soin de marcher de tout son cœur dans la loi du Seigneur le Dieu d'Israël, et *qu'*il ne se retira point des péchés de Jéroboam qui avait fait pécher Israël : *en lui faisant adorer des veaux d'or.*

32. En ce temps-là le Seigneur commença à se lasser d'Israël. Et Hazaël, *roi de Syrie,* les tailla en pièces dans toutes leurs frontières,

33. Depuis le Jourdain vers l'orient. Il ruina tout le pays de Galaad et de Gad, de Ruben et de Manassé depuis Aroer, qui est le long du torrent d'Arnon, et Galaad, et Basan.

34. Le reste des actions de Jéhu, tout ce qu'il a fait, et sa valeur dans la guerre, a été écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

35. Jéhu s'endormit avec ses pères ; et il fut enseveli à Samarie. Et son fils Joachaz régna en sa place.

36. Le temps que Jéhu régna sur Israël en Samarie fut de vingt-huit ans.

CHAPITRE XI.

§ I. * *Athalie, mère d'Ochosias, roi de Juda, fait mourir tous les enfants que son fils avait laissés, et usurpe la couronne. Josaba, sœur d'Ochosias, sauva Joas de ce carnage. Il demeure six ans caché avec sa nourrice dans la maison du Seigneur.* ** *La septième année d'Athalie, le grand prêtre Joïada le fait reconnaître pour roi par les soldats et par le peuple.*

* LA MÊME ANNÉE 3120. — ** L'AN DU MONDE 3126.

1. Athalia vero mater Ocho- | 1. Athalie, mère d'Ochosias, voyant son

30. *Usque ad quartam generationem.* Itaque Jehu successerunt quatuor filii ejus Joachaz, Joas, Jeroboam et Zacharias.

32. *Cœpit Dominus tœdere super Israel.* Chald. *indignari*, LXX, *ferire*, seu *excidere.* Videtur formula loquendi Vulgatæ editionis respondere italicæ phrasi : *Comincio a perdere la patienza.*

33. *A Jordane contra orientalem plagam.* Longe maxima fuit hæc clades; abstulit enim regno Israelis quidquid omnino trans Jordanem possidebat, tribum scilicet Ruben, et Gad, et mediam partem tribus Manasse. — *Ab Aroer.* Vide dicta Josue c. 13, n. 25.

Digitized by Google

fils mort, *et voulant s'emparer du royaume*, s'éleva contre les princes de la race royale et les fit tous tuer.

2. Mais Josaba, fille du roi Joram, sœur d'Ochosias, *et femme du grand prêtre Joïada*, prit Joas, fils d'Ochosias, avec sa nourrice qu'elle fit sortir de sa chambre, et les déroba du milieu des enfants du roi, lorsqu'on les tuait, et lui sauva la vie, le tenant caché, sans qu'Athalie le pût savoir.

3. Il fut six ans caché avec sa nourrice dans la maison du Seigneur. Et Athalie cependant régnait sur la terre *de Juda*.

4. La septième année Joïada envoya querir les centeniers et les soldats. Il les fit entrer dans le temple du Seigneur, et fit un traité avec eux, et leur fit prêter le serment dans la maison du Seigneur, en leur montrant le fils du roi.

5. Et il leur donna cet ordre : Voici ce que vous devez faire :

6. Vous vous diviserez en trois bandes.

siæ, videns mortuum filium suum, surrexit, et interfecit omne semen regium.

2. Tollens autem Josaba filia regis Joram, soror Ochosiæ, Joas filium Ochosiæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, et nutricem ejus, de triclinio : et abscondit eum a facie Athaliæ, ut non interficeretur.

3. Eratque cum ea sex annis clam in domo Domini : porro Athalia regnavit super terram.

4. Anno autem septimo misit Joiada, et assumens centuriones et milites, introduxit ad se in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus : et adjurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis :

5. Et præcepit illis, dicens : Iste est sermo, quem facere debetis :

6. Tertia pars vestrum introeat

Cap. XI. 1. *Interfecit omne semen regium.* Ut ipsa non alieno nepotis alicujus nomine, sed suo regnaret. Præter ambitionem accessit etiam timor, quod cum Achabi filia esset, sciebat se a Jehu morti destinatam. Voluit ergo ipsa regnum Juda habere in potestate, ut se redderet magis securam. Aliam rationem affert Theodoretus : *Ut impia*, inquit, *et tyrannica, voluit genus omne Davidis, tanquam pium, radicitus extinguere, ut arrepto imperio populum suum doceret impietatem.* Eadem habet Procopius.

2. *Josaba.* Filia Joram regis, * sed ex alia matre quam ex Athalia, soror Ochosiæ, uxor Joiadæ pontificis, quæ etiam Josabeth dicitur II. Paral. 22. 11. — *De triclinio.* In hebræo habetur non sublatum de triclinio, sed absconditum in triclinio, ut etiam habetur II. Paral. 22. 11, ubi legimus : *Absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum.* Idem enim est triclinium quod cubiculum lectulorum. Ad conciliandam repugnantiam locorum dici fortasse possit, et sublatum de uno triclinio, in quos scilicet nutricis et infantis et aliorum lectuli essent, et in cubiculo lectulorum absconditum in templo. Salianus putat absconditum in pontificis cubiculo, quod Villalpandus in secundo templi vestigio ad meridiem collocat, e regione scholæ theologiæ positæ ad septentrionem.

* 4. *Anno autem septimo.* Vitæ Joas. — * *Joiada.* Pontifex. — *Centuriones.* Quinque ex tribu Levi, qui mox nominantur. — *Pepigitque cum eis fœdus.* De servando secreto, adhibito etiam jurejurando.

6. *Tertia pars vestrum introeat sabbato.* Ut quæ hoc versiculo et duobus sequentibus dicuntur intelligantur, notandum est Joiadam levitas, quorum opera uti volebat, in duas classes distribuisse. Altera erat eorum qui ingrediebantur sabbato in templum ministeria sua obituri; altera eorum qui ministerii sui tempore absoluto vel jam egrediebantur, vel egressi prius fuerant; et hi duplo plures erant quam qui ingrediebantur; videntur enim omnes in tres classes fuisse distributi, ita ut una ministraret, duæ vero vacarent a ministerio. Rursus eos qui ingrediebantur, de quibus agitur hoc versiculo sexto,

Digitized by Google

sabbato, et observet excubias domus regis. Tertia autem pars sit ad portam Sur : et tertia pars sit ad portam, quæ est post habitaculum scutariorum : et custodietis excubias domus Messa.

7. Duæ vero partes e vobis, omnes egredientes sabbato, custodiant excubias domus Domini circa regem.

8. Et vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris : si quis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur : eritisque cum rege interounte et egrediente.

9. Et fecerunt centuriones, juxta omnia quæ præceperat eis

La première qui entrera en semaine fera garde à la maison du roi ; la seconde sera à la porte de Sur, *vers l'orient* ; et la troisième à la porte qui est derrière la maison de ceux qui portent les boucliers : et vous ferez garde à la porte de Messa.

7. Que les deux bandes de votre corps qui sortiront de semaine fassent garde à la maison du Seigneur auprès du roi.

8. Vous vous tiendrez auprès de sa personne les armes à la main. Si quelqu'un entre dans le temple *pour lui insulter*, qu'il soit tué aussitôt. Et vous vous tiendrez avec le roi lorsqu'il entrera ou qu'il sortira.

9. Les centeniers exécutèrent tout ce que le pontife Joïada leur avait ordonné : et

---

in tres partes distribuit, et unicuique tertiæ parti suum munus imponit. Sicut etiam iis qui egrediebantur, qui, ut dictum est, duplo plures erant iis qui ingrediebantur, quid facere debeant præscribit num 7. Emm. Sa, in hoc cap. n. 6, putat tot ingredi solitos ad ministrandum, quot egrediebantur ministerio absoluto, sed n. 7. dici, *duæ partes e vobis*, quia qui ministerium absolverant, et qui illud erant inchoaturi, simul sumpti, duas tertias partes levitarum efficiebant; et favet quod II. Paral. 23. 8, dicitur : *Venichant per ordinem sabbati cum his qui impleverant sabbatum, et egressuri erant. Siquidem Joiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueverant.* Favent etiam quæ habentur hoc cap. n. 9 : *Assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his, qui egrediebantur sabbato, venerunt ad Joiadam,* etc. — *Observet excubias domus regis.* Hæc tertia pars destinatur in ipso templo ad observandam regiam in qua erat Athalia, ut si qua inde vis afferretur, statim repelli posset. — *Ad portam Sur.* Quam fere omnes interpretantur fuisse portam atrii templi orientalem, quam chaldæus appellat *portam Baronum*, sive *Principum.* Vide plura apud Pinedam de reb. Salom. l. 5, c. 5, n. 126. — *Habitaculum scutariorum.* Erant scutarii levitæ scuta et gladios ferentes ad custodiam templi, quorum habitatio erat ad partem meridianam templi. Nam et regia et Sion erant a meridie templi. — *Messa.* Aliqui putaverunt esse viri nomen proprium. Radix hebraica נסך *nasach,* verrere, everrere, scopis mundare significat. Itaque putat Villalpand. tom. 2. part. 2. cap. 32, loca illa indicari per quæ egerebantur sordes, vel domum sive locum scoparum significare; vel locum ex quo egerebantur templi cineres. Chaldæus videtur existimasse nullum certum locum ea voce indicari; nam pro *domo Messa*, vertit *sollicite,* quod etiam sentiunt alii qui *a desertione* interpretati sunt, ut Vatablus, quasi dixisset Joiada : Cavebitis ne quis propriam deserat stationem.

7. *Omnes egredientes sabbato.* Jam perfuncti ministerio hebdomadæ vestræ. — *Custodiant excubias domus Domini circa regem.* Excubabunt, et custodient regem in domo Domini, eum undecumque cingentes, ut nemo ad eum quoquo modo penetrare possit, interim dum inungitur et constituitur rex.

8. *Ingressus fuerit.* Ut nobis resistat. — *Septum templi.* Atrium, quod est circa templum. — *Interficiatur.* Quod intellige extra atrium, ut factum est in Athalia n. 15.

Digitized by Google

tous prenant leurs gens qui entraient en semaine avec ceux qui en sortaient, ils vinrent trouver le pontife Joïada.

10. Et il leur donna les lances et les armes du roi David, qui étaient dans la maison du Seigneur.

11. Ils se tinrent donc tous les armes à la main, rangés auprès du roi, depuis le côté droit du temple, jusqu'au côté gauche de l'autel et du temple.

12. Il leur présenta ensuite le fils du roi, et lui mit le diadème sur la tête et le livre de la loi à la main. Ils l'établirent roi, le sacrèrent ; et frappant des mains, ils crièrent : Vive le roi.

Joiada sacerdos : et assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur sabbatum, cum his qui egrediebantur sabbato, venerunt ad Joiadam sacerdotem,

10. Qui dedit eis hastas, et arma regis David, quæ erant in domo Domini.

11. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua a parte templi dextera, usque ad partem sinistram altaris et ædis, circum regem.

12. Produxitque filium regis, et posuit super eum diadema, et testimonium : feceruntque eum regem, et unxerunt : et plaudentes manu, dixerunt : Vivat rex.

§ II. *Athalie vient au bruit du couronnement de Joas. Elle entre dans le temple où elle le voit assis sur son trône. Joïada la fait prendre par les soldats qui la tuent. Le temple de Baal est renversé par le peuple qui fait de grandes réjouissances.*

13. Athalie entendit le bruit du peuple qui accourait ; et entrant parmi la foule dans le temple du Seigneur,

14. Elle vit le roi assis sur son trône, selon la coutume, et auprès de lui les chantres et les trompettes, tout le peuple étant en joie et sonnant de la trompette. Alors elle déchira ses vêtements, et s'écria : Trahison ! Trahison !

13. Audivit autem Athalia vocem populi currentis : et ingressa ad turbas in templum Domini,

14. Vidit regem stantem super tribunal juxta morem, et cantores et tubas prope eum, omnemque populum terræ lætantem, et canentem tubis : et scidit vestimenta sua, clamavitque : Conjuratio, conjuratio.

---

9. *Qui ingrediebantur sabbatum.* Vide dicta n. 6.

10. *Arma regis David.* Quæ ille jam pridem consecraverat in domo Domini. Non venerunt in templum armati sacerdotes et levitæ, ne aliquam suspicionem conjurationis excitarent, sed ibi a pontifice armis instructi sunt.

11. *A parte templi dextera.* Meridiana, quæ respiciebat regiam. — *Usque ad partem sinistram altaris.* Significat regem constitutum fuisse in atrio levitarum infra altare holocaustorum, ne eo regis conspectus impediretur, excitato suggestu, qui infra, num. 14, appellatur tribunal.

12. *Testimonium.* Deuteronomium legis, juxta id quod in eodem Deuteronomio præscribitur c. 17. 18 ; et hanc loci hujus sententiam esse patet ex II. Par. 23. 11, ubi cum hæc eadem historia narratur, dicitur : *Et eduxerunt filium regis, et imposuerunt ei diadema, et testimonium,* quod explicans subdit, *dederuntque in manu ejus tenendam legem,* quæ ultima verba explicationis gratia addidit S. Hieronymus ex libro Deuteronom. loco citato, cum nec in hebræo sint, nec in græco. — *Feceruntque eum regem.* Ceremoniam omnem circa illum exercentes, quæ adhiberi solet in regum inauguratione.

13. *Ad turbas.* Ad populum, ut dicitur in Paralipomenis.

* 14. *Super tribunal.* In suggesto illo, de quo infra, cap. 23. 3, et II. Paralip. 6. 13.

Digitized by Google

15. Præcepit autem Joiada centurionibus, qui erant super exercitum, et ait eis : Educite eam extra septa templi, et quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos : Non occidatur in templo Domini.

16. Imposueruntque ei manus, et impegerunt eam per viam introitus equorum, juxta palatium, et interfecta est ibi.

17. Pepigit ergo Joiada fœdus inter Dominum, et inter regem, et inter populum, ut esset populus Domini, et inter regem et populum.

18. Ingressusque est omnis populus terræ templum Baal, et destruxerunt aras ejus, et imagines contriverunt valide : Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini.

19. Tulitque centuriones, et Cerethi et Phelethi legiones, et omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini : et venerunt per viam portæ scutariorum in palatium, et sedit super thronum regum.

20. Lætatusque est omnis po-

15. En même temps Joïada fit ce commandement aux centeniers qui commandaient les troupes, et leur dit : Emmenez-la hors du temple ; et si quelqu'un la suit, qu'il périsse par l'épée. Car le pontife avait dit : Qu'on ne la tue pas dans le temple du Seigneur.

16. *Les officiers* se saisirent donc de sa personne et la menèrent par force dans le chemin par où passaient les chevaux auprès du palais. Et elle fut tuée en ce lieu-là.

17. Joïada en même temps fit une alliance entre le Seigneur, le roi et le peuple, afin qu'il fût *désormais* le peuple du Seigneur, et entre le peuple et le roi.

18. Et tout le peuple étant entré dans le temple de Baal, ils renversèrent ses autels, brisèrent ses images en cent pièces et tuèrent Mathan, prêtre de Baal, devant l'autel. Le pontife mit des gardes dans la maison du Seigneur, *afin qu'il n'y entrât rien de souillé.*

19. Il prit avec lui les centeniers et les légions de Céreth et de Phéleth avec tout le peuple, et ils conduisirent le roi dans la maison du Seigneur, et passèrent par l'entrée où logaient ceux qui portaient les boucliers, qui menait au palais *royal*. Et le roi fut assis sur le trône des rois *de Juda*.

20. Tout le peuple fit une grande ré-

---

15. *Quicumque eam secutus fuerit.* Scilicet ut eam defendat. — *Non occidatur in templo Domini.* Ne templum tam impio et impuro sanguine polluatur.

16. *Impegerunt eam.* Quæ verba hostilem et violentam deductionem significant. — *Per viam introitus equorum.* Per portam palatii, quâ equi et currus admittebantur. In Paral. lib. 2, c. 23. 15, dicitur : *Cumque intrasset portam equorum domus regis.*

17. *Pepigit... fœdus inter Dominum et inter regem.* Fuit Joiada mediator et sequester inter Deum et regem cum populo, exigens promissionem unius Dei colendi, omni superstitione exterminata.

18. *In templum Baal.* Ubi fuerit hoc templum Baal non satis constat. Certe vel Hierosolymis, vel in vicino monte Offensionis, de quo infra, c. 23. 13, id est, in monte Oliveti, ubi pridem istiusmodi fana ædificaverat Salomon. — *Coram altari.* Quo confugerat ut se loci religione tueretur; vel ut Dei sui imploraret auxilium. Nisi etiam forte eo tractus est, ut ibi mactaretur, ubi solebat ipse idolo victimas immolare. — * *Custodias in domo Domini.* Ex levitis janitores posuit, observatores, ne quis immundus intraret. Ita hic Josephus ex II. Paralipomen. 23. 19.

12. *Cerethi et Phelethi.* Vide dicta II. Reg. 8. 18. — *Portæ scutariorum.* Vide dicta n. 6-

Digitized by Google

jouissance, et la ville demeura en paix, Athalie étant périe par l'épée dans la maison du roi.

21. Joas avait sept ans lorsqu'il commença à régner.

pulus terræ, et civitas conquievit : Athalia autem occisa est gladio in domo regis.

21. Septemque annorum erat Joas, cum regnare cœpisset.

CHAPITRE XII.

§ I. *Joas, roi de Juda, règne justement tant qu'il suit les conseils du grand prêtre Joïada.*

L'AN DU MONDE 3126.

1. La septième année *du règne* de Jéhu *sur Israël*, Joas commença à régner *sur Juda :* et il régna quarante ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Sébia, et elle était de Bersabée.

2. Il régna justement devant le Seigneur tant qu'il fut conduit par le pontife Joïada.

3. Il n'ôta pas néanmoins les hauts lieux *consacrés au Seigneur, et il n'osa l'entreprendre, de peur de soulever* le peuple *qui y* immolait encore, et y offrait de l'encens *au Seigneur, contre l'ordonnance de la loi.*

4. Alors Joas *voyant que les réparations du temple étaient fort négligées, et que les prêtres tournaient à leur profit les fonds qui étaient destinés à cette bonne œuvre,* dit aux prêtres : Que les prêtres prennent tout l'argent consacré qui sera apporté par ceux, ou qui passent *vingt ans, et qui sont obligés de fournir à l'entretien du temple,* ou qui l'offrent à Dieu pour le prix de leur âme, ou qui font d'eux-mêmes au temple des dons volontaires.

1. Anno septimo Jehu, regnavit Joas : et quadraginta annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Sebia de Bersabee.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Joiada sacerdos.

3. Verumtamen excelsa non abstulit : adhuc enim populus immolabat, et adolebat in excelsis incensum.

4. Dixitque Joas ad sacerdotes : Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini a prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, et quam sponte et arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini :

---

20. *Civitas conquievit.* Quam subita et insperata rerum commutatio concusserat et turbaverat.

CAP. XII. 2. *Diebus, quibus docuit eum Joiada sacerdos.* Quem magna reverentia quasi patrem prosequebatur.

3. *Excelsa non abstulit.* Quomodo hoc intelligendum sit diximus III. Reg. 22. 44.

4. *Omnem pecuniam sanctorum.* Quæ scilicet consecratur Domino, sive pecuniam sanctam, quæ offertur Domino in usum sanctuarii. — *A prætereuntibus.* Transeuntibus in censum populi, id est, qui attigerant vigesimum annum; ab eo enim tempore, et deinceps numerari solebant a levitis censoribus, et pendere in singula capita dimidium sicli, ut in lege Domini, Exod. 30. 12, 13, præscriptum fuerat. * Alii prætereuntes interpretantur pios alienigenas qui adorandi causa ad templum se conferebant : horum mentio III. Reg. 8. 41. — *Pro pretio animæ.* Hæc pecunia dicitur offerri pro pretio animæ

Digitized by Google

L'AN DU MONDE 3147.

5. Accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum, et instaurent sartatecta domus, si quid necessarium viderint instaurationi.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instauraverunt sacerdotes sartatecta templi.

5. Que les prêtres, chacun à son rang, prennent cet argent, et qu'ils en fassent les réparations de la maison *du Seigneur*, lorsqu'ils verront quelque chose qui ait besoin d'être réparé.

6. Mais *malgré cet ordre du roi*, les prêtres n'avaient point fait ces réparations du temple, jusqu'à la vingt-troisième année du règne de Joas.

§ II. *Joas reproche aux prêtres le peu de soin qu'ils avaient de faire faire les réparations du temple. Il établit un nouvel ordre pour qu'elles soient faites plus exactement.*

L'AN DU MONDE 3148.

7. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem et sacerdotes, dicens eis : Quare sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam a populo, et instaurare sartatecta domus.

9. Et tulit Joiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, et posuit iliud juxta

7. Le roi fit donc venir devant lui le pontife Joïada et les prêtres, et leur dit : Pourquoi ne faites-vous point les réparations du temple ? N'en recevez donc plus l'argent selon l'ordre de votre ministère ; mais rendez *celui que vous avez reçu*, afin qu'on l'emploie aux réparations du temple.

8. Et il ordonna que les prêtres ne recevraient plus à l'avenir l'argent du peuple, et qu'ils ne seraient point aussi chargés des réparations de la maison *du Seigneur*.

9. Alors le pontife Joïada prit un coffre *d'un des prêtres*, et il fit faire une ouverture par-dessus ; et il le mit auprès de

---

quia dixerat Dominus solvendam, ne fieret plaga in populo, si numeraretur eo pretio non persoluto. Vide dicta Exod. 30. 12.

5. *Juxta ordinem suum.* Quo per vices ministrabant in templo. — *Instaurent sartatecta domus.* Sicubi templum aliqua ex parte sit sarciendum, aut instaurandum, si quæ in templo restituenda, expurganda, ornanda.

6. *Usque ad vigesimum tertium annum.* Fuerunt fortasse sacerdotes et levitæ in agendo negligentes, quia pecuniam non sibi, sed templo colligebant, et præter laborem aliud lucrabantur nihil; vel quia viderunt populum in solvendo difficilem, ut Josephus significat lib. 9, c. 8. Verum cum postea, ut patet ex n. 10, adeo se liberalem populus exhibuerit cum in arcam vel gazophylacium conjecta est pecunia, subit animum suspicio populum non admodum levitis ac sacerdotibus fidere voluisse.

7. *Quare sartatecta non instauratis templi.* Lib. II. Paral. 24. 6, argui videtur negligentia levitarum in colligenda pecunia, hic autem eorum fides desiderari quod accepta pecunia instaurare templum neglexerint; ideoque eam reddere jubentur. Utrumque verum fuit; nam egressi non sunt per civitates Juda ad colligendam pecuniam, et quam populus sponte obtulit, acceperunt, * et non ea qua debuerunt fide expenderunt in sartatecta templi.

9. *Gazophylacium.* Arcam ad gazas, id est, divitias et pecunias oblatas colligendas, et ad tempus asservandas. — *Foramen desuper.* Ad immittendas pecunias, ut apud nos fit in arculis eleemosynarum. — *Juxta altare.* In II.

Digitized by Google

l'autel, à main droite de ceux qui entraient dans la maison du Seigneur. Et les prêtres qui gardaient les portes y mettaient tout l'argent qui s'apportait au temple du Seigneur.

10. Lorsqu'ils voyaient qu'il y avait trop d'argent dans le tronc, le secrétaire du roi venait avec le pontife, et ils en tiraient et comptaient l'argent qui s'était trouvé dans la maison du Seigneur.

11. Et ils le déposaient par compte et par poids entre les mains des personnes qui avaient soin de ceux qui travaillaient à la fabrique du temple. Et cet argent était employé pour les charpentiers et pour les maçons qui faisaient les réparations de la maison du Seigneur,

12. Et pour les tailleurs de pierres; afin qu'on en achetât du bois et des pierres qu'on faisait polir, et pour toute la dépense de tout ce qui était nécessaire aux réparations et au rétablissement de la maison du Seigneur.

13. On ne faisait point néanmoins de cet argent qui était apporté au temple du

altare ad dexteram ingredientium domum Domini, mittebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini.

10. Cumque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis, et pontifex, effundebantque et numerabant pecuniam, quæ inveniebatur in domo Domini :

11. Et dabant eam juxta numerum atque mensuram, in manu eorum qui præerant cæmentariis domus Domini : qui impendebant eam in fabris lignorum, et in cæmentariis iis, qui operabantur in domo Domini,

12. Et sartatecta faciebant : et in iis, qui cædebant saxa, et ut emerent ligna, et lapides, qui excidebantur, ita ut impleretur instauratio domus Domini, in universis quæ indigebant expensa ad muniendam domum.

13. Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Do-

---

Paral. 24. 8, dicitur : *Et fecerunt arcam, posueruntque eam juxta portam domus Domini forinsecus.* Dicendum videtur prius arcam juxta altare positam fuisse, ut habetur hoc capite. Verum quia eo penetrare laicis non licebat, et pecuniæ per manus sacerdotum et levitarum eo deferendæ erant, ut patet ex eodem versiculo cum dicitur : *Mittebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini;* ut populo satisfieret, nec offerentium pietas retardaretur, aliam arcam juxta portam domus forinsecus positam fuisse, ut per se quisque quod voluisset, absque alterius ministerio offerre posset. Josephus hanc explicationem adjuvat, qui lib. 7 de Bello judaico, c. 11, plurium gazophylaciorum meminit. — *Ad dexteram ingredientium.* In parte septentrionali templi. Nam dextera templi dicitur quæ respicit meridiem, sinistra quæ aquilonem; anterior est orientalis, occidentalis posterior. Vice versa dextra ingredientium templum est aquilonaris, sinistra meridiana, sicut anterior est occidentalis, posterior orientalis. — *Mittebantque in eo sacerdotes.* Nomen sacerdotis laxius accipitur ut etiam levitas comprehendat; erat enim officium levitarum ostia custodire, et janitorem agere.

* 10. *Scriba regis.* Quem pontifex inspectorem sibi adesse voluerat, ne qua et ipse, post tot minorum sacerdotum culpas, suspicione aspergeretur. Præterea rex ipse aderat, ut dicimus ex. II. Par. 24. 11, et ex Josepho.

11. *Juxta numerum atque mensuram.* Dabatur præfectis cæmentariorum et artificum pecunia numerata.

13. *Non fiebant.... hydriæ.* Scripturæ mens est, non fuisse a principio istis operarum præfectis commissam curam ut curarent confici vasa templi usibus necessaria, sed tantum tecta et parietes, et eorum ornamenta, quibus per-

Digitized by Google

mini, et fuscinulæ, et thuribula, et tubæ, et omne vas aureum et argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum Domini;

14. Iis enim qui faciebant opus, dabatur ut instauraretur templum Domini :

15. Et non fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniam ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam vero pro delicto, et pecuniam pro peccatis, non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat.

Seigneur les vaisseaux du temple du Seigneur, les fourchettes, les encensoirs, les trompettes et tous les vases d'or et d'argent. *On ne l'employa à cet usage que lorsque le temple fut entièrement rétabli.*

14. *Jusque-là* on donnait cet argent à ceux qui avaient soin de faire faire les réparations du temple du Seigneur,

15. Et l'on n'en redemandait point compte à ceux qui le recevaient pour le distribuer aux ouvriers ; mais ils l'employaient de bonne foi.

16. On ne portait point dans le temple du Seigneur l'argent qui était donné pour les fautes et pour les péchés, parce qu'il appartenait aux prêtres.

§ III. *Hazaël, roi de Syrie, vient assiéger Jérusalem. Joas lui donne tout l'argent du temple et de son palais pour le faire retirer. Joas est tué par ses serviteurs, et Amasias son fils lui succède.*

17. Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, et pugnabat contra Geth, cepitque eam : et direxit faciem suam ut ascenderet in Jerusalem.

18. Quam ob rem tulit Joas rex Juda omnia sanctificata, quæ con-

17. *Joas qui avait gouverné si sagement par les conseils de Joïada ne persévéra pas après la mort de ce pontife. Il s'abandonna à l'idolâtrie, et il fit même tuer Zacharie, fils de Joïada, par une ingratitude et une impiété que Dieu se hâta de punir. En effet* Hazaël, roi de Syrie, vint mettre le siége devant Geth, *ville des Philistins, qui, depuis le règne de David, appartenait aux rois de Juda,* et il la prit et il tourna visage pour marcher vers Jérusalem.

18. C'est pourquoi Joas, roi de Juda, prit tout l'argent consacré que Josaphat,

---

fectis reliqua pecunia (erat enim plurima, et, ut II. Paral. c. 24. 11, dicitur, *infinita*) in hujusmodi vasa impensa est. — *Hydriæ*. Alii vertunt, *scyphos argenteos*. Chald. habet *calices argenteos*. LXX, *portas argenteas*. Sic et sequentia aliter vertunt quam noster; est enim valde incerta quorumdam hebræorum vocabulorum significatio.

15. *Non fiebat ratio*. Eorum enim bonæ fidei committebatur administratio tanquam viris optimis, omnibus probatis, et ad id munus a rege ac pontifice delectis.

16. *Pecuniam vero pro delicto*. Pro emenda victima pro delicto : quæ pecunia dabatur interdum sacerdotibus ut emerent, et quod supererat sacerdotum erat; ita quidam interpretantur. Fortasse intelligitur quævis pecunia pro peccatis oblata sacerdotibus. — *In templum*. In gazophylacium expendenda in sartatecta.

17. *Pugnabat contra Geth*. Quæ olim Philisthæis, nunc Judæis parebat. Eam enim olim David ceperat, et pagos ad eam pertinentes, ut ex I. Par. 18. 1, constat. — * *Direxit faciem*. Omnia fecit per quæ crederetur iturus contra Jerusalem.

18. *Omnia sanctificata*. Omnia donaria pretiosa, tam aurea quam argentea.

Digitized by Google

Joram et Ochosias, rois de Juda, ses prédécesseurs et ses pères, et lui-même, avaient offert au temple et tout ce qui se put trouver d'argent dans les trésors du temple du Seigneur et dans le palais du roi ; et il l'envoya à Hazaël, roi de Syrie, qui se retira de Jérusalem.

19. Le reste des actions de Joas, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Or les officiers de Joas firent une conspiration entre eux, et se soulevèrent contre lui et le tuèrent en sa maison de Mello, à la descente de Sella, *pour venger la mort du fils de Joïada, souverain pontife, qu'il avait fait mourir.*

21. Josachar, fils de Sémaath, et Jozabad, fils de Somer, *furent ceux de ses serviteurs qui* le tuèrent. Et étant mort il fut enseveli avec ses pères dans la ville de David, *mais non dans le tombeau des rois.* Et Amasias son fils régna en sa place.

secraverant Josaphat et Joram et Ochosias, patres ejus reges Juda. et quæ ipse obtulerat : et universum argentum quod inveniri potuit in thesauris templi Domini, et in palatio regis : misitque Hazaeli regi Syriæ, et recessit ab Jerusalem.

19. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

20. Surrexerunt autem servi ejus, et conjuraverunt inter se, percusseruntque Joas in domo Mello in descensu Sella.

21. Josachar namque filius Semaath, et Jozabad filius Somer, servi ejus, percusserunt eum, et mortuus est : et sepelierunt eum cum patribus suis in civitate David, regnavitque Amasias filius ejus pro eo.

---

20. *Percusseruntque Joas.* Vide II. Paralip. c. 24, n. 25, ubi postquam dictum est Zachariam filium Joiadæ interfectum fuisse jussu Joas, dicitur : *Surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Joiadæ sacerdotis.* Indicat ergo Scriptura voluisse eos ulcisci necem Zachariæ, ita etiam sentit Josephus lib. 9. Antiq. c. 8 : *Joas,* inquit, *gravi morbo implicitus, amicis Zachariæ pœnas dedit, qui ne filius pontificis maneret inultus, per insidias eum sustulerunt. — In domo Mello.* Cum vorago Mello, super quam erat transitus regis in templum, geminum haberet cliveum, alterum ad templum, alterum ad regiam, videtur *descensum Sella* peculiariter vocatam esse declivitatem illam quæ erat ex parte regiæ, ubi erat quædam domus regis, quam domum Mello vocat Scriptura, in qua ægrotabat et occisus est.

21. *Josachar... filius Semaath.* Hic Sicarius II. Paral. 24. 26, appellatur Zabad filius Semaath. Fortasse utroque nomine vocabatur; erant enim olim multi binomii, ut patet ex variis Scripturæ locis. — *Jozabad filius Somer.* In Paralipomenis, loco citato, dicitur fuisse filius Semarith, quæ vox, cum sit feminini generis, nomen matris est, non patris. Somer autem, quod hic habetur, nomen est patris. — *Sepelierunt eum cum patribus suis.* Est quidem sepultus cum patribus suis, quod ad communem locum attinet, scilicet in civitate David; non tamen eodem sepulcro, cum dicatur II. Paral. 24. 25 : *Non in sepulcris regum.*

Digitized by Google

CHAPITRE XIII.

§ I. *Joachaz, roi d'Israël, imite les impiétés de Jéroboam, et attire sur lui la colère de Dieu qui livre son peuple entre les mains des rois de Syrie. Ce prince affligé s'humilie devant le Seigneur qui l'écoute, et délivre Israël des maux qu'il souffrait. Ce peuple continue d'adorer les idoles. Joachaz meurt, et Joas, son fils, règne en sa place.*

* L'AN DU MONDE 3147. — AVANT J.-C. 856.

1. Anno vigesimo tertio Joas filii Ochosiæ regis Juda, regnavit Joachaz filius Jehu super Israel in Samaria decem et septem annis.

2. Et fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et non declinavit ab eis.

3. Iratusque est furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, et in manu Benadad filii Hazael, cunctis diebus.

4. Deprecatus est autem Joachaz faciem Domini, et audivit eum Dominus : vidit enim angustiam Israel, quia attriverat eos rex Syriæ :

5. Et dedit Dominus salvatorem Israeli, et liberatus est de manu regis Syriæ : habitaveruntque filii Israel in tabernaculis suis sicut heri et nudiustertius.

6. Verumtamen non recesserunt a peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulaverunt : siquidem et

1. La vingt-troisième année *du règne* de Joas, fils d'Ochosias, roi de Juda, Joachaz, fils de Jéhu, régna sur Israël dans Samarie, pendant dix-sept ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et il suivit *l'exemple* de Jéroboam, fils de Nabath, en commettant les péchés dans lesquels il avait fait tomber Israël, et il ne s'en retira point.

3. Alors la fureur du Seigneur s'alluma contre *les enfants d'*Israël, et il les livra pendant tout ce temps-là entre les mains d'Hazaël, roi de Syrie, et entre les mains de Bénadad, fils d'Hazaël.

4. Mais Joachaz se prosterna devant la face du Seigneur, et lui fit sa prière ; et le Seigneur l'écouta, parce qu'il vit l'affliction d'Israël et l'extrémité où le roi de Syrie les avait réduits.

5. Le Seigneur donna un sauveur à Israël *en la personne de Joas, fils de Joachaz*, et il fut délivré de la main du roi de Syrie. Et les enfants d'Israël demeurèrent dans leurs tentes comme auparavant, *avec paix et tranquillité.*

6. Ils ne se retirèrent point néanmoins des péchés de la maison de Jéroboam qui avait fait pécher Israël : mais ils continuèrent d'y marcher ; et le grand bois con-

---

CAP. XIII. * 3. *Cunctis diebus.* Quibus vixit Joachaz, ut habetur infra, n. 22.

4. *Attriverat eos rex Syriæ.* Uterque, Hazael scilicet, et Benadad filius ejus.

5. *Dedit Dominus salvatorem Israeli.* Quis fuerit hic salvator Scriptura non exprimit. Josephus putat fuisse ipsummet Joachaz, qui, placato precibus Numine, rem in posterum felicius gesserit. Lyranus existimat fuisse angelum Israelitarum præsidem, a quo virtute occulta hostium vis repressa sit, et timor immissus. Verius videtur fuisse Joas filium Joachaz qui tres clades intulit Syris, urbesque recepit quas Hazael occupaverat, ut dicitur hoc cap. num. 25. — *Habitaverunt.... in tabernaculis suis.* Quiete, et sine bellorum turbis. LXX habent, *sederunt in tabernaculis suis.*

Digitized by Google

sacré *aux idoles* demeura toujours en Samarie.

7. Il n'était resté à Joachaz, de tout son peuple, que cinquante cavaliers, dix chariots et dix mille hommes de pied; car le roi de Syrie les avait taillés en pièces et les avait réduits comme la poudre de l'aire où l'on bat le grain.

8. Le reste des actions de Joachaz, tout ce qu'il a fait, et son courage *dans les combats*, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

9. Enfin Joachaz s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli dans Samarie. Joas, son fils, régna en sa place.

lucus permansit in Samaria.

7. Et non sunt derelicti Joachaz de populo nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum : interfecerat enim eos rex Syriæ, et redegerat quasi pulverem in tritura areæ.

8. Reliqua autem sermonum Joachaz, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

9. Dormivitque Joachaz cum patribus suis, et sepelierunt eum in Samaria : regnavitque Joas filius ejus pro eo.

L'AN DU MONDE 3165.

§ II. *Joas persévère dans le culte des veaux d'or. Il va voir Elisée qui se mourait. Ce prophète lui prédit qu'il battra trois fois les Syriens. Elisée meurt. Un corps mort jeté dans son sépulcre ressuscite aussitôt. Joas bat trois fois les Syriens, selon la prédiction de ce prophète.*

L'AN DU MONDE 3163.

10. La trente-septième année *du règne* de Joas, roi de Juda, Joas, fils de Joachaz, *roi d'Israël, ayant été associé au royaume par son père deux ans avant sa mort*, régna dans Samarie pendant seize ans, *savoir deux ans avec son père et quatorze ans seul.*

11. Il fit le mal devant le Seigneur. Il ne se détourna point de tous les péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; mais il y marcha *toujours*.

12. Le reste des actions de Joas, tout ce qu'il a fait, son courage et la manière dont il combattit contre Amasias, roi de Juda, *qu'il vainquit et fit prisonnier*, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

13. Et Joas s'endormit avec ses pères. Et Jéroboam, *son fils, qu'il avait associé au royaume*, monta sur le trône après que Joas eût été enseveli dans Samarie avec les rois d'Israël.

14. Or *voici comment Joas fut le sau-*

10. Anno trigesimo septimo Joas regis Juda, regnavit Joas filius Joachaz super Israel in Samaria sedecim annis,

11. Et fecit quod malum est in conspectu Domini : non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulavit.

12. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, quomodo pugnaverit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

13. Et dormivit Joas cum patribus suis : Jeroboam autem sedit super solium ejus. Porro Joas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.

14. Eliseus autem ægrotabat in-

---

6. *Lucus*. Plantatus in honorem Baal.

7. *In tritura areæ*. Chald. et LXX, *in conculcationem*.

14. *Ægrotabat infirmitate, qua et mortuus est*. Textus hebræus, græcus et

Digitized by Google

firmitate, qua et mortuus est : descenditque ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo, dicebatque : Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga ejus.

veur d'Israël et le délivra des mains d'Hazaël, roi de Syrie. Elisée était malade de la maladie dont il mourut ; et Joas, roi d'Israël, le vint voir, et il pleurait devant lui en disant : Mon père, mon père, vous êtes le char d'Israël et celui qui le conduit.

L'AN DU MONDE 3165.

15. Et ait illi Eliseus : Affer arcum, et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas,

16. Dixit ad regem Israel : Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis,

17. Et ait : Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus : Jace sagittam. Et jecit. Et ait Eliseus : Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam : percutiesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18. Et ait : Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei :

15. Elisée lui dit : Apportez-moi un arc et des flèches. Et le roi d'Israël lui ayant apporté un arc et des flèches,

16. Elisée lui dit : Mettez votre main sur cet arc. Et ayant mis les mains sur l'arc, Elisée mit ses mains sur celles du roi,

17. Et il lui dit : Ouvrez la fenêtre qui regarde l'orient. Le roi l'ayant ouverte, Elisée lui dit : Jetez une flèche. Et l'ayant jetée, Elisée lui dit : C'est la flèche du salut du Seigneur ; c'est la flèche du salut contre la Syrie. Vous taillerez en pièces la Syrie à Aphec, jusqu'à ce que vous l'exterminiez.

18. Il lui dit encore : Prenez des flèches. Le roi en ayant pris, Elisée lui dit : Frap-

---

chaldæus significant Eliseum obnoxium fuisse cuipiam infirmitati, qua crebro afflictaretur ; habent enim : *Ægrotavit Eliseus ægrotatione sua, qua et mortuus est.* — *Descenditque ad eum Joas rex Israel.* Non traditur ubi ægrotaverit propheta, neque unde descenderit rex. Videtur uterque fuisse in Samaria, et regem ex arce in domum Elisei descendisse. — *Flebat coram eo.* Ecce quomodo diligebat eum. Sed regni quoque sui jacturam flebat, quod sequentia verba ostendunt. — *Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga ejus.* Vide dicta supra, c. 2, n. 12.

16. *Pone manum tuam super arcum.* Manum sinistram, ut illi faciunt qui arcum, sagittas emissuri, accipiunt, dextera ad chordam et telum reducta. — *Superposuit Eliseus manus suas manibus regis.* Non solum prophetat verbis Eliseus, sed etiam signis, et ceremonia hac manus imponendi ; nam familiare fuit prophetis utrumque adhibere, ut quæ significabantur altius auditorum ac spectatorum mentibus insiderent.

17. *Aperi fenestram.* Hoc dicit Eliseus non regi, cujus manus arcu et sagittis erant impeditæ, sed cuipiam circumstantium. — *Orientalem.* Fenestra orientalis non tam respiciebat Syriam, quæ Hebræis est ad aquilonem, quam Israelitarum regionem orientalem trans Jordanem, quæ tum a Syris occupabatur, et recuperanda erat. — *Sagitta salutis Damini.* Index videlicet est hæc sagitta salutis a Domino de manu Syrorum obtinendæ. — *Percutiesque Syriam.* Nimirum nisi per te steterit, ut stetit revera per eum, quod sæpius jaculo terram non percusserit. — *In Aphec.* Qui locus erat boni ominis ; ibi enim Achab una die centum millia Syrorum deleverat, III. Reg. 20, præter 27 millia quæ in eadem urbe murorum ruina oppressa fuerant.

Digitized by Google

pez la terre avec vos flèches. Il la frappa trois fois, et il s'arrêta.

19. Et l'homme de Dieu se mit en colère contre lui, et lui dit : Si vous eussiez frappé la terre cinq, ou six, ou sept fois, vous eussiez battu la Syrie jusqu'à l'exterminer entièrement ; mais maintenant vous la battrez par trois fois.

20. Elisée mourut donc et fut enseveli. Cette même année il vint des voleurs de Moab sur les terres *d'Israël*.

21. Et il arriva que quelques-uns enterrant un homme virent ces voleurs, et jetèrent le corps mort dans le sépulcre d'Elisée. Le corps ayant touché les os d'Elisée, cet homme ressuscita, et se leva sur ses pieds.

22. Après donc qu'Hazaël, roi de Syrie, eut affligé Israël pendant tout le règne de Joachaz,

23. Le Seigneur eut pitié d'eux *sous le règne de Joas, son fils*, et il revint à eux à cause de l'alliance qu'il avait faite avec Abraham, Isaac et Jacob ; et il ne voulut pas les perdre ni les rejeter entièrement jusqu'à ce temps-ci.

24. Après cela Hazaël, roi de Syrie, mourut, et Bénadad son fils, régna en sa place.

25. Mais Joas, fils de Joachaz, reprit d'entre les mains de Bénadad, fils d'Ha-

Percute jaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetisset,

19. Iratus est vir Dei contra eum, et ait : Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem : nunc autem tribus vicibus percuties eam.

20. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno.

21. Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos, et projecerunt cadaver in sepulcro Elisei. Quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo, et stetit super pedes suos.

22. Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Joachaz:

23. Et misertus est Dominus eorum, et reversus est ad eos propter pactum suum, quod habebat cum Abraham, et Isaac, et Jacob : et noluit disperdere eos, neque projicere penitus, usque in præsens tempus.

24. Mortuus est autem Hazael rex Syriæ, et regnavit Benadad filius ejus pro eo.

25. Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadad filii

---

19. *Iratus est vir Dei.* LXX habent, *tristatus est ;* quot enim vicibus terram jaculo feriebat, tot cladibus Syros affecturus erat. Ea fortasse de causa iratus est Eliseus, quod ex loquendi modo, quo usus fuerat propheta, satis potuerat intelligere multis vicibus terram esse feriendam. — *Usque ad consumptionem.* Ut plane viribus fracta resistere non posset.

20. *Sepelierunt eum.* In Samaria, aut in agro ejus suburbano, ut ex sequentibus colligi potest. — *Latrunculi.* Qui de regione Moabitarum venerant, ut hominum vel pecudum prædas agerent. — *In ipso anno.* Quo mortuus est Eliseus. In hebræo tamen est, *sequente anno,* ut vertit Pagninus, vel *veniente anno,* ut habent LXX.

21. *Sepelientes hominem.* — Deferentes ad sepulcrum. — *Projecerunt cadaver in sepulcro Elisei.* Vel celeriter revoluto lapide, qui erat ad ostium monumenti, vel casu aliquo sepulcrum reclusum invenientes. Hoc miraculum Deus patrari voluit reliquiis corporis Elisei, ut testimonium esset illius sanctitatis, firmiusque crederent Israelitæ quæ de Syrorum cladibus sub vitæ suæ finem vaticinatus fuerat.

23. *Reversus est.* LXX, *respexit.*

25. *Tulit urbes de manu Benadad.* Eas tantum recepit quas amiserat pater;

Digitized by Google

Hazael, quas tulerat de manu Joachaz patris sui jure prælii, tribus vicibus percussit eum Joas, et reddidit civitates Israel.

zaël, les villes qu'Hazaël avait prises à son père pendant la guerre. Joas le battit par trois fois; et il rendit à Israël les villes *qui lui avaient été prises.*

L'AN DU MONDE 3168.

CHAPITRE XIV.

§ I. *Amasias règne justement. Il fait mourir ceux qui avaient tué son père. Il bat les Iduméens et leur prend une forteresse*

L'AN DU MONDE 3165 FINISSANT.

1. In anno secundo Joas filii Joachaz regis Israel, regnavit Amasias filius Joas regis Juda.

1. La seconde année *du règne* de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël, *à compter du jour de son association au royaume par son père qui vivait encore,* Amasias, fils de Joas, roi de Juda, commença son règne.

2. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset : viginti autem et novem annis regnavit in Jerusalem, nomen matris ejus Joadan de Jerusalem.

2. Il avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença à régner; et il régna vingt-neuf ans dans Jérusalem, *savoir : quatorze ans avec son père, et quinze ans après sa mort.* Sa mère était de Jérusalem, et elle s'appelait Joadan.

3. Et fecit rectum coram Domino, verumtamen non ut David pater ejus. Juxta omnia, quæ fecit Joas pater suus, fecit :

3. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur, mais non comme David, son père. Il se conduisit en tout comme Joas, son père, s'était conduit *au commencement de son règne, et on ne lui put rien reprocher alors,*

4. Nisi hoc tantum, quod excelsa non abstulit : adhuc enim populus immolabat, et adolebat incensum in excelsis.

4. Sinon qu'il n'ôta point les hauts lieux *consacrés au Seigneur;* car le peuple y sacrifiait encore et y brûlait de l'encens.

5. Cumque obtinuisset regnum, percussit servos suos, qui interfecerant regem patrem suum :

5. Lorsqu'il eut affermi son règne, il fit mourir ceux de ses officiers qui avaient tué le roi son père :

6. Filios autem eorum, qui occiderant, non occidit, juxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens : Non morientur patres pro filiis,

6. Mais il ne fit point mourir les enfants de ces meurtriers, selon ce qui est écrit au livre de la loi de Moïse, et selon cette ordonnance du Seigneur : Les pères ne mourront point pour les fils, et les fils ne

---

quas autem amiserat Jehu, recepit Jeroboam ejusdem Jehu pronepos.

Cap. XIV. * 3. *Fecit rectum.* Quia idola non coluit sub initium regni sui, quanquam postea in idololatriam lapsus est.

4. *Excelsa non abstulit.* Vide dicta III. Reg. 22. 44.

5. *Percussit servos suos.* Hinc colligitur eos qui regem Joas percusserunt non fuisse fugitivos quospiam sicarios, sed viros potentes, quorum familiæ Hierosolymis notæ essent, in quibus et liberi essent, qui pœnas possent pro nocentibus parentibus luere.

6. *Non morientur patres pro filiis.* Præceptum hoc habetur in Deuterono-

Digitized by Google

mourront point pour les pères; mais chacun mourra dans son péché.

7. Ce fut lui qui battit dix mille Iduméens dans la vallée des Salines, et qui prit d'assaut une forteresse qu'il appela Jectehel, comme elle s'appelle encore aujourd'hui, *montrant par ce nom qui signifie l'obéissance au Seigneur, que sa victoire était le fruit de son obéissance à Dieu.*

neque filii morientur pro patribus : sed unusquisque in peccato suo morietur.

7. Ipse percussit Edom in valle Salinarum decem millia, et apprehendit petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jectehel, usque in præsentem diem.

§ II. *Amasias déclare la guerre à Joas, roi d'Israël. Ce prince tâche de le porter à la paix. Amasias ne veut point l'écouter. Jésus marche contre lui et lui donne bataille. Amasias la perd, est pris par Joas qui enlève tous les trésors du temple de Jérusalem et les porte à Samarie. Joas meurt, et Jéroboam, son fils, règne en sa place.*

L'AN DU MONDE 3177. — AVANT J.-C. 827

8. Alors Amasias, *enflé de sa victoire,* envoya des ambassadeurs vers Joas, fils de Joachaz, fils de Jéhu, roi d'Israël, et lui fit dire : Venez et voyons-nous l'un l'autre *les armes à la main.*

9. Joas, roi d'Israël, renvoya *cette réponse* à Amasias, roi de Juda : Le chardon du Liban envoya vers le cèdre qui est au Liban? et lui fit dire : Donnez-moi votre fille, afin que mon fils l'épouse. Mais les bêtes de la forêt du Liban passèrent et foulèrent aux pieds le chardon, *étant choquées de sa vanité.*

8. Tunc misit Amasias nuntios ad Joas filium Joachaz, filii Jehu regis Israel, dicens : Veni, et videamus nos.

9. Remisitque Joas rex Israel ad Amasiam regem Juda, dicens : Carduus Libani misit ad cedrum quæ est in Libano, dicens : Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, et conculcaverunt carduum.

---

mio c. 24. 16, et apud Ezechielem c. 18. 20, quod de humano judicio, non de divino accipiendum esse tota Scriptura testatur, in qua frequenter occurrit Deum visitare peccata parentum in filios usque ad tertiam et quartam generationem.

7. *Percussit Edom.* Victoriam reportavit de Idumæis, qui tempore Joram regis Juda rebellaverant, ut patet ex II. Paral. 21. 10. — *In valle Salinarum.* Ita dicta a puteis salis qui ibi visuntur. Vallis Silvestris appellatur in Genes. 14. 8, estque ad mare Mortuum in finibus tribus Judæ, et regni Idumæorum. Vide Adrichomium in tribu Juda, n. 211. — *Apprehendit petram in prælio.* Quæ Idumæorum præsidio tenebatur. * Petra urbs erat in Arabia, unde dicta est Arabia Petrea. — *Jectehel.* De nomine scilicet ducis qui locum illum occupaverat, ut vult Vatablus. * Quia Jectehel obedientiam Dei significat, putant aliqui sic oppidum illud appellatum, quod in illud jura Mosis constituisset.

8. *Videamus nos.* Sunt verba provocantis ad pugnam, quasi diceret, ut explicat Josephus lib. 9 Antiq. cap. 10 : Aut imperata fac, et mihi pareas; aut bello decernamus de jure imperii.

9. *Carduus Libani.* Apologus est; solebant enim Hebræi frequenter apologis et parabolis uti ad id quod volebant expressius significandum. — *Conculcaverunt carduum.* Cum maxime superbiret carduus, et affinitatem cedri ambiret, obtritus est. Ita te conteram exercitu meo, si me provocare pergas.

Digitized by Google

10. Percutiens invaluisti super Edom, et sublevavit te cor tuum : contentus esto gloria, et sede in domo tua : quare provocas malum, ut cadas tu et Judas tecum?

10. Parce que vous avez eu de l'avantage sur les Iduméens, et que vous les avez battus, votre cœur s'est élevé d'orgueil. Soyez content de votre gloire, et demeurez en repos dans votre maison. Pourquoi cherchez-vous votre malheur pour périr vous-même et faire périr Juda avec vous?

11. Et non acquievit Amasias : ascenditque Joas rex Israel, et viderunt se, ipse et Amasias rex Juda, in Bethsames oppido Judæ.

11. Mais Amasias ne voulut point écouter cette remontrance. Et Joas, roi d'Israël, marcha contre lui. Ils se virent donc, Amasias, roi de Juda, et lui, près de Bethsamès, qui est une ville de Juda.

12. Percussusque est Juda coram Israel, et fugerunt unusquisque in tabernacula sua.

12. L'armée de Juda fut taillée en pièces par celle d'Israël, et chacun s'enfuit chez soi.

13. Amasias vero regem Juda, filium Joas filii Ochosiæ, cepit Joas rex Israel in Bethsames, et adduxit eum in Jerusalem, et interrupit murum Jerusalem, a porta Ephraim usque ad portam Anguli, quadringentis cubitis.

13. Et Joas, roi d'Israël, prit dans *le combat de* Bethsamès, Amasias, roi de Juda, fils de Joas, fils d'Ochosias, et l'emmena à Jérusalem. Il fit une brèche à la muraille de Jérusalem de quatre cents coudées de long, depuis la porte d'Éphraïm jusqu'à la porte de l'Angle.

14. Tulitque omne aurum, et argentum, et universa vasa, quæ inventa sunt in domo Domini, et in thesauris regis, et obsides, et reversus est in Samariam.

14. Il emporta tout l'or et l'argent et tous les vases qui se trouvèrent dans la maison du Seigneur, et dans tous les trésors du roi. Il prit des otages et retourna à Samarie.

15. Reliqua autem verborum Joas quæ fecit, et fortitudo ejus qua pugnavit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

15. Le reste des actions de Joas, et la grandeur de courage avec lequel il combattit contre Amasias, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

16. Dormivitque Joas cum patribus suis, et sepultus est in Samaria cum regibus Israel : et regnavit Jeroboam filius ejus pro eo.

16. Joas s'endormit enfin avec ses pères et fut enseveli à Samarie avec les rois d'Israël. Et Jéroboam, son fils, régna en sa place.

---

10. *Sede in domo tua.* Vel, ut est in hebr. et LXX, *gloriare sedens in domo tua.*

11. *In Bethsames oppido Judæ.* Erat enim altera Bethsames in tribu Nephthali.

13. *Adduxit eum in Jerusalem.* Vinctum, ut vult Tostatus; aut acri potius septum custodia, ut explicat Josephus. — *Interrupit murum Jerusalem.* Diruit murorum partem, ut cum toto exercitu ingredi atque egredi pro arbitrio posset. Josephus ait curru per interstitium illud triumphabundum ingressum esse regem Israel in Jerusalem. — *A porta Ephraim.* Portam Ephraim Villalpandus constituit à septentrionali urbis parte, sicut et portam Anguli, ad turrim Psephinam, ad eam partem qua muris septentrionalis occidentali conjungitur, et angulum facit. Porro porta Ephraim sic dicta est quod ea recta in tribum Ephraim et Samariam duceret.

14. *Obsides.* Voluit enim Joas Amasiam habere vectigalem, ideoque ex præcipuis familiis Judæorum obsides adduxit secum.

Digitized by Google

§ III. *Amasias est obligé de s'enfuir à Lachis à cause d'une conjuration faite contre lui à Jérusalem. Les conjurés l'y poursuivent et l'y tuent. Son fils Azarias est établi roi en sa place. Jéroboam, roi d'Israël, rétablit les limites de ce royaume, selon la prédiction de Jonas.*

L'AN DU MONDE 3194. — AVANT J.-C. 810.

17. Mais Amasias, fils de Joas, roi de Juda, régna encore quinze ans après la mort de Joas, fils de Joachaz, roi d'Israël.

18. Le reste des actions d'Amasias est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

19. Il se fit une conjuration contre lui à Jérusalem, qui l'obligea de s'enfuir à Lachis. Mais ils envoyèrent après lui à Lachis, et ils le tuèrent en ce même lieu.

20. Ils transportèrent son corps sur des chevaux, et il fut enseveli avec ses pères en la ville de David.

21. Tout le peuple de Juda prit ensuite Azarias âgé de seize ans, et il fut établi roi en la place de son père Amasias.

22. Ce fut lui qui bâtit Ælath, l'ayant reconquise pour Juda, après que le roi se fut endormi avec ses pères.

23. La quinzième année *du règne* d'Amasias, fils de Joas, roi de Juda, Jéroboam, fils de Joas, roi d'Israël, commença à régner à Samarie, et y régna quarante-un ans.

17. Vixit autem Amasias, filius Joas, rex Juda, postquam mortuus est Joas filius Joachaz regis Israel, quindecim annis.

18. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

19. Factaque est contra eum conjuratio in Jerusalem : at ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, et interfecerunt eum ibi.

20. Et asportaverunt in equis, sepultusque est in Jerusalem cum patribus suis in civitate David.

21. Tulit autem universus populus Judæ Azariam annos natum sedecim, et constituerunt eum regem pro patre ejus Amasia.

22. Ipse ædificavit Ælath, et restituit eam Judæ, postquam dormivit rex cum patribus suis.

23. Anno quinto decimo Amasiæ filii Joas regis Juda, regnavit Jeroboam filius Joas regis Israel in Samaria, quadraginta et uno anno :

L'AN DU MONDE 3179.

24. Il fit le mal devant le Seigneur : il ne se retira point de tous les péchés de Jéro-

24. Et fecit quod malum est coram Domino, Non recessit ab om-

---

19. *Factaque est contra eum conjuratio in Jerusalem.* Conjuratorum nomina Scriptura non expressit. Videntur fuisse viri potentes ac primarii, quibus rex ausus non est resistere, aut plectere, sed fuga se subduxit. — *In Lachis.* Erat urbs fortissima et munita tribus Judæ in sorte Dan, ut tradit Adrichomius in tribu Dan, n. 41, apud quem vide plura. — *Interfecerunt eum ibi.* Ex quo apparet conjuratorum potentia, et exiguus populi amor in regem.

21. *Azariam.* Qui etiam Ozias dictus est, ut patet II. Paralip. 26. 1.

22. *Ædificavit Ælath.* Pugnavit contra Idumæos, et Ælath recepit et instauravit. Erat hæc urbs sita in littore maris Rubri. Vide plura apud Adrichomium in descriptione deserti Pharan, n. 37. — *Restituit eam Judæ.* Nam David cum Idumæos subjugasset, etiam Ælath et portum ejus in suam ditionem redegerat.

Digitized by Google

nibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Ipse restituit terminos Israel, ab introitu Emath, usque ad mare Solitudinis, juxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per servum suum Jonam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Opher.

26. Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, et quod consumpti essent usque ad clausos carcere, et extremos, et non esset qui auxiliaretur Israeli.

27. Nec locutus est Dominus ut deleret nomen Israel de sub cœlo, sed salvavit eos in manu Jeroboam filii Joas.

28. Reliqua autem sermonum Jeroboam, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus qua prœliatus est, et quomodo restituit Damascum et Emath Judæ in Israel, nonne

boam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Il rétablit les limites *du royaume* d'Israël *telles qu'elles avaient été sous le règne de Jéroboam premier. Il reconquit tout ce qui était* depuis l'entrée d'Emath jusqu'à la mer du Désert, selon la parole que le Seigneur le Dieu d'Israël avait prononcée par son serviteur Jonas, fils d'Amathi, prophète, qui était de Geth, qui est en Opher, *dans la tribu de Zabulon.*

26. Car le Seigneur vit l'affliction d'Israël qui était venue à son comble : *il vit* qu'ils étaient tous consumés, jusqu'à ceux qui étaient renfermés dans la prison, et jusqu'aux derniers du peuple, sans qu'il y eût personne qui secourût Israël.

27. Le Seigneur ne voulut *donc* pas effacer le nom d'Israël de dessous le ciel ; mais il les sauva par la main de Jéroboam, fils de Joas.

28. Le reste des actions de Jéroboam, tout ce qu'il a fait, le courage avec lequel il combattit, comment il reconquit pour Israël Damas et Emath qui avaient été à Juda, *et dont les Syriens s'étaient emparés,*

---

25. *Ab introitu Emath.* Qui locus prope Damascum et montem Libanum Israeli ad septentrionem fuit. * Vide Num. 34. 8. — *Usque ad mare Solitudinis.* Quod usque ad Idumæos ad meridiem Judæ protendebatur. — *Juxta sermonem Domini.* De rerum ergo eventu a propheta Jona admonitus fuit Jeroboam, et ad certas de Syris victorias animatus. — *Qui erat de Geth, quæ est in Opher.* Scilicet in tribu Zabulon, ad differentiam alterius Geth Philisthæorum. * Ex hoc loco discimus quo tempore vixerit Jonas propheta.

26. *Usque ad clausos carcere, et extremos.* Hebr. *et non erat clausus, nec derelictus.* Chald. *et erant dispersi et deserti.* LXX habent, *attenuatos*, vel *rarefactos, clausos et derelictos.* Significat Israelitas eo redactos, ut nusquam prodire auderent, totis campis hostibus late dominantibus, nec ausum apparere quemquam, nisi miseros et inopes quos hostis ut armis et ira sua indignos contemneret. * Vide III. Reg. 14. 10, et 21. 21.

27. *Nec locutus est Dominus ut deleret.* Sicut nomen Amalecitarum, I. Reg. 15. 3. — *In manu Jeroboam filii Joas.* Et prius in manu Joas patris ejus.

28. *Restituit Damascum et Emath.* Regno scilicet Israelis. Dicitur restituisse, habita ratione Davidis, qui Damascum et Syriam totam habuit tributariam. Emath autem pridem a Salomone occupatam legimus II. Paral. 8. 3. Est autem Emath regio quæ ab aquilone terram sanctam terminat. — *Judæ in Israel.* Quomodo Judæ restituit, cum ipse esset rex Israelis, et sibi vicinæ essent, a Juda vero longissime distarent? Dicendum videtur restituisse *Judæ in Israel*, Judæ quidem quia David et Salomon, qui eas primum obtinuerant, uerant reges de tribu Juda, et tribui suæ acquisivisse videbantur quamvis omnibus tribubus imperarent; in Israel autem quia non sunt factæ tributariæ regi Juda, sed Jeroboamo qui in Israel imperabat.

Digitized by Google

tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

29. Jéroboam s'endormit avec les rois d'Israël ses pères, et Zacharias, son fils, régna en sa place.

hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

29. Dormivitque Jeroboam cum patribus suis regibus Israel, et regnavit Zacharias filius ejus pro eo.

CHAPITRE XV.

§ 1. *Azarias, roi de Juda, est frappé de lèpre. Joatham, son fils, gouverne au lieu de lui et règne après lui. Zacharias règne sur Israël pendant six mois. Il est tué par Sellum qui règne en sa place.*

L'AN DU MONDE 3194. — AVANT J.-C. 810.

1. La vingt-septième année *du règne* de Jéroboam, roi d'Israël, *à compter du jour qu'il fut associé au royaume par son père,* Azarias, *qui se nommait aussi Ozias,* fils d'Amasias, roi de Juda, commença à régner.

2. Il n'avait que seize ans lorsque son règne commença; et il régna cinquante-deux ans dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jéchélie.

3. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et il se conduisit en tout *ce qui regardait le culte de Dieu* comme Amasias, son père.

4. Il ne ruina point néanmoins les hauts lieux *consacrés au Seigneur;* et le peuple y sacrifiait et y brûlait de l'encens, *contre l'ordonnance de la loi.*

5. Mais le Seigneur frappa ce roi, *parce qu'il entreprit d'exercer les fonctions du sacerdoce;* et il demeura lépreux jusqu'au jour de sa mort. Il vivait à part dans une maison écartée. Cependant Joatham, fils du roi, était grand maître du palais et jugeait le peuple.

6. Le reste des actions d'Azarias, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

7. Et Azarias s'endormit avec ses pères;

1. Anno vigesimo septimo Jeroboam regis Israel, regnavit Azarias filius Amasiæ regis Juda

2. Sedecim annorum erat cum regnare cœpisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem.

3. Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia quæ fecit Amasias pater ejus.

4. Verumtamen excelsa non est demolitus : adhuc populus sacrificabat, et adolebat incensum in excelsis.

5. Percussit autem Dominus regem, et fuit leprosus usque in diem mortis suæ, et habitabat in domo libera seorsum : Joatham vero filius regis gubernabat palatium, et judicabat populum terræ.

6. Reliqua autem sermonum Azariæ, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

7. Et dormivit Azarias cum pa-

CAP. XV. 4. *Excelsa non est demolitus.* Vide dicta III. Reg. 22. 44.

5. *Fuit leprosus.* Lepræ causam vide II. Paral. 26. 19. — *Habitabat in domo libera seorsum.* II. Paral. 26. 21, dicitur habitasse *in domo separata.* Domus libera est, quæ aliis annexa non est, sed separata et sejuncta. Chaldæus habet, *sedit extra Jerusalem :* eadem vero erat ratio castrorum in deserto, et civitatum in terra Chanaan. Vide Levit., 13, 46.

Digitized by Google

tribus suis : sepelieruntque eum cum majoribus suis in civitate David, et regnavit Joatham filius ejus pro eo.

et il fut enseveli avec ses ancêtres dans la ville de David. Et Joatham, son fils, régna en sa place.

L'AN DU MONDE 3246.

8. Anno trigesimo octavo Azariæ regis Juda, regnavit Zacharias filius Jeroboam super Israel in Samaria sex mensibus :

8. La trente-huitième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Zacharias, fils de Jéroboam, régna dans Israël à Samarie pendant six mois.

L'AN DU MONDE 3232.

9. Et fecit quod malum est coram Domino, sicut fecerant patres ejus : non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

9. Il fit le mal devant le Seigneur comme avait fait ses pères ; et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël. *Aussi fut-il le dernier de la race de Jéhu qui régna sur Israël.*

10. Conjuravit autem contra eum Sellum filius Jabes : percussitque eum palam, et interfecit, regnavitque pro eo.

10. *Car* Sellum, fils de Jabès, fit une conjuration contre lui. Il l'attaqua et le tua publiquement, et il régna en sa place.

11. Reliqua autem verborum Zachariæ, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

4. Ipse dissipavit excelsa, et contrivit statuas, et succidit lucos confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses : siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum : vocavitque nomen ejus Nohestan.

5. In Domino Deo Israel speravit : itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda,

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 493.

CAP. XVIII. 3. *Juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.* Hæc laus perpaucis regibus tribuitur, scilicet Asæ, III. Reg. 15. 11; Josaphat II. Paral. 17. 3. Josiæ II. Paral. 34. 2, et hoc lib. c. 22. 2.

4. *Dissipavit excelsa.* Videtur hoc cum aliqua exceptione intelligendum nam infra, c. 23, n. 13 et 14, dicitur Josiam succidisse lucos et contrivisse statuas a Salomone in Monte Offensionis excitatas. Ezechias ergo, qui illum antecessit, illa reliquit intacta; vel quod populus non permitteret auferri, vel quod populus non peccaret, quod ea idola non coleret, quibus ille locus jam; pridem fuerat consecratus. — *Confregitque serpentem æneum.* In quo rudis populus aliquid divinitatis latere existimabat. — *Nohestan.* Id est, *æs eorum,* * sive *parvum æs.* Ita contemptim vocat serpentem, quasi diceret : Nihil serpentem hunc esse præter æs, et in Domino sperandum esse, non in illo; unde Scriptura statim subdit : *In Domino Deo Israel speravit.*

5. *Non fuit similis ei.* Idem elogium Josiæ tribuitur infra, c. 23, n. 25;

Digitized by Google

sed neque in his qui ante eum fuerunt :

6. Et adhæsit Domino, et non recessit a vestigiis ejus, fecitque mandata ejus, quæ præceperat Dominus Moysi.

7. Unde et erat Dominus cum eo, et in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellavit quoque contra regem Assyriorum, et non servivit ei.

8. Ipse percussit Philisthæos usque ad Gazam, et omnes terminos eorum, a turre custodum usque ad civitatem munitam.

9. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israel, ascendit Salmanazar rex Assyriorum in Samariam, et oppugnavit eam (1),

Juda, qui lui fût semblable, comme il n'y en avait point eu avant lui.

6. Il demeura attaché au Seigneur; il ne se retira point de ses voies ; et il observa les commandements que le Seigneur avait donnés à Moïse *avec un entière fidélité.*

7. C'est pourquoi le Seigneur était avec ce prince, et il se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises. Il secoua aussi le joug du roi des Assyriens, *qui, sous prétexte de venir au secours d'Achaz, son père, l'avait lui-même assujetti ;* et *Ezéchias* ne voulut plus lui être asservi.

8. Il battit les Philistins, *qui s'étaient emparés de plusieurs villes de Juda; il les poursuivit* jusqu'à Gaza, et ruina leurs terres, depuis les tours des gardes jusqu'aux villes fortes, *c'est-à-dire depuis les moindres villages jusqu'aux plus grandes villes.*

9. La quatrième année *du règne* du roi Ezéchias, qui était la septième *du règne* d'Osée, fils d'Ela, roi d'Israël, Salmanasar, roi des Assyriens, vint à Samarie l'assiéger,

L'AN DU MONDE 3281.

10. Et cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria :

11. Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocavitque eos in Hala et in Habor fluviis Gozan in civitatibus Medorum :

12. Quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum ejus : omnia, quæ præceperat Moyses servus Domini, non audierunt, neque fecerunt.

10. Et la prit. Car Samarie fut prise après un siége de trois ans, la sixième année *du règne* du roi Ezéchias, c'est-à-dire la neuvième année *du règne* d'Osée, roi d'Israël.

11. Et le roi des Assyriens transféra les Israélites en Assyrie, et il les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve de Gozan :

12. Parce qu'ils n'avaient point écouté la voix du Seigneur leur Dieu, qu'ils avaient violé son alliance, et qu'ils n'avaient ni écouté ni suivi toutes les ordonnances que Moïse, serviteur du Seigneur, leur avait prescrites.

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tom. III, page 476.

---

quod intellige quoad aliquid, sicut et illud, *Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Exoelsi.* Vel est hyperbole.

*7. *Rebellavit.* Jam enim a tempore Achaz patris Ezechiæ dederant se Judæi Assyriis, ut patet ex IV. Reg. 16. 7.

8. *A turre custodum.* Vide dicta c. proxime superiore, n. 9.

9. *Anno quarto regis Ezechiæ.* Hæc explicata sunt c. 17, n. 6.

Digitized by Google

ral des troupes de Zacharie, ayant appris qu'il avait été tué, vint de Thersa à Samarie *pour venger sa mort.* Il attaqua Sellum, fils de Jabès, le tua dans la même ville, et régna en sa place.

15. Le reste des actions de Sellum, et la conjuration qu'il fit pour surprendre le roi est écrite au livre des Annales des rois d'Israël.

16. En ce même temps Manahem prit la ville de Thapsa, tua tout ce qui était dedans, et en ruina tout le territoire jusqu'aux confins de Thersa, parce que les habitants ne lui avaient pas voulu ouvrir *les portes.* Il tua toutes les femmes grosses, et il leur fendit le ventre.

17. La trente-neuvième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Manahem, fils de Gadi, commença à régner sur Israël à Samarie, et y régna dix ans.

18. Il fit le mal devant le Seigneur, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël pendant tout son règne.

19. Phul, roi des Assyriens, étant venu dans la terre *d'Israël, à la prière de* Manahem ; *ce prince* lui donna mille talents d'argent, afin qu'il le secourût et qu'il affermît son règne.

20. Manahem leva cet argent dans Israël sur toutes les personnes puissantes et riches, pour le donner au roi des Assyriens, et il les taxa à cinquante sicles d'argent par tête. Le roi d'Assyrie retourna aussitôt, et il ne demeura point dans le pays.

21. Le reste des actions de Manahem, et tout ce qu'il a fait est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

Gadi de Thersa : venitque in Samariam, et percussit Sellum filium Jabes in Samaria, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

15. Reliqua autem verborum Sellum, et conjuratio ejus, per quam tetendit insidias, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

16. Tunc percussit Manahem Thapsam, et omnes qui erant in ea, et terminos ejus de Thersa; noluerant enim aperire ei : et interfecit omnes prægnantes ejus, et scidit eas.

17. Anno trigesimo nono Azariæ regis Juda, regnavit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria.

18. Fecitque quod erat malum coram Domino : non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel cunctis diebus ejus.

19. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram, et dabat Manahem Phul mille talenta argenti, ut esset in auxilium, et firmaret regnum ejus.

20. Indixitque Manahem argentum super Israel cunctis potentibus et divitibus, ut daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos : reversusque est rex Assyriorum, et non est moratus in terra.

21. Reliqua autem sermonum Manahem, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

---

14. *De Thersa.* Vide dicta III. Reg. 14. 17.

16. *Percussit Manahem Thapsam.* Urbem positam in finibus Thersa, ejus imperium detractantem. — *Terminos ejus de Thersa.* Id est, usque ad Thersam, vel à parte quæ respiciebat Thersam.

19. *Veniebat Phul rex Assyriorum.* Mille argenti talenta quorum hic mentio fit, videntur fuisse annua; hoc enim significant voces illæ, *veniebat, dabat, etc.;* quod ita esse clarius patet ex LXX in bibliis regiis, qui habent, *cunctis diebus ejus venicbat Phul, etc.*

20. *Quinquaginta siclos.* Qui ducentis hispanicis regalibus æquivalent.

Digitized by Google

22. Et dormivit Manahem cum patribus suis : regnavitque Phaceia filius ejus pro eo.

23. Anno quinquagesimo Azariæ regis Juda, regnavit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio :

22. Manahem s'endormit avec ses pères. Et Phacéia, son fils, régna en sa place.

23. La cinquantième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Phacéia, fils de Manahem, commença à régner sur Israël à Samarie, et y régna deux ans.

L'AN DU MONDE 3243.

24. Et fecit quod erat malum coram Domino : non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

25. Conjuravit autem adversus eum Phacee filius Romeliæ, dux ejus, et percussit eum in Samaria in turre domus regiæ, juxta Argob, et juxta Arie, et cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, et interfecit eum, regnavitque pro eo.

24. Il fit le mal devant le Seigneur, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

25. Phacée, fils de Romélie, général de ses troupes, fit une conspiration contre lui. Il l'attaqua à Samarie dans la tour de la maison royale, près d'Argob et d'Arié, et cinquante hommes de Galaad qui étaient avec lui, et il le tua et régna en sa place.

L'AN DU MONDE 3245.

26. Reliqua autem sermonum Phaceia, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

26. Le reste des actions de Phacéia, et tout ce qu'il a fait est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

§ III. *Phacée règne pendant vingt ans. Il fait le mal devant le Seigneur. Théglathphalasar transporte pendant son règne une grande partie des Israélites en Assyrie. Osée conspire contre Phacée, le tue et règne après lui. Joatham règne sur Juda pendant seize ans; et après sa mort, Achaz, son fils, lui succède.*

L'AN DU MONDE 3246.

27. Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Juda, regnavit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis.

28. Et fecit quod erat malum coram Domino : non recessit a peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel.

27. La cinquante-deuxième année *du règne* d'Azarias, roi de Juda, Phacée, fils de Romélie, régna dans Israël à Samarie pendant vingt ans.

28. Il fit le mal devant le Seigneur, et il ne se retira point des péchés de Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël.

---

25. *Dux ejus.* LXX, τριστάτην vocant, Josephus χιλίαρχον, id est, tribunum, seu mille viris præpositum. Hebræi, tertium a rege. — *Juxta Argob, et juxta Arie.* Ex hebræo, chaldæo et græco sententia est Phacee socios habuisse conjurationis Argob et Ariam, et cum iis quinquaginta viros Galaaditas, quibus adjutus, facinus perpetravit. Divus Hieronymus ea nomina tanquam locorum propria accepisse videtur, juxta quæ patrata sit cædes. Poterunt tamen inter se consiliari, si dicamus sensum esse percussum fuisse Phaceiam, cum juxta illum essent Argob et Arie. — *Viros.* Verti etiam posset ex hebræo, *viri*, ut significarentur non interfecti, sed interfectores.

Digitized by Google

29. Pendant le règne de Phacée, roi d'Israël, Théglathphalasar, roi des Assyriens, vint en Israël *à la prière d'Achaz, roi de Juda*, et prit Aion et Abel-Maison, Maacha, et Janoé, Cédès, Azor, Galaad, la Galilée et tout le pays de Nephthali, et en transporta tous les habitants en Assyrie.

30. Mais Osée, fils d'Ela, fit une conspiration contre Phacée, fils de Romélie, pour le surprendre. Il l'attaqua, le tua et régna en sa place la vingt-troisième année *du règne* de Joatham fils d'Ozias, *et la quatrième de celui d'Achaz.*

31. Le reste des actions de Phacée, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

32. La seconde année *du règne* de Phacée, fils de Romélie, roi d'Israël, Joatham, fils d'Ozias, roi de Juda, commença à régner.

33. Il avait vingt-cinq ans lorsque son règne commença, et il régna dans Jérusalem pendant seize ans. Sa mère s'appelait Jérusa, et était fille de Sadoc.

34. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout comme avait fait Ozias, son père.

35. Il ne détruisit pas néanmoins les hauts lieux; car le peuple y sacrifiait encore et y brûlait de l'encens. Ce fut lui qui bâtit la plus haute porte de la maison du Seigneur.

29. In diebus Phacee regis Israel venit Theglathphalasar rex Assur, et cepit Aion, et Abel Domum, Maacha et Janoe, et Cedes, et Azor, et Galaad, et Galilæam, et universam terram Nephthali : et transtulit eos in Assyrios.

30. Conjuravit autem, et tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ, et percussit eum, et interfecit : regnavitque pro eo vigesimo anno Joatham filii Oziæ.

31. Reliqua autem sermonum Phacee, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

32. Anno secundo Phacee, filii Romeliæ regis Israel, regnavit Joatham filius Oziæ regis Juda.

33. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Jerusa, filia Sadoc.

34. Fecitque quod erat placitum coram Domino : juxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est.

35. Verumtamen excelsa non abstulit : adhuc populus immolabat, et adolebat incensum in excelsis : ipse ædificavit portam domus Domini sublimissimam.

---

29. *Teglathphalasar rex Assur.* Assyriorum rex Phul, de quo n. 19, primus fuit Assyriorum rex post Sardanapalum, secundus Theglathphalasar, tertius Salmanasar, quartus Sennacherib, quintus Assaradon, sextus Berodac, septimus Benberodac, octavus Nabuchodonosor. — *Cepit Aion, et Abel Domum.* * Nomen est urbis unius, vel provinciæ, ut patet ex hebræo, chaldæo et græco. Hac clade quæ memoratur hoc versiculo amisit regnum Israelitarum dua tribus cum dimidia, quæ erant trans Jordanem, tribum scilicet Ruben, et Gad, et dimidiam tribum Manasse : cis Jordanem autem totam tribum Nephthali, qua tota superior Galilæa, quæ gentium dicta est, continetur. — *Transtulit eos in Assyrios.* Captivos abduxit in Assur.

35. *Portam... sublimissimam.* Hebr. et chald. vocant *portam superiorem*, sicut et LXX. Sixti in Paral. eadem porta vocatur excelsa. Vatablus, cui consentit Salianus, ait fuisse portam templi orientalem, cui portæ merito sublimissimæ epitheton additur, aut excelsæ; nulla enim erat excelsior, sive portæ nomine templi ostium accipiamus, cui usque ad fornicem triginta duos cubitos altitudinis tribuit Villalpandus, latitudinis vero quatuordecim; sive orientalem faciem vestibuli templi, quæ ad centum et viginti cubitos erigebatur.

Digitized by Google

36. Reliqua autem sermonum Joatham, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

37. In diebus illis cœpit Dominus mittere in Judam, Rasin regem Syriæ, et Phacee filium Romeliæ.

38. Et dormivit Joatham cum patribus suis, sepultusque est cum eis in civitate David patris sui, et regnavit Achaz filius ejus pro eo.

36. Le reste des actions de Joatham, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

37. En ce même temps le Seigneur commença à envoyer en Juda Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie.

38. Et Joatham s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli avec eux dans la ville de David, son père. Et Achaz, son fils, régna en sa place.

CHAPITRE XVI.

§ I. *Achaz, roi de Juda, ne fait point ce qui est agréable au Seigneur. Il consacre son fils aux idoles en le faisant passer par le feu. Il est assiégé dans Jérusalem par Rasin, roi de Syrie, et par Phacée, roi d'Israël. Il envoie demander du secours au roi des Assyriens qui prend Damas et tue Rasin.*

L'AN DU MONDE 3262. — L'AN DU MONDE 742.

1. Anno decimo ceptimo Phacee filii Romeliæ, regnavit Achaz filius Joatham regis Juda.

2. Viginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem : non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut David pater ejus (1);

3. Sed ambulavit in via regum Israel : insuper et filium suum consecravit, transferens per ignem secundum idola gentium : quæ dissipavit Dominus coram filiis Israel.

4. Immolabat quoque victimas, et adolebat incensum in excelsis, et in collibus, et sub omni ligno frondoso.

5. Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, et Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Jerusalem ad prælian-

1. La dix-septième année *du règne* de Phacée, fils de Romélie, Achaz, fils de Joatham, roi de Juda, monta sur le trône.

2. Il avait vingt ans lorsqu'il commença à régner, et il régna seize ans à Jérusalem. Il ne fit point ce qui était agréable au Seigneur son Dieu, comme David, son père.

3. Il marcha dans la voie des rois d'Israël, et consacra même son fils *aux idoles*, le faisant passer par le feu, suivant l'idolâtrie des nations que le Seigneur avait détruites à l'entrée des enfants d'Israël *dans la Palestine*.

4. Il immolait aussi des victimes, et offrait de l'encens sur les hauts lieux, sur les collines et sous tous les arbres chargés de feuillage.

5. Alors Rasin, roi de Syrie, et Phacée, fils de Romélie, roi d'Israël, *s'étant ligués ensemble*, vinrent mettre le siége devant

(1) Bible vengée, note VIII.

---

37. *Rasin regem Syriæ.* De quo sermo erit sequenti capite.

Cap. XVI. 3. *Filium suum consecravit, transferens per ignem.* Quod fiebat in honorem Moloch idoli Ammonitarum. Transferebant autem per ignem, aut amburendo tantum, aut etiam penitus cremando. Vox *transferens* lustrationem tantum superstitiosam significare videtur, non exustionem.

Digitized by Google

Jérusalem ; et tenant Achaz assiégé, ils ne purent néanmoins le prendre.

6. En ce même temps, Rasin, roi de Syrie, reconquit Elam de Syrie, et en chassa les Juifs *qui l'avaient prise sur les Iduméens ; et l'ayant rendue à ces peuples*, les Iduméens vinrent à Elam, et y habitèrent, comme ils y sont encore aujourd'hui.

dum : cumque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum.

6. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ, Ailam Syriæ, et ejecit Judæos de Aila : et Idumæi venerunt in Ailam, et habitaverunt ibi usque in diem hanc.

L'AN DU MONDE 3263.

7. *L'année suivante Rasin et Phacée s'unirent de nouveau pour venir assiéger Jérusalem.* Alors Achaz envoya des ambassadeurs à Théglathphalasar, roi des Assyriens, pour lui dire de sa part : Je suis votre serviteur et votre fils. Venez me sauver des mains du roi de Syrie et des mains du roi d'Israël qui se sont ligués contre moi.

7. Misit autem Achaz nuntioe ad Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens : Servus tuus, et filius tuus ego sum : ascende, et salvum me fac de manu regis Syriæ, et de manu regis Israel, qui consurrexerunt adversum me.

L'AN DU MONDE 3264.

8. Et ayant amassé l'argent et l'or qui se put trouver dans la maison du Seigneur et dans les trésors du roi, il en fit des présents au roi des Assyriens.

9. Le roi des Assyriens s'étant rendu à ce qu'il désirait de lui vint à Damas, ruina la ville, en transféra les habitants à Cyrène, et tua Rasin.

8. Et cum collegisset argentum et aurum, quod inveniri potuit in domo Domini, et in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera.

9. Qui et acquievit voluntati ejus : ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, et vastavit eam : et transtulit habitatores ejus Cyrenen, Rasin autem interfecit.

§ II. ***Achaz va à Damas voir le roi des Assyriens. Il ordonne au grand prêtr Urie de faire faire un autel comme celui de Damas dont il lui envoie le modèle. Il abandonne le culte du Seigneur et embrasse celui des idoles. Il meurt, et son fils Ezéchias lui succède.***

10. Alors le roi Achaz alla à Damas au-

10. Perrexitque rex Achaz in

---

6. *Ailam.* Quæ alio nomine dicebatur Ælath, de qua urbe dictum est supra, c. 14. n. 22. * Fuerat hæc urbs ab Ozia Syris erepta, II. Paralipomen. 26. 2. — *Idumæi venerunt in Ailam.* Qui ab illa fuerant ejecti, ut dicitur c. 14. cit. eodem, n. 22.

7. *Servus tuus, et filius tuus ego sum.* Quasi dicat : Clientulus tuus qui sub tua latet tutela. — *Ascende, et salvum me fac.* Qua postulatione auxilii peccavit Achaz, auxilium petens ab homine profano, præsertim quia nominatim Deus illi per Isaiam securitatem ab hisce regibus spoponderat, et ejus rei signum obtulerat, quod ille neglexerat.

9. *Damascum.* Syriæ metropolim. — *Cyrenen.* Id est, in Median superiorem, ut Josephus interpretatur. — *Rasin autem interfecit.* Qui ut regnum suum vastari cognovit, Damascum versus exercitum movit, et cum Assyriorum rege infeliciter conflixit.

10. *Misit.... exemplar ejus.* Ut in templo aliud fieret juxta formam et mo-

Digitized by Google

occursum Theglathphalasar regi Assyriorum in Damascum; cumque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriam sacerdotem exemplar ejus, et similitudinem juxta omne opus ejus.

devant de Théglathphalasar, roi des Assyriens : et ayant vu l'autel qui était à Damas, il en envoya au pontife Urie un modèle qui en représentait exactement tout l'ouvrage.

11. Extruxitque Urias sacerdos altare : juxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Urias, donec veniret rex Achaz de Damasco (1).

11. Et le pontife Urie bâtit un autel tout semblable à celui de Damas, selon l'ordre qu'il en avait reçu du roi Achaz, en attendant que ce roi fût revenu de Damas.

12. Cumque venisset rex de Damasco, vidit altare, et veneratus est illud : ascenditque et immolavit holocausta, et sacrificium suum,

12. Lorsque le roi Achaz fut revenu de Damas, il vit cet autel, et il le révéra, et y vint immoler des holocaustes et son sacrifice.

13. Et libavit libamina, et fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare.

13. Il fit des oblations de liqueurs, et y répandit le sang des hosties pacifiques qu'il avait offertes sur l'autel.

14. Porro altare æreum, quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, et de loco altaris, et de loco templi Domini : posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem.

14. Il transporta l'autel d'airain *que Salomon avait fait faire, et* qui était devant le Seigneur, de devant la face du temple, du lieu de l'autel, et *du milieu* du temple du Seigneur, *où il avait été placé par ce prince ;* et il le mit à côté de l'autel *nouveau qu'il avait fait faire, dans un coin du parvis* vers le septentrion.

15. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens : Super altare majus offer holocaustum matutinum, et sacrificium vespertinum, et holocaustum regis, et

15. Le roi Achaz donna aussi cet ordre à Urie : Vous offrirez sur le grand autel *que j'ai fait faire* l'holocauste du matin et le sacrifice du soir, l'holocauste du roi et son sacrifice, l'holocauste de tout le peuple,

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 250.

---

dulum transmissum ad pontificem Uriam. Non est dubium Achaz templum profanasse sublato altari legitimo. An vero etiam in templo sacrificaverit idolis, incertum est. Videtur dicendum sacrificatum vero Deo, quia id fiebat ab Uria pontifice, ritu modoque consueto, ut patet ex n. 15 hujus capitis. Sunt tamen qui dicunt in eo altari Damasci sacrificatum : ita docent Abulensis, Genebrardus et Adrichomius. Fortasse utraque sententia vera est. Videtur enim sacer textus n. 12 indicare regem ipsum sacrificia super illo altari ritu Damascenorum per seipsum obtulisse, et super eodem etiam sacrificia a pontifice offerri voluisse juxta morem Hebræorum, quod, ut dixi, habetur ex n. 15.

11. *Donec venirct.* Interim dum aberat, necdum reversus a Damasco.

13. *Pacificorum.* In gratiarum actionem pro reditu, et pro salute sua, et regni sui prosperitate.

14. *Ex latere altaris.* Quod novum extruxerat.

15. *Altare majus.* Novum scilicet quod ipse excitari jusserat. — *Holocaustum matutinum et sacrificium vespertinum.* Quod etiam juge sacrificium appellatur, et præscribitur in lege Mosis Exod. 29. 38; et Num. 28. 3. — *Holocaustum regis.* Vel quod pro principis peccato offertur Levitici 4. 22, vel quæ fundata erant a regibus, ac præsertim a Salomone, de quibus dicitur

Digitized by Google

leurs sacrifices et leurs oblations de liqueurs, et vous répandrez sur cet autel tout le sang des victimes. Mais pour ce qui est de l'autel d'airain, je me réserve d'en ordonner à ma volonté.

16. Le pontife Urie exécuta donc en toutes choses les ordres que le roi Achaz lui avait donnés.

17. Le roi Achaz fit aussi ôter les socles ornés de gravures, et les cuves *d'airain* qui étaient dessus. Il fit aussi ôter la mer de dessus les bœufs d'airain qui la portaient, et il la mit sur le pavé du temple qui était de pierre, *la laissant ainsi dans le mépris et hors d'état de servir.*

18. Il ôta aussi le couvert *du lieu où les prêtres se reposaient le jour* du sabbat, qu'il avait lui-même bâti dans le temple;

sacrificium ejus, et holocaustum universi populi terræ, et sacrificia eorum, et libamina eorum : et omnem sanguinem holocausti, et universum sanguinem victimæ super illud effundes : altare vero æreum erit paratum ad voluntatem meam.

16. Fecit igitur Urias sacerdos, juxta omnia quæ præceperat rex Achaz.

17. Tulit autem rex Achaz cælatas bases, et luterem, qui erat desuper : et mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, et posuit super pavimentum stratum lapide.

18. Musach quoque sabbati, quod ædificaverat in templo, et ingressum regis exterius, conver-

---

II. Paral. 8. 12 : *Tunc obtulit Salomon holocausta,* id est, expensas pro perpetua fundatione holocaustorum, *ut per singulos dies offerretur in eo, etc.* — *Altare vero æreum.* A Salomone factum. — *Erit paratum ad voluntatem meam.* Ex eo quod libuerit faciam.

17. *Posuit super pavimentum stratum lapide.* Ut ibi nulli usui esse possent, sed contemptim jacerent, juxta illud Paralipomen. lib. 2. 28, 22. *Insuper et tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum.* Id vero factum est *tempore angustiæ*, cum scilicet malis respublica premeretur, et pœnitentia potius placandus esset Deus quam sceleribus irritandus.

18. *Musach quoque sabbati.* Quod extructum erat in atrio dejecit ac sustulit. Id quidam interpretantur pulpitum, chaldæus, exemplar; alii, velum, vel operimentum; alii aiunt fuisse tentorium sub quo sacerdotes, aut levitæ perfuncti munere, suæ hebdomadæ quiescerent sabbato, postridie abituri, ut ait hoc loco Emmanuel Sa. LXX vocant fundamentum cathedræ sabbatorum, quod ædificaverat in domo Domini. Significare videntur æneam quamdam basim ad ejus similitudinem, quam construxerat Salomon orandi causa, super quam regis cathedra, cum in sabbatis adesset, aut sacrificiis, aut expositioni divinæ legis componeretur, quam basim vel ipse extruxerat, vel aliquis e prioribus regibus; nam illud *ædificaverat*, Vatablus passive interpretatur, *extructum erat.* * Vide supra, c. 11. 14, ubi appellatur *tribunal*, et Ezechiel 46. 1. Erat porro hoc tribunal pretioso conopeo desuper coopertum, et ad illud patebat, ingressus est palatio regis per templi atria. — *Ingressum regis.* Porticum qua in templum ibatur ex regio palatio. — *Exterius, convertit.* Occlusit, ita ut a regia volenti in templum ire non jam recta, ut prius, aditus pateret, sed longo circuitu opus esset, quod ex hebræo etiam clarius patet, in quo, ut vertit Pagninus, habemus : *Ingressum regis exterius circuire fecit.* * Vel certe Achaz in gratiam regis Assyriorum, qui probro sibi duxisset foris cum populo stare, tribunal hoc convertit in templum Domini, seu in interius atrium sacerdotum, ex quo factum ut longiori via, et non recta, ut prius, ad musach seu tribunal perveniretur. — *Propter regem Assyriorum.* Ut sci-

Digitized by Google

tit in templum Domini, propter regem Assyriorum.

et au lieu de l'entrée de dehors par où le roi passait du palais au temple *à la vue du peuple*, il en fit une au dedans *par où il entrait secrètement* à cause du roi des Assyriens *auquel il craignait de déplaire en adorant le Seigneur.*

19. Reliqua autem verborum Achaz, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

19. Le reste des actions d'Achaz est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Dormivitque Achaz cum patribus suis, et sepultus est cum eis in civitate David, et regnavit Ezechias filius ejus pro eo.

20. Achaz s'endormit avec ses pères, et il fut enseveli dans la ville de David. Et Ezéchias, son fils, régna en sa place.

CHAPITRE XVII.

§ I. *Osée, roi d'Israël, fait le mal devant le Seigneur. Il est assujetti au roi des Assyriens. Ce prince ayant su qu'il voulait se révolter marche contre lui, le prend dans Samarie, dont il envoie les habitants en Assyrie. Dieu le permet ainsi pour les punir de leur idolâtrie.*

L'AN DU MONDE 3274.— AVANT J.-C. 730.

1. Anno duodecimo Achaz regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israel novem annis.

1. La douzième année *du règne* d'Achaz, roi de Juda, Osée, fils d'Ela, *qui dès la quatrième année de ce règne avait tué Phacée, fils de Romélie, et s'était emparé du royaume d'Israël où il y avait eu beaucoup de troubles*, régna *enfin paisiblement* sur Israël à Samarie pendant neuf ans.

2. Fecitque malum coram Domino : sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui : *car il souffrait que son peuple allât à Jérusalem y adorer le vrai Dieu : ce que ses prédécesseurs avaient toujours empêché.*

3. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddebatque illi tributa.

3. *Cependant* Salmanasar, roi des Assyriens, *qui avait succédé à Théglathphalasar*, marcha contre lui *dès la quatrième année de son règne. Et dès lors* Osée fut asservi à Salmanasar, roi des Assyriens, et lui payait tribut.

---

licet illi gratificaretur, isque intelligeret Achaz plane ad idolorum cultum transivisse.

Cap. XVII. 3. *Sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.* Chronicon Hebræorum c. 22 ait Oseam cum cerneret abductos esse ab Assyriis vitulos aureos, qui erant in Dan et Bethel, non prohibuisse quominus subditi regni sui ter in anno Hierosolymam ascenderent ad adorandum, quod hactenus ab Israelis regibus vetitum fuerat, quod Genebrardus probat, et Salianus.

3. *Contra hunc ascendit Salmanasar.* Quia Osee tributa pendere recusavit,

Digitized by Google

4. Mais le roi des Assyriens ayant découvert qu'Osée pensait à se révolter contre lui, et que, pour s'affranchir du tribut qu'il lui payait tous les ans, il avait envoyé des ambassadeurs à Sua, roi d'Egypte, il l'assiégea, et l'ayant pris, il l'envoya lié en prison. *Voici comme la chose se passa.*

4. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens misisset nuntios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, et vinctum misit in carcerem (1).

L'AN DU MONDE 3279.

5. Salmanasar fit *d'abord* des courses par tout le pays *dépendant du royaume d'Israël;* et étant venu *ensuite* à Samarie, il la tint assiégée pendant trois ans.

6. *Enfin* la neuvième année *du règne* d'Osée, le roi des Assyriens prit Samarie, et transféra les Israélites au pays des Assyriens, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve de Gozan.

5. Pervagatusque est omnem terram : et ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, et transtulit Israel in Assyrios : posuitque eos in Hala, et in Habor juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

L'AN DU MONDE 3283.

7. Et cela arriva parce que les enfants d'Israël avaient péché contre le Seigneur leur Dieu, qui les avait tirés de l'Egypte, et de la puissance de Pharaon, roi d'Egypte, et qu'ils adoraient des dieux étrangers.

8. Ils vivaient selon les coutumes des nations que le Seigneur avait exterminées à l'entrée des enfants d'Israël ; et selon les coutumes *introduites par l'impiété* des rois d'Israël qui avaient imité ces nations.

9. Les enfants d'Israël avaient *donc* offensé le Seigneur leur Dieu par ces actions

7. Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos.

8. Et ambulaverunt juxta ritum gentium, quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, et regum Israel; quia similiter fecerant.

9. Et offenderunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 477.

---

et defectionem spectare visus est, ut habetur n. 4 sequenti. — * *Factus est ei Osee servus.* Pensitatione annui tributi.

4. *Carcerem.* Scilicet capta Samaria. Est anticipatio, postea enim narratur quomodo id factum est.

6. *In Hala et in Habor juxta fluvium Gozan.* Hoc idem repetitur c. 18. 11, cum nonnulla diversitate : *Collocavitque eos,* inquit, *in ala et in Habor fluviis Gozan in civitatibus Medorum.* Itaque c. 18 Hala et Habor fluvii dicuntur; hoc cap. 17 oppida. Verum cum alibi quoque, hoc est I. Paralip. 5. 26, Gozan dicatur fluvius, Hala vero et Habor civitates, suspicatur Salianus tom 4 anno mundi 3314 num. 11, in loco capitis decimi octavi non esse legendum *fluviis Gozan,* sed *fluvii Gozan.*

7. *Factum est enim, cum peccassent.* Enumerantur Israelitarum peccata quæ regni illius eversioni causam dederunt.

8. *Similiter fecerant.* Idola illorum more colendo.

9. *Verbis non rectis.* Rebus, operibus scelestis. — *A turre custodum.* Quod

Digitized by Google

suum : et ædificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, a turre custodum usque ad civitatem munitam.

10. Feceruntque sibi statuas, et lucos, in omni colle sublimi, et subter omne lignum nemorosum :

11. Et adolebant ibi incensum super aras in morem gentium, quas transtulerat Dominus a facie eorum : feceruntque verba pessima irritantes Dominum.

12. Et coluerunt immunditias, de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbum hoc.

13. Et testificatus est Dominus in Israel et in Juda, per manum omnium prophetarum et videntium, dicens : Revertimini a viis vestris pessimis, et custodite præcepta mea, et ceremonias, juxta omnem legem quam præcepi patribus vestris : et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum.

14. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo,

15. Et abjecerunt legitima ejus, et pactum, quod pepigit cum pa-

criminelles, et s'étaient bâti des hauts lieux dans toutes les villes, depuis les tours des gardes *qui servaient de retraite aux troupeaux et aux pasteurs* jusqu'aux villes fortes.

10. Ils avaient aussi dressé des statues et planté des bois sur toutes les hautes collines, et sous tous les arbres chargés de feuillages :

11. Et ils brûlaient de l'encens sur les autels, comme les nations que le Seigneur avait exterminées à leur entrée. Ils commettaient des actions très-criminelles par lesquelles ils irritaient le Seigneur.

12. Ils adoraient des abominations, contre la défense expresse que le Seigneur leur en avait faite.

13. Le Seigneur avait souvent fait ces protestations dans Israël et dans Juda par tous ses prophètes et par les voyants, et il leur avait dit : Quittez vos voies corrompues, et revenez à moi ; gardez mes préceptes et mes cérémonies, selon toutes les lois que j'ai prescrites à vos pères, et selon que je vous l'ai déclaré par les prophètes, mes serviteurs, que je vous ai envoyés.

14. Et ils n'avaient pas voulu écouter *le Seigneur ;* mais leur tête était devenue dure, *et* inflexible comme celles de leurs pères qui n'avaient point voulu obéir au Seigneur leur Dieu.

15. Ils avaient rejeté ses lois et l'alliance qu'il avait faite avec leurs pères, aussi bien

---

simpliciter dixerat, *in cunctis urbibus,* nunc explicat proverbio, ne quis putet illum de magnis ac munitis oppidis tantum loqui, quasi dicat : A mapali usque ad metropolim. Turres custodum illæ sunt quæ excitabantur in solitudine, ubi sua mapalia et pecora habebant pastores, ut hoc qualicumque munimento a subitis latrunculorum excursionibus tuti redderentur. Vide II. Paralip. 26. 10, ubi dicitur Oziam hujusmodi turres excitasse. Huic Scripturæ proverbio respondet Italorum phrasis adagialis, qua diceremus : *Dovunque eran nostre case, ed un forno, posero gli idoli.*

11. *Transtulerat Dominus.* Sedibus exturbarat quas occupabant, aut Hebræorum gladiis perdiderat. — *Verba pessima.* Res pessimas.

12. *Immunditias.* Id est, idola : גלל *galal,* Hebræis excrementum et stercus significat; hinc ad contemptum idola dicta sunt גלולים *gillulim,* stercora. — *Verbum hoc.* Rem hanc.

13. *Videntium.* Qui dicantur videntes, dicitur I. Reg. 9. 9. — *Revertimini.* Vide Jerem. c. 25, n. 5. — *Ceremonias.* Leges ceremoniales, quæ ad religionem pertinebant. — *In manu..prophetarum.* Phrasis hebræa idem significans quod per prophetas.

Digitized by Google

que toutes les remontrances qu'il leur avait fait faire *par ses serviteurs*. Ils avaient couru après les vanités *et le mensonge*, et ils avaient agi vainement, en suivant les nations dont ils étaient environnés, quoique le Seigneur leur eût défendu expressément de faire ce qu'elles faisaient.

16. Ils avaient abandonné toutes les ordonnances du Seigneur leur Dieu. Ils s'étaient fait deux veaux de fonte; ils avaient planté de grands bois, avaient adoré tous les astres du ciel, et avaient servi Baal.

17. Ils sacrifiaient leurs fils et leurs filles, et les faisaient passer par le feu; ils s'attachaient aux divinations et aux augures, et s'abandonnaient aux actions criminelles qu'ils commettaient devant le Seigneur, en sorte qu'ils l'irritèrent.

18. Le Seigneur ayant donc conçu une grande indignation contre *les enfants d'*Israël, les rejeta de devant sa face. *Il les chassa de la terre qu'il leur avait donnée:* et il ne demeura plus *dans cette terre* que la tribu de Juda *avec celles de Lévi et de Benjamin, qui, s'étant unies à elle, ne firent plus qu'un même corps, et comme une* seule *tribu.*

19. Et *cette tribu de* Juda même ne garda point les commandements du Seigneur son Dieu, mais marcha dans les erreurs *et* les égarements d'Israël;

20. *De sorte que* le Seigneur abandonna toute la race d'Israël: il les affligea, et les livra en proie à ceux qui étaient venus les piller, jusqu'à ce qu'il les rejetât entièrement de devant sa face.

21. *Ceci commença* dès le temps qu'Israël fit schisme, qu'il se sépara de la maison de David, et que *les dix tribus* établirent Jéroboam, fils de Nabath, pour être leur roi; car Jéroboam sépara Israël d'avec le Seigneur, et les fit tomber dans un grand péché.

tribus eorum, et testificationes, quibus contestatus est eos: secutique sunt vanitates, et vanè egerunt: et secuti sunt gentes, quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis, ut non facerent sicut et illæ faciebant.

16. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntque sibi conflatiles duos vitulos, et lucos, et adoraverunt universam militiam cœli, servieruntque Baal,

17. Et consecraverunt filios suos, et filias suas, per ignem: et divinationibus inserviebant et auguriis: et tradiderunt se ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum.

18. Iratusque est Dominus vehementer Israeli, et abstulit eos a conspectu suo, et non remansit nisi tribus Juda tantummodo.

19. Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui: verum ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat.

20. Projecitque Dominus omne semen Israel, et afflixit eos, et tradidit eos in manu diripientium, donec projiceret eos a facie sua:

21. Ex eo jam tempore, quo scissus est Israel a domo David, et constituerunt sibi regem Jeroboam filium Nabath: separavit enim Jeroboam Israel a Domino, et peccare eos fecit peccatum magnum (1).

(1) **Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 473.**

---

15. *Testificationes.* Neglexerunt et spreverunt verba prophetarum, et pro deliramentis habuerunt.

16. *Militiam cœli.* Astr quæ sunt quasi milites Deo famulantes, et pro eo cum opus est depugnantes.

17. *Per ignem.* Vide dicta c. 16, n. 3.

21. *Separavit... Israel a Domino.* A veri Dei cultu ad idololatriam traduxit.

Digitized by Google

22. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam quæ fecerat : et non recesserunt ab eis,

23. Usquequo Dominus auferret Israel a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum : translatusque est Israel de terra sua in Assyrios, usque in diem hanc.

22. Les enfants d'Israël marchèrent ensuite dans tous les péchés de Jéroboam, et ils ne s'en retirèrent point,

23. Jusqu'à ce qu'enfin le Seigneur rejeta Israël de devant sa face, comme il l'avait prédit par tous les prophètes, ses serviteurs, et qu'Israël fût transféré de son pays dans l'Assyrie, comme il l'est encore aujourd'hui.

§ II. *Le roi des Assyriens envoie de ses sujets pour habiter dans Samarie, en la place des enfants d'Israël qu'il en avait enlevés. Dieu envoie des lions contre ces nouveaux habitants. Ils font venir des prêtres d'Israël pour leur apprendre le culte du Seigneur. Ils adorent en même temps les idoles.*

24. Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone, et de Cutha, et de Avah, et de Emath, et de Sepharvaim : et collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel : qui possederunt Samariam, et habitaverunt in urbibus ejus.

25. Cumque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum : et immisit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos (1).

26. Nuntiatumque est regi Assyriorum, et dictum : Gentes, quas transtulisti, et habitare fecisti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ : et immisit in eos Dominus leones, et ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terræ.

27. Præcepit autem rex Assyriorum, dicens : Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, et vadat, et habitet

24. Or le roi des Assyriens fit venir des habitants de Babylone, de Cutha, d'Avah, d'Emath et de Sépharvaïm, et les établit dans les villes de Samarie, en la place des enfants d'Israël. Ces peuples possédèrent Samarie, et habitèrent dans ses villes.

25. Lorsqu'ils eurent commencé à y demeurer, comme ils ne craignaient point le Seigneur, le Seigneur envoya contre eux des lions qui les tuaient.

26. On en porta la nouvelle au roi des Assyriens, et on lui fit dire : Les peuples que vous avez transférés en Samarie, et auxquels vous avez commandé de demeurer dans ces villes, ignorent la manière dont le Dieu de ce pays-là veut être adoré, et ce Dieu a envoyé contre eux des lions qui les tuent, parce qu'ils ne savent pas la manière dont le Dieu de cette terre veut être adoré.

27. Alors le roi des Assyriens leur donna cet ordre, et leur dit : Envoyez en Samarie l'un des prêtres que vous en avez amenés captifs. Qu'il y retourne, et demeure

(1) Bible vengée, note X.

---

24. *De Cutha, et de Avah.* Quæ regiones dicuntur ad Arabiam desertam pertinuisse. — *Emath.* Terra Emath est juxta montem Libanum in confinio regionis Damasci. Vide plura apud Adrichomium in tribu Nephthali, n. 45. — *Sepharvaim.* Videtur oppidum, aut regio ad mare sita; nam vox hæc significat librum, vel numerum maris, vel portum maris, ut Arias Montanus interpretatur in opusculo de nominum interpretatione.

25. *Immisit in eos Dominus leones.* Cur immissi fuerint dicitur hoc eodem versiculo, quia scilicet *non timebant Dominum.* At nec domi suæ colebant Dominum, et tamen nihil mali patiebantur. Causa ergo cladis hujus fuit, quia in terra pertinente ad cultores Dei, et quam peculiariter sibi Deus elegisset, idololatriam exercebant.

Digitized by Google

avec ses peuples, afin qu'il leur apprenne le culte qui doit être rendu au Dieu du pays.

28. Ainsi l'un des prêtres qui avaient été emmenés captifs *de la province* de Samarie, y étant revenu, demeura à Béthel ; et il leur apprenait la manière dont ils devaient honorer le Seigneur.

29. Chacun de ces peuples ensuite se forgea son dieu : et ils les mirent dans les temples et dans les hauts lieux que les Samaritains avaient bâtis. Chaque nation mit le sien dans la ville où elle habitait.

30. Les Babyloniens se firent leur dieu Sochothbénoth; les Chutéens, Nergel; ceux d'Emath, Asima ;

31. Les Hévéens firent Nébahaz et Tharthac : mais ceux de Sépharvaïm faisaient passer leurs enfants par le feu, et les brûlaient pour honorer Adramélech et Anamélech, dieux de Sépharvaïm.

32. Tous ces peuples ne laissaient pas d'adorer le Seigneur. Ils choisissainnt les derniers du peuple pour les établir prêtres de leurs hauts lieux, et ils offraient leurs sacrifices dans ces temples.

cum eis : et doceat eos legitima Dei terræ (1).

28. Igitur cum venisset unus de sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerant de Samaria, habitavit in Bethel, et docebat eos quomodo colerent Dominum.

29. Et unaquæque gens fabricata est deum suum : posueruntque eos in fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ, gens et gens in urbibus suis, in quibus habitabat.

30. Viri enim Babylonii fecerunt Sochothbenoth : viri autem Chutæi fecerunt Nergel : et viri de Emath fecerunt Asima.

31. Porro Hevæi fecerunt Nebahaz et Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharvaim, comburebant filios suos igni, Adramelech et Anamelech diis Sepharvaim.

32. Et nihilominus colebant Dominum. Fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotes excelsorum, et ponebant eos in fanis sublimibus (2).

(1) Bible vengée, note XI. — (2) Ibid., note X.

* 27. *Legitima Dei terræ.* Putabant Deum Israelis esse peculiari loco addictum, et in ea tantum regione dominari. Vide infra, c. sequenti, n. 35.

28. *Docebat eos quomodo colerent Dominum.* Vel verum Dei cultum docuit, qualis exercebatur Hierosolymis; vel imperfectum, qualis in regno Israelis ante captivitatem usurpari solebat. Si hunc docuit, videtur Dominus qualemcumque cultum maluisse, quam merum gentilicum, cum plagam leonum quasi aliquo modo placatus repressit. Ita Carthusian. hic, et Genebrard. in Chronico. Tostatus putat non solum immissos leones a Deo, ut novos Samaritas idololatras puniret, sed etiam ut ostenderet se Israelitas permisisse in servitutem abduci, quia sibi non serviebant, et posse se ad servitutem suam cogere quos vellet, ut hos novos regni incolas cogebat. Itaque finis plagæ immissæ non tam fuit peccatorum emendatio quam ostensio divinæ potentiæ, qui finis constabat, etiamsi Deum Israelis non sincero cultu colerent.

29. *Fabricata est deum suum.* Qualem habebant prius in regionibus suis. — *In fanis excelsis, quæ fecerant Samaritæ.* Israelitæ priusquam adducerentur in captivitatem. — *Gens et gens.* Unaquæque gens.

30. *Sochothbenoth.* Sunt nomina idolorum quæ novi Samaritæ coluerunt juxta patrium ritum. Nominum interpretationem qui volet videat apud Arias Montanum.

31. *Comburebant filios suos.* Ut fiebat ab Ammonitis in cultum Moloch.

32. *Nihilominus colebant Dominum.* Existimabant enim plures Deos simul coli posse. — *De novissimis.* Vilissimos homunciones assumpserunt ad hæc sacerdotia.

Digitized by Google

33. Et cum Dominum colerent, diis quoque suis serviebant juxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam :

34. Usque in præsentem diem morem sequuntur antiquum : non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias ejus, judicia, et legem, et mandatum, quod præceperat Dominus filiis Jacob, quem cognominavit Israel :

35. Et percusserat cum eis pactum, et mandaverat eis, dicens : Nolite timere deos alienos, et non adoretis eos, neque colatis eos, et non immoletis eis :

36. Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna et in brachio extento, ipsum timete, et illum adorate, et ipsi immolate.

37. Ceremonias quoque, et judicia, et legem, et mandatum, quod scripsit vobis, custodite ut faciatis cunctis diebus : et non timeatis deos alienos.

38. Et pactum, quod percussit vobiscum, nolite oblivisci : nec colatis deos alienos,

39. Sed Dominum Deum vestrum timete, et ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum.

40. Illi vero non audierunt, sed juxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant (1).

41. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus et idolis suis servientes; nam et filii eorum, et nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

33. Et quoiqu'ils adorassent le Seigneur, ils servaient en même temps leurs dieux, selon la coutume des nations du milieu desquelles ils avaient été transférés en Samarie.

34. Ces peuples suivent encore aujourd'hui leurs anciennes coutumes : ils ne craignent point le Seigneur, ils ne gardent point ses cérémonies, ni ses ordonnances, ni ses lois, ni les préceptes qu'il donna à Jacob, qu'il surnomma Israël, *quoiqu'ils se vantent d'être les enfants de ce patriarche,*

35. Avec lesquels il avait contracté son alliance, en leur donnant ce commandement si exprès : Gardez-vous bien de révérer les dieux étrangers, de les adorer, de les servir, et de leur sacrifier ;

6. Et j'ajouterai encore quinze années aux jours de votre vie. De plus je vous délivrerai vous et votre ville, de la main du roi des Assyriens ; et je la protégerai, à cause de moi-même, et en considération de David, mon serviteur.

7. Alors Isaïe dit *aux serviteurs du roi :* Apportez-moi une masse de figues. Ils la

2. Qui convertit faciem suam ad parietem, et oravit Dominum, dicens :

3. Obsecro, Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, et in corde perfecto, et quod placitum est coram te, fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno (1).

4. Et antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicens :

5. Revertere, et dic Ezechiæ duci populi mei : Hæc dicit Dominus Deus David patris tui : Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas : et ecce sanavi te, die tertio ascendes templum Domini.

6. Et addam diebus tuis quindecim annos : sed et de manu regis Assyriorum liberabo te, et civitatem hanc, et protegam urbem istam propter me, et propter David servum meum.

7. Dixitque Isaias : Afferte massam ficorum. Quam cum attulis-

(1) Bible vengée, note XIII.

---

tasse antequam Assyriorum obsidio solveretur, nam hujus capitis n. 6. dicitur : *De manu regis Assyriorum liberabo te. — Præcipe domui tuæ. Dispone domui tuæ*, ut habemus Isaiæ 38. 1. — *Morieris enim tu, et non vives.* Scilicet si naturam et naturales causas spectes ; morbus enim erat lethalis.

2. *Ad parietem.* Versus templum ; vel ut magis quiete oraret, nec inter orandum affectus et lacrymarum testes haberet.

3. *In veritate, et in corde perfecto.* Serio te colens, idola destruens, serpentem æneum comminuens, etc. — *Flevit itaque Ezechias fletu magno. Propter promissionem Domini ad David,* ait Hieronym. *quam videbat in sua morte perituram ; eo enim tempore Ezechias filios non habebat. Nam post mortem ejus, Manasses cum duodecim esset annorum, regnare cœpit in Judæa : ex quo perspicuum est post tertium annum concessæ vitæ Manassem esse generatum. Ergo iste omnis est fletus, quod desperabat Christum de suo semine nasciturum.*

5. *Die tertio.* Ab hoc die computando quo Isaias hæc regi dicebat, ut placet Tostato, licet alii aliter numerent.

7. *Afferte massam ficorum.* An cataplasma ex ficubus ulcus illud sanare posset facultate naturali incertum est. Non desunt qui putent potius nocere otuisse, adhiberi tamen jussisse prophetam, ut magis divina virtus appareret. Vide Valesium de sacra Philosophia, c. 39.

Digitized by Google

sent, et posuissent super ulcus ejus, curatus est.

8. Dixerat autem Ezechias ad Isaiam : Quod erit signum, quia Dominus me sanabit, et quia ascensurus sum die tertia templum Domini ?

9. Cui ait Isaias : Hoc erit signum a Domino, quod facturus sit Dominus sermonem, quem locutus est : Vis ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus ?

10. Et ait Ezechias : Facile est, umbram crescere decem lineis : nec hoc volo ut fiat : sed ut revertatur retrorsum decem gradibus.

11. Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus (1).

lui apportèrent, et la mirent sur l'ulcère du roi, et il fut guéri.

8. Mais *avant qu'on lui appliquât ce remède,* Ezéchias avait dit à Isaïe, *non par défiance, mais pour se confirmer de plus en plus dans la foi qu'il avait en Dieu :* Quel signe aurai-je que le Seigneur me guérira, et que j'irai dans trois jours au temple ?

9. Isaïe lui répondit : Voici le signe que le Seigneur vous donnera pour vous assurer qu'il accomplira la parole qu'il a dite en votre faveur : Voulez-vous que l'ombre *du soleil* s'avance de dix lignes, ou qu'elle retourne en arrière de dix degrés !

10. Ezéchias lui dit : Il est aisé que l'ombre s'avance de dix lignes ; et ce n'est pas ce que je désire que le Seigneur fasse, mais qu'il la fasse retourner en arrière de dix degrès.

11. Le prophète Isaïe invoqua donc le Seigneur, et il fit que l'ombre retourna en arrière dans l'horloge d'Achaz, par les dix degrés par lesquels elle était déjà descendue.

(1) Bible vengée, note XIII.— Rép. crit., tome II, page 197 *et suiv.*— Lettres de quelques Juifs, tome III, page 281.

---

8. *Quod erit signum.* Noluit Ezechias signi postulatione tentare Deum, sed prophetæ fidem explorare, qui tam brevi tempore contraria prædixisset, et moriturum, et morbum evasurum.

10. *Facile est umbram crescere.* Facilius videtur umbram in momento, aut brevissimo tempore crescere progrediendo, juxta motum naturalem quem habet a sole, quam regredi ; nam cum regreditur brevissimo tempore, aut in momento, duplex est miraculum, alterum quod stylus tam brevi tempore tot horas decurrat ; alterum quod non progrediatur more naturali et solito, sed regrediatur.

11. *Reduxit umbram.* Non solum umbram, sed solem etiam ipsum a Deo retroactum communiter docent Patres, et Scriptura satis clare indicat ; nam Isa. 38, n. 8, dicitur : *Reversus est sol decem lineis.* Idem diserte asserit Ecclesiasticus 48. 26 ; sunt tamen qui sentiant tantum umbram reductam fuisse, et Isaiæ verba utcumque explicant, ne suæ interpretationi adversentur. — *Decem gradibus.* Cajetanus et alii gradum unum mediam tantum horam habuisse putant : itaque diei additæ sunt tantum quinque horæ *, si umbra in momento retrocessit ; decem vero si motu ordinario, quinque nimirum regrediendo, et totidem rursus progrediendo.

Digitized by Google

§ II. *Le roi de Babylone envoie des ambassadeurs à Ezéchias pour le féliciter sur le recouvrement de sa santé. Ezéchias leur montre tous ses trésors. Il en est repris par le prophète Isaïe qui lui prédit qu'ils seront un jour transportés à Babylone.*

12. En ce temps-là Bérodach Baladan, fils de Baladan, roi des Babyloniens, envoya des lettres et des présents à Ezéchias, parce qu'il avait su qu'il avait été malade *et qu'il avait été miraculeusement guéri.*

13. Ezéchias eut une grande joie de leur arrivée, et, *touché d'une secrète vanité,* il leur montra ses parfums et son argent, tous ses aromates et ses huiles de senteur, tous ses vases précieux et ce qu'il avait dans tous ses trésors. Il n'y eut rien dans tout son palais ni de tout ce qui était à lui qu'il ne leur fit voir.

14. Le prophète Isaïe vint ensuite trouver le roi Ezéchias, et lui dit : Que vous ont dit ces gens-là? et d'où sont-ils venus pour vous parler? Ezéchias lui répondit : Ils sont venus vers moi d'un pays fort éloigné ; *ils sont venus* de Babylone.

15. Isaïe lui dit : Qu'ont-ils vu dans votre maison? Ezéchias répondit : Ils ont vu tout ce qu'il y a dans mon palais ; il n'y a rien dans tous mes trésors que je ne leur aie fait voir.

16. Alors Isaïe dit à Ezéchias : Ecoutez la parole du Seigneur :

17. Il viendra un temps que tout ce qui

12. In tempore illo misit Berodach Baladan, filius Baladan, rex Babyloniorum, litteras et munera ad Ezechiam; audierat enim quod ægrotasset Ezechias.

13. Lætatus est autem in adventu eorum Ezechias, et ostendit eis domum aromatum, et aurum et argentum, et pigmenta varia, unguenta quoque, et domum vasorum suorum, et omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, et in omni potestate sua.

14. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei : Quid dixerunt viri isti? aut unde venerunt ad te? Cui ait Ezechias : De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

15. At ille respondit : Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias : Omnia quæcumque sunt in domo mea, viderunt : nihil est quod non monstraverim eis in thesauris meis.

16. Dixit itaque Isaias Ezechiæ : Audi sermonem Domini :

17. Ecce dies venient, et aufe-

---

* 12. *Berodach.* Qui Isaiæ 39. 1, Merodach appellatur, filius Baladan. — *Litteras et munera.* Isai. 39. 1, eodem sensu legimus, *misit libros et munera;* nam ספר *sepher,* Hebræis libros significat et epistolas. — *Audierat enim quod ægrotasset.* Mittuntur legati officii causa, ut scilicet Ezechiæ gratulare tur quod convaluisset. Alia additur causa II. Par. 32. 31, ubi legimus : *In legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, etc.,* cum scilicet sol retrocessit, ut diximus numero præcedenti.

13. *Lætatus est... Ezechias.* Quod a magno principe se videret honorari. — *Pigmenta.* Id est, res odoriferas. — *Domum vasorum.* Emman. Sa putat intelligi armamentarium in quo reponuntur vasa, hoc est, instrumenta bellica. Fortasse dici possit domum vasorum eam esse quam appellant Itali *la guardaroba,* in qua vasa, et supellex pretiosior reconditur, tabulæ pictæ, et hujusmodi.

17. *Ecce dies venient.* Gravis prophetæ comminatio; peccaverat enim Ezechias elatione animi cum ingratitudine conjuncta, de divino beneficio super-

Digitized by Google

rentur omnia, quæ sunt in domo tua, et quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem : non remanebit quidquam, ait Dominus.

18. Sed et de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

19. Dixit Ezechias ad Isaiam : Bonus sermo Domini, quem locutus es : sit pax et veritas in diebus meis.

20. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, et omnis fortitudo ejus, et quomodo fecerit piscinam, et aquæductum, et introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda (1)?

21. Dormivitque Ezechias cum patribus suis, et regnavit Manasses filius ejus pro eo.

est dans votre maison, et tout ce que vos pères y ont amassé jusqu'à ce jour, sera transporté à Babylone, sans qu'il en demeure rien, dit le Seigneur.

18. Vos enfants mêmes qui seront sortis de vous, que vous aurez engendrés, seront pris alors pour être des eunuques dans le palais du roi de Babylone.

19. Ezéchias répondit à Isaïe : Il n'y a rien que de juste dans ce que vous m'annoncez de la part de mon Seigneur; *je m'y soumets de tout mon cœur ; mais* que la paix et la vérité règnent *au moins* pendant tous les jours de ma vie.

20. Le reste des actions d'Ezéchias, son grand courage, et de quelle manière il fit faire une piscine et un aqueduc pour donner des eaux à la ville, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

21. Ezéchias s'endormit enfin avec ses pères, et Manassé, son fils, régna en sa place.

L'AN DU MONDE 3306.

CHAPITRE XXI.

§ I. *Règne de Manassé. Il adore les idoles et rétablit les hauts lieux que son père avait renversés. Il profane le temple du Seigneur en y établissant le culte des idoles, et il surpasse en impiétés les anciens habitants de la terre de Chanaan* (2).

L'AN DU MONDE 3306. — AVANT J.-C. 698.

1. Duodecim annorum erat Manasse cum regnare cœpisset, et

1. Manassé avait douze ans lorsqu'il commença à régner; et il régna cinquante

(1) Rép. page 198.trc.i,om. II, — (2) Bible vengée, note XIV.

---

biens et glorians, et sibi quodammodo tribuens quod Dei munere possidebat, quamvis hæc ejus superbia fortasse tantum venialis fuerit.

18. *De filiis tuis.* Fortasse nepotibus, quos Scriptura etiam filios appellat. Sâlianus in eam propendet sententiam, ut sermo sit de filiis immediate ab Ezechia genitis, fratribus Manassis natu minoribus. — *Eunuchi.* Cubicularii regi famulantes.

19. *Bonus sermo Domini.* Verba sunt Deo se submittentis, et in illius voluntatis decreto acquiescentis. — *Sit pax et veritas in diebus meis.* Veritas idem est quod stabilitas; rogat enim ut si quid Dominus pro sua justitia in regno suo turbare voluerit, ne id contingat tempore vitæ sibi a Deo misericorditer promissæ, sed firma et stabilis sit illa promissio.

Digitized by Google

ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Haphsiba.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et il adora les idoles des nations que le Seigneur avait exterminées à l'entrée des enfants d'Israël *dans la Palestine*.

3. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezéchias avait détruits; il dressa des autels à Baal; il fit planter de grands bois, comme avait fait Achab, roi d'Israël; il adora tous les astres du ciel et leur sacrifia.

4. Il bâtit des autels *profanes* dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit: J'établirai mon nom dans Jérusalem.

5. Et il dressa des autels à tous les astres du ciel dans les deux parvis du temple du Seigneur.

6. Il fit passer son fils par le feu, aima les divinations, observa les augures, institua ceux qu'on appelle pythons, et multiplia les enchanteurs; de sorte qu'il commit le mal aux yeux du Seigneur, et l'irrita *plus que n'avaient fait tous ses prédécesseurs*.

7. Il mit aussi l'idole du grand bois qu'il avait planté dans le temple du Seigneur, duquel le Seigneur avait dit à David et

quinquaginta quinque annis regnavit in Jerusalem: nomen matris ejus Haphsiba (1).

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium, quas delevit Dominus a facie filiorum Israel.

3. Conversusque est, et ædificavit excelsa, quæ dissipaverat Ezechias pater ejus: et erexit aras Baal, et fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum.

5. Et extruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini.

6. Et traduxit filium suum per ignem: et ariolatus est, et observavit auguria, et fecit pythones, et aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, et irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini; super quod locutus est Dominus

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 505. — Bible vengée, note XIV. L'Ecriture cite souvent les noms des mères des rois, parce qu'elles avaient une grande influence sur leur éducation et conservaient plus ou moins d'ascendant sur eux.

CAP. XXI. 3. *Sicut fecerat Achab rex Israel.* Confertur Achab Manasses, quia uterque idololatriæ deditissimus fuit, uterque etiam virorum sanctorum sanguine cruentatus. — *Militiam cœli.* Militia cœli sunt astra quæ a diis gentilium nomen habent Jovis, Martis, Veneris, Saturni, Apollinis, Latonæ, etc.

4. *In domo Domini.* In atriis templi, quod patet ex lib. II. Paral. 33. 4 et 5, ubi sic legitur: *Ædificavit quoque altaria in domo Domini;* et mox: *Ædificavit autem ea cuncto exercitui cœli in duobus atriis domus Domini*, hoc est, in atriis extimis, quorum alterum appellatur *atrium gentium*, alterum *atrium Israelitarum.* Multi tamen explicant de atrio Israelitarum et levitico.

6. *Traduxit filium suum per ignem.* Vide dicta supra, c. 16, n. 3. — *Ariolatus est.* Alii, *observavit tempora.* Significatur aruspicum et divinorum superstitio, ut etiam eo quod sequitur, *observavit auguria.* — *Pythones.* Vide dicta I. Reg. 28. 7.

7. *Idolum luci.* Vel idolum falsi alicujus numinis, verbi gratia, Baalis, aut Priapi, quod prius in luco ab ipso plantato constituerat, ausus est in tem-

Digitized by Google

ad David, et ad Salomonem filium ejus : In templo hoc, et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum.

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum : si tamen custodierint opere omnia quæ præcepi eis, et universam legem, quam mandavit eis servus meus Moyses.

9. Illi vero non audierunt : sed seducti sunt a Manasse, ut facerent malum super gentes, quas contrivit Dominus a facie filiorum Israel.

à Salomon, son fils : C'est dans ce temple et dans Jérusalem que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël que j'établirai mon nom pour jamais ;

8. Et je ne permettrai plus qu'Israël mette le pied hors de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu qu'ils gardent tout ce que je leur ai commandé, et toute la loi que mon serviteur Moïse leur a donnée.

9. Et cependant ils n'ont point écouté le Seigneur ; mais ils se sont laissé séduire par Manassé, pour faire encore plus de mal que n'en avaient fait les nations que le Seigneur a exterminées à l'entrée des enfants d'Israël *dans la terre de Chanaan.*

§ II. *Maux dont le Seigneur menace la ville de Jérusalem à cause des crimes de Manassé. Mort de ce prince. Son fils Amon lui succède. Il imite les impiétés de son père. Il est tué par ses serviteurs, et son fils Josias règne en sa place.*

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens :

11. Quia fecit Manasses rex Juda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, et peccare fecit etiam Judam in immunditiis suis :

12. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego inducam mala super Jerusalem et Judam : ut quicumque audierit, tinniant ambæ aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ, et pon-

10. Le Seigneur a parlé ensuite par tous ses prophètes, et a dit :

11. Parce que Manassé, roi de Juda, a commis ces abominations encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies,

12. Voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël. Je vais faire fondre de *tels* maux sur Jérusalem et sur Juda que les oreilles en seront étourdies à quiconque les entendra.

13. J'étendrai sur Jérusalem le cordeau de Samarie et le poids de la maison d'A-

---

plum transferre ; vel priore in luco relicto, aliud simile excitavit in templo, quod a prioris illius similitudine *luci idolum* diceretur. Vatablus etEmm. Saidolum luci interpretantur, *lucum sculptum.* — *Ponam nomen meum.* Sanctuarium meum, et altare, in quo sacrificiis colatur nomen meum.

8. *Non faciam commoveri pedem Israel de terra.* Faciam ut Israel stabiles et quietas sedes habeat.

9. *Super gentes.* Plusquam, aut pejus quam gentes.

11. *In immunditiis suis.* Idolis : vide dicta supra, c. 17, n. 12.

12. *Tinniant ambæ aures ejus.* Stupens attonitusque reddatur.

13. *Extendam super Jerusalem funiculum Samariæ.* Metaphora ducta est ab architectis, qui etiam funiculum suum mensorium extendunt et applicant muris quos demoliri cogitant, et illis signum aliquod imprimunt, ne plusquam opus sit, dejiciant. Id patet ex illo Jeremiæ Thren. 2. 8 : *Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion : tetendit funiculum suum, et non avertit manum*

Digitized by Google

chab; *je la mesurerai à la même mesure, et je lui ferai le même traitement.* J'effacerai Jérusalem comme on efface ce qui est écrit sur des tablettes, je passerai et repasserai souvent le style par-dessus, afin qu'il n'en demeure rien.

14. J'abandonnerai les restes de mon héritage, et je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, et tous ceux qui les haïssent les pilleront et les ravageront,

15. Parce qu'ils ont commis le mal devant moi, et qu'ils ont continué à m'irriter depuis le jour que leurs pères sortirent de l'Egypte jusqu'aujourd'hui.

6. Manassé répandit de plus des ruisseaux de sang innocent jusqu'à en remplir toute la ville de Jérusalem, outre les péchés par lesquels il avait fait pécher Juda, faisant ainsi le mal devant le Seigneur. *Pour l'en punir Dieu le livra aux Assyriens qui l'emmenèrent chargé de fers à Babylone. Il y demeura jusqu'à ce qu'étant rentré en lui-même, il se convertit sincèrement au Seigneur.*

17. Le reste des actions de Manassé, toutes les choses qu'il a faites et le péché qu'il a commis, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

18. Manassé s'endormit enfin avec ses pères, et fut enseveli dans le jardin de sa maison, dans *le lieu nommé* le jardin

dus domus Achab : et delebo Jerusalem, sicut deleri solent tabulæ : et delens vertam, et ducam crebrius stylum super faciem ejus.

14. Dimittam vero reliquias hæreditatis meæ, et tradam eas in manus inimicorum ejus : eruntque in vastitatem, et in rapinam cunctis adversariis suis :

15. Eo quod fecerint malum coram me, et perseveraverint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto, usque ad hanc diem.

16. Insuper et sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad os : absque peccatis suis, quibus peccare fecit Judam, ut faceret malum coram Domino.

17. Reliqua autem sermonum Manasse, et universa quæ fecit, et peccatum ejus quod peccavit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

18. Dormivitque Manasses cum patribus suis, et sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza :

---

suam. Vel etiam funiculus sortem significat, ut sæpe in Scriptura, et sensus erit : eamdem Judæ et Samariæ sortem futuram, ut eadem erant in Deum peccata. — *Pondus domus Achab.* Punitionem, quæ pondus, aut onus sæpe appellatur in Scriptura. Vide Isai. 13. 1, et 14. 28; Jerem. 23. 33. Nahum, 1. 1; Zachar. 9. 1. * In græco est, καὶ τὸ σάθμιον οἴκου Αχαάβ, *et statera domus Achab.* Id est, non pluris faciam quam domum Achab. Vide Dan. 5. 27. — *Sicut deleri solent tabulæ.* Sumpta videtur metaphora a tabulis ceratis, in quibus stylo characteres exarare solebant antiqui, quos cum delere volebant, conversa posteriori et latiori parte styli, exiguos illos sulcos complanabant, ita ut plane non apparerent, nec legi possent, quod *inducere characteres* Latini dicunt. — *Faciem.* Tabulæ planitiem.

14. *Dimittam.* Deseram, derelinquam. — *Reliquias hæreditatis meæ.* Reliquias populi mei.

16. *Donec impleret Jerusalem usque ad os.* Usque ad summum, ut solet vas cum impletur. Hebr. *de ore ad os,* seu *os ad os.* LXX, *os super os.* Chald. *ab extremitate ad extremitatem.* Quasi dicat, *totam.* — *Absque peccatis.* Præter peccata.

18. *In horto Oza.* Ita appellatur hortus palatii regii, quod fortasse prius

Digitized by Google

et regnavit Amon filius ejus pro eo.

d'Oza, *parce que c'était l'endroit où Oza avait été frappé par le Seigneur.* Et Amon, son fils, régna en sa place.

L'AN DU MONDE 3361.

19. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset: duobus quoque annis regnavit in Jerusalem; nomen matris ejus Messalemeth filia Harus de Jeteba.

19. Amon avait vingt-deux ans lorsqu'il commença à régner; et il régna deux ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Messalémeth, et elle était fille d'Harus de Jétéba.

20. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater ejus.

20. Il fit le mal devant le Seigneur, comme avait fait Manassé, son père.

21. Et ambulavit in omni via, per quam ambulaverat pater ejus: servivitque immunditiis, quibus servierat pater ejus, et adoravit eas,

21. Il marcha dans toutes les voies *criminelles* par lesquelles son père avait marché; il révéra les mêmes abominations que son père avait révérées, et les adora comme lui.

22. Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, et non ambulavit in via Domini.

22. Il abandonna le Dieu de ses pères, et ne marcha point *du tout* dans la voie du Seigneur, *ayant imité les crimes de son père sans imiter sa pénitence.*

23. Tetenderuntque ei insidias servi sui, et interfecerunt regem in domo sua.

23. Ses serviteurs lui dressèrent des embûches, et le tuèrent dans sa maison.

24. Percussit autem populus terræ, omnes qui conjuraverant contra regem Amon: et constituerunt sibi regem Josiam filium ejus pro eo.

24. Mais le peuple tua tous ceux qui avaient conspiré contre le roi Amon, et il établit Josias, son fils, pour régner en sa place.

25. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

25. Le reste des actions d'Amon est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

26. Sepelieruntque eum in sepulcro suo, in horto Oza: et regnavit Josias ejus filius pro eo.

26. Il fut enseveli en son sépulcre dans le jardin d'Oza; et Josias, son fils, régna en sa place.

---

hortus ille viri alicujus fuisset, qui Oza diceretur. * Vel certe loco huic ubi fuit hortus nomen fecit infelix Ozæ casus, qui II. Reg. 6. 7, recensetur. Eum hortum Adrichomius in arce Sionis ad regis palatium ponit, idque textus videtur exigere; nisi dicamus Manassen sibi mausoleum aliquod in proprio aliquo palatio erexisse. Quare Manasses in sepulcris regum Juda non fuerit sepultus, non liquet. Abulens. quæst. 19, propter scelera id a populo ei negatum putat, quod tamen creditu difficile est, cum filium reliquerit regni successorem.

21. *Immunditiis.* Idolis. Vide dicta c. 17, n. 12.

23. *Tetenderuntque ei insidias servi sui.* Cædis occasionem, aut causam Scriptura non memorat.

26. *In horto Oza.* Vide dicta n. 18 hujus capitis.

Digitized by Google

CHAPITRE XXII.

§ 1. *Josias imite en tout la piété de David. Il fait réparer le temple, et rétablit le culte de Dieu.*

L'AN DU MONDE 3363. — AVANT J.-C. 641.

1. Josias avait huit ans lorsqu'il commença à régner, et il régna trente-un ans à Jérusalem. Sa mère s'appelait Idida, et était fille de Hadaïa de Bésécath.

1. Octo annorum erat Josias cum regnare cœpisset, triginta et uno anno regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Idida, filia Hadaia de Besecath.

2. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et marcha dans toutes les voies de David, son père, sans se détourner ni à droite ni à gauche.

2. Fecitque quod placitum erat coram Domino, et ambulavit per omnes vias David patris sui : non declinavit ad dexteram, sive ad sinistram.

3. La dix-huitième année de son règne il envoya Saphan, fils d'Aslia, fils de Messulam, secrétaire du temple du Seigneur, en lui donnant cet ordre :

3. Anno autem octavo decimo regis Josiæ, misit rex Saphan filium Aslia, filii Messulam, scribam templi Domini, dicens ei :

L'AN DU MONDE 3380.

4. Allez trouver le grand-prêtre Helcias, afin qu'il fasse amasser tout l'argent qui a été porté au temple du Seigneur, et que les portiers du temple ont reçu du peuple ;

4. Vade ad Helciam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia, quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt janitores templi a populo,

5. Et que les maîtres de la maison du Seigneur e donnent aux entrepreneurs, afin qu'ils le distribuent à ceux qui travaillent aux réparations du temple du Seigneur.

5. Deturque fabris per præpositos domus Domini : qui et distribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad instauranda sartatecta templi :

6. Aux charpentiers, aux maçons et à ceux qui rétablissent les murs entr'ouverts, afin qu'on en achète aussi du bois, et qu'on tire des pierres des carrières pour rétablir le temple du Seigneur.

6. Tignariis videlicet et cæmentariis, et iis qui interrupta componunt : et ut emantur ligna, et lapides de lapicidinis, ad instaurandum templum Domini.

7. Qu'on ne leur fasse point néanmoins

7. Verumtamen non supputetur

CAP. XXII. 3. *Scribam templi Domini.* Cui scilicet sumptuum et rationum templi cura demandata erat. Vel certe unus erat ex divinæ legis peritis ac theologis; hanc enim scientiam scribæ profitebantur, qui etiam fere erant ex genere levitico; et hujusmodi doctorem fuisse conjici potest ex eo quod ille legem Deuteronomii recitat infra, n. 10.

4. *Confletur pecunia.* Argentum rude et infectum confletur in pecuniam. LXX habent, σφράγισον τὸ ἀργύριον, *argentum signa,* eodem sensu.

5. *Sartatecta templi.* Hebræus habet, *scissuram seu rupturam.*

6. *Tignariis.* Lignariis fabris, materiariis. — *Cæmentariis.* Fabris murariis. — *Qui interrupta componunt.* Qui muros rimas agentes et fatiscentes reparant et instaurant.

7. *Non supputetur eis argentum.* Hoc est, quod alia simili occasione factum

Digitized by Google

eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant, et in fide.

8. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam : Librum legis reperi in domo Domini : deditque Helcias volumen Saphan, qui et legit illud (1).

9. Venit quoque Saphan scriba ad regem, et renuntiavit ei quod præceperat, et ait : Conflaverunt servi tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini : et dederunt ut distribueretur fabris a præfectis operum templi Domini.

10. Narravit quoque Saphan scriba regi, dicens : Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram rege,

rendre compte de l'argent qu'ils reçoivent, mais qu'ils en soient les maîtres et qu'on se repose sur leur bonne foi, *afin qu'ils travaillent plus tranquillement, et qu'ils rendent leur ouvrage plus solide.*

8. Alors le grand prêtre Helcias dit à Saphan, secrétaire : J'ai trouvé un livre de la loi dans le temple du Seigneur (*c'était le Deutéronome, écrit de la main de Moïse*). Et il donna ce livre à Saphan, qui le lut.

9. Saphan, secrétaire, revint ensuite trouver le roi pour lui rendre compte de ce qu'il lui avait commandé, et lui dit : Vos serviteurs ont amassé tout l'argent qui s'est trouvé dans la maison du Seigneur, et ils l'ont donné aux intendants des bâtiments du temple du Seigneur pour le distribuer aux ouvriers.

10. Saphan, secrétaire, dit encore au roi : Le pontife Helcias m'a donné aussi un livre. Et il le lut devant le roi.

§ II. *Josias entend la lecture du livre de la loi qu'on avait trouvé dans le temple, et en est effrayé. Il envoie consulter la prophétesse Holda qui l'assure que tous les maux écrits dans ce livre fondront sur Jérusalem et sur son peuple, mais que ce ne sera qu'après sa mort.*

11. Et audisset rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua.

12. Et præcepit Helciæ sacerdoti, et Ahicam filio Saphan, et Achobor filio Micha, et Saphan scribæ, et Asaiæ servo regis, dicens :

13. Ite et consulite Dominum super me, et super populo, et su-

11. Le roi ayant entendu ces paroles du livre de la loi du Seigneur déchira ses vêtements,

12. Et dit au grand prêtre Helcias, à Ahicam, fils de Saphan, à Achobor, fils de Micha, à Saphan, secrétaire, et à Asaïas, officier du roi :

13. Allez, consultez le Seigneur sur ce qui me regarde, moi et tout le peuple avec

(1) Bible vengée, note XV.

---

legimus supra, c. 12, n. 15, ubi habemus : *Non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam ut distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.* Vide ibi dicta.

8. *Librum legis reperi.* Videtur reperisse in arca aliqua pecuniaria, dum inde argentum ad templi fabricam effunderetur. Is erat liber Deuteronomii, ut passim affirmant interpretes; is enim unus maxime continet quæ terrori esse possunt violatoribus Mosaicæ legis.

9. *Renuntiavit ei quod præceperat.* Quid scilicet factum esset circa ea quæ præceperat.

11. *Scidit vestimenta sua.* Præ zelo honoris divini et metu divinæ vindictæ in regnum suum.

12. *Servo regis.* Aulico regis.

13. *Consulite Dominum.* Prophetam aliquem interrogantes.

Digitized by Google

tout Juda, touchant les paroles de ce livre qui a été trouvé; car la colère du Seigneur s'est embrasée contre nous, parce que nos pères n'ont point écouté les paroles de ce livre, et n'ont point fait ce qui nous avait été prescrit.

14. Alors le grand prêtre Helcias, Ahicam, Achobor, Saphan et Asaïas allèrent trouver Holda la prophétesse, femme de Sellum, fils de Thécua, fils d'Arras, gardien des vêtements, qui demeurait à Jérusalem, dans la seconde *enceinte de la ville*. Ils lui parlèrent selon l'ordre du roi.

15. Holda leur répondit : Voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël : Dites à l'homme qui vous a envoyés vers moi :

16. Voici ce que dit le Seigneur : Je vais faire tomber sur ce lieu et sur ses habitants tous les maux que le roi de Juda a lus dans ce livre de la loi :

17. Parce qu'ils m'ont abandonné, qu'ils ont sacrifié à des dieux étrangers, et qu'ils m'ont irrité généralement par toutes leurs œuvres. Et mon indignation s'allumera de telle sorte contre ce lieu, qu'il n'y aura rien qui la puisse éteindre.

per omni Juda, de verbis voluminis istius, quod inventum est : magna enim ira Domini succensa est contra nos : quia non audierunt patres nostri verba libri hujus, ut facerent omne quod scriptum est nobis.

14. Ierunt itaque, Helcias sacerdos, et Ahicam, et Achobor, et Saphan, et Asaia, ad Holdam prophetidem, uxorem Sellum, filii Thecuæ, filii Araas custodis vestium, quæ habitabat in Jerusalem in Secunda : locutique sunt ad eam.

15. Et illa respondit eis : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dicite viro, qui misit vos ad me :

16. Hæc dicit Dominus : Ecce, ego adducam mala super locum istum, et super habitatores ejus, omnia verba legis quæ legit rex Juda :

17. Quia dereliquerunt me, et sacrificaverunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum : et succendetur indignatio mea in loco hoc, et non extinguetur.

---

14. *Ad Holdam prophetidem, uxorem Sellum.* LXX editionis Romanæ habent μητέρα Σελλήμ, matrem Sellem, sive Sellum; alii tamen textus habent γυναῖκα, uxorem. Hunc Sellum Hebræi vocant avunculum patris Jeremiæ. * Misit rex ad Holdam potius quam ad alium prophetam, quia ipsa vicina erat, ejusdem urbis incola, et omnibus notissima : alii vel aberant, vel necdum inclaruerant. — *Custodis vestium.* Sacerdotalium, vel, ut alii volunt, regiarum. — *Habitabat in Jerusalem in Secunda.* LXX retinuerunt hebræum nomen *Massem*, quod *secundam* significat. Chaldæus eam interpretatur, *domum doctrinæ*. Vatabl. locum secundæ dignitatis a templo, quo loco dabatur opera eruditioni et doctrinæ. Sa vult fuisse nomen vici. D. Hieron. lib. 2. contra Pelag., *haud dubium*, inquit, *quin urbis partem significet, quæ interiori muro vallabatur*; et in Tradit. hebr. in II. Paral., in ea verba : *Habitabat in Secunda*, ita scribit : *Locus erat Hierosolymis extra murum, id est, inter murum civitatis et antemurale, qui vocatur Secunda, cujus mentio fit in Sophonia propheta.* Idem in c. 1 Sophoniæ, n. 10, ait fuisse secundam portam secundi muri, post portam Piscium. Ribera ibid. et Villalpandus tom. 3, lib. 3, c. 9, aiunt hanc secundam portam fuisse in secundo muro claudente Bezetam, eamque e regione respondisse portæ Piscium, per quam Chaldæi invaserunt Hierosolymam, ut propterea voce clamoris in porta Piscium personante, ululatus ei a secunda porta responderit, Sophon. 1. 10.

16. *Omnia verba legis.* Omnes minas quæ Deuteronomii libro coram rege recitato continentur.

Digitized by Google

18. Regi autem Juda, qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Pro eo quod audisti verba voluminis,

19. Et perterritum est cor tuum, et humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, et habitatores ejus, quod videlicet fierent in stuporem et in maledictum : et scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, et ego audivi, ait Dominus :

20. Idcirco colligam te ad patres tuos, et colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

18. Mais pour le roi de Juda qui vous a envoyés consulter le Seigneur, vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël : Parce que vous avez écouté les paroles de ce livre,

19. Que votre cœur en a été épouvanté, que vous vous êtes humilié devant le Seigneur, après avoir appris les maux dont il menace cette ville et ses habitants, en les assurant qu'ils deviendront un jour l'étonnement et l'exécration *de toute la terre;* et parce que vous avez déchiré vos vêtements et pleuré devant moi, j'ai écouté votre prière, dit le Seigneur.

20. C'est pourquoi je vous ferai reposer avec vos pères, et vous serez enseveli en paix, afin que vos yeux ne voient point les maux que je dois faire tomber sur cette ville.

CHAPITRE XXIII.

§ I. *Josias ayant assemblé les anciens de Juda, va au temple, y lit devant le peuple le livre de la loi, et fait une nouvelle alliance avec le Seigneur. Il détruit tout ce qui était consacré aux idoles, et extermine les augures et ceux qui offraient de l'encens à Baal.*

L'AN DU MONDE 3380. — AVANT J.-C. 624.

1. Et renuntiaverunt regi quod dixerat. Qui misit : et congregati sunt ad eum omnes senes Juda et Jerusalem,

2. Ascenditque rex templum Domini, et omnes viri Juda, universique qui habitabant in Jerusalem cum eo sacerdotes et prophetæ, et omnis populus a parvo usque ad magnum : legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inventus est in domo Domini.

3. Stetitque rex super gradum :

1. Ils vinrent donc rapporter au roi tout ce que cette prophétesse leur avait dit. Et le roi ayant fait assembler et venir auprès de lui tous les anciens de Juda et de Jérusalem,

2. Alla au temple du Seigneur accompagné de tous les hommes de Juda, de tous ceux qui habitaient dans Jérusalem, des prêtres, des prophètes et de tout le peuple, depuis le plus petit jusqu'au plus grand; et il lut devant eux toutes les paroles de ce livre de l'alliance qui avait été trouvé dans la maison du Seigneur.

3. Le roi se tint debout sur un lieu éle-

---

19. *In stuporem et in maledictum.* Stuporem peregrinorum qui desolationem civitatis videbunt vel audient, et populi qui illam incolebat, peccata et ingratitudinem detestabuntur.

Cap. XXIII. 2. *Prophetæ.* In his haud dubie fuerunt Jeremias et Baruch, et Sophonias, et Urias, et Holda prophetissa, ut non sit necesse prophetas cum chaldæo scribas interpretari.

3. *Super gradum.* Id est in tribunali suo. * Vide dicta supra c. 16. 18. —

Digitized by Google

vé; et il fit alliance avec le Seigneur, *lui et tout son peuple,* afin qu'ils marchassent dans la voie du Seigneur; qu'ils observassent ses préceptes, ses ordonnances et ses cérémonies de tout leur cœur et de toute leur âme, et qu'ils accomplissent toutes les paroles de l'alliance qui étaient écrites dans ce livre : et le peuple consentit à cet accord.

4. Alors le roi ordonna au pontife Helcias, aux prêtres du second ordre et aux portiers de jeter hors du temple du Seigneur tous les vaisseaux qui avaient servi à Baal, au bois consacré et à tous les astres du ciel; et il les brûla hors de Jérusalem, dans la vallée de Cédron, et en emporta a poussière à Béthel, *pour souiller ce lieu consacré aux idoles par Jéroboom et ses successeurs.*

5. Il extermina aussi les augures qui avaient été établis par les rois d'Israël pour sacrifier sur les hauts lieux dans les villes de Juda et autour de Jérusalem, et ceux qui offraient de l'encens à Baal, au soleil, à la lune, aux douze signes *du zodiaque,* et à toutes les étoiles du ciel.

6. Il commanda aussi que l'on ôtât de la maison du Seigneur *l'idole du bois* sacrilége, et qu'on la portât hors de Jérusalem, en la vallée de Cédron, où l'ayant brûlée et réduite en cendres, il en fit jeter les cendres sur les sépulcres du peuple *adorateur de cette vaine idole.*

et fœdus percussit coram Domino, ut ambularent post Dominum, et custodirent præcepta ejus, et testimonia, et ceremonias, in omni corde, et in tota anima, et suscitarent verba fœderis hujus, quæ scripta erant in libro illo : acquievitque populus pacto.

4. Et præcepit rex Helciæ pontifici, et sacerdotibus secundi ordinis, et janitoribus, ut projicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, et in luco, et universæ militiæ cœli: et combussit ea foris Jerusalem in convalle Cedron, et tulit pulverem eorum in Bethel.

5. Et delevit aruspices, quos posuerunt reges Juda ad sacrificandum in excelsis per civitates Juda, et in circuitu Jerusalem : et eos, qui adolebant incensum Baal, et soli, et lunæ, et duodecim signis, et omni militiæ cœli.

6. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Jerusalem in convalle Cedron, et combussit eum ibi, et redegit in pulverem, et projecit super sepulcra vulgi.

Fœdus percussit coram Domino. Jurejurando omnes obstringens ad cultum Dei, et ad servandas leges Mosaicas, etc. — *Suscitarent verba fœderis.* Fœdus instaurarent et renovarent.

4. *Sacerdotibus secundi ordinis.* Qui scilicet erant pontifice inferiores, et præerant reliquæ turbæ sacerdotum per 24 classes distributorum. — *Et in luco.* In hebræo sumitur quasi proprium nomen alicujus idoli לאשרה *laascerah,* id est, *ipsi luco;* in græco etiam LXX ubi habemus τῷ ἄλσει, *luco.* Notat enim Theodoretus τὸ ἄλσος, sive *lucum,* Asthartem esse, sive Venerem. — *Militiæ cœli.* Vide dicta c. 21, n. 4. — *In Bethel.* Quasi in locum immundissimum, eo quod ibi vitulus aureus diutissime adoratus fuisset.

5. *Aruspices.* Quos hic D. Hieronymus vocat aruspices, apud Sophoniam c. 1. n. 4, *œdituos* appellat; est tamen utrobique eadem vox hebræ כמרים *chemarim,* quam quidam vertunt *atratos,* sive *pullatos,* idolorum scilicet sacerdotes nigris vestibus indutos, idololatrarum prophetas, qui ex viscerum hostiarum inspectione se futura prædicere mentiebantur.

6. *Efferri fecit lucum de domo Domini.* Idolum luci, de quo dictum est n. 4. et c. 21, n. 7. — *Super sepulcra vulgi.* Non communia omnibus cœmeteria, sed vulgi quod coluerat idolum illud; nam II. Par. 34. 4, dciitur : *Et*

Digitized by Google

7. Destruxit quoque ædiculas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.

8. Congregavitque omnes sacerdotes de civitatibus Juda : et contaminavit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa usque Bersabee : et destruxit aras portarum in introitu ostii Josue principis civitatis, quod erat ad sinistram portæ civitatis.

9. Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem : sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum.

7. Il abattit aussi les petites maisons des efféminés qui étaient dans la maison du Seigneur, pour lesquels les femmes travaillaient à faire des tentes *ou* des voiles destinés au culte *infâme de l'idole du* bois sacrilége.

8. Le roi assembla tous les prêtres des villes de Juda, et il profana tous les hauts lieux où les prêtres sacrifiaient, depuis Gabaa jusqu'à Bersabée; et il détruisit les autels *qui étaient à côté* des portes *de Jérusalem*, à l'entrée de la maison de Josué, prince de la ville, qui était à main gauche de la porte de la ville.

9. Depuis ce temps-là les prêtres des hauts lieux ne montaient point à l'autel du Seigneur dans la ville de Jérusalem, *étant indignes de cet honneur;* mais ils mangeaient seulement du pain sans levain au milieu de leurs frères, *ce qu'on leur permettait pour leur donner le moyen de subsister.*

---

super tumulos eorum, qui eis immolare consueverant, fragmenta dispersit, quasi diceret : Dii tui, et simulacra tua tecum sint in perditionem.

7. *Ædiculas effeminatorum.* Scortorum masculorum. Hos Montanus vocat initiatos, quod scilicet impurissimi homunciones ibi prostituti essent, et quasi consecrati in idolorum illorum honorem. Vide Pinedam in Job. c. 36, n. 14. — *Quæ erant in domo Domini.* In atriis Israelis et gentium. — *Domunculas luci.* Domunculas sive ædiculas ex cortinis, post quas nequissimæ libidini operam dabant. Vel intelligit cortinas quæ ipsi idolo luci prætendebantur, majoris reverentiæ conciliandæ gratia, cui interpretationi favet versio Vatabli; quæ sic se habet : *In quibus mulieres texebant cortinas luco.* Itaque certis temporibus in ædiculis illis aversæ Veneri, impuri idololatriæ operam dabant, et in iisdem mulieres alio tempore cortinas texebant quibus idolum velaretur.

8. *Contaminavit excelsa, ubi sacrificabant sacerdotes.* Qui non sacrificabant quidem idolis, sed Deo; verum alienis, inconcessis et illegitimis locis, contra id quod lege Deuter. c. 12, n. 13 et 14, mandabatur verbis illis : *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris : sed in eo quem elegerit Dominus, in una tribuum tuarum offeres hostias, et facies quæcumque præcipio tibi.* * Contaminavit autem ossa mortuorum illuc inferendo, ut infra, n. 14, 16 et 20. — *De Gabaa usque Bersabee.* Id est, quam late patuit regnum Juda. — *Aras portarum.* Altaria erecta in honorem idolorum, quæ erecta erant ad portas Jerusalem. — *In introitu ostii Josue principis civitatis.* Id est, portæ urbis vicinæ domui Josue primarii magistratus laici, sive judicis. — *Quod erat ad sinistram portæ civitatis.* Quod ostium erat ad sinistram, introeuntibus videlicet, ut est in chaldæo et LXX.

9. *Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem.* Sacerdotes hi excelsorum, ut Abulensi placet et Vatablo, erant viri sacerdotes levitici generis, qui in pœnam prævaricationis permissi non sunt ascendere ad aram Domini in Jerusalem : et licet una cum aliis sacer-

Digitized by Google

10. Le roi souilla et profana pareillement le lieu de Topheth qui est dans la vallée du fils d'Ennom, afin que personne ne sacrifiât son fils ou sa fille à Moloch; en les faisant passer par le feu *en l'honneur de cette idole.*

11. Il ôta aussi les chevaux que les rois de Juda avaient donnés au soleil, *et dont les écuries étaient* à l'entrée du temple du Seigneur, près du logement de Nathanmélech, eunuque, qui était à Pharurim, *proche le temple;* et il brûla les chariots du soleil.

12. Le roi détruisit de plus les autels qui étaient sur le dôme de la chambre d'Achaz, que les rois de Juda avaient faits, et les autels que Manassé avait bâtis aux deux parvis du temple du Seigneur : et il

10. Contaminavit quoque Topheth, quod est in convalle filii Ennom : ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch.

11. Abstulit quoque equos, quos dederant reges Juda, soli, in introitu templi Domini juxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim : currus autem solis combussit igni (1).

12. Altaria quoque, quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Juda, et altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex : et

(1) Bible vengée, note XVI.

---

dotibus comederent de oblatis, privati tamen erant dignitate sacrificandi in Jerusalem, quod erat de ordine sacerdotali dejectos ad levitarum ordinem redigi. — *Tantum comedebant azyma.* Non excluduntur tamen aliæ oblationes, sed tantum jus sacrificandi, quod prius illis fuerat commune cum aliis sacerdotibus.

10. *Contaminavit quoque Topheth.* Pollutum et contaminatum haberi voluit, interdixitque ne quis consecraret filios suos per ignem Moloch. De hac consecratione vide dicta c. 16, num. 3. Topheth autem vallis est juxta Jerusalem, quæ appellatur etiam vallis Josaphat, et vallis Cedron, et vallis filiorum Ennom. Dicebatur Topheth, quod tympanum significat, quod scilicet tympanis sacrificuli Moloch strepere solerent, ad obruendos vagitus et ejulatus infantium, quos edebant dum per ignem transferrentur.

11. *Equos quos dederant... soli.* Impii enim reges, qui solis et lunæ simulacra in ipso templo posuerant, equos quoque et currus soli dicaverant. * Per omnem Orientem sacrum soli erat hoc animal, ut docet Xenophon lib. 8. Cyropædiæ, Justinus in Darii historia, et alii. — *In introitu.* Pagninus et Vatablus ex hebræo vertunt, *ab introitu domus Domini usque ad cœnaculum,* seu *cubiculum Nathanmelech.* — *Nathanmelech eunuchi.* LXX vertunt, Nathan regis eunuchi; accipiunt enim Melech non pro nominis proprii parte, sed pro nomine appellativo, ut significetur Nathan eunuchum sive cubicularium regis fuisse, cui equorum et currus solis cura credita esset. — *In Pharurim.* LXX etiam retinent tanquam nomen proprium. Pagninus et Vatablus vertunt, *in suburbanis.*

12. *Super tecta cœnaculi Achaz.* Impii reges etiam privatas aras idolis excitarant domi, præsertim in suprema palatii parte, quod etiam queritur Jeremias cum ait, c. 19, n. 13 : *Et erunt domus Jerusalem, et domus regum Juda sicut locus Topheth, immundæ; omnes domus, in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiæ cœli, et libaverunt libamina diis alienis;* et Sophonias c. 1, n. 4 et 5 : *Disperdam,* inquit, *de loco hoc reliquias Baal, et nomina ædituorum cum sacerdotibus; et eos qui adorant super tecta militiam cœli.* — *In torrentem Cedron.* In vallem Topheth immundam, per quam decurrit torrens Cedron, et in imum torrentem.

Digitized by Google

cucurrit inde, et dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron.

13. Excelsa quoque, quæ erant in Jerusalem ad dexteram partem montis Offensionis, quæ ædificaverat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, et Chamos offensioni Moab, et Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex.

14. Et contrivit statuas, et succidit lucos : replevitque loca eorum ossibus mortuorum.

courut de ce même lieu pour en répandre les cendres dans le torrent de Cédron.

13. Le roi souilla aussi *et* profana les hauts lieux qui étaient à main droite de la montagne *des Oliviers, appelée la montagne* du Scandale, *à cause des temples* que Salomon, roi d'Israël, y avait bâtis à Astaroth, idole des Sidoniens; à Chamos, le scandale de Moab, et à Melchom, l'abomination des enfants d'Ammon.

14. Il en brisa les statues, en abattit les bois, et il remplit ces lieux-là d'ossements de morts (1).

§ II. *Josias détruit l'autel de Béthel, après y avoir brûlé les os des adorateurs des idoles, selon que le prophète l'avait prédit. Il fait mourir les prêtres des hauts lieux; et étant retourné à Jérusalem, il y fait célébrer la Pâque.*

15. Insuper et altare, quod erat in Bethel, et excelsum, quod fecerat Jeroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel; et altare illud, et excelsum destruxit, atque combussit, et comminuit in pulverem, succenditque etiam lucum.

16. Et conversus Josias, vidit ibi sepulcra, quæ erant in monte : misitque et tulit ossa de sepulcris, et combussit ea super altare, et polluit illud uxta verbum Domini, quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc.

17. Et ait : Quis est titulus ille, quem video? Responderuntque ei

15. Et pour ce qui est de l'autel qui était à Béthel, et du haut lieu qu'avait bâti Jéroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël, il détruisit, et cet autel, et ce haut lieu; il les brûla et les réduisit en cendres, et consuma aussi par le feu le bois consacré.

16. Josias retournant en ce lieu vit les sépulcres qui étaient sur la montagne, et il envoya prendre les os qui étaient dans ces sépulcres, et les brûla sur l'autel; et il les souilla *et* profana, selon la parole du Seigneur qu'avait prononcée l'homme de Dieu qui avait prédit ces choses.

17. Il dit ensuite : Quel est ce tombeau que je vois? Les citoyens de cette ville-

(1) Rien ne rendait un lieu plus impur aux yeux des Juifs que des ossements de morts répandus sur sa surface. C'était donc un excellent moyen d'éloigner le peuple de ce théâtre de son idolâtrie et des crimes qui en étaient la suite.

---

13. *In Jerusalem.* In hierosolymitano suburbio. — *Montis Offensionis.* Montis Oliveti, ut vertit Pagninus. Chald. *ab austro montis Olivarum.* Vatablus, *ad dexteram montis vastationis,* vel *destructionis.* Mirum est adhuc stetisse idola Salomonis post Ezechiam, qui ea sustulit ex regno Juda, ut etiam sustulit Manasses scelerum suorum pœnitens. Dicendum videtur ab impiis regibus extructa fuisse fana et excitata idola iis similia, quæ excitaverat Salomon in iisdem locis, ideoque Salomoni tribui primo illorum auctori. — *Astaroth.* Vide dicta III. Reg. 11, n. 5, 6 et 7. — *Offensioni Moab.* Idolo Moabitarum, quod Israelitis offensioni fuit et scandalo. Heb. et chald. habent *abominationi.*

16. *Juxta verbum Domini.* Vide III. Reg. 13. 2.

17. *Titulus ille, quem video.* Apparet erectum fulsse cippum aliquem super lapidem sepulcralem, cum inscriptione quapiam in memoriam posteritatis. — *Responderuntque ei cives urbis illius.* Id quod vel ex inscriptione, vel ex traditione didicerant.

Digitized by Google

là lui dirent : C'est le sépulcre de l'homme de Dieu qui était venu de Juda, et qui avait prédit ce que vous venez de faire sur l'autel de Béthel.

18. Josias dit : Laissez-le là, et que personne ne touche à ses os. Et ses os demeurèrent au même lieu, sans que personne y touchât, avec les os du prophète qui était venu *demeurer à Béthel dans le royaume* de Samarie.

19. Outre tout cela Josias détruisit tous les temples des hauts lieux qui étaient dans les villes de Samarie, que les rois d'Israël avaient bâtis pour irriter le Seigneur; et il les réduisit au même état que tous ceux qui étaient à Béthel.

20. Il tua même tous les prêtres des hauts lieux qui avaient soin des autels en ces lieux-là; et il brûla sur ces autels des os d'hommes morts. Après cela il retourna à Jérusalem.

cives urbis illius : Sepulcrum est hominis Dei, qui venit de Juda, et prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel.

18. Et ait : Dimittite eum, nemo commoveat ossa ejus. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria.

19. Insuper et omnia fana excelsorum, quæ erant in civitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Josias : et fecit eis, secundum omnia opera quæ fecerat in Bethel.

20. Et occidit universos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria : et combussit ossa humana super ea : reversusque est Jerusalem.

L'AN DU MONDE 3381.

21. Josias dit ensuite à tout le peuple : Célébrez la pâque en l'honneur du Seigneur votre Dieu, en la manière qui est écrite dans ce livre de l'alliance; *ce que le peuple fit avec une ardeur et une magnificence dont on n'avait point vu d'exemple.*

22. Car depuis le temps des juges qui jugèrent Israël, et depuis tout le temps des rois d'Israël et des rois de Juda,

21. Et præcepit omni populo dicens : Facite phase Domino Deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis hujus (1).

22. Nec enim factum est phase tale a diebus judicum, qui judicaverunt Israel, et omnium dierum regum Israel, et regum Juda,

(1) Bible vengée, note XVII.

18. *Et intacta manserunt.* Vide III. Reg. 13. 31. Frustratus non est spe sua fraudator ille propheta, et ossa ejus ex aliorum societate tuta fuerunt, in mercedem fortasse fidei suæ, qua prophetæ vaticinio crediderat.

* 20. *Super altaria.* Juxta prædictionem prophetæ, III. Reg. 13. 2.

21. *Secundum quod scriptum est.* Ex lectione Deuteronomii, de qua c. superiori, excitatus est Josias ad phase magna cum solemnitate celebrandum.

* 22. *Nec enim factum est phase tale.* Non numero agnorum paschalium qui decima quarta luna ad vesperam immolabantur; nam certum est plures occisos antequam decem tribus abducerentur in captivitatem, cum etiam plures tunc essent Hebræorum familiæ, quarum singulæ fere suos agnos sacrificabant : sed sermo est de hostiis quæ septem diebus Azymorum offerebantur, quarum pleræque spontaneæ erant, pro cujusque pietate et facultate. Vide II. Paral. 35. 7, ubi habemus dedisse regem populo in hujus solemnitatis usum 30 millia partim agnorum, partim hædorum, partim aliorum pecorum; boum vero tria millia, præter ea quæ duces obtulerunt, ut ibidem habetur.

Digitized by Google

23. Sicut in octavo decimo anno regis Josiæ factum est phase istud Domino in Jerusalem.

24. Sed et pythones, et ariolos, et figuras idolorum, et immunditias, et abominationes, quæ fuerant in terra Juda et Jerusalem, abstulit Josias : ut statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro, quem invenit Helcias sacerdos in templo Domini.

25. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reverteretur ad Dominum in omni corde suo, et in tota anima sua, et in universa virtute sua, juxta omnem legem Moysi : neque post enm surrexit similis illi.

26. Verumtamen non est aversus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor ejus contra Judam : propter irritationes, quibus provocaverat eum Manasses.

27. Dixit itaque Dominus : Etiam Judam auferam a facie mea, sicut abstuli Israel : et projiciam civitatem hanc, quam elegi, Jerusalem, et domum, de qua dixi : Erit nomen meum ibi.

28. Reliqua autem sermonum Josiæ, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

23. Jamais pâque ne fut célébrée comme celle qui se fit en l'honneur du Seigneur dans Jérusalem la dix-huitième année du roi Josias.

24. Josias extermina aussi les pythons, les devins et les figures des idoles, les impuretés et les abominations qui avaient été dans le pays de Juda et de Jérusalem, pour accomplir les paroles de la loi qui étaient écrites dans ce livre qu'Helcias, pontife, avait trouvé dans le temple du Seigneur.

25. Il n'y a point eu avant Josias de roi qui lui fût semblable, et qui soit retourné comme lui au Seigneur de tout son cœur, de toute son âme et de toute sa force, selon tout ce qui est écrit dans la loi de Moïse, et il n'y en a point eu non plus après lui.

26. Cependant l'extrême colère et la fureur du Seigneur qui s'était allumée contre Juda, à cause des crimes par lesquels Manassé l'avait irrité, ne fut point apaisée pour lors, *parce que la piété que le peuple fit paraître sous ce règne ne fut ni assez sincère, ni assez constante.*

27. C'est pourquoi le Seigneur a dit : Je rejetterai encore Juda de devant ma face comme j'ai rejeté Israël; et j'abandonnerai Jérusalem, cette ville que j'ai choisie, et cette maison de laquelle j'ai dit : C'est là que mon nom sera présent, *et que je ferai paraître ma gloire et ma puissance.*

28. Le reste des actions de Josias, et tout ce qu'il a fait, est écrit au livre des Annales des rois de Juda *où sa mort est rapportée. Elle arriva en cette manière.*

---

24. *Pythones.* Vide dicta Deuter. 18. 11. — *Ariolos.* Vide dicta Num. 22. 5. — *Immunditias.* Hebr., chald. et LXX habent, *idola.* — *Statueret.* Impleret Chald. *firmaret.*

25. *Similis illi non fuit.* Vide dicta supra, c. 18, n. 5.

27. *Et domum.* Templum Jerosolymitanum.

Digitized by Google

§ III. *Pharaon Néchao, roi d'Egypte, marche contre le roi des Assyriens. Josias va au devant de lui, lui donne bataille, et est tué. Son fils Joachas est établi roi par le peuple. Pharaon le prend, l'emmène en Egypte, et établit en sa place Eliacim qu'il nomme Joakim. Celui-ci paie de grandes sommes au roi d'Egypte, et s'abandonne à toutes les impiétés de ses pères.*

L'AN DU MONDE 3394.

29. En ce temps-là Pharaon Néchao, roi d'Egypte, marcha contre le roi des Assyriens *nommé Nabopolassar*, vers le fleuve d'Euphrate. Et le roi Josias, *craignant que le roi d'Egypte n'entrât sur ses terres*, alla avec son armée au-devant de lui; et lui ayant donné bataille, il fut tué à Mageddo.

29. In diebus ejus ascendit Pharao Nechao rex Ægypti, contra regem Assyriorum, ad flumen Euphraten : et abiit Josias rex in occursum ejus : et occisus est in Mageddo, cum vidisset eum (1).

30. Ses serviteurs le rapportèrent mort de Mageddo à Jérusalem et l'ensevelirent dans son sépulcre : et le peuple prit Joachaz, fils de Josias, *pour l'élever sur le trône*. Et, *comme il n'était pas l'aîné*, il fut sacré et établi roi en la place de son père *par cette cérémonie*.

30. Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo : et pertulerunt in Jerusalem, et sepelierunt eum in sepulcro suo. Tulitque populus terræ Joachaz filium Josiæ : et unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo (2).

31. Joachaz, *appelé aussi Sellum*, avait vingt-trois ans lorsqu'il commença à régner, et il régna trois mois dans Jérusalem. Sa mère se nommait Amital, et était fille de Jérémie, de Lobna.

31. Viginti trium annorum erat Joachaz cum regnare cœpisset, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Amital, filia Jeremiæ, de Lobna.

32. Il fit le mal devant le Seigneur, et commit tous les mêmes crimes que ses pères. *Mais il ne les commit pas longemps;*

32. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tom. III, pag. 506. — (2) Ibid., p. 507. L'onction ne se donnait régulièrement qu'aux rois dont l'avénement avait quelque chose d'exceptionnel, ou qui n'avaient aucun droit historique au trône.

---

29. *Ascendit Pharao Nechao.* Josephus lib. 10, c. 6, impulsum affirmat cupiditate regni amplificandi : * lib. tamen II. Paral. cap. 35, n. 22, significatur jubente et mittente Deo bellum suscepisse. Vide ibi dicta. — *In occursum ejus.* Prohibendi transitus causa fuit, vel periculum proprium, vel sua cum altero rege amicitia. — *Cum vidisset eum.* Cum pugnasset cum eo. Vide dicta supra, c. 14, n. 8.

30. *De Mageddo.* Qui est campus juxta civitatem ejusdem nominis, in tribu Manasse, ut vult Adrichomius, vel in tribu Juda, ut volunt alii. —*In sepulcro suo.* II. Paral. 35. 24, dicitur : *Sepultus in mausolæo patrum suorum.* — *Tulitque populus terræ Joachaz.* Sollicitatus populus ab ipso Joachaz secundo genito factione populari ad regnum illum admovit. * Et fortasse etiam magis strenuus habebatur, et magis idoneus bello gerendo et reipublicæ defendendæ adversus regem Ægypti. — *Unxerunt eum.* Ungi voluit Joachaz ad firmandum sibi apud populum suum regnum, quod fratri suo Joakim natu major deberi intelligebat.

32. *Patres ejus.* Amon et Manasses.

Digitized by Google

33. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Jerusalem : et imposuit mulctam terræ, centum talentis argenti, et talento auri.

34. Regemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ pro Josia patre ejus : vertitque nomen ejus Joakim: porro Joachaz tulit, et duxit in Ægyptum, et mortuus ibi.

35. Argentum autem et aurum dedit Joakim Pharaoni, cum indixisset terræ per singulos, ut conferretur juxta præceptum Pharaonis : et unumquemque juxta vires suas exegit, tam argentum quam aurum de populo terræ, ut daret Pharaoni Nechao.

36. Viginti quinque annorum erat Joakim cum regnare cœpisset, et undecim annis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Zebida filia Phadaia de Ruma.

33. *Car* Pharaon Néchao, *irrité de ce qu'on l'avait élevé sur le trône sans son consentement*, le prit et l'enchaîna à Rébla qui est au pays d'Emath, afin qu'il ne régnât point à Jérusalem. Il condamna le pays à lui donner cent talents d'argent et un talent d'or.

34. Et Pharaon Néchao établit roi Eliacim, fils *aîné* de Josias, en la place de Joias, son père, et changea son nom et l'appela Joakim. Et ayant pris *avec lui* Joachaz, il l'emmena en Egypte où il mourut.

35. Joakim donna à Pharaon de l'argent et de l'or, selon la taxe qu'il avait faite par tête sur le pays, pour payer la contribution ordonnée par Pharaon. Il tira de même de l'argent et de l'or de tout le peuple, exigeant de chacun, à proportion de son bien, pour donner cet argent à Pharaon Néchao.

36. Joakim avait vingt ans lorsqu'il commença à régner, et il régna onze ans à Jérusalem. Sa mère s'appelait Zébida, et était fille de Phadaïa, de Ruma.

L'AN DU MONDE 3395.

37. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

37. Il fit le mal devant le Seigneur, et commit tous les mêmes crimes que ses pères.

---

33. *Vinxitque eum Pharao.* Cum ab expeditione bellica reverteretur in Ægyptum.—*In Rebla.* Quæ, ut ait sacer textus, est *in terra Emath*, in tribu scilicet Nephthalim, ad montem Libanum, juxta fluvii Jordanis initia. Adrichomius eamdem facit Reblam cum Reblatha. D. tamen Hieronymus diversas fuisse existimat. — *Centum talentis.* Vide dicta supra, c. 18, n. 14.

34. *Vertitque nomen ejus Joakim.* Nominis impositio dominativæ potestatis signum est. Voluit ergo hanc mutationem nominis inducere, ut perpetuum esset argumentum quod a Pharaone rex creatus esset Eliacim, hebr. אליקים, ut Ariæ Montano placet : Dei resurrectionem, aut affirmationem, aut firmitatem significat, vel idem est quod Deus vindicans. Joachim vero, heb. יהויקים *Iehoiachin*, est Domini præparatio sive Domini firmitas. Itaque utroque nomine idem fere significatur. Eliacim iste, sive Joakim, appellatus etiam est Jechonias, Matth. c. 1, n. 11. Vide quæ dicemus, I. Paral. 3. n. 15. et 16.

Digitized by Google

CHAPITRE XXIV.

§ I. *Joakim est assujetti au roi de Babylone pendant trois ans. La Judée est ravagée par les peuples voisins. Joakim meurt. Son fils Joachin lui succède et ne règne que trois mois. Il commet les mêmes crimes que ses pères.*

L'AN DU MONDE 3398. — L'AN DU MONDE 606.

1. Nabuchodonosor, roi de Babylone, *fils de Nabopolassar, après avoir vaincu le roi d'Egypte*, marcha contre Juda au temps de Joakim, et Joakim lui fut assujetti pendant trois ans. Et après cela il ne voulut plus lui obéir.

2. Alors le Seigneur envoya des troupes de voleurs de Chaldée, de Syrie, de Moab et des enfants d'Ammon, et les fit venir contre Juda, pour l'exterminer, selon la parole que le Seigneur avait dite par les prophètes, ses serviteurs.

3. Ceci arriva en vertu de la parole du Seigneur contre Juda, afin de le rejeter de devant sa face, à cause de tous les crimes que Manassé avait commis, *et que son peuple avait continué de commettre*,

4. Et à cause du sang innocent qu'il avait répandu; car il remplit Jérusalem du meurtre de *plusieurs* personnes innocentes. C'est pourquoi le Seigneur ne voulut point se rendre propice à son peuple.

5. Le reste des actions de Joakim, et tout ce qu'il a fait est écrit au livre des

1. In diebus ejus ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, et factus est ei Joakim servus tribus annis : et rursum rebellavit contra eum.

2. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, et latrunculos Syriæ, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammon : et immisit eos in Judam, ut disperderent eum, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat per servos suos prophetas.

3. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Judam, ut auferret eum coram se, propter peccata Manasse universa quæ fecit,

4. Et propter sanguinem innoxium, quem effudit, et implevit Jerusalem cruore innocentium : et ob hanc rem, noluit Dominus propitiari.

5. Reliqua autem sermonum Joakim, et universa quæ fecit,

CAP. XXIV. 1. *Ascendit Nabuchodonosor.* Causa belli a Nabuchodonosor contra Joakim suscepti, præter divinam ultionem, ea esse videtur, quod Joakim cliens et tributarius factus esset regis Ægypti, ut vidimus extremo superiore capite, cum quo Nabuchodonosor gerebat inimicitias. — *Servus.* Id est, tributarius. — *Rebellavit contra eum.* Ægyptiorum auxiliis confisus, quos bellum moliri contra Nabuchodonosor sentiebat.

2. *Latrunculos.* Qui varias regni partes vexabant, agminatim irrumpentes, prædam facientes, et regni pacem ingentibus illatis damnis turbantes. — *Juxta verbum Domini.* Vide superiori c. n. 27.

3. *Per verbum Domini.* Juxta verbum Domini, ut habent LXX. — *Coram se.* A conspectu suo.

4. *Sanguinem innoxium.* Vide supra, c. 21, n. 16.

5. *Universa quæ fecit.* II. Paral. 36. 8, dicitur : *Reliqua autem verborum Joakim, et abominationum ejus, quas operatus est, et quæ inventa sunt in eo.* D. Hieronymus in Traditionibus hebraicis in II. Paral. c. 86, quem multi et graves sequuntur auctores, aiunt in ejus corpore extincto inventa fuisse stigmata, et notas litterarum, quæ nomen Chodanasar referrent. Sic Baalis

Digitized by Google

nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda? Et dormivit Joakim cum patribus suis :

6. Et regnavit Joachin filius ejus pro eo.

7. Et ultra non addidit rex Ægypti, ut egrederetur de terra sua : tulerat enim rex Babylonis, a rivo Ægypti usque ad fluvium Euphraten, omnia quæ fuerant regis Ægypti (1).

8. Decem et octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus Nohesta filia Elnathan de Jerusalem.

9. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat pater ejus.

Annales des rois de Juda. Joakim s'endormit avec ses pères; *mais il ne fut point enseveli avec eux, ayant été jeté hors des portes de Jérusalem.*

6. Et Joachin, son fils, *appelé aussi Jéchonias*, régna en sa place.

7. Le roi d'Egypte depuis ce temps-là ne sortit plus de son royaume, parce que le roi de Babylone avait emporté tout ce qui était au roi d'Egypte, depuis les frontières de l'Egypte jusqu'au fleuve de l'Euphrate.

8. Joachin avait dix-huit ans lorsqu'il commença à régner; et il régna trois mois à Jérusalem. Sa mère s'appelait Nohesta, et elle était fille d'Elnathan, de Jérusalem.

9. Il fit le mal devant le Seigneur, et commit tous les mêmes crimes que son père.

§ II. *Nabuchodonosor assiège Jérusalem. Joachin se rend à lui. Le temple est pillé, et les principaux habitants de Jérusalem sont transportés à Babylone. Mathanias est mis en la place de Joachin, et reçoit le nom de Sédécias. Il fait le mal devant le Seigneur, et se révolte contre le roi de Babylone.*

L'AN DU MONDE 3405.

10. In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babylonis in Jerusalem, et circumdata est urbs munitionibus.

11. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad civitatem cum servis suis, ut oppugnarent eam.

12. Egressusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis, ipse et mater ejus, et servi ejus, et principes ejus, et eunuchi ejus : et

10. En ce temps-là les serviteurs du roi de Babylone vinrent assiéger Jérusalem, et ils firent une circonvallation autour de la ville.

11. Et Nabuchodonosor, roi de Babylone, vint aussi avec ses gens pour prendre la ville.

12. Et Joachin, roi de Juda, sortit de Jérusalem et vint se rendre au roi de Babylone avec sa mère, ses serviteurs, ses princes et ses eunuques. Et le roi de Ba-

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 514.

---

pseudoprophetæ sese gladiolis et cultris incidebant, donec sanguinem elicerent; et in magis ac maleficis quotidie diabolicæ notæ reperiuntur.

7. *A rivo Ægypti.* Qui etiam torrens et fluvius Ægypti dicitur, cujus frequens in sacris Litteris mentio est, de eremo veniens, et in mare Mediterraneum influens juxta Rhinocoluram.

11. *Ut oppugnarent eam.* Non statim admissus est Chaldæus, sed per internuntios actum est, dataque fuit a Nabuchodonosor fides, nihil se mali illatum civitati, velle tantum sibi obsidibus cautum esse, ne Joachin defi ciensl Tyriis et Ægyptiis hostibus suis jungeretur, vel tributum negaret. Itaque cum sic conventum esset, egressus est Joachin ad regem Babylonis.

Digitized by Google

bylone le reçut *bien en apparence* la huitième année de son règne.

13. Mais ensuite il emporta de Jérusalem tous les trésors de la maison du Seigneur, et les trésors de la maison du roi. Il brisa *ce qui restait de* tous les vases d'or que Salomon, roi d'Israël, avait faits dans le temple du Seigneur, selon ce que le Seigneur avait prédit.

14. Il transféra les principaux de Jérusalem, tous les princes, tous les plus vaillants de l'armée au nombre de dix mille captifs ; il emmena aussi tous les artisans et les lapidaires, et il ne laissa que les plus pauvres d'entre le peuple.

15. Il transféra aussi à Babylone Joachin, la mère du roi, les femmes du roi et ses eunuques ; et il emmena captifs, de Jérusalem à Babylone, les juges du pays.

16. Le roi de Babylone emmena tous les plus vaillants de Juda au nombre de sept mille, les artisans et les lapidaire au nombre de mille, tous les hommes de cœur et les gens de guerre, et il les emmena captifs à Babylone.

17. Il établit roi, en la place de Joachin, Mathanias, son oncle, et il l'appela Sédécias.

18. Sédécias, *qui était le plus jeune des enfants de Josias,* avait vingt-un ans lorsqu'il commença à régner; et il régna onze

suscepit eum rex Babylonis anno octavo regni sui.

13. Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, et thesauros domus regiæ : et concidit universa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini juxta verbum Domini.

14. Et transtulit omnem Jerusalem, et universos principes, et omnes fortes exercitus, decem millia, in captivitatem; et omnem artificem et clusorem; nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ.

15. Transtulit quoque Joachin in Babylonem, et matrem regis, et uxores regis, et eunuchos ejus : et judices terræ duxit in captivitatem de Jerusalem in Babylonem.

16. Et omnes viros robustos, septem millia, et artifices, et clusores mille, omnes viros fortes et bellatores : duxitque eos rex Babylonis captivos in Babylonem.

17. Et constituit Mathaniam patruum ejus pro eo : imposuitque nomen ei Sedeciam.

18. Vigesimum et primum annum ætatis habebat Sedecias cum regnare cœpisset, et undecim an-

---

12. *Suscepit eum rex Babylonis.* Specie tenus amice, sed postmodum fidem fefellit, ut ostendunt quæ sequuntur.

13. *Universa vasa aurea.* Est hyperbole; nam ex 1. c. lib. Esdræ consta, longo post tempore aliqua adhuc superfuisse. — *Quæ fecerat Salomon.* Non illa eadem, quæ nimirum amplius non extabant templo non semel direpto; sed alia iis similia a Josia præsertim pio rege ad priorum illorum exemplar fabrefacta.

* 14. *Omnem Jerusalem.* Præcipuos quosque, ut apparet ex capite 25 sequenti, n. 18. — *Clusorem.* Vel, ut alii legunt, *inclusorem ;* eum scilicet artificem qui auro et argento gemmas includit. Ita S. Hieronymus explicat, et alii. Vatablus et Emm. Sa *inclusorem* castrorum explicant, id est, peritum castrametandi et vallo includendi, quos abduxit Nabuchodonosor, ne si iterum tentaretur rebellio, usui esse possent. Aliquid simile fecerunt Philisthæi I. Reg. 13. 19. * Vox hebraica חָרָשׁ varie explicatur aliis sacræ Scripturæ locis; nam aliquando vertitur sculptor, aliquando faber ferrarius, lignarius, cæmentarius, aut ærarius. Vide Thesaurum Pagnini.

17. *Imposuitque nomen ei Sedeciam.* Vide dicta supra, cap. 23, num. 34 et I. Paral. 3. 16.

Digitized by Google

nis regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus erat Amital, filia Jeremiæ, de Lobna.

19. Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat Joakim.

20. Irascebatur enim Dominus contra Jerusalem et contra Judam, donec projiceret eos a facie sua : recessitque Sedecias a rege Babylonis.

ans à Jérusalem. Sa mère s'appelait Amital, et était fille de Jérémie, de Lobna.

19. Il fit le mal devant le Seigneur, et commit tous les mêmes crimes que Joakim.

20. Car la colère du Seigneur s'augmentait toujours contre Jérusalem et contre Juda ; *et il permettait qu'ils l'irritassent de plus en plus,* jusqu'à ce qu'il les rejetât de devant sa face. Et Sédécias, *dès la huitième année de son règne,* se retira de l'obéissance qu'il rendait au roi de Babylone, *par un effet de cette colère du Seigneur.*

CHAPITRE XXV.

§ I. *Nabuchodonosor vient de nouveau assiéger Jérusalem. Il y fait brèche. Sédécias s'enfuit. Il est pris et amené au roi de Babylone qui fait mourir ses enfants devant lui, et lui fait crever les yeux* (1).

L'AN DU MONDE 3414.— AVANT J. C. 590.

1. Factum est autem anno nono regni ejus, mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse et omnis exercitus ejus, in Jerusalem, et circumdederunt eam : et extruxerunt in circuitu ejus munitiones.

2. Et clausa est civitas atque vallata usque ad undecimum annum regis Sedeciæ,

3. Nona die mensis : prævaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terræ.

4. Et interrupta est civitas : et

1. La neuvième année du règne de Sédécias, le dixième jour du dixième mois, Nabuchodonosor, roi de Babylone, marcha avec toute son armée contre Jérusalem *pour punir Sédécias de sa révolte ;* et *il* mit le siège devant la ville, et y fit des retranchements tout autour.

2. Et la ville demeura enfermée, par la circonvallation qu'il avait faite, jusqu'à la onzième année *du règne* du roi Sédécias,

3. Et jusqu'au neuvième jour du mois. La ville fut extrêmement pressée par la famine, et il ne se trouvait point de pain pour *nourrir* le peuple.

4. Et la brèche ayant été faite, tous les

(1) Bible vengée, note XVIII.

---

20. *Irascebatur enim Dominus.* Ideoque permittebat ut novum peccatum veteris peccati pœna esset. — *Recessit.* Rebellavit.

CAP. XXV. 1. *Regni ejus.* Sedeciæ scilicet.

3. *Prævaluitque fames in civitate.* Quasi diceret : Multis modis contra famem certatum est, sed frustra; * nam adeo invaluit, ut parentes carnibus filiorum vescerentur, Thren. 4. 10, et Baruch 2. 3, et filii carnibus parentum, Ezech. 5. 10. — *Panis.* Cibus.

4. *Interrupta est civitas.* Rupti sunt urbis muri, vel crebris arietum ictibus, quos Chaldæi in muros intorquebant, ut vult Abulens. et Vatabl., vel, ut existimat Cajetanus, a Sedecia et civibus ipsis rupti sunt, ut viam sibi ape-

Digitized by Google

gens de guerre s'enfuirent la nuit par le chemin de la porte qui est entre les deux murailles près le jardin du roi, pendant que les Chaldéens étaient occupés au siége autour des murailles. Sédécias s'enfuit donc par le chemin qui mène aux campagnes du désert.

5. Et l'armée des Chaldéens poursuivit le roi, et le prit dans la plaine de Jéricho; et tous les gens qui étaient avec lui furent dissipés et l'abandonnèrent.

6. Ayant donc pris le roi, ils l'amenèrent au roi de Babylone à Réblatha. Et le roi de Babylone lui prononça son arrêt, *et le traita comme un rebelle.*

7. Il fit mourir les fils de Sédécias aux yeux de leur père, il lui creva les yeux, et le chargea de chaînes, et l'emmena à Babylone.

omnes viri bellatores nocte fugerunt, per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porro Chaldæi obsidebant in circuitu civitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campestria solitudinis.

5. Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, comprehenditque eum in planitie Jericho : et omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, et reliquerunt eum.

6. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha : qui locutus est cum eo judicium.

7. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, et oculos ejus effodit, vinxitque eum catenis, et adduxit in Babylonem.

§ II. *Nabuzardan, général de l'armée de Nabuchodonosor, achève de piller le temple et la ville de Jérusalem. Il y met le feu. Il en abat les murailles, et en transporte les habitants à Babylone avec toutes les richesses.*

L'AN DU MONDE 3416.

8. La dix-neuvième année *du règne* de Nabuchodonosor, roi de Babylone, le septième jour du cinquième mois, Nabuzardan, serviteur du roi de Babylone, et gé-

8. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis : venit Nabuzardan princeps exercitus, ser-

---

rirent ad fugam longæ famis et belli. — *Quæ est inter duplicem murum.* Salianus putat ex arce Sion ad hortum regis qui erat in valle Ennom ad torrentem Cedron, fugam intendisse Sedeciam. Erant autem duæ portæ civitatis vicinæ palatio regis, quæ eo ducebant, porta scilicet Equorum et Aquarum, quarum prior erat in angulo muri civitatis et muri Ophel, ut Villalpandus expressit in imagine Jerusalem, ut propterea merito inter duos muros dicantur; quæ porta omnium erat occultissima, et in ima valle Tyropœon, ideoque fugæ opportunissima. Videtur autem hoc tempore obsidionis muro clausa fuisse hujusmodi porta, noctuque ad egressum regis perfossum fuisse illum murum, ut Ezechielis prophetia, c. 12. 12, impleretur. — *Ad campestria solitudinis.* Ultra Jordanem orientem versus.

6. *In Reblatha.* Vide dicta c. 23, n. 33. — *Locutus est cum eo judicium.* Acriter et juste pro meritis Sedeciam infidelitatis et ingratitudinis arguit, scilicet quod a se constitutus rex pro Joachin, fœdus secum initum violasset.

* 7. *Oculos ejus effodit.* Ita duorum vaticiniorum quæ edita ei fuerant, ac pugnare inter se videbantur, ut Josephus narrat, quorum alterum erat eum iturum in Babylonem, alterum non futurum ut videret Babylonem, utrumque eventu comprobatum est.

8. *Princeps exercitus.* In hebræo est רַב טַבָּחִים *rab ṭabbachim.* Quod LXX vertunt ἀρχιμάγειρος, id est, præfectus coquorum, quia erat præfectus

Digitized by Google

vus regis Babylonis in Jerusalem.

9. Et succendit domum Domini, et domum regis : et domos Jerusalem, omnemque domum combussit igni.

10. Et muros Jerusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum.

11. Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in civitate, et perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, et reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan princeps militiæ.

12. Et de pauperibus terræ reliquit vinitores et agricolas.

13. Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, et bases, et mare æreum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, et transtulerunt æs omne in Babylonem.

14. Ollas quoque æreas, et trullas, et tridentes, et scyphos, et mortariola, et omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt.

15. Necnon et thuribula, et phialas; quæ aurea, aurea; et quæ argentea, argentea; tulit princeps militiæ :

16. Id est, columnas duas mare unum, et bases quas fecerat Salomon in templo Domini : non erat pondus æris omnium vasorum.

néral de son armée, vint à Jérusalem.

9. Il brûla la maison du Seigneur et le palais du roi ; il consuma par le feu tout ce qu'il y avait de maisons dans Jérusalem.

10. Toute l'armée des Chaldéens qui était avec ce général abattit les murailles de Jérusalem.

11. Et Nabuzardan, général de l'armée, transporta à Babylone tout le reste du peuple qui était demeuré dans la ville, les transfuges qui s'étaient allés rendre au roi de Babylone et le reste de la populace.

12. Il laissa seulement les plus pauvres du pays pour labourer les vignes et pour cultiver les champs.

13. Et les Chaldéens mirent en pièces les colonnes d'airain qui étaient dans le temple du Seigneur, et les bases, et la mer d'airain qui était dans la maison du Seigneur ; et ils en transportèrent tout l'airain à Babylone.

14. Ils emportèrent aussi les chaudières d'airain, les coupes, les fourchettes, les tasses, les mortiers et tous les vases d'airain qui servaient au temple.

15. Le général de l'armée emporta aussi les encensoirs et les coupes, tout ce qui était d'or à part, et tout ce qui était d'argent à part,

16. Avec les deux colonnes, la mer et les bases que Salomon avait faites pour le temple du Seigneur; et le poids de l'airain de tous ces vases était infini.

---

culinæ regiæ, ait Theodoretus. Pagninus et Vatablus vertunt, *præfectus lanionum*. Ad verbum *rab tabbachim*, idem est quod *princeps mactantium*, quales sunt laniones, coqui, milites, hocque optime congruit; agitur enim de bello.

9. *Omnemque domum*. Magnam addit Jeremias c. 52, n. 13.

11. *Transtulit*. In Babylonem captivos.

12. *Reliquit vinitores et agricolas*. Qui pro Chaldæis colerent regionem ne scilicet terra lacte et melle manans, agricolarum inopia redderetur inutilis.

14. *Trullas*. Pagninus et Vatablus vertunt, *scopas*, quod etiam habet chaldæus. LXX retinent vocem hebræam כִּיֹּרֹת *iahim*, quam vocem D. Hieronymus varie interpretatur; nam alibi forcipes, tridentes et creagras vertit. Vide quæ de hujusmodi instrumentis et supellectili diximus III. Reg. 7. 50.

15. *Quæ aurea, aurea*. Id est, tam aurea quam argentea; vel sententia est : separavit aurea ab argenteis.

Digitized by Google

17. Chacune de ces colonnes était de dix-huit coudées de haut, et le chapiteau de dessus qui était d'airain avait trois coudées de haut : le chapiteau de la colonne était environné d'un rets *qui enfermait* des grenades ; et le tout était d'airain : la seconde colonne avait les mêmes ornements que la première.

18. Le général de l'armée emmena aussi Saraïas, grand prêtre, et Sophonie qui était le premier au-dessous de lui, et les trois portiers,

19. Et un eunuque de la ville qui commandait les gens de guerre, et cinq de ceux qui étaient toujours auprès de la personne du roi, qu'il trouva dans la ville, et Sopher, l'un des principaux officiers de l'armée, qui avait soin d'exercer les jeunes soldats qu'on avait pris d'entre le peuple, et soixante des premiers du peuple qui se trouvèrent alors dans la ville.

20. Nabuzardan, général de l'armée, prit toutes ces personnes, et les emmena au roi de Babylone à Réblatha.

21. Et le roi de Babylone les fit tous mourir à Réblatha au pays d'Emath, et Juda fut transféré hors de son pays.

17. Decem et octo cubitos altitudinis habebat columna una : et capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum : et retiaculum, et malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea : similem et columna secunda habebat ornatum.

18. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, et Sophoniam sacerdotem secundum, et tres janitores.

19. Et de civitate eunuchum unum, qui erat præfectus super bellatores viros : et quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in civitate : et Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ : et sexaginta viros e vulgo, qui inventi fuerant in civitate.

20. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblatha.

21. Percussitque eos rex Babylonis, et interfecit eos in Reblatha in terra Emath : et translatus est Juda de terra sua.

§ III. *Godolias est établi gouverneur du pays, Ismahel le tue; et le peuple, craignant les Chaldéens, s'enfuit en Egypte. Evilmérodach, roi de Babylone, tire de prison Joachin, et le fait manger à sa table le reste de sa vie.*

L'AN DU MONDE 3416.

22. Après cela Nabuchodonosor, roi de Babylone, donna le commandement du peuple qui était demeuré au pays de Juda à Godolias, fils d'Ahicam, fils de Saphan.

22. Populo autem qui relictus erat in terra Juda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filii Saphan.

---

17. *Decem et octo cubitos.* Vide dicta III. Reg. 7. 15.

18. *Sacerdotem primum.* Summum sacerdotem, pontificem. — *Sacerdotem secundum.* Id est, pontificis gerentem vices. — *Et tres janitores.* Hi omnes sacerdotes et janitores, qui erant levitici generis, videntur in templo delituisse.

19. *Eunuchum unum.* Cubicularium, qui erat magister militum. — *Qui steterant coram rege.* Qui regis aulici fuerant. — *Qui probabat tyrones de populo terræ.* Qui conscribebat exercitum, et eos qui nomina militiæ dabant; vox enim סופר *sopher* non tam proprium nomen quam officium significat; nam *sopher* idem est quod scriba.

21. *In Reblatha.* De quo dictum supra, c. 23, n. 33.

22. *Godoliam.* Josephus ait hominis nobilis filium fuisse, virum æquum et bonum, qui videtur fuisse aliquis de Judæorum transfugis, cui rex multum fideret.

Digitized by Google

23. Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi et viri qui erant cum eis, videlicet quod constituisset rex Babylonis Godoliam : venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, et Johanan filius Caree, et Saraia filius Thanehumeth Netophathites, et Jezonias filius Maachathi, ipsi et socii eorum.

23. Et tous les officiers de guerre, et les gens qui étaient avec eux ayant appris que le roi de Babylone avait établi Godolias pour commander dans le pays, Ismahel, fils de Nathanie, Johanan, fils de Carée, et Saraïa, fils de Thanéhumeth Netophathites, et Jezonias, fils de Maachathi, le vinrent trouver à Maspha avec tous leurs gens.

24. Juravitque Godolias ipsis et sociis eorum, dicens : Nolite timere servire Chaldæis : manete in terra, et servite regi Babylonis, et bene erit vobis

24. Et Godolias les rassura par serment, eux et ceux qui les accompagnaient, en leur disant : Ne craignez point de servir les Chaldéens; demeurez dans le pays, et servez le roi de Babylone, et vous vivrez en paix.

25. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filii Elisama de semine regio, et decem viri cum eo : percusseruntque Godoliam, qui et mortuus est : sed et Judæos et Chaldæos, qui erant cum eo in Maspha.

25. Sept mois après Ismahel, fils de Nathanie, fils d'Elisama de la race royale, vint à Maspha accompagné de dix hommes; et il attaqua Godolias, et le tua avec les Juifs et les Chaldéens qui étaient avec lui.

L'AN DU MONDE 3417.

26. Consurgensque omnis populus a parvo usque ad magnum, et principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos.

26. Et tout le peuple, depuis le plus grand jusqu'au plus petit, avec les officiers de guerre, appréhendant les Chaldéens, sortirent de Juda, et s'en allèrent en Egypte.

27. Factum est vero in anno trigesimo septimo transmigrationis Joachin regis Juda, mense duodecimo, vigesima septima die mensis : sublevavit Evilmerodach rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Joachin regis Juda de carcere.

27. La trente-septième année de la captivité de Joachin, roi de Juda, le vingt-septième jour du douzième mois, Evilmérodach, roi de Babylone, tira de prison Joachin, et le releva de l'état malheureux où il était.

---

24. *Juravitque Godolias ipsis.* Securitatem scilicet promittens.

25. *Percusseruntque Godoliam.* Cædis causam Scriptura non expressit. Josephus lib. 10, cap. 11, indicat Ismahelem, qui de sanguine regio erat, eam dignitatem, in qua constitutus erat a Chaldæorum rege, Godoliæ invidisse; quam conjecturam probat Salianus. — *In Maspha.* Erat ea civitas, ut putat Adrichomius, in confinio tribuum Juda et Benjamin; itaque aliquando in tribu Benjamin esse dicitur, aliquando in tribu Juda.

* 27. *Vigesima septima die.* Biduo postquam de re factum fuerat decretum. Vide Jerem. c. 52. 31. — *Evilmerodach.* Nabuchodonosoris filius, et in regno successor. — *Sublevavit... caput Joachin.* Afflictum Joachin statum erexit. Solent enim captivi et calamitosi incedere demisso capite.

Digitized by Google

L'AN DU MONDE 3442.

28. Il lui parla avec beaucoup de bonté, et mit son trône au-dessus du trône des rois qui étaient auprès de lui à Babylone.

29. Il lui fit quitter les vêtements qu'il avait eus dans la prison, et le fit manger à sa table tous les jours de sa vie.

30. Il lui assigna même sa subsistance pour toujours; et le roi la lui fin donner chaque jour tant qu'il vécut.

28. Et locutus est ei benigne: et posuit thronum ejus super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone.

29. Et mutavit vestes ejus, quas habuerat in carcere, et comedebat panem semper in conspectu ejus cunctis diebus vitæ suæ.

30. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ et dabatur ei a rege per singulos dies, omnibus diebus vitæ suæ.

---

28. *Super thronum regum.* Aliorum regum, quos subjugaverat et captivos habuerat Nabuchodonosor, honestiusque habuit et benignius tractavit.

29. *Comedebat panem semper in conspectu ejus.* Illum adhibens convivam, vel alens eum in ipsa regia in qua ipse degebat. — *Vitæ suæ.* Incertum de Joachinne, an de Evilmerodach intelligendum sit.

30. *Annonam quoque constituit.* Non enim aliunde quo viveret habebat. * Per annonam intellige necessaria ad victum, vestitum, domicilium, familiam.

FIN DU TOME DEUXIÈME.

Besançon. Imprimerie d'Outhenin-Chalandre fils.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google